CHORVS SECVNDVS POETARVM SACRORVM VETERVM.

IVVENCI PRESBYTERI POETÆ CHRISTIANI DE HISTORIA EVANGELICA LIB. III.

QVI Floruit Imp. Conſtantio & Conſtante.

PROLOGVS.

IMmortale nihil mūdi cōpage tenetur.
Non orbis, non regna hominum, non aurea Roma,
Non mare, non tellus, non ignea ſidera cæli.
Nam ſtatuit genitor rerum irreuocabile tempus,
Quo cunctum torrens rapiet flamma vltima mūdum.
Sed tamen innumeros homines ſublimia facta,
Et virtutis honos, in tempora longa frequentant,
Accumulant quorum famam, laudéſque poëtæ.
Hos celſi tantus Smyrnæ de fonte fluentes,
Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.
Nec minor ipſorum decurrit gloria vatum,
Quæ manet æternæ ſimilis, dum ſecla volabunt,
Et vertigo poli terras atque æquora circum,
Æthera ſydereum iuſto moderamine voluet.
Quòd ſi tam longam meruerunt carmina famam,
Quæ veterum geſtis hominum mendacia nectunt,
Nobis certa fides, æterna in ſecula laudis
Immortale decus tribuet, meritumque rependet.
Nam mihi carmen erunt Chriſti vitalia geſta,
Diuinum in populis falſi ſine crimine donum.
Nec metus, vt mundi rapiant incendia ſecum
Hos opus: hoc etenim forſan me ſubtrahet igni,
Tunc, cùm flammiuoma deſcendet nube coruſcans
Iudex altithroni genitoris gloria Chriſtus.
Ergo age ſanctificus adſit mihi carminis auctor
Spiritus, & puro mentem riget amne canentis
Dulcis Iordanis, vt Chriſto digna loquamar.

LIBER PRIMVS, LVCÆ PRIMO.

REx fuit Herodes Iudæa in gente cruentus,
Sub quo ſeruator iuſti templique ſacerdos
Zacharias, vicibus cui templum cura tueri
Digeſto inſtabat lectorum ex ordine vatum.
Huius inhærebat thalamis digniſſima coniunx,
Cura iis ambobus parilis moderaminis æqui,
Ambos annexus legis præcepta tenebant.
Nec fuit iis ſuboles, iam tunc vergentibus annis,
Gratius vt donum iam deſperantibus eſſet.
Sed quum ſorte adytis ariſque inferret odores
Zacharias, viſus cœlo deſcendere aperto
Nuntius, & ſoli iuſſas perferre loquelas.
(Cætera nam foribus plebes aſtrata rogabat)
Quid tibi terribilis concuſſit corda pauore
Viſus, cùm læti ſermonis gratia placet?
Nam me propitius rerum pater vnicus, alto
A cæli ſolio tibi nunc in verba venire
Præcipit, & chara tibi mox de coniuge natum
Promittit, grandis rerum cui gloria reſtat,
A Plurima qui populis naſcendo gaudia quæret,
Sobrius æternum, clauſum quem ſpiritus ipſis
Viſceribus matris complebit numine claro.
Iſtius hic partem populi pleramque docendo
Ad verum connectet iter, dominumque Deumque
Continuò primus noſcet, plebémque nouabit.
Nomine Ioannem quem tu vocitare memento.
Olli confuſa reſpondit mente ſacerdos:
B Aemula promiſſis obſiſtit talibus ætas,
Nec ſenibus ſoboles poterit contingere feſſis,
Quam Deus auertens, primæuo in flore negauit.
Hæc trepidans vates, cui talia nuntius infert:
Si tibi mortalis ſobolem promitteret vllus,
Ad deſperandum forſan cunctatio mentis
Debuerat tardis hærens inſiſtere verbis.
Nunc ego, quem dominus cæli terræque creator
C Antè ſuos vultus voluit parêre miniſtrum,
Auribus ingratis huminis, viſuque receptus,
Summi iuſſa Dei non contemnenda peregi.
Quare promiſſis manet irreuocabile donum.
Sed tibi claudetur rapidæ vox nuntia mentis,
Donec cuncta Dei firmentur munera vobis.
Hæc ait, & ſeſe teneris immiſcuit auris.
Interea populum miracula longa trahebant,
D Quid tantum in templo vellet ceſſare ſacerdos.
Egreſſus trepidè numen vidiſſe ſupernum
Nutibus edocuit, miſeræ & diſpendia vocis.
Inde domum remeat completo ex ordine vates
Officiu, amiſſamque leuant promiſſa loquelam,
Nec dilata diu venerunt munera prolis,
Anxia ſed ventris celabat gaudia coniunx,
Donec quinque canam complerent lumina Lunam.
E Tunc maiora dehinc idem mandara miniſter
Detulit ad Mariæ demiſſus Virginis aures.
Hæc deſponſa ſuo per tempora certa propinqao
Abdita virgineis caſtè pubeſcere tectis
Et ſeruare diem iuſſis permiſſa parentum.
Ad quam tranquillum ſermonem nuntius infit,
Salue progenie terras iurura ſalubri,
Deſine conſpectu mentem turbare verendo:
F Nam tua concipient cæleſti viſcera iuſſu
Natum, quem regnare Deus per ſecula cuncta
Et propriam credi ſobolem, gaudétque iubétque.
Huic, vbi ſub lucem dederis, ſit nomen Ieſus.
Ad quem virgo dehinc, pauido ſic inchoat ore:
Nullos conceptus fieri ſine coniuge dicunt,
Vnde igitur ſobolem mihi nunc ſpetabo venire?
Nuntius hæc contrà celeri ſermona profatur:
G Virtus celſa Dei circumuolitabit obumbrans,
Spiritus & veniet purus, lectiſſima virgo,
Ac tibi mox puerum caſto ſermone iubebit

Magnificum gigni, populis quem credere ſanctum
Supremique Dei natum, vocitare neceſſe eſt.
Sic cognata tibi, ſterilis quæ credita cunctis
Zachariæ coniux, mortali germine nuper
Aeuo defeſſis auxit miracula membris.
Sextus adeſt menſis parent ſic omnia iuſſis.
Virgo dehinc: Domino famulam nunc ecce iubenti
Vt tua verba ſonant cernis ſeruire paratam.
Nuntius abſcedens vacuis ſe condidit auris.
Illa dehinc rapidis Iudæam paſſibus vrbem,
Zachariæque domum penetrat, grauidámq; ſalutat
Eliſabeth: clauſæ cui protinus anxia prolis
Membra vteri gremio motu maiore reſultant,
Et ſimul exiliit mater concuſſa tremore,
Diuinæ vocis completa afflamine ſancto:
Et magnum clamans, Felix o fœmina ſalue,
Felicem geſtans vteri ſinuamine fœtum.
Vnde meam tanto voluit Deus æquus honore
Illuſtrare domum, quam mater numinis alti
Viſeret? Ecce meo gaudens in viſcere proles
Exultat. Mariæ quum prima affamina ſenſit.
Felix quæ confiſa fidem mox affore verbo,
Quod Deus ad famulos, magnum dignando, locutus.
Illa trahens animum per gaudia mixta pudore
Suppreſſo, vocis pauitantia dicta volutat.
Magnificas laudes animus, grateſque rependit
Immenſo domino mundi, vix gaudia tanta
Spiritus iſte capit, quòd me dignatus in altum
Erigere ex humili celſam, cunctiſque beatam
Gentibus, & ſeclis voluit Deus æquus haberi.
Suſtulit ecce thronum ſæuis fregitque ſuperbos.
Largifluis humiles opibus ditauit egentes.
Tunc illic manſit ternos ex ordine menſes,
Ad propriámque domum repedat iam certa futuri.
Iámq; aderat tempus, quo ſarcina deſerat aluum
Elizabeth, liquidas ſoluenda in luminis auras,
Ad partus fama tantos collecta cucurrit
Turba propinquorum, tum gaudia mira frequentes
Concelebrant, noménq; iubent genitoris habere:
Abnuit hoc genitrix, ſed Ioannes vocitetur,
Ingeminat placuit muti tunc iuſſa parentis
Conſulere ſcriptóque rogant edicere nomen.
Sed proli mira fides, tabulis quum ſcribere tentat
Implicitam ſoluit per verba ſonantia linguam.
Mox etiam aſſuetam penetrant ſpiracula mentem,
Completuſque canit venturi conſcia dicta:
Concelebrent cuncti laudes grateſque frequentent
Aſtrorum & terræ, pontiq; hominumq; parenti,
Viſere quòd voluit, propriámque abſoluere plebem.
En beat antiquam gentem, cornuque ſalutis
Erecto, indulget Dauidia origine lumen,
Hoc eſt quod priſci cecinêre ex ordine vates:
Hæc eſt illa ſalus, quæ nos ex hoſtibus atris
Eripit, vt inſtè iuſto ſeruire queamus,
At tu parue puer, ſanctus dignuſque Propheta
Dicêre, & dominum mox prægredlere viando,
Illius & populum duces per lumen apertum.
Errorem per te ſpernent, mortiſque tenebras
Abrumpent omnes, tua qui præcepta ſequentur.
Exin ſecretis in vallibus abdita ſemper
Vita fuit pueri, donec poſcentibus annis,
Vatis ad officium, pleno pubeſceret æuo.

Matthæi 1.

Interea Mariæ ſponſo miracula mentem
Sollicitant, manifeſta vteri quòd pondera vidit.
Et ſecum voluit, quánam ratione propinquæ
Dedecus oppreſſum celet, thalamóque recuſet,
Talia tractanti torpeſcunt membra ſopore.
Mox ſtertente, Dei vox eſt audita monentis,
Accipe coniugium nullo cum crimine pactæ,
Spiritus impleuit ſancto cui viſcera fœtu.
Hanc cecinit vates venturam ex virgine prolem,
Nobiſcum Deus, eſt cui nomen, protinus ille.

A Hæc præcepta ſequens, ſeruat ſponſalia pacta.

Lucæ 2.

Sed tum fortè nouus, capitum diſcuſſio, cenſus
Cæſaris Auguſti iuſſu per plurima terræ
Deſcribebatur Syriæ, quam iure regebat
Cyrinus, proprij cui tota per oppida fines
Addebant populi vires, noménque genúſque.
Vrbs eſt Iudææ Bethleem, Dauida canorum
B Quæ genuit, generis cenſum quæ iure petebat.
Obtulit hic illum genus hinc quòd vterq; trahebat,
Deſponſamque ſibi ſcribens, grauidámque profeſſus:
Hoſpitium amborum Bethleem ſub mœnibus vrbis
Anguſti fuerant perparua habitacula ruris.
Illic virgo nouum completo tempore fœtum
Edidit, & leni pannoſo tegmine fotu
Texit, cui durum cunas præſepe miniſtrat.
C Circa ſollicitæ pecorum cuſtodia noctis
Paſtores tenuit vigiles per paſcua læta:
Ecce Dei monitu iuſſus deſcendere cælo
Nuncius, ac ſubito terror tremefacta pauore
Proſtrauit viridi paſtorum corpora terræ.
Talis & attonitis cælo vox miſſa cucurrit:
Ponite terrorem mentis, mea ſumite dicta
Paſtores, quibus hæc ingentia gaudia porto.
Nam genitus puer eſt, Dauidis origine clara,
Qui populis lucem mox lætitiámque propaget.
Hoc ſignum dicam puerum quòd cernere vobis
Iam licet, implentem gracili præſapia voce.
Talia dicenti iunguntur millia plebis
Cæleſtis, cunctique Deum laudántque rogántque,
Talis & vniti vox agminis aëra complet:
Gloria ſupremum comitetur debita patrem,
E In terris iuſtus homines pax digna ſequatur.
Et ſimul his dictis, cæli ſecreta reuiſunt.
Paſtores properè veniunt, puerúmque iacentem
Præſepis gremio cernunt, poſt inde frequentes
Diſpergunt latè celebris vaga ſemina famæ,
Mirantes laudant, lætantes conſtupuerunt.
Omnia nocturnis monitis quòd vera recurrant.
Viderat octauam lucem puer, ecce recidi
F Ad morem legis, noménque aptare neceſſe eſt,
Impoſitumque illi eſt (monitis cæleſtibus olim
Quòd Mariæ vox miſſa Deo præcepit) Ieſus.
Scripſerat antiquæ Moſes moderamina legis,
Inter quæ primos priſco de ſanguine vatum,
Obſeruare dedit, fœtus offerre ſacrandos,
Implumeſque ſimul ferre ad delubra columbas.
Hæc vbi per Mariam templo ſeruata feruntur,
G Ecce ſenex, Simeon, dignus comprendere ſenſum
Cæleſtis vocis, cui quondam preſcia rerum
Virtus prodiderat, quòd carcere corporis ægri
Depoſito, mortem liber tequiémque videret,
Cum primùm cæli laudem terræque ſalutem
(Omnia quem vatum ſpondent oracula) Chriſtum
Vidiſſet templo ſolennes ferre palumbos.
Iſque vbi curuato defeſſus corpore templum
H Iam grauior penetrat, monuit quod ſpiritus auctor,
Ecce ſimul paruum gremio genitricis Ieſum
Ad templum ſenſit veniſſe, trementibus vlnis
Accepit puerum, lætúſque hæc dicta profatur:
Nunc nunc me famulum dominus, nunc liberet arctis
Corporis è vinclis, finémque imponere verbis
Dignetur cum pace ſuis, en ſplendida noſtros
Lux oculos tua circumſtat, radiiſque refulget,
I Quam cunctis hominum luſtratis gentibus addet
Iſraëlitarum cumulatæ gloria plebis.
Hinc ait: Hæc quid virgo tibi tam mira videntur?
Quid tantum Mariæ ſtupuerunt pectora matris?
Hic puer ad populi caſum datur, iſte renaſci
Concedet populis, illi ſignum eſſe negabunt
Fœderis hi contrà cælo veniſſe tenebunt.
Et dolor edax faciet, lethum vt percurrat amarum,
Atque animam matris ferro fulgente machera.

Quo pateant tecti tenebroſa volumina cordis.
Hæc ait in Simeone Deus, vox ecce Prophetæ
Fœmineam ſancto complet ſpiramine mentem.
Anna fuit natu grauior, quam in flore iuuentæ
Deſtituit viduam mors immatura mariti.
Hunc fruitur caſta charo pro coniuge vita,
Continuóque Dei cultu, quæ numine ducta
Cognouit Chriſtum, & ſimili ſermone locuta eſt.
Inde vbi ſolennem pueri pro numine legem
Compleuit genitrix, & Ioſeph omnia mirans,
Ad patriam læti recedant, puerúmque reportant.

Matth. 2.

Gens eſt Eoi, Phœbo orto, proxima regni
Aſtrorum ſolers, ortúſque obitúſque notare.
Huius primores nomen tenuere Magorum.
Hinc lecti proceres, Solymas per longa viarum
Deueniunt, regémque adeunt, orantque doceri,
Quæ regio imperio puerum Iudæa teneret
Progenitum, & ſeſe ſtellæ fulgentis ab ortu
Admonitos veniſſe viam, quo ſupplice dextra
Exortum terris venerabile numen adorent.
Territus Herodes vatum legúmque peritos,
Quique Prophetarum veterum præſagia noſcunt,
Imperio accitos iubet omnia quærere legis,
Quo pateat, quæ ſint genitalia mœnia Chriſto,
Omnia venturum ſpondent quem oracula vatum
Tunc manifeſtarur, Bethleem quòd mœnibus illum
Progigni maneat, cui ſacram ducere plebem
Iſraelitarum ſacra virtute neceſſe eſt.
Tunc iubet Herodes Perſas pertendere greſſum,
Inuentúmque ſibi puerum monſtrare colendum.
Ecce vix medio ſtellam præcurrere cernunt
Sulcantem flammis auras, quæ in culmine ſummo
Reſtitit, & pueri luſtrata habitacula monſtrat.
Gaudia magna Magi gaudent, ſidúſque ſalutant.
At poſtquam puerum vidère ſub vbere matris,
Deiecti prono texerunt corpore terram:
Submiſſique ſimul mox myſtica munera promunt.
Aurum, thus, myrrham, regique deóque hominique
Dona ferunt: totam mox horrida ſomnia noctem
Sollicitant, ſæuúmque iubent vitare tyrannum.
Denique diuerſis Herodis callibus aulam
Diffugiunt, patriámque Magi rediere latentes.
Ipſum etiam puerum monitis cæleſtibus actus
Ægyptum cum matre ſimul tranſportat Ioſeph.
At ferus Herodes ſibimet ſuccedere credit,
Quem callens aſtris quæſiſſet cura Magorum.
Quorum præcauto diſceſſu ſollicitatus,
Crudeli tinxit Bethleémica compita cæde,
Infantes mandans, teneróque ſub vbere plebem
Innocuam in finibus rigido ſuccumbere ferro.
Hæc etiam cædes olim præſcripta manebat.
Nam pius hanc vates diuino numine doctus
Complorat, miſero ſobolis pro funere matres
Horrendis grauiter cælum pulſare querelis.
Aſt vbi ſopitus furor eſt, & ſæua tyranni
Infantum horribili ſeritas ſatiata cruore,
Extinxiſſe putat cunctos, quos vnus & alter
Annus lethiferi miſerè ſuppreſſerat æui.
Mirandis rurſus deuinctus membra ſopore
Ioſeph vrgetur monitis, Mariam puerúmque
Ægypto ad patriam vectare, vbi Nazara felix
Olim prædictum puero dedit addere nomen.
Dixit & alterius quondam prænuntia vatis
Vox inſtincta Deo, Veniet, veniet mea proles
Ægypto ex alta, terris lumenque ſalúſque.
Creſcebat rapidis annorum greſſibus infans,
Præcurrens æuum ſapientia præueniebat,
Gratiaque in vultu, & verbis veneranda micabat.

Lucæ 2.

Et iam biſſenos æui comprenderat annos
Cùm paſchæ ritum ſeruando ex more parentes
Ad templum lætis puerum perducere feſtis
A Omnibus annorum vicibus de more ſolebant.
Ergo aderant paſchæ pariter, cunctiſque diebus
Feſtorum impletis, patriam remeare parabant.
Tum puer in populo comitis veſtigia matris
Deſeruit, templique libens ſecreta petiuit.
Illum per vicos vrbiſque, per abdita tecta,
Pérque viæ ſtratas, per notos, pérque propinquos
Quærebat genitrix: ſed lux vbi tertia venit,
B Ad templum properè remeat, vatúmque coronæ
Inuenit inſertum, legúmque obſcura ſenili
Tractantem cœtu: vix admiratio digna
De pueri verbis ſenibus fuit: at pia mater:
Nate, ait, amiſſum lacrymis te quæro profuſis
Anxia, cum genitore gemens: quæ cauſa parentum
Secreuit greſſu, templique in ſede retentat?
Ille autem, Quid me tantum, quid quæritis, inquit?
C An nondum ſentis genitrix quòd iure paternis
Ædibus atque domo natum inhabitare neceſſe eſt?
Hæc ait, & greſſum ſociat, patriamque reuiſit.
Nec genitrix tanti perſenſit pondera verbi,
Ordine cuncta tamen cordis ſecreta reſeruat,
At puer obſequiis aptè prædulcibus ambos
Ad proprium ſemper cogens nectebat amorem.

Matthæi 3. *Marci* 1. *Lucæ* 3. *Ioannis* 1.

D Interea veteris ſcripti per debita currens
Omnia ſeclorum ſeries promiſſa trahebat.
Zachariæ ſoboles deſertis vallibus omnes
Ad deponendas maculas clamore vocabat,
Fluminis vt liquidi caperent miranda lauacra,
Quis animæ ſpecies abluta ſorde niteret.
Eſaias vates cecinit quod numine iuſſus:
Vox latè reſonat deſertis vallibus amplas.
E Sternite iam ſtratas, omnis ſit tecta viatum
Semita, quæ domini digna veſtigia geſtet.
Subſident colles, vallis complebitur omnis:
Corriget anfractus callis bona linea recti.
Corporeiſque oculis lumen tractare ſerenum
Omnibus indulget genitor, dominúſque ſalutis.
Ergo aderant populi, paſſimque hinc inde ruentes
Complebant ripas, auidique lauacra petebant.
F Texta camelorum fuerant velamina ſetis,
Et zonæ pellis medium cinxere Prophetam,
Aruis qui ſolitus ruralibus eſſe loculi as
Et tenuem victum ſyueſtria mandere mella.
Iſq; vbi tot populos diuerſis ſedibus ortos,
Irruere ad fluuium cernit, ſic increpat ore:
Viperæ gentis ſoboles, quis debita vobis
Supplicia, vrgentéſque iras euadere monſtrat?
G Sed facite ô miſeri fructum (ſi pœnitet) aptum,
Nec generis veſtri tollat fiducia mentes.
Nam potis eſt dura ſuperûm rex caute creare
Progeniem, quando ſoboles ſua degener errat.
Proxima robur els iamiam radicibus inſtat
Cunctorum ante oculos acies ſublata ſecuris.
Cædentur ſyluæ ſteriles, ignémque fouebunt.
Nunc ego præteritas maculas in flumine puto
H Abluere inſtitui: veniet ſed fortior alter
Cuius vincla pedum non ſum contingere dignus.
Abluet ille homines ſancto ſpiramine mergens,
Flammatúmque globis purgabit noxia corda.
Illius & manibus ruralis pala tenetur,
Et propria ipſius purgabitur area frugum,
Horreáque implebit ſecreti copia farris,
Æternúſque leues paleas populabitur ignis.
I Hæc ait: & properis per ſyluam paſſibus ipſum
Cernit Iordanis veneranda lauacra petentem.
Sed vetat increpitans vates, & talia fatur.
Tune meis manibus digneris mergier vndis,
Cùm tua me melius poſſint mundare lauacra?
Dixit Ioannes: cui talia reddit Ieſus:
Nunc ſine, nam decet hoc: ſic ſancta per omnia nobis
Iuſtitiæ conſectandus complebitur ordo.
Hæc memorans, vitreas penetrabat fluminis vndas,

Surgenti mani ſeſta Dei præſentia claret.
Scinditur auricolor cæli ſeptemplicis æthra,
Corporeámque gerens ſpeciem, deſcendit ab alto
Spiritus aëream ſimulans ex nube columbam.
Et ſancto flatu corpus perfudit Ieſu.
Tunc vox miſſa Dei longum per inane cucurrit,
Ablutumque vndis Chriſtum, flatúque perunctum
Alloquitur: te nate hodie per gaudia teſtor
Ex me progenitum, placet hæc mihi gloria prolis.

Matthæi & Lucæ 4. Marci 1.

Tum petit vmbroſos montes, & luſtra ferarum,
Obſequiúmque illi partis præbere miniſtri
Certabant. rabidi mox liuor dæmonis ater
Cum terrore rapit mentem, nec deſuit ægro
Tentandi interea Chriſtum verſutia fallax.
Quadraginta illi fuerant ex ordine ſoles,
Ex quo nulla cibi potúſque alimenta dabantur,
Sed contexta ſimul firmi ieiunia cordis,
Terrarum ad regnum mentis ſectera tenebant.
Tunc epulas demum monuit conquirere corpus
Horrendi interea ſceleris fallacia tentans,
Si te pro certo genuit Deus omnibus, inquit,
His porosis ſaxis fotti ſermone iubere
Vſum triticei formámque capeſſere panis.
Chriſtus ad hæc fatur. Nil me iam talia terrent,
Nam memini ſcriptum: quoniam non ſola tenebit
Vitam credentis facilis ſubſiſtantia panis,
Sed ſermone Dei complet pia pectora virtus.
Rurſus at ille dolus verſutis artibus aptans
Nectere tentator properat: nam mœnibus vrbis
Mox inferre pedem ſenſit, vis liuida Chriſtum
Culmine marmorei ſuaſit conſiſtere templi.
Tunc ſic aggreditur vocis fallente veneno:
Si Deus eſt verè genitor tibi, culmine templi
Aëra per vacuum ſaltu iaculabere corpus.
Teſtis erit ſcriptura tibi, quæ ſpondet apertè
Mandatum ſummi genitoris tale miniſtris,
Vt lapſum ſtudeant caſu defendere corpus,
Et famulis manibus curent tua membra leuare,
Ne lapidis lædat ſummas offenſio plantas.
Reddidit his Chriſtus dictis contraria dicta:
Me meminiſſe magis ſcripti cæleſtis oportet,
Ne vires Domini fidens audacia tentet.
Rurſus in abrupti montis conſiſtere celſa
Mox furibunda iubet ſenſit fallacia Chriſtum.
Oſtendens o[illegible]tia regna per orbem,
Cernis, ait, quæ ſit [illegible]rum gloria rerum?
Cuncta tibi poſſum iamiam concedere regna,
Talia donantem ſi me veneratus adores.
Tum ſic inſtantem dictis reiecit Ieſus:
Effuge peſtiferi rabies veſana veneni,
Hæreat vt ſemper nobis immobile iuſſum,
Vt iuſtus cæli Dominum deuotus adoret,
Vnius & famulans veneretur nomen in æuum.
Talibus excuſſus fugit per deuia dæmon.

Inde vbi Ioannem cognouit carceris vmbris
Submerſum, triſti compreſſit corda dolore,
Finibus & ſtatuit Zabulonum ponere ſedes,
Vt dictum Iſaiæ concurreret ordine ſecli:
Terra Zabulon, & regio cui Nephthala nomen,
Et via trans pelagus longè, Galilæáque rura,
Trans & Iordanem gentes, populique tenebris
Incluſi magnum lumen ſubitúmque videbunt.
In mortisque illis vmbra reſidentibus, alma
Exoritur fidai reſplendens luce voluntas.
Ergo inſtare Dei regnantis munera Chriſtus
Nuntiat, increpitans præconia larga ſalutis.

Prætereúnſque videt geminos per littora fratres.
Præſolidum Simonem, dignum cognomine Petri,
Andreámque ſimul, ſinuoſa volumina lini
Piſcibus inſidias diſponere marmoris vndis:
Nunc, inquit, piſces capitis maris æſtibus altis,
Sed me ſi libeat ſectari fortia vobis

A Prouenient hominum prepulchra indagine ſuceſ.
Illi confeſtim firmato pectore certè
Retibus abiectis pariter præcepta ſequuntur.
Poſt fratres Iacobum Ioannémque marinis 460
Inſidias gregibus maculoſo inuectere texto,
Vt vidit, ſimilémque dedit de littore vocem.
Illi Zebedeum genitórem in puppe relinquunt,
Illico ſectantes pulcherrima iuſſa ſalutis.

B *Matth. 4. Marc. 3. Ioannis 6.*

Exin per terram Galilææ, ſancta ferebat
(Inſinuans populis) regni præconia Chriſtus.
Donabatque citam inualidis ægriſque medelam.
Et mox crebra procul Syriam iam fama tenebat,
Mille ſonans linguis præſentia munera Chriſti.
Denique certatim languoris tabe pereſos 470
Diuerſiſque malis nexos quis longa dolore
C Abſumpſit populans membrorum robora tabes,
Monſtrabant Chriſto: facili ſed munere cunctos
Reddebat properè miranda ad gaudia ſanos:
Iámque animæ ipſius morbi ſæuique furores,
Et lunæ curſum comitata inſania mentis
Diſceſſere graui ſermonis pondere iuſſa,
Illum ſtipantes miracula magna mouentem
Mixtæ ſectantur turbæ, Solymique Syrique,
D Et Iudæa frequens populis, Galilæáque plebes, 480
Et quos Iordanis diuinit ſtagnante fluento.

Matth. 5. Luc. 6.

Hos populos cernens præcelſa in rupe reſedit,
Ac ſic diſcipulis gremium cingentibus infit:
Felices humiles, pauper quos ſpiritus ambit,
Illos nam cæli regnum ſublime receptat.
His ſimiles mites, quos manſuetudo coronat,
E Quorum debetur iuri pulcherrima tellus.
Hic modò lugentes ſolatia digna ſequentur,
Pabula iuſtitiæ qui nunc potuſque requirunt
Illos plena manet ſaturandos copia menſæ. 490
Felix qui miſeri doluit de pectore ſortem,
Illum nam domini miſeratio larga manebit.
Felices, puro cælum qui corde tuentur,
Viſibilis deus is per ſecula cuncta manebit,
F Pacificos deus in numerum ſibi prolis adoptat.
Felices nimium, quos inſectatio frendens
Propter iuſtitiam premit, iis mox regia cæli
Pandetur: Gaudere operum quos iuſta tanentea
Vrgebit præceps ſtimulis iniuria ſæuis,
Plurima nam merces vobis ſeruatur in æthra, 500
Námque Prophetarum fuit inſectatio talis.
Diſcite vos hac in terra ſalis eſſe ſaporem.
G Hic ſapor amiſſa ſi iam virtute ſeneſcit,
Quæ ſalis abſumptos acuat ſubſtantia guſtus?
Nec quiſquam fatui poſt hæc ſupereſt ſalis vſus,
Ni longe abiecti cuncta vt veſtigia calcent.

Vos eſtis mundi clarum (ne abſcondite) lumen.
Nam, quis præcelſis impoſitam rupibus vrbem
Occultare queat? veſtrum ſed lumen ad omnes
Perueniat, verúmque decus ſub luce ſerena 510
H Ponatur, cunctis genitoris gloria veſtri
Laudetur, celſi thronus eſt cui regia cæli.

Non ego nunc priſcas leges diſſoluere veni,
Vertere nec veteres, ponunt quæ iuſſa Prophetæ,
Omnia nam vobis per me complenda manebunt.
Vera loquor, donec cæli terræque mariſque,
Interitus veniat, legis ne littera ſaltem
Aut apicis parui gracilis diſtinctio deerit,
I Omnia quin fiant digeſta ex ordine ſecli.
Si quis enim minimam mandati ſoluere partem 520
Auſus erit, pariterque homines ſuadendo docebit.
Hic minimi nomen cæleſti in ſede tenebit.
At quicunque operis proprij moderamina ſeruans,
Inuiolata ſimul tradet præcepta piorum:
Magnus erit, magnóque feret trans ſydera nomen.

Audiſtis veteris iuſſum moderamine legis,
Humano ſi quis maculârit ſanguine palmas,

Ille

Ille reus ferro perſoluet vindice pœnas.
Aſt ego præcipiam ne quis conſurgere in iras
Audeat,atque odio fratris feruente moueri.
Nam reus hic æquo pœnas ſub iudice pendet.
Nec minor illorum conuitia flamma ſequetur.
Qui fatui miſerive cient ſub nomine fratrem.
Sin offerre voles,venerans altaria donis,
Et tua tunc tacitæ mentis penetralia tanget,
Quòd tibi ſit cum fratre domi ſuſcepta ſimultas,
Munera cuncta adytis illis admota relinque.
Et prius ad pacem properans tranſcurre petendam.
Fraterno,demum iam conciliatus amori,
Offer grata Deo tranquillo pectore dona.

Luc. 12.

Eſt tibi præterea virtus contraria ſemper,
Corporis hæc caſti celeri curerut amore,
Dum rapidæ tecum graditur per compita vitæ,
Accuſabit enim polluti corporis vius,
Et te ſublimi ſtatuet ſub iudice vinctum.
Damnatum rapient ad vincula ſæua miniſtri,
Nec prius è tenebris ſolueris carceris atri,
Vltima quàm minimi reddatur portio nummi.
Haud ignota,reor,vobis ſtat cautio legis,
Corpus adulterio prohibens:ſed nunc mea iuſſa
Occulta internæ frænent mulimina mentis:
Nec minus optati quàm facti pœna luenda eſt.

Matth. 5.

Si te forte oculi dextri laqueauerit error:
Auctorem miſeræ properans conuellito labis,
Et iaculare procul:nam membrum perdere præſtat
Exiguum,flammis quàm totum dedere corpus,
Perpetuiſque animam pariter conuoluere pœnis.
Et ſi dextra manus mentem per deuia ducit,
Erroris cauſam præſtat decidere ferro,
Quàm totum æternis corpus concedere flammis.
Præcipiant veteres,ſi quis connubia rumpit,
Scribere diſſidium iuris per alia verba:
Sola viri rectè diſcedet adultera tectis.
Aſt aliæ maneant nam caſti iura pudoris
Auctore amittet mulier deſerta marito.
Antiquæ leges prohibent periuria linguis,
Sed noſtris cedat iurandi audacia iuſſis.
Nec fas eſt homini cælum iurare per altum,
Quòd ſedes Domini.nec quæ veſtigis geſtat
Terra Dei,Solymæve vrbis venerabile nomen,
Quòd regis magni patria eſt,iurabitur vnquam.
Nec caput in proprium cuiquam iurare licebit,
Namque poteſtatem minimi non eſſe capilli
Cernitis,albúmve, aut nigrum mutare colorem.
Eſt eſt,ſufficiat quod non eſt, dicite non eſt.
Quod ſupereſt iſtis,totum fallaciter ægro,
Suggerit obreptans animo vis tetra veneni:
Peruulgata diu legis præcepta tenetis,
Lædentem ſemper ſimilis vindicta ſequatur.
Sed tranquilla malum melius patientia vincet.
Ac ſi quis partem palma percuſſerit oris,
Mox aliam vultus partem præbere memento.
Auferat aut tunicam ſi quis vi iudicis inſtans
Cede libens,pariterque ferat tua pallia ſecum.
Si te forte aliquis paſſus per mille iubebit
Ire viam grauis atque oneris perferre laborem,
Mox perges,aliúdque viæ comitabere duplum.
Si quis egens poſcet,vel ſe ſimulabit egentem,
Ea animo miſerans largire:aut mutua ſi quis
Orabit,tribue,& mitem ne ſubtrahe vultum,
Nec tibi ſit placitum,ſolis ſuccurrere amicis,
Aut cæcis odiis inimicos ducere dignos.
Quin ego præcipiam ſemper blando eſſe per omnes
Obſequio precibúſque Deum mollire benignis
Pro vita ipſorum,qui vos excindere gaudent,
Aduerſiſque truces animis,odiiſque ſequuntur.
Nam genitor veſter communia lumina ſolis,
Communéſque dedit pluuias,iuſtiſque maliſque,

A Quod ſi coniunctos tantum veneramur amicos,
Quis locus hic iuſtæ poterit mercedis haberi?
Seruit amicitiæ tantum gens dedita lucris.
Sed vos perfecto ſimiles eſtote parenti.

Matth. 6.

Sic vbi iuſtitiæ pandetur iuſta facultas.
Deuitate oculos hominum:nam nulla manebit
B Merces in cælo,quæ factum tale ſequatur.
Applaudet tantum ſterilis iactatio vulgi.
Sed quod dextra facit,facias neſcire ſiniſtram:
Cùm veniet,iuſtis meritis tunc digna rependet
Occulti ſolus ſcrutator præmia cordis.
Sunt quos prætumidæ tollit iactatio mentis,
Et precibus propriis gaudent [illegible]ſiſtere turbas.
Multiloquiſque diem verbis ducendo fatigant
His votis pompæ fructus ſuccedit inanis,
C Sed ſecreta domus precibus penetralia [illegible] caſtis
Claudantur,pauciſque Deum venerabere verbis.
Sit pater ipſe,tui quæ ſit trepidatio cordis.
Nil abſente Deo loquimur,nil abdita clauſum
Pectoris antra tegunt:præſens Deus omnia cernit,
His igitur votum placeat concludere verbis.
Sydereo genitor reſidens in vertice cæli.
Nominis oramus veneratio ſanctificetur
D In nobis pater alte tui:tranquilláque mundo
Adueniat,regníque tui lux ampla patefcat.
Sic cælo vt terris fiat tua clara voluntas.
Vitaliſque hodie ſancti ſubſtantia panis
Proueniat nobis:tua mox largitio ſoluat,
Innumera indulgens erroris debita praui
Et nos haud aliter concedere fœnora noſtris.
Tetri ſæuus procul tentatio dæmonis abſit,
E Eque malis tua nos in lucem dextera tollat
Tunc etenim genitor populis delicta remittet
Si veſtra alterni vobis peccata velitis
Cedere,nec durum eratis intendere pectus.
Sunt etiam pergrata Deo ieiunia plebis,
Sed propriam multi faciem fœdare laborant,
Quò vanam captent hominum ieiunia famam.
Tu verò & grato crinem nitefactus oliuo,
F Lætantem puris de fontibus ablue vultum:
Vt ſolus genitor deuoti pectoris aptum
Seruitium cernens, laudem, meritumque rependat.
Vanum eſt defoſſis terra innigilare talentis:
Illic ærugo & tineæ dominantur edaces,
Cunctáque diripiunt fures [illegible]ebris.
Condite theſauros vobis [illegible]ce cæli:
Non ærugo illos tineæve aut horrida furum
G Factio diripiet:vobis vbi condita res eſt,
Illic corda etiam ſimili dit[illegible]ne tenentur.
Corporis eſt lumen quo pub[illegible] lumina cernis:
Sed ſi pura acies oculis ſimpl[illegible] nitebit,
Clarè totius ſplendebunt cor[illegible] artus,
Sin verò nequam fuerit,prauumque videbit,
Obſcuræ incumbent ſuper omnia membra tenebræ,
In nigras lumen ſed ſi conuertitur vmbras,
H Ipſis horror erit quantus ſine luce tenebris?
Nemo poteſt dominis æquè ſeruire duobus.
Vnius aut odiis cedet, vel cedet amori.
Nec pariter dominum ſeruus patietur vtrumque,
Haud vnquam poterit quis diuitiiſque Deoque
Inſeruire ſimul:ſed vos hæc iuſſa tenete,
Sollicitet proprio ne vos pro corpore veſtis,
Neu faciles victus ægra diſquirite cura.
I Nónne animam pluris facimus quàm corporis eſcas?
Haud dubitat corpus quiſquam præponere veſti?
Aëreas ſpectemus aues, non vomere preſſo
Terga ſoli ſubigunt,iaciunt nec ſemina farris,
Aut ſegetum calmos incurua falce recidunt:
Prouenit & tamen his ſatias potúſque cibúſque,
Nónne Deo magis eſt hominum curatio cordi?
Nec dignum fuerat,veſtis ſuſpendere curam
Pectoribus noſtris,cum ſicubi talia poſſunt

Incrementa ſuis homines imponere membris?
Cernite per pingues agros vt lilia florent,
Non vlli tamen his vnquam incubuera ligones.
Nec Salomona grauem quum regni diuitiis aula
Affluerct, talis contexit gratia veſtis.
Quòd ſi pratorum fruticumque virentia læta
Ipſe Deus veſtit, noſtris obnoxia flammis:
Cur vobis potior non eſt fiducia patris?
Ergo cibum, potum, veſtémque & inania cuncta
Gentibus infidis terrenam linquite curam.
Vos potius digaè cœleſtia quærite regna,
Iuſtitiámque Dei ſponcanea cætera curent.
Craſtina nec vobis curetur copia rerum:
Quiſque dies ſibimet ſatis eſt pro fraude diurna.

Matth. 7. Luc. 6.

Iudicium veſtrum fugiat damnatio ſæua.
Nam dominus veſtri iuris documenta ſequetur
Quæ vos in terris ſtatuetis, tempore capti,
Hæc eadem vobis genitor ſeruabit in æthra.
Menſuram tibi quam ponis, portare neceſſe eſt.
Cernis adhærentem feſtucam in lumine fratris,
Nec tamen in proprio tignum conſiſtere ſentis,
Atque oculûm prius alterius purgare laboras?
Diripe ſed proprio fallax de lumine tignum,
Tum minimam alterius curabis demere ariſtam.
Ne canibus ſanctum dederitis: nêve velitis
Turpiter immundis iactare monilia porcis,
Námque illa in cœno pedibus ſubiecta iacebunt:
Conuerſique canes vaſto vos vulnere rumpent.
Poſcenti dabitur, quærens inuenta tenebit:
Pulſantique adicus foribus pandetur apertis.
Vos, homines, natis panem poſcentibus omnes
Num lapidem dabitis? piſcémve petentibus anguem?
Vos inquam rigidi, quibus altè eſt inſita cordi
Duritics, veſtris dabitis ſemper bona natis:
Indulgens hominum genitor bona mitia dignè,
Quàm præſtare magis gaudet poſcentibus æquis
Quæ cupitis vobis hominum benefacta venire,
Hæc eadem veſtro cunctis præſtate fauore:
Hæc legis ſumma eſt, hoc ius dixêre Prophetæ.
Ite per anguſtam, iuſti, ſuper æthera portam,
Quàm lata & ſpatioſa via eſt, quæ limite læuo
Præruptum conuoluit iter caligine mortis,
Innumeræque illam peuerrant per prona cateruæ.
Vitalis vaſtis ſtipatur ſêmita ſaxis,
Celſâque vix paucos ducit per ſcrupea virtus.
At ſi quos nimium [illegible], illéxque malorum
Planicies ſuaſit, de[illegible] lubrica lapſu
Arripit hos, pronóſque trahit velut impetus amnis,
Aut alacer ſunipes ruptis effrenus habenis,
Aut rectoris egens ventoſa per æquora puppis.
Obſeruate illos, falſo qui nomine vobis
Inſidias faciunt, appellanturque Prophetæ:
Hos ouium ſpecies veſtit, ſed ſæua luporum
Pectora fraude tegunt, laceránque incauta trahétes
Agmina credentum ſæuus quos decipit error.
Fructibus è propriis noſcuntur talia monſtra:
Quémque petat finem fallax doctrina, vidêdum eſt.
Quapropter rerum molitio proſpiciatur:
Nam neque de tribulis ficus, nec ſentibus vuas
Prouenisſa vnquam ruris per terga notaſtis.
Vtque arbor proprio veſtitur germine pomi,
Sic dolus illorum, fructu monſtrante pateſcit.
Non ego palpantum verbis & honore mouebor,
Nec me quòd dominum præblanda adulatio dicit,
Præmia cæleſtis capiet ſpontanea ſedis:
Olli ſed meritò gaudebunt munere regni,
Qui faciunt noſtri genitoris iuſſa volentes.
Adueniet mox ſumma dies, quæ iure ſeuero
Præmia iuſtitiæ tribuet, ſceleríque gehennam.
Tum mihi multorum clamabit talia fletus:
Nóune tuo quondam nobis ſub nomine virtus
Extitit, & noſtris parebant omnia iuſſis?

A Sæpe etiam noſtra eſt vox annumerata Prophetis,
Seruiuitque tuo nobis ſub nomine dæmon?
Tunc iurabo illis, quòd talis cognita nunquam
Vita mibi eſt hominum, geſtis quæ ſordet iniquis.
Quiſque meis monitis, aureſque & facta dicabit,
Hunc æquabo viro, ſolidis fundamina ſaxis
Ponenti, librata ſuper quæ mœnia ſurgent,
Illa domus pluuiis ventiſque illæſa manebit,
B Torrentúmque minas firmato robore vincet:
Hærent immotæ quoniam fundamine petræ.
Qui verò auditu tantùm mea iuſſa tenebit,
Diuerſiſque procul factis per lubrica perget,
Hunc ſimilem faciam, volucri qui fulcit arena
Fundamenta domus, cui mox vt flamina venti,
Et pluuia effuſis cœpere incumbere riuis,
Omnis ſubuerſo procumbit pondere moles,
C Inſequitúrque graui tectorum ſtrage ruina.
Talia dicentem magna admiratio plebis
Immenſum ſtupuit, quoniam tranſcenderet altè
Doctrinam veterum, Chriſto conceſſa poteſtas.

Matth. 8. Marc. 1. Luca 5.

Deniqne linquentem celſi faſtigia montis
Stipabat gaudens populorum turba ſequentum,
Ecce ſed horrenda confinus viſcera tabe,
D (Quem toto obſeſſum fœdarat corpore lepra)
Procubuit venerans iuuenis, Chriſtúmque precatur,
Vt careat tandem languoris pondera tanti.
Sufficiat voluiſſe tuum: tum dextera Chriſti
Attactu ſolo purgauit lurida membra,
Incolumique dehinc celare hæc gaudia iuſſit,
Et legi parens offerri munera templo.
Inde recedenti ſupplex ſe protinus offert
E Centurio, & precibus proiectus talibus orat:
Impubis pueri cruciatur ſpiritus æger:
Cuius cuncta tepens membrorum munia languor
Diſſoluit, vitámque tenet iam pœna ſupeſtes.
Sed iuſſu miſerere precor: nam tecta ſubire
Crimina noſtra vetant vitæ luciſque parentem.
Nunc verbo ſatis eſt, iubeas remeare ſalutem.
Subiectos mihi ſæpe viros, ſic noſtra poteſtas
F Officiis verbo iuſſis parere coegit.
Dixerat: Ille viri motus precibúſque fidéque,
Talia conuerſus populo dat dicta ſequenti:
Haud vnquam talem memini me gentis auitæ
Inueniſſe fidem: ſed veris diſcite dictis,
Quòd multos homines diuerſis partibus orbis
Progenitos cœli regnum ſublime vocabit
Cum patribus noſtris vitali accumbere menſæ:
G Progenies quorum cæcis demerſa tenebris,
Dentibus horrendum ſtridens, fletumque frequentâs,
Perpetuis pœnam cruciatibus acta ſubibit.
At tibi iam iuuenis mentis virtute fidelis,
(Vt credis) veniet fructus cum luce ſalutis.
Dixerat, & dicto citius cum voce loquentis
Ad puerum celeris tranſcurrunt munera verbi,
Ingreſſúſque domum miles properante recurſu,
H Præueniſſe Dei lætatur dona medentis.
Ædes inde Petri ſanctus penetrabat Ieſus,
Cuius anhela ſocrus æſtu, febrique iacebat:
Atque illi dextram tetigit Saluator Ieſus,
Sana miniſterium præbebat fœmina menſis.

I

LIBER SECVNDVS.

Matth. 8. Luc. 9.

IAMQVE dies prono decedens lumine pontum
Contigerat, furuámque ſuper nox æmula pallam
Sydereis pictam flammis per inane trahebat,
Cùm multos homines, mentis languore ruentes,
Deuictáſque animas ſcelerata dæmonis arte
Certatim populi cæca iam nocte ferebant:

Sed

Sed verbum Christi tanto languore remoto,
Omnibus indulgens, præbebat munera patris.
Ecce ſed exuita maior cum luce tumultus
Gratantis populi, cùm turbis anxius ille,
In mare veliuolum celſam deducere iuſſit
Diſcipulis puppim, precibus tum ſcriba profuſis
Nauigio ſancti pariter poſcebat abire.
Olli Christus ait, quò me tu Scriba ſequeris?
Vulpibus in ſaltu rupes excisa latebram
Præbet, & aëreis auibus dat ſylua quietem,
At hominis nato, nullis ſuccedere tectis
Eſt licitum, gentis ſic ſunt molimina veſtræ.
Tunc è diſcipulis vnus ſic ore rogabat:
Vltima defuncto debentur munera patri,
Hinc ſpatium tribuat nobis tua ſancta voluntas,
Vt liceat miſeri genitoris condere corpus.
Christus ad hæc: iter melius comitabere noſtrum,
Et ſine defunctis defunctos condere terræ.
Conſcendunt nauem, ventóque inflata tumeſcunt
Vela ſuo, fluctúque volat ſtridente carina.
Poſtquam altum tenuit puppis, conſurgere in iras
Pontus, & immiſſis hinc inde tumeſcere ventis
Cœpit, & ad cælum rapidos ſuſtullere montes,
Et nunc mole ferit puppim, nunc turbine proram.
Illiſóſque ſuper laterum tabulata receptant
Fluctus, diſſectóque aperitur terra profundo.
Interea in puppi ſomnum carpebat Ieſus.
Illum diſcipuli pariter nautæque pauentes
Euigilare rogant, pontique pericula monſtrant.
Ille dehinc: quàm nulla ſubeſt fiducia vobis!
Inſidos animos timor irruit, inde procellis
Imperat, & placidam ſternit ſuper æquora pacem.
Illi inter ſeſe timidis miracula miſcent
Colloquiis: quæ tanta illi permiſſa poteſtas,
Quòdve ſit imperium, cui ſic freta concita ventis,
Erectæque nimis ſubmittant colla procellæ.
Iam Geraſenorum ſteterat ſub littore puppis,
Ecce ſed egreſſo iuuenis (mirabile dictu)
O currit, miſeram cui mentem ſpiritus ater
Horrenda implebat lacerans virtute furoris.
Illi grata domus tetris habitare ſepulchris,
Nec poterat rabidum quiſquam retinere furorem,
Ferrea quin etiam rumpebat vincula membris,
Scindebátque graues, vt lanea fila, catenas.
Et iam compedibus leuis inſultare ſolutis
Ludus erat: ſaxiſque ferum concidere pectus,
Iſque vbi pergentem Chriſtum per littora vidit,
Cum clamore ruit, longéque accurrit adorans:
Regnatis ſemper Domini clariſſima proles,
Oramus, ſultæ ne nos regionis ab oris
Excutias, longè tormentis exerciatos.
Nam numen legio eſt nobis, multóſque ſub vno
Numine conſociat flatus vis ſola nocendi:
Cernis vt immundi ſubigant hæc paſcua porci,
His ſaltem liceat rabiem ſatiare repulſam,
Per patris altithroni nomen ſublime rogamus.
Imperat iis hominis mentem dimittere Chriſtus,
Porcorúmque ſinit gregibus finire furores.
Iámque hominis ſtupidum diſcuſſo dæmone pectus
Inſperata ſuæ veneratur dona ſaluris:
Et iam præcipites ſcopulorum margine porci
In mare deiecti, properant diſperdere vitas.
At verò è ſpeculis miracula tanta pauentes
Diffugiunt, vrbíque ruunt ad tecta ſubulci,
Et famam accendunt, populóſque ad littora cogunt.
Inſanum iuuenem poſtquam reſipiſſe videbant,
Credere cernentum populorum turba coacta eſt:
Orabant pauidi regionem linqueret illam.

Matth. 9. Marc. 2. Luc. 5. Ioannis 5.

Inde domum repedat terrarum lumen Ieſus.
Ecce reuertenti iuuenis torpentia membra
(Officium quorum morbus diſſoluerat acer)
Ante pedes ponunt tepido recumbentia lecto,

A Quem miſerans animo verbis compellat Ieſus:
Adſit certa tuæ iuuenis conſtantia mentis,
Nam tibi præteritus vitæ donabitur error.
Hoc dictum Scribæ mentis per operta malignæ
Carpebant, quòd verba Dei virtute ferenda
Protulerat Chriſtus: ſed pectora talia cernens,
Hoc, inquit, verbum Scribarum dicta retractant.
Quod quanto leuius fuerit dixiſſe, ſequentis
B Et dicti & facti pariter virtute probabo,
Vt mihi conceſſum peccata remittere cernant:
Quapropter iuuenis firmato corporis vſu
Surge vigens, ſtratúmque tuum ſub tecta referto.
Surrexit, lectúmque humeris iam fortibus aptat,
Per mediúmque vigens populi mirantis abibat.
Tunc timor & laudes domini per pectora plebis
Concelebrata, ſimul miracula læta frequentant.
C Progrediens tunc inde ad vectigalia, vidit
Conceſſu in medio Matthæum, protinus ergo
Diſcipulis hærere iubet: nil ille recuſans
Imperio Chriſti paret, gaudétque ſequutus.

Ioannis 1.

Inde iter ingrediens, ſimili ſermone Philippum
Hortatur, comitémque ſuis aſciuit amicis.
Ille vbi cognouit Chriſti vireſque viámque,
D Tum primum iuſſo concurrit Nathanaëli,
En noſtris, inquit, conceſſum eſt viſere ſeclis,
Quem voces veterum, & ſancti cecinere Prophetæ.
Hunc genuit veniens Dauidis origine Ioſeph,
Nazara cui felix patria eſt, & nomen Ieſus
Ille refert, genuit quicquam ſi Nazara (miror)
Quod dignum tantis vnquam virtutibus eſſet.
Inde Philippus ait: cernes, dubitare quieſce,
E Progrediénſque videnam oculis ſpectare licebit.
Illum vbi tendentem longe reſpexit Ieſum,
Verè, ait, hic iuſtus, cui pectora neſcia falſi,
Virtutem puram ſeruant ſine fraude maligna.
Ille ſub hæc: Vbinam, vel quo me tempore noſti?
Cui dominus dicta hæc diuino pectore promit:
Cùm te diffuſæ tegerent vmbracula ficus,
F Ante etiam quàm te vocitarent verba Philippi,
Vidit, & elegit comitem te ſpiritus auctor.
Talibus attoniti ſequitur vox Nathanaëlis:
Progenies veneranda Dei, rex inclyte gentis,
Tu populis terræque ſalus, vitæque magiſter.
Chriſtus ad hæc: Facilis ſuaſit tibi credere virtus
Arborea quòd te vidi recubare ſub vmbra,
Sed maiora dehinc certum miracula reſtant.
Cernetis pariter totum ſe ſcindere cœlum,
G Atque Dei celeres æthram penetrare miniſtros,
Inde hominis nato claram deferre coronam.

Ioannis 2.

Interea thalamis connubia feſta parabant
In regione Chanan, vbi mitis mater Ieſu
Cum nato pariter conuiuia concelebrabat.
Vina ſed interea conuiuis deficiebant,
Tunc mater Chriſtum per talia dicta precatur:
H Cernis lætitiæ iam defeciſſe liquorem?
Adſint nate bonis ex te data munera menſis.
Olli reſpondet terrarum gloria Chriſtus:
Feſtinas genitrix, fandum me talia cogit
Ad victus hominum tempus concedere dona.
Menſarum tunc inde vocat lætata miniſtros
Mater, & imperiis nati parere iubebat.
Sex illic fuerant ſaxis præpulchra cauatis
I Vaſcula, quæ ternis aperirent ilia metris,
Hæc iubet è fontis gremio complere miniſtros.
Præceptis parent iuuenes, vndáſque coronant
Completis lapidum labiis, tum ſpuma per oras
Commixtas vndis auras ad ſumma voluntat.
Hinc iubet vt ſummo tradant guſtanda miniſtro.
Ille vbi percepit venerandi dona ſaporis,
(Neſcius in vini gratum tranſiſſe liquorem,
Egeſtas nuper puris de fontibus vndas)

Interea

Et tunc peccantum largus miſerator Ieſus
Se lumen cæcis Chriſtum veniſſe fatetur,
Et iam diſcipuli reduces, ſtupuere magiſtrum,
Quòd ſecreta illis potiretur fœmina verbis,
At properans vrnam mulier fontem propè liquit,
Et populum totis eduxit mœnibus vrbis.
Omnia nam memorat ſibimet ſermone Propheta,
Geſſerat ipſa prius quæcunque ex ordine dicta.
Tum properè Chriſtum fuſæ petiere cateruæ.
Diſcipuli interea rogitant, vt ſumeret eſcas.
Ille ſatis ſibi pulchrorum ſupereſſe ciborum
Reſpondit, ſed tum mirantum diſcipulorum
Inter ſe occultis currebat ſermo loquelis:
Forte aliquis prior hic epulas dedit antè magiſtro,
Noſtras vt meritò ſatiatus reſpuat eſcas.
Ille ſed internæ cernens molimina mentis,
Hæ mihi ſunt epulæ, pectus ſatiabitur iſtud,
Si faciam magni genitoris iuſſa per orbem.
Quatuor hinc menſes, lætæ ad primordia meſſis
Frugiferæ æſtati certè ſupereſſe putatis.
Erigite ergo oculos, albentes cernite campos
Cunctáque maturam iam rura expoſcere meſſem.
Nunc quicunque metet, pulchri mercede laboris,
Vitalique dehinc gaudebit fruge redundans,
Et ſator excipiet meſſorum gaudia lætus.
Vos ego nunc miſi grauidam ſuccidere meſſem,
Quæ non eſt veſtro ſulcis inſerta labore.
Vos aliena bonæ ditabunt munera frugis.
Talibus alloquiis comitum dum pectora complet,
Ecce Samaritum populi venire rogantes,
Exorántque illic geminos expendere ſoles.
Iámque fides multos plebis fundauerat alta,
Nec tam fœmineis tantùm concredere verbis
Ipſos, ſed coram virtus manifeſta docebat,
Veniſſet ſecli quòd iam Saluator Ieſus.
Iámque Galilæam remeauerat in regionem,
Quondam vbi fontanas vino mutauerat vndas.
Regius hic iuuenis (cui natum morbus anhelo
Ardore extremis vitæ torrebat in oris)
Comperit vt Chriſtum certo remeaſſe recurſu,
Aduolat, & precibus ſobolis pro ſorte profuſis
Orabat, celeris depoſcens dona ſalutis,
Ne pius ad lethum natus traheretur acerbum.
Chriſtus ad hæc, Signis niſi ſuadeat omnia virtus,
Non erit vlla fides, ſed perge, & ſoſpite vita
Ædibus in veſtris dulcem complectere natum.
His verbis fructum mox perceptura ſalutis
Pulchra fides, animum lætanti in pectore firmat.
Iámque iter ingreſſo properantibus obuia ſeruis
Nuntia fama venit: pueróque in luminis oras
Limine de mortis ſubitam remeaſſe ſalutem,
Ille vbi cognouit certum concurrere tempus
Sanantis Chriſti verbis, ſeſeque domúmque
Mancipat, amplexus fidei venerabile donum.

Matthæi 9. Marci 2.

Fortè dies epulis multos ſatiauerat vna,
Publica conductis qui vectigalia lucra
Profeſſi rapiunt alieno nomine prædam:
Hos cum diſcipulis ſimul accipiebat Ieſus.
Ecce Phariſæi occulto reprendere riſu,
Quòd legis doctor conuiuia talia iniret.
Ille ſed inſpiciens quid pectora ſæua tenerent,
Non, inquit, medicis opus eſt, vbi fortia membra
Intemerata ſalus vegetat, viréſque miniſtrat.
Ægris ſed meritò miſeris adhibenda medela eſt.
Diſcite nunc ſaltem iubeant quid verba Prophetæ,
Non ego ſacra magis quàm mitia pectora quæro.
Haud etenim iuſtos veni ad directa vocantes,
Sed reuocare malos peccantum à limite greſſus.
Ecce ſed è numero mirantum munera Chriſti
Vnus Ioannis quærebat diſcipulorum:
Cur ipſi legis ieiunia crebra tenerent,
Nulláque ſub Chriſto plebes ieiunia ferret?

A Chriſtus ad hæc contrà placido ſic ore profatur:
Qui ſponſi lætis comitantur vota choreis,
Non præſente illo ieiunia triſtia portant:
Iámque dies aderit, cùm ſponſus turbine ſecli
E medio comitum rapietur, triſtibus illi
Túncque dabunt animos lacrymis, horrore ciborum
Languida concipient animis ieiunia flentes.
B Quàm ſtultum eſt rudibus veteres ſubtexere pannos
Veſtibus vt turpis peius ſciſſura pateſcat?
Vtribus aut calidum tritis committere muſtum,
Quis ruptis totum ſequitur diſperdere vinum?
Vtribus eſt rectum rudibus ſpumantia muſta
Condere, ſic vinum conſeruant fortia vaſa.
Talia tractanti, perculſus pectora luctu,
Ecce ſacerdotum princeps procumbit adorans,
C Et ſibi defunctam (funus miſerabile) natam
Implorat lacrymis: certámque venire ſalutem
Defunctæ etiam poſcebat munere Chriſti.
Haud mora: conſurgens graditur Saluator Ieſus,
Progreſſi mulier ſequitur veſtigia ſeruans,
Quam languore graui bis ſex labentibus annis
Carpebat fluxus (macerans ſine fine) cruoris,
Torquebátque graui morbus pallore virentem,
D Viribus aſſumptis, & toto corpore fuſſa.
Pectoris hæc tacitam voluebat credula mentem,
Arcana ſecúmque fide, iam certa tenebat,
Actutum feſſo fugeret quòd corpore tabes,
Extremam Chriſti poſſet ſi tangere veſtem.
Hæc vbi per populum ſummi pendentia peplis
Fila manu trepida tractauit, protinus ille
Et cauſas morbi, & credentia pectora cernens
E Conceſſit celerem tali cum voce ſalutem:
Accipe quod meruit fidei conſtantia munus.
Et mox conſtrictu riguerunt ſanguine venæ.
Poſtquàm peruentum eſt, vbi funera virginis ingens
Plangentis populi fremitus, clangórque tubarum
Vltima ſupremæ celebrabant funera pompæ:
Abſcedant, inquit, tectis hæc triſtia veſtris.
F Námque puella iacet placido demerſa ſopore:
Defunctam retur flentum quam neſcia plebes.
Talia dicentem ridentum turba reliquit,
Quòd morte abreptam dixit dormire puellam:
Sed Chriſtus lethi victor, vitæque repertor,
Frigentis dextram dignatus prendere dextra,
Surgere mox iuſſit miranda ad gaudia patris.
Inde reuertenti clamor ſe protinus offert,
G Lumine captorum greſſu labente duorum.
Ollis Chriſtus ait: Quid credunt pectora veſtra? a
Num virtute mea ſe reddet lumen ademptum?
Olli firmato ſe credere corde fatentur.
Tunc Chriſtus fatur: credentes cernite lucem,
Nec quicquam noſtrum poſthac edicite nomen,
Dixit: ſed properè per gaudia tanta videntum.
Ardor inexpletus famam per cuncta ferebat.
H Offerturque dehinc iuuenis cui rapta ſonoræ
Dæmonis incurſu fuerat ſubſtantia vocis.
Aſt vbi propulſus fugit de pectore dæmon,
Confeſtim ſanæ redierunt munera linguæ.
Talia mirantis populi ſtipante tumultu
Vallatur: cernens ſed millia tanta virorum,
Ingemit, vt ruris dominus, cui paſcua læta
I Innumeræ tondent pecudes rectoris egentes.
Tunc ad diſcipulos depromit talia dicta:
En latè ſegetes ruris per terga pateſcunt:
Sed rarus meſſor frugis ſuperatur aceruo.
Iam ſupereſt dominum ſegetis depoſcere tantæ,
Vt ſua rura velit numero complere colentum.

Matthæi 10. Marci 3. & 6. Lucæ 9.

Hæc fatus, populo ex omni delecta ſeorſum,
Fortia conglomerat biſſeno pectora cœtu.
Hos vbi delegit, præceptis talibus implet:
Deuitate iter quod gentes perfidioſæ,
Et Samaritarum fraudis veſtigia calcant:

Pergite,qua patrij pecoris cuſtodia balat.
Pergentes verò ſimilem mihi ſumite mentem,
Vt vobis ſubigat virtutem dæmonis atri
Sancta fides,curámque piam languoribus aptet.
Hæ vires nulla vocis mercede dabuntur,
Et vos haud aliter cunctis impendite dona.
Non auri argentiue domet poſſeſſio mentem,
Nec vos nummorum ſubigat ſcelerata cupido.
Non geminas veſtes,nec plantis tegmina bina,
Virtuti nudæ cupiat ſeruiſſe miniſter.
Ingreſſi muros vobis,perquirite ſemper,
Hoſpitio quorum paſſit ſuccedere iuſtis:
Ingreſſique dehinc pacem ſob tecta vocare.
Si tranquilla domus fuerit,pax illa manebit.
Sin erit indignis habitantum moribus horrens,
Diffugiet,veſtrúmque abitum pax veſtra ſequetur.
Excludet quicumque ferox vos limine tecti,
Auribus aut duris ſpernet vitalia verba:
Siue aduerſa Dei famulos ſuccedere tectis,
Hoſpitiique focos miſcere grauata vetabit,
Excutite egreſſi domibus veſtigia veſtra,
Hæreat iniuſtæ ne vobis portio vitæ.
Illos deterior Sodomorum pœna manebit
Suppliciis,veniet mundo cùm terminus omni.
Pergitis en vt oues ſæuorum præda luporum,
Sed vos arguto ſerpentum corde vigete,
Simplicitate tamen puras ſuperate columbas.
Nam ſæpe incumbet vobis iniuria præceps,
Conciliiſque hominum ſtatuentur corpora veſtra.
Vos flagris,vincliſque ferit,duriſque tyrannis
Frendens vrgebit pro me violentia ſecli.
Cùm vos prodiderint,verborum ponite curam:
Sponte fluens dabitur ſermonis gratia vobis.
Spiritus in vobis pro vobis digna loquetur.
Prodet enim fratrem ſcelerata inſania fratris,
Ad lethúmque dabunt genitorum corpora nati.
Vos odia vrgebunt ſemper pro nomine noſtro,
Sed finem fidei comitatur gloria vitæ.
Profugite è tectis,quæ vos ſectabitur,vrbis.
Inde aliam,mox inde aliam conquirite ſedem,
Nam vobis vrbes ſemper ſupereſſe neceſſe eſt,
Iſraelitarum quæ dent ſub nomine plebem.
Diſcipulus nunquam tranſcendat celſa magiſtri
Culmina,nec Dominum tentet præcellere ſeruus:
Diſcipulos ſatis eſt,vires æquare magiſtri,
Vel Domini ſimilem virtutem prendere ſeruo.
Pectoribus veſtris ſemper timor omnis aberret,
Non nudata ſuis prometur cuncta latebris.
In tenebris tacitè vobis quæcunque iubentur,
Dicite præclaro nitidi ſub limine ſolis.
Auribus & veſtris dicam quæcunque ſuſurrans,
Excelſo in populos ſpargantur culmine tecti,
Deſpicite illorum rabiem,qui corpora veſtra
Proſternent ferro:non eſt iis vlla poteſtas
Viuacem letho pariter demittere mentem.
Illum ſed potius cordis ſecreta paueſcant,
Corporis eſt animæque ſimul cui cuncta poteſtas,
Paſſeribus pretium nummi vix portio parua
Proueniet,non eſt tamen vnum credere dignum,
Ni iuſſu Domini laqueos incurrere veſtros.
Quis dubitet ſapiens Domini ſub pectore multis
Credere pennatis hominem pro millibus vnum?
Qui me confeſſus fuerit ſub iudice terræ,
Hunc ego non aliter coram genitore fatebor.
Sic itidem coram genitore negabo negantem.
Non ego nunc pacem terris immittere veni,
Sed gladium,patrio dirimat qui pectore natum,
Et dulcem matris dirimat qui pectore natam.
Si quis amore meo genitorem pluris habebit,
Vel matri ſobolive metum poſtponet amorem,
Sentiet horribilem noſtra de ſede repulſam.
Contemnet quicunque animam pro nomine noſtro,
Inueniet læta florentem fruge ſalutis.

A Qui vos ſuſcipiet,me ſuſcepiſſe benignis
Obſequiis,idem me pro genitore ſupremo
Suſcepiſſe ſibi gaudebis perpete vita.

Matth.11.Luc.7.

Talia diſcipulis bis ſex cùm iuſſa dediſſet,
Iuſtus Ioannes cæci de carceris vmbris
Sectantum è numero delectos talia dicta
Ad Chriſtum portare iubet,verúmque referre:
B Tune piis animis requies,quam regia cœli
Largitur terris,noſtro ſub tempore fulges?
Anne aliam ſupereſt poſthac ſperare ſalutem?
Talibus hæc Chriſtus dictis mandata remittit:
Cæcorum tenebræ mutantur lumine lucis,
Debiliúmque vigent firmato robore membra,
Lurida diſcutitur ſquamoſo corpore lepra,
Aeriæ vocis penetrat ſurdas ſonus aures,
C Redditur amiſſa lethi poſt funera vita
Ad corpus remeans animæ iam libera virtus,
Depoſitum repetens animæ ſubſtantia corpus,
Pauperibúſque ſuis non dedignata pateſcit,
Fulgentia ſplendens aduentus gloria terris.
Ille beatus erit quem non deceperit error.
Talia diſcipuli referunt mandata magiſtro.
Hæc ſuper ad populum depromit talia Chriſtus:
D Cur in deſertis voluiſtis viſere nuper
Stramen arundineum vento vibrante moueri?
Cur etiam molli veſtitum veſte videre?
In domibus regum,molli cum veſte tenentur.
Ille Prophetarum ſolus tranſcendere vires
Indicio veteris ſcripti promittitur olim.
Hunc etenim memorat venerandæ lectio vocis.
En ego mitto meum ſtratas aptare miniſtrum.
E Ante tuos vultus,genuit nec fœmina quemquam
Maior Ioannis noſtri qui viribus eſſet.
Sed minor hoc cœli fiet ſublimior aula.
Huius ab exortu vim cæli regia ſenſit,
Et cæli regnum violentia diripit atrox.
Lex omnis ſummam Baptiſtæ à tempore cœpit,
Atque Prophetarum finis concluditur idem.
F Si vultis volucris penetralia noſcere ſæcli,
Ipſe eſt Elias,felix venturus in æuum.
Corpus Ioannis felix habitabile ſumpſit.
Elias quondam,quem turbine iuſſa coruſco.
Flammipedem rapuit ſimulatio quadriiugorum.
Audiat hæc,dictis pandens vitalibus aures.
Nunc tibi confiteor genitor,cui gloria ſeruit
Fulgentis cœli,& terrarum frugiferarum,
Namque abſcondiſti ſapientibus iſta ſuperbis,
G Paruuláque infantum vis hæc comprendere corda.
Iam mihi regnantis ſunt omnia tradita patris,
Nec quiſquam poterit Domini cognoſcere natum,
Ni ſolus genitor:genitorem mente videbit.
Filius,aut idem pandet cui talia natus.
Huc omnes veniant,oneris quos ſarcina vaſti
Comprimit,iis poterit virtus mea munere patris,
Antiquas vires hilari reparare quiete.
H Sumite forte iugum,leuis eſt mea ſarcina iuſtis,
Namque humili dulcem largibor corde ſalutem.

Matth.12.Marc.2.Luc.6.

Hæc vbi dicta dedit,meſſis per culta grauatæ
Præterit,& populus ſectantum diſcipulorum
Spicarum grauidam carpebat in ordine frugem.
Ille dies veteri poſcebat lege quietem:
I Sabbata nam priſcis repetebant otia iuſſis.
Ecce Pharisæi coràm reprehendere Chriſtum,
Quòd ſanctæ legis calcarent iuſſa metentes
Diſcipuli:legum ſed tunc completor Ieſus
Incipit,iis veteris ſcripti monimenta retexens.
Legiſtis certè in templo Dauida canorum
Cum populo quondam panes ſumpſiſſe ſacratos,
Et propriam comitúmque famem ſedaſſe,ſed illos
Illicitum cuiquam fuerat contingere panes,
Sumere quos ſolus poterat de lege ſacerdos.

Eiuſdem

Einſdem ſcriptum eſt iuſto moderamine legis,
Sabbata prophanent templo ſine crimine vates.
Nec minor eſt iſtic veſtræ glomeratio turbæ,
Quàm templi virtus: capereue ſi pectora veſtra,
Quòd non ſacra Deus, ſed malit mitia corda,
Non tam ſæpe viros damnaſſet factio veſtra
Expertes culpæ: ſed nunc ego ſabbata cuncta
Sponte mea dominans, legis ſub iure tenebo.
Tunc conuenticula ipſorum poſt talia dicta
Ingreditur, mox hic iuuenem pro lumine cernit,
Siccatum ex humero cui pondus inutile palmæ
Pendebat: ſed tum dictis tentando doloſis,
Aegris an liceat per ſabbata ferre medelam
Quærunt calcatæ vt legis vindicta maneret.
Chriſtus ad hæc: foueam ſi forte peculcula veſtra
Inciderit, certè tranſibitis otia legis,
Et pecus abrupto tolletis vile profundo:
Quantò igitur nobis hominum cutatio maior
Ad benefacta animos tollens accendere debet?
Ergo age tu iuuenis rediuiuam extendito dextram.
Cum dicto palmas ſanas porrexit vtraſque.
Iſtis pro ſignis quæ vix veneratio poſſet
Mirantis digno populi ſuſtollere cultu,
Concilijs trucibus conclamant deripiendum.
Talia proſpiciens procerum molimina Chriſtus
Diſceſſit, variis bonuuum languoribus aptat
Conceſſam in populos patria virtute medelam.
Oblatúſque illi eſt, quem dæmonis horrida virtus
Et lingua & viſu truncatum viuere pœnæ,
Et propriis eſcam cruciatibus eſſe volebat.
Hunc vbi curatum, viſuque & voce vigentem
Cæca phariſææ cognouit factio gentis:
Dæmonis auxilio (qui princeps dæmoniorum
Solus nequitiæ vires ditione teneret)
Hæc illum feciſſe ferunt: ſed talia Chriſtus
Veridicis aperit conuincens pectora verbis:
Si gemina regnum diſtractum parte dehiſcat,
Et ſciſſa aduerſum ſeſe diuiſio pugnet,
Diſruptis properè labentur cuncta medullis.
Horridus & dæmon ſi dæmone pellitur atro,
Aduerſa ſibimet ſciſſus virtute repugnat.
Quis poterit prædam tectis auferre virorum,
Ni prius aggreſſor cuſtodum brachia nodis
Vinciat, vt facilis veniat direptio prædæ?
Quiſque meis aberit diſcretus miles ab armis,
Hoſtis in aduerſa conſiſtet fronte duelli,
Quiſque meis gregibus cogendis liber oberrat,
Diſiicit ille mei pecoris per deuia paſtus.
Sed quicunq; hominum fuerit, ſuper omnibus error,
Dimitti poterit, tantùm ne Spiritus vnquam
Vocibus inſana laceretur mente profuſis.
Siue furens hominis nato conuitia quiſquam
Ingerit, hæc etiam poterunt peccata remitti.
Spiritus at ſanctus tantum, cuicunque prophana
Verborum rabie violabitur, irreuocatis
Suppliciis nunc & ſemper torrebitur ignis.
Quando veneniferi ſerpentis ſæua propago,
Sermonum dulci poterit miteſcere fructu?
Nam bona theſauris promunrūt dulcia iuſtis.
Et mala lethifero procedunt ore venena.
Verborum meritis veniet ſub iudice pœna.

Ioann. 5.

Quæ genitor faciet, ſectabitur omnia natus,
Namque idem nato manifeſta cuncta videnda:
Et potiora dehinc tribuet miracula rerum.
Sicut enim genitor demortua corpora reddit
Ad claram vitæ lucem, ſic omnia natus
Quæ volet ad ſuperos ſurgentia corpora ducet.
Nec genitor quenquam veſtrum ſe iudice quæret:
Sed dedit hæc nato quærendi iura per orbem:
Gloria quo moneat ſimilis natóque patrique,
Namque repulſus erit veſtro ſenatus honore,
Improbitate pari genitorem deſpicietis:

A Sed quid noſtra fidem ſermonis gratia figet?
Mox me mittentis genitoris dona videbit,
Aeternúmque dabit præſens conſtantia vitam.
Iudiciumque illi non eſt, ſed migrat ab atra
Morte procul, lucíſque vigens ad lumina tendit.
Adueniet tempus, cum mortua corpora vocem
Accipient noſtram, & vitam cum voce tenebunt.
Nam ſicut genitor vitam ſibi poſſidet in ſe,
B Sic tribuit nato vitam, & ius dicere iuſſit
In terris, hominis quoniam cum corpore venit.
Nec vobis mirum videatur, corpora cuncta
Vocis ad auditum propriis exurgere buſtis.
Iuſtorúmque animas rediuiuo corpore necti,
Iudicióque graui miſeros exurgere prauos.
Nec mihi iudicium tribuit mea ſola poteſtas,
Arbitrio quoniam genitoris cuncta iubentur,
C Qui me iuſtitiam terris diſquirere iuſſit.
Namque ego ſi proprio teſtis pro nomine ſurgam,
Falſa loqui poſſem: aſt alius quia teſtis habetur
Pro nobis, recta mihi talia temnere fas eſt.
Nam veris operum ſignis manifeſtior omni
Luce nitet præſens noſtris teſtatio factis.
Talia concedens genitor, mihi teſtis adhæret,
D Qui me dimiſit terris ſua ponere iuſſa.
Huius enim vocem nunquam comprendere quiſtis,
Nec ſpeciem propriam conceſſit viſere vobis
Nec ſermo ipſius poterit per veſtra ſedere
Pectora, credendi quoniam ſubſtantia nulla eſt.
Quæratur veterum ſcriptorum lectio vobis,
Perpetuam cunctis vitam quam ferre putatis:
Hæc etiam noſtrum teſtatur lectio donum.
Nec tamen audetis propius conſiſtere nobis,
E Ne veræ vobis contingant gaudia vitæ.
Non mihi captatur terrenæ gloria laudis:
Námque ego quod ſummi genitoris nomine veni,
Reſpuor à vobis, veniet ſed diſcolor alter,
Nomine quem fultum proprio gens veſtra ſequetur,
Alternæ in vobis capiatur gloria famæ,
Vnius & ſolam fugitis diſquirere laudem.
Nec vos arguerim coram genitore, ſed illic
F Accuſator erit, quem ſpes modò veſtra celebrat,
Moſes: quum fidei nullo ſeruatis honore.
Eius enim ſcriptis veſter ſi crederet error,
Crederet & nobis, Moſis quem ſcripta frequentant.

Matth. 12. *Luc.* 11. *Marc.* 8.

Talia cum contrà Scribarum verba ſequantur,
Vocibus indubitata fides comitabitur iſtis,
Si virtus ceratis firmet miracula ſignis.
G Ille dehinc: polluta magis generatio quærit
Signa ſibi, rebus ſtabunt ſed ſigna futuris.
Namque propheta cauo quantum ſub pectore ceti
Temporis abſumpſit, terræ in penetralibus altis
Progenies hominis tantum demerſa manebit.
Adueniet tempus, quum ſurget reddita vitæ
Gens hominum propriis in fletum dedita geſtis:
Hæc iſtam digno damnabit crimine gentem,
H Quòd maris è fundo ſurgentis voce prophetæ.
Commonita in lacrymas dominū proiecta reflexit.
Hic & Ionæis monitis potiora iubentur,
Contemnitque feris animis gens impia lucem.
Et regina Noti vitales ſurget in oras,
Illius ad ſpecimen damnabitur effera plebes
Finibus extremis Libyæ quòd venerat illa,
Vt Salomona pium præceptis dedita iuſtis
I Audiret, potior nunc eſt Salomone poteſtas,
Et tamen obruſæ cæcantur pectora plebis.
Expulſus ſi quando fugit de pectore dæmon
Quem turbat ſanctus purgato corpore flatus,
Ille venenatis colluſtrat paſſibus oras,
Qua nulla excurrit foſſarum gurgitis vnda.
Si requiem placidæ ſedis non reperit ardens,
Tum repetit ſuetæ ſiuens habitacula mentis.
At ſi forte ſuis obnoxia corda venenis,

Ornatáque leui ridentia limina cernit,
Aſſociat ſeptem ſimiles glomerando furores
Vis inimica homini, penetrátque in viſcera ſerpens:
Sic genus hoc vero ſenſu cum degener errat,
Vincula perpetuis deflebit ſubdita pœnis.
Atque ea cùm populis vitalia dicta frequentat,
Pro foribus mater cum fratribus aſtitit illic:
Et iniicere foris ſermonem cominus orat.
Talia tum matris mandatis dicta remittit,
Hic mecum genitrix, mecum germana reſidunt
Corpora, nam patria impletur cuicunque voluntas,
Ille meo propriam connectit ſanguine corpus,
Et matris generiſque mei ſub nomine habetur.

Matth. 13. Marc. 4. Luc. 8.

Progreditur templo terrarum lumen Ieſus,
Et maris extrema terræque reſedit in ora,
Innumeræque illinc plebis fluxere catervæ.
Ille ſed excelſam ſcandens, quæ proxima, puppim,
Littora compleuit depromit talia plebi:
Ecce ſator proprio commendat ſemina ruri,
Illa cadunt diuerſa ſolo, ſortemq; locorum
Pro virtute ferunt, nam ſic vbi trita viarum
Sub pedibus ſolido denſetur limite tellus,
Aeriis auibus dant nudata ſemina prædam.
Aſt vbi pertenui velantur puluere ſaxa,
Farra quidem viridem depromunt germinis ortum:
Sed quia nulla iubeſt ſiccis ſubſtantia glebis,
Inſerto areſcunt radicum fila calore,
Cunctaque mox apicum labuntur acumina letho:
Seminibúſque aliis contingunt aſpera rura.
Sentibus hic ſpiniſque feris velocius exit
Roboris augmentum, frugémque internecat augens.
Vberibus verò quæ dantur ſemina glebis,
Illa ferunt pulchram ſegetem, cui læta frequentat
Incrementa ſui centeno copia fœtu.
Audiat hæc, aures mentis qui geſtat apertas.
Talia diſcipuli mirantes dicta requirunt
Implicitis populo cur clauderet omnia verbis.
Ille ſed admota credentum plebe profatur:
Vobis, qui firmo robuſtam pectore mentem
Ad capienda Dei penetralia conſtabiliſtis,
Conceſſum eſt adytis penitus conſiſtere regni:
Illis pro merito clauduntur limina vitæ.
Si quis habet dignus, capiet potiora redundans:
Qui verò expertes cæleſtis muneris errant,
Amittent etiam proprium quodcunque retentant.
Idcirco obſcuris cooperta ambagibus illum
Perſtringit populum ſermonis gratia noſtri,
Vt dictum Eſaiæ merita de plebe recurrat,
Eu populi mentes velantur ad omnia craſſis
Obicibus, ſenſu ne tangant munera vitæ:
Auribus aſſiſtunt clauſis, oculiſque grauatis,
Ne conuerſa bono ſanetur noxia plebes.
Quàm veſtræ nunc ſunt aures oculique beati!
Nam multi veterum iuſti ſanctique Prophetæ,
Quæ vobis clarent, optarunt cernere dona.
Accipite ergo animis quis ſit de ſemine ſenſus,
Quiſque meum verbum ſummas demittit in aures,
Nec ſenſus recipit ſtabili præcepta vigore,
Eripit illius totum de pectore dæmon:
Hic agro eſt ſimilis, duro qui germina calle
Exponit, rapidis auibus ſine fruge rapinam.
Sunt alij, læto qui pectore noſtra receptant,
Sed breuis eſt illis perceptæ gratia frugis.
Nam ſi dura premat mentem ſtrictiora coërcens,
Continuò trepidi produnt ſibi credita farra,
His ſaxoſus ager ſimili leuitate vireſcit.
At ſpinoſus ager, curarum mole grauatis
Reſpondet, preſſant quos pondera diuitiarum:
Semina ſic noſtri ſermonis preſſa grauantur,
Nec fructus ſequitur ſpinarum horrore necatus.
Pinguia ſic itidem paribus ſtant viribus arua
Illis, qui clarè capiunt præcepta ſalutis,

A Quæ penetrant animum, ſenſu tractante tenaci,
Centuplicémque ferant virtutis robore frugem.
Hæc tum diſcipulis, plebique hæc inſuper addit:
Agricolæ ſimile eſt regnum ſublime tonantis,
Ille iacit proprio mandans bona ſemina ruri:
Sed poſt ſubripiens (hominum inſidiando ſopori)
Trux inimicus adit, loliúmque inſpergit amarum,
Ecce ſed ad fructum culmus cùm ſpiceus (horror)
B Proceſſit, lolio meſſis maculata redundat.
Tum domino famuli mirantes talia fantur:
Nónne bonum terræ ſemen per terga dediſti?
Vnde igitur lolio turpi tua rura grauantur?
Sed iam ſi iubeas meſſem purgabimus omnem,
Triticeuſque nitor ſelecta ſorde nitebit.
Tum dominus miti contrà ſermone profatur,
Hic dolus eſt inimici tuus: ſed farra ſinamus
C Creſcere cum lolio, plenò nam tempore meſſis
Sectetum lolium connexo falce iubebo
Ignibus exuri, at noſtro de ſemine meſſor
Horrea noſtra dehinc purgata fruge replebit:
Haud aliter ſimile eſt (ſurdis ſi panditis aures)
Præparui grano regnum cæleſte ſinapis,
Quod proprio inſinuans diſponit cultor agello,
Seminibuſque illud minus omnibus eſſe virentum
D Creditur, ac iuſſi mox incrementa viroris
Sumpſerit, erecto tranſcendit vertice cunctas
Agrorum fruges, ramis vt plurima turba
Conſidat, poſſitque vmbras habitare virentes.
Fermento par eſt munus cæleſte ſalubri,
Quod magna condit mulier ſub mole farinæ.
Illa dehinc modico fermenti mixta calore,
Conducto vnius coaleſcit corpore maſſæ.
E Talia tum populo perplexis condita verbis
Promebat, veteris quò poſſent dicta Prophetæ
Ordine ſcelerum iuſſis concurrere rebus.
Os aperire meum dignabor, condita mundi
Conuoluet ructans varij ſermonis imago.
Inde domum repetit ſero, turbaſque relinquit.

F
LIBER TERTIVS.

Matth. 13. Marc. 6. Luc. 3. Ioannis 4.

FVDARAT in terras roſeum iubar ignicomus Sol,
Diſcipuli rogitant, lolij quid quæſtio vellet,
Et ſegetis? Christus quibus hæc depromit Ieſus:
G Optima qui farris commendat ſemina glebis,
Filius eſt hominis, mundum ſub nomine ruris
Accipite, atque homines puro pro ſemine iuſtos.
At lolium infelix cooperti dæmonis arte
Sunt homines, inimicus erit vis horrida dæmon,
Extremus mundi finis pro tempore meſſis.
Meſſores patrij venient per iura miniſtri:
Quos hominis natus proprij de corpore regni
Colligere errorum laqueos labemque iubebit,
H Collectóſque ſimul rapidis exurere flammis.
Dentibus his ſtridor ſemper fletuſque perennis
Secretiſque piis veniet lux aurea vitæ:
Sedibus vt cæli vibrantur lumina ſolis.
Hæc docuit, patriámq; redit Saluator in vrbem:
Illic expediens populis (mirabile dictu)
Iuſtitiæ leges, vitæque ſalubria iuſſa,
I Virtutes patrias ſimul inſinuando docebat.
Tunc liuore graui plebes commota ſuorum,
Præſentiſque ſimul domini miracula voluens,
Et generis noti reputans ex ordine gentem:
Hæc inter ſeſe muſſanti voce ſuſurrant:
Nónne hic eſt ſoboles fabri, cui nomen Ioſeph?
Non Maria eſt genitrix, non fratrũ nota propago eſt?
Vnde igitur legis doctor, tantæque miniſter
Virtutis, cedit cui labes victa malorum?

Nazare

Nazara ſic plebes: cui talia reddit Ieſus:
Temnuntur proprijs miracula ſemper in oris,
Et ſine honore manent patria ſub ſede Prophetæ.
Talibus indignans preſſit ſua munera Chriſtus.

Matth. 14. Marci 6. Luc. 9.

Interea ad regem volitabat fama ſuperbum,
Quòd mala cuncta illic virtus diuina domaret,
Sed putat Herodes lethi quod lege remiſſus,
Tanta vt Ioannes virtutis dona teneret.
Nam quondam cernens liuenti pectore dæmon
Erroris labem, puris quod ſolueret vndis
Iuſtus Ioannes, damnis accenſa malorum,
Tunc petit Herodem peſtis ſæuiſſima regem,
Et facilè iniuſti penetrans habitacula cordis,
Accumulare feras ſubigit ſcelera impia geſtis.
Arſerat illicito Herodes accenſus amore
In thalamos fratris caſſo quod iure vetabat
Sanctus Ioannes: feritas ſed neſcia recti
Subiecit leges pedibus, fruiturque nefandis
Connubiis, ipſumque ſuper (quia praua vetabat)
Carceris immerſit tenebris, vinclisque grauauit.
Sanguine nam iuſti primo compreſſa timore
Abſtinuit ſæuiens feritas, quia magna Prophetam
Plebis Ioannem veneratio ſuſpiciebat.
Natali ſed forte die, quum læta tyrannus
Herodes celſis ſtrueret conuiuia tectis,
(Luxuriæ quoniam coniuncta ſuperbia gaudet)
In medio iuuenum reginæ filia virgo,
Alternos laterum celerans ſinuamine motus,
Compoſitas cithara iungit modulante choreas,
Ipſe ſed imprimis (mirata virginis arte)
Attonitus ſtupuit: tunc præmia cuncta patere
Iuratus ſpondet, quæcunque puella petiſſet.
Illa ſed horrendæ ſeruans ſcelera impia matris,
Vrget Ioannis caput à ceruice reuelli,
Et lance inferri præſentia munera poſcit.
Præſentum Herodes procerum ſub pondere triſtis,
Iurandique memor iuris, tamen imperat ægrè
Inſontis caput inferri, tradique puellæ.
Illa nefas matris ſcelerata ad gaudia portat.
Corporis at lacerum flentes ſine nomine truncum
Diſcipuli condunt terræ, Chriſtúmque ſequuntur.
Ille vbi cognouit iuſti miſerabile lethum:
Deſerit inſontis pollutam ſanguine terram,
Frondoſaque latet ſecretæ vallis in vmbra.
Sed populi immenſæ virtutis dona ſequuntur.
Ille vbi credentum turbas in valle remota
Conueniſſe videt, morborum tabe repulſa,
Corpora ſubiecit miſeratus multa medelæ.
Iámque ſub extremo labentis lumine Solis,
Diſcipuli Chriſto ſuadent dimittere turbas,
Vt ſibi quiſque paret quærens per compita victum:
Ille iubet cunctis ibidem conuiuia poni.
Diſcipuli oſtendunt, nihil amplius eſſe ciborum,
Ni piſces geminos, & farris fragmina quinque.
Hoc, inquit, ſatis eſt, tunc mox diſcumbere plebem,
Gramineiſque toris iuſſit componere membra
Suſpiciénſque dehinc cælum genitore precato,
Ipſe duos piſces & quinque ex ordine panes
Diuidit, & dapibus menſas onerauit opimis.
Iamque explere facit (dictu mirabile) plebem:
Reliquiaſque dehinc menſis legêre miniſtri,
Bis ſenóſque ſinus cophinorum fragminis implent.
Cœnantum numerus tum millia quinque virorum,
Præterea populus matrum fuit, & puerorum.
Diſcipulis tunc inde iubet conſcendere nauim,
Et tranſire fretum, donec dimitteret omnes
In ſua quéinque viros. tunc montis celſa petiuit,
Secretiſque dehinc genitoris nomen adorat.
Iamque ſoporata torpebant omnia nocte,
Quum puppis medio ſulcabat in æquore fluctus,
Iactata aduerſo ſurgentis flamine venti.
Aſt vbi iam vigilum quarta ſtatione premebat

A Noctis iter, rapidos attollens lucaſce ortus,
Fluctibus in liquidis ſicco veſtigia greſſu
Suſpenſus carpebat iter (mirabile viſu)
Iamque propinquabat puppi, ſed neſcia nautæ
Attoniti tremulo vibrabant corda pauore,
Clamorémque ſimul confuſa mente dederunt.
Tum pauidis Chriſtus loquitur: timor omnis abeſto,
Credentúmque regat vegetans conſtantia mentem:
B En ego ſum, veſtræ doctorem noſcite lucis:
Olli confidens reſpondet talia Petrus:
Si tua nos verè dignatur viſere virtus,
Me pariter permitte tuo ſuper æquora iuſſu
Fluctibus in liquidis immerſos figere greſſus.
Annuit his dominus: nauem mox linquere Petrus
Audet, & innixus figit veſtigia ponto.
Verum vbi tantarum mentem miracula rerum
C Terrificant, ventique minas crebreſcere cernit,
Paulatim cedunt dubió liquefacta timore,
Quæ validum fidei geſtabant æquora robur.
Iamque Simon medio ſubmerſus corpore clamat:
Fluctibus horrendis pereuntem deripe Chriſte.
Dextera confeſtim protenditur obuia Petro,
Et dubitata fides verbis mulcetur amaris,
Aſcenſaque rati contraria flamina cedunt.
D Præſentemque Dei ſobolem ſtupuere rogantes
Cuncti, nauigio ſocios, quos caſus habebat.
Tranſierat tandem ſulcans freta feruida puppis,
Optatúmque grauis comprenderat anchora portũ.
Conueniunt populi rapido per littora curſu,
Portantes ægros, veſtiſque attingere fila
Extrema exoptant: mirúmque, hoc munere cuncti
Credentes referunt plenam per membra ſalutem.

E *Matth. 15. Marc. 7.*

Ecce Phariſæi, Scribæque hinc inde doloſi
Captatores Chriſtum promunt fallacia dicta:
Cur tua diſcipulos patitur doctrina labare
Præceptis veterum? manibus nam cura lauandis
Præterit, aſſumuntque ſimul cum ſordibus eſcas.
Ille ſub hæc fatur: magis hoc eſt quærere dignum,
Tranſgreſſi præcepta Dei quod proditis omnes.
F Námque Deus mortem defixa lege minatur,
Si genitor vnquam verbo lædatur amaro,
Vel genitrix nati dictis pulſetur acerbis.
Irrita vos iſthæc facitis peruerſa docendo.
Quàm manifeſta vigent de vobis dicta Prophetæ:
Me populus ſummis labiis ſublimat honore,
Sed diuerſa procul cordis ſecreta pererrant.
Accipite ergo omnes, auréſque aduertite cordis,
G Non illata homini fuerint quæcunque, pudendis
Sordibus aſpergent, vitæve animóve ſedebunt:
Erumpunt hominum ſed quæ penetralibus oris
Internam miſerè maculabunt edita mentem.
Diſcipuli Chriſto memorant, quòd verba loquentis
Occulto traherent Scribarum pectora riſu.
Ille dehinc genitor plantarum ſemina noſter,
Quæ non ipſe ſui conſeuit in æquore ruris
H Abijciet, penitus radicibus eruta longè.
Cæcus fortè ducem cæcum ſi nactus oberret,
Decidet in foueam pariter demerſus vterque.
Tum petit abſolui Petrus, quid quæſtio vellet,
Ipſe Phariſæis quam mox Scribiſque dediſſet.
Tum fator æterna reſpondit talia vitæ:
Vos etiam duro diſcluditis omnia corde
Iuſſa, nec admittit mentis dubitatio lucem.
I Nam quæcunque hominum veniunt extrinſecus ori,
In ventrem cedunt, animóque incognita currunt,
Quæ verò interno concepta è pectore promunt
Ora hominum, mentem poſſunt aſpergine labis
Polluere, immundóque hominem maculare piaclo.
Secreto cordis promuntur noxia vita
Conſilia, & cædes, & furta nefanda tororum,
Et fraudes, falſæque hominum pro teſtibus errores,
Et ſabidæ cælum pulſans inſania vocis.

Hæc ſunt, quæ maculãt hominẽ, quæ ſordib. implẽt:
Illotis autem manibus non polluit vnquam
Corporis arbitrio terrenum ſumere victum.
Hæc vbi dicta dedit pulcherrima rura Syrorum
Sidonem, Tyrumque petit, cùm fœmina fuſis
Crinibus & precibus natam cauſata iacentem,
Voluitur, & tacitum non deſerit anxia Chriſtum
Orare, vt mentem vexatam dæmone ſæuo
Redderet, & miſeræ tandem reſipiſſe liceret.
Tunc etiam precibus ſectantum diſcipulorum
Reſpondit, proprias genitoris malle bidentes
Cogere, quas vanus latè diſpenſerat error.
Crebrius inſtanti tum talia fatur Ieſus:
Natis quiſque ſuis panem non detrahet vnquam,
Et canibus iaciet. tum talia fœmina fatur:
Micarum ſaltem canibus ſua portio menſæ
Decidit, & nihilo dominorum cœna grauatur.
Tum dominus loquitur, veniant tibi digna ſalutis
Præmia, quæ fidei meruerũt robora tantæ.
Talia Saluator verbis cæleſtibus edit:
Virginis & mentem (diſcluſo dæmone) virtus
Complexam impleuit donis fœcunda ſalutis.
Inde Galilæas repedat Saluator in oras,
Præcelſique procul montis conſcendit in arcem.
Haud mora, conueniunt populi, ſecúmque trahebãt
Pars captos oculis, & crurum debile vulgus,
Elingueſque alius, morbique vocabula mille.
Omnibus ille tamen languores depulit amaros,
Viribus & validis veneranda munere donat.
Tum populi pariter miracula tanta frequentant,
Æternóque patri laudes gratéſque celebrant.
Diſcipulos Chriſtus cogens in vertice montis
Secretè alloquitur, plebis miſeratio multa eſt,
Tertia nam terris remeant iam lumina ſolis,
Ex quo nulla ſibi ſumunt alimenta ciborum.
Ieiunam nolim tantam dimittere plebem,
Ne labor afficiat populus per longa viantes,
Diſcipuli Chriſto oſtendunt ſeptem ſibi panes
Eſſe, & piſciculos alimenta ad proxima paucos,
Tum populum iuſſit terræ per terga cubare,
Quódque fuit, totum propriis decerpere palmis,
Et cuncta curat menſatim tradere plebi
Diſcipuli ponunt epulas, populúſque repletur
Ad ſatiem dapibus, tel egunt mox fragmina panis,
Et ſportas referunt cumulato pondere ſeptem.
Quattuor ex omni fuerant tum millia plebe,
Nec numero quiſquam matres pueróſque notauit.

Matthæi 16. Marci 8. Ioannis 6. Lucæ 12.

Inde Magedorum naui tranſcurrit in oras:
Ecce Pharisæi Sadducæique doloſi
Poſcere tentantes inſtant cæleſtia ſigna.
Sed Chriſtus cernens fallacia pectora, fatur:
Connexum quotiens claudit nox humida cælum,
Si rubet aſtrifero procedit veſper olympo,
Dicitis, adueniet ventura luce ſerenum.
Iamque ſub exortu ſolis, ſi triſtia rubro
Nubila miſcentur confuſa luce colori,
Dicitis agricolis nautiſque venire fragoſam
Ventorum rabiem, tempeſtarumque furores.
Fallaces, noſtis faciam diſcernere cæli,
Seclorum verò neſcitis tempora ſignis
Explorare ſuis? ſed vobis ſigna dabuntur,
Quæ maris immenſo quondam venere profundo,
Bellua cùm tenuit ventris ſub carcere vatem.
Hæc ait, & properè puppis retinacula ſoluens
Trans freta contendit rapidu comprendere curſu
Arua Philipporum, ſociiſque hæc talia fatur:
Sollicite vobis vitentur noxia facta,
Fermentumque ferox veſtris auertite menſis.
Illa Pharisæi Sadducæique doloſi
Admiſcent eſcis, falluntque in nomine panis.
Cur vobis tacitas voluit cunctatio mentes?
Proh, quàm parua fides ſenſu torpente faceſcit!

A Dicitis aduerſi, nihil quòd tollere panes
Non fuerit vobis vacuum, fartiſque cauendas
Inſidias iubeam meminiſſe, & ſcire putabam
Quòd panes quini plebis mihi millia quinque
Impleruint dapibus, cophiniſque ſuperflua tantis
Fragmenta ad cumulum fuerint collecta ciborum:
Quattuor & rurſum cœnantum millia panes
Quòd facile implerint ſeptem, ſportáſque referri
B Vidiſtis, rurſus completas relliquiarum.
Sed moneo iſtorum ſemper fermenta cauenda.
Diſcipuli tandem vitalia verba ſequuti,
Doctrinam cernunt fermenti nomine dictam.
Inde vbi peruentũ eſt liquidi per terga profundi,
Clara Philippæo qua pollent numine rura,
Cogit concilium ſectantum diſcipulorum,
Et quærit quem ſe populorum fama putaret.
C Reſpondent, multas plebis tunc eſſe loquelas:
Crebrius audiſſe & multos firmare, quod eſſet
Iuſtus Ioannes, populos qui flumine lauit.
Pars memorat volucris famæ ſibi cognita verba:
Pars trepidat memori ſeruans oracula mente,
Heliam veniſſe iterum, quem præpete curſu
Turbine cæleſti quondam ſimulata quadrigis
Aſtris inſeruit rapidæ vis feruida flammæ:
D Hieremiam dixere alij, pars eſſe Prophetam.
Tunc Chriſtus cunctis arridens pectore blando,
Conquirit quæ ſit ſententia diſcipulorum.
Sed ſtabilis Petrus: Tu ſancti Filius, inquit,
Chriſtus, magnifico terras qui lumine comples:
Tum dominus forti reſpondet talia Petro,
Petre beatus eris: nam talia pandere certè
Humanus ſanguis, vel terræ portio corpus,
Haud vnquam poterit genituris muneta ſola
Poſſunt tam validum fidei concedere robur.
Tu nomen Petri digna virtute tueris,
Hac in mole mihi ſaxique in robore ponam
Semper manſuras æternis mœnibus ædes.
Infernis domus hæc non exuperabile portis
Clauſtrum perpetuo munitum robore habebit.
Cæleſtiſque tibi claues permittere regni
Eſt animus, terriſque tuo quæ nexa relinques
Arbitrio, cælo pariter nodata manebunt.
Soluerit & rurſus tua quæ ſententia terris,
Haud aliter venient cæli ſub ſede ſoluta.
Sed vos diſcipuli Chriſtum me dicere cunctis
Parcite, quò ſoli cognoſcant talia digni.
Iam lux adueniet properis mihi curſibus inſtans,
Mœnibus in Solymis rabies cùm prona furore
G Eximios vatum ſaturabit ſanguine noſtro,
Aſt vbi luciſluum reddet ſol tertius ortum,
Conſurget radiis pariter redimita ſalutis
Vita mihi, cunctiſque dabit ſua munera terris.
Tunc Petrus magno perculſus corda dolore,
Abſint, Chriſte tuis, inquit, tam triſtia ſanctis
Monſtra procul membris: nec fas eſt credere tantũ,
Nec tibi tam durus poterit contingere caſus.
H Chriſtus ad hæc: Procul hinc, inquit, procul effuge dæmon,
Nil diuina tibi mentem prudentia tangit,
Sed terrena ſapis, mollique timore tremiſcis.
Sed ſi quis veſtrùm veſtigia noſtra ſequetur,
Abneget hic ſeſe, corpuſque animámque recuſans,
Atque crucem propriam comitatibus addere noſtris
Gaudeat, amiſſam redimet cui gloria vitam.
I Nam ſeruata perit terris poſſeſſio lucis.
Sed quid proficiant ſecli mortalia lucra,
Si damnum patiant vitæ luciſque perennis?
Vel quæ digna queunt animæ commercia poni?
Filius huc hominis veniet ſub nomine patris,
Cæleſtéſque illum fremitu comitante miniſtri
Stipabunt, reddétque homini ſua debita vitæ.
Vera loquor, certus quic ſub nomine lucis
Inueniam, cæli fulgens cùm regna capeſſam.

Matthæi

Matthæi 18. Marci 9. Lucæ 9.

Hæc vbi dicta dedit, paſſus bis terna dierum
Lumina conuerſo terras tranſcurrere cælo.
Tum ſecum iubet abruptum conſcendere montem
Petrum Zebedæique duos per deuia natos.
Inde vbi peruentum eſt ſecreti montis in arcem,
Continuò Chriſtus faciem fulgore coruſco
Mutatur, veſtiſque niuis candore niteſcit.
Reſpiciunt comites, mediúmque aſſiſtere ſanctis
Heliæ, Moſique vident: tum talia Petrus,
Reſpice num nobis potius diſcedere longè:
An ne iſtic tantæ ſpectacula cernere molis
Conueniat? trina attamen hîc tentoria vobis
Si iubeas frondis faciam diuerſa paratu,
Singula ſub noctem, quæ vos aulæa receptent.
Talia dum loquitur, cælo perfulgida nubes
Circumiecta oculis veſtibat lumine montem,
Et vox è medio lucis manifeſta cucurrit:
Vnicus hic meus eſt natus, mea ſumma voluptas
Huius iuſtitiam iuſto comprendite corde.
Diſcipuli pauido preſſerunt corpore terram,
Nec priùs è prono vultus ſuſtollere caſu
Audebant, ſancto Chriſti quàm dextera tactu
Demulcens blandis firmaſſet pectora verbis:
Surgite, & abiectum fortes calcate timorem,
Oromali huius axpertes vos reddite cunctos:
Nec cuiquam præſens pandatur viſio vobis,
Ni prius hunc hominis ſoboles ſpecioſa reportet
In lucem referens mortis de ſede trophæa.
Conſurgunt, ſolúmque vident & voce requirunt,
Cur ſcriptis veterum Scribarum factio certet,
Heliam primùm cæli de ſede reuerti
In terras, Chriſtique dehinc conſurgere lucem?
Chriſtus ad hæc: veniet certo ſub tempore iuſtus
Helias, reddens mox omnia debita ſeclo,
Sed ſi quis credit, iam venerat ante renaſcens,
Ignotum veluti rabies quem cæca furoris
Demerſit letho, mox ſæuior altera cædes
En hominis nato trucibus laniatibus inſtat.
Hæc ait: & populum reperit, montémque relinquit.
Ecce ſed inflexis genibus, fletúque ſolutus
Vir ſenior, precibus Chriſtum veneratus adorat:
Dauidis ſoboles, hominum lumenque ſaluſque,
Te precor, horribilem nati de corpore morbum
Proturbes, reddáſque ſeni ſolatia vitæ:
Nam curſus lunæ natum mihi dæmonis arte
Torquet, & in liquidas deiectum proiicit vndas:
Aut miſerum medio proiectum voluit in igni.
Nam tua diſcipuli ſectantes iuſſa frequenter
Connisi, nulla in ſolidum mihi dona dederunt.
Tum Chriſtus magno commotus corda dolore:
O gens nullius fidei, gens efferа ſemper,
En etiam patiar vobiſcum me fore terris?
Sic ait, & puerum mandat perferre patenti
Ante ſuos vultus tum vocis pondere multo
Incubuit, mentiſque ſimul conuulſa venena
Dæmonis horrendi, purgato corde fugauit.
Diſcipuli cogitant, cur non ſucceſſerit illis
Eiuſdem pueri totiens tentata medela?
Reſpondit dominus: titubat quia pectore veſtro
Inſtabilis fidei nutans per lubrica greſſus:
Sed ſi tanta foret credendi portio vobis,
Inſtar quæ minimi poſſet præſtare ſinapis,
Iſtius hinc montis poſſetis vellere verbo,
Inque alias ſedes cunctam tranſuoluere molem.
At genus hoc morbi duntaxat vota preceſque
Multáque robuſti ieiunia pectoris arceus.

Matth. 17.

Inde Capharnaum gradiens peruenit ad oras:
Conuenere Petrum quibus inſtat cura tributi,
Soluere poſcentes ſolitum pro nomine Chriſti.
Ille ſed ad Petrum conuerſus talia fatur:
Dic, inquit, reges, quorum dependere natos,
A Externos proprióſne ſibi iuſſere tributa?
Reſpondit Petrus, alienos ſoluere certum eſt.
Cernit, ſit Chriſtus, natum non ſoluere regis?
Sed ne quem lædam, præceptum ſuſcipe noſtrum,
En maris vndiſoni rupes quæ prodit in altum,
Scandatur tibi ſumma Simon, hamuſque profundo
Stamine ſetarum connexus præcipitetur.
Hæſerit & curuo qui primus acumine piſcis,
B Huius pandantur ſciſſi penetralia ventris,
Illic inuento duplex diſſolue tributum.

Matth. 18. Marc. 9. Luc. 9. & 7. & 15.

Diſcipuli pòſt inde rogant, qui maximus alto
In cæli regno, meritis pro qualibus eſſet?
Tum Chriſtus medio puerum conſiſtere cœtu
Præcipit, & placido doctor ſermone profatur:
En huius ſimilem pueri ſe reddere certet,
C Quiſque cupit celſam cœli conſcendere ſedem,
Erroris laqueos ſeclis increſcere certum eſt?
Sed tamen infelix per quem generabitur error.
Qui verò è paruis iſtis deceperit vllum,
Si ſapiat, nectat ſaxo ſua colla molari,
Præcipitémque maris ſeſe iaculetur in vndas.
Nec quiſquam faſtu paruos contempſerit iſtos.
D Horum cuſtodes cæleſti in ſede tuentur
Altitthroni vultum genitoris ſydera ſupra,
Sed ſi quis paſtor, cui paſcua credita tondent
Centum balantes, vnam cùm ſortè ſeorſum
Neſcius error habet, quæſitor deſerit omnes,
Vnius & totis luſtrat veſtigia ſyluis:
Illam ſi magno poſſit reperire labore.
Lætitia inuentæ maior tum naſcitur agnæ,
E Quàm pro cunctarum numero quòd nulla receſſit.
Ex iſtis paruis genitor ſic perdere quemquam
Non patitur, gaudétque ſuis increſcere regnis.
Si fratrem proprio delicto commaculatum
Cernis, ſecretò mox dictis corripe ſolus.
Si tua verborum patiens moderamina laudat,
Labentis mentem frater lucrabere fratris.
Sin tua ſolius contemnet verba reluctans.
F Tunc aliis pariter monitor pia iuſſa frequentes.
Sed ſi decutiet doctorum frena duorum,
Tunc ad concilium referantur crimina plenum,
Vt populi ſaltem ſantur pondere victus.
Sin & multorum contempſerit efferus ora,
Sit tibi diuiſæ mulctatus nomine gentis.
Námque in concilium ſemper præſentia noſtra
Aduehitur mediúmque duûm me ſtare neceſſe eſt,
Siue trium fuerit cœtus ſub nomine noſtro.
G Tum Petrus quærit quot fratri errata remittat,
An ſeptem lapſus homini indulgere liceret.
Chriſtus proſequitur. Non ſeptem crimina tantùm,
Sed decuplata ſuper donentur vulnera fratri.
Nam cæli regnum domino prædiuitis aulæ
Conſimile eſt, nummi rationem qui ſibi poni
Iuſſerit, & ſeruum debentem multa talenta.
Præcipit abreptum cum coniuge, progeniéque,
H Atque opibus cunctis venali nomine ſiſti.
Tum ſeruus dominum proſtrato corpore adorat,
Et ſpondet ſpatij ſibi ſi foret vlla facultas,
Omnem nummorum domino diſſoluere ſummam.
Commouit dominum famuli miſeratio flentis,
Cunctáque trans meritum conceſſit debita ſeruo,
Ille ſed egrediens, conſeruum limine in ipſo
Nactus conſtringit tum debita ſortior vrget
I Perſolui precibuſque locum truculentus abegit,
Carceris & merſum tenebris pœniſque premebat.
Quæ poſtquam dominus famulorum noſcere verbis
Incipit, adducto ingeſſit iuſtiſſima ſeruo
Dicta dolens, irámque mouet, iuſſiſque ſeueris.
In tormenta ſerum detruſit, cuncta reuoluens
Debita dum dignis lueret per vincula pœnis.
Sic vobis faciet genitor, qui culmina cæli
Poſſidet, immites ſæuo ſi pectore fratrum.

Peccata orantum durè punire voleris.

Matth.19. Marc.10.

Talia dicta dedit, Galilæáque rura reliquit,
Iudæamque petit,quà pinguia rura ſilenter
Agmine Iordanis viridis prorumpit amœno.
Nec minus in ſtratis ægris donare ſalutem,
Sublimiſque patris concedere munera perſtat.
Ecce Phariſæi tentantes quærere pergunt,
Coniugis an liceat ſetectum ſcindere vinclum,
Quicquid erit læſi tanget quod corda mariti.
Hæc vbi percepit,depromit talia Chriſtus:
Principio Deus in terris par diſpare ſexu
Conſtituit,iuſſitque vno de corpore necti,
Amborumque animos iunctis inoleſcere membris.
Quod Deus ergo iubet proprio cooereſcere verbo,
Illicitum eſt hominum fœdo ſecernere luxu,
Moſes præcepit,quòd pectora dura videret,
Scribere diſſidium quo ſaxea corda reuinci
Per proprios apices poſſint ſub iudice flamma,
Nam temere exoluet caſti qui iura cubilis,
Alteraque illius thalamis ſociabitur vxor,
Crimen adulterij populo ſub teſte ſubibit.
Diſcipuli referunt, vrget lex iſta virorum,
Seruitiiſque premit non æquo pondere partem,
Vt melius fuerit thalamis caruiſſe perulis.
Reſpondit dominus,non omnes pondere tanto
Subiiciant humeros,lectæ ſunt talia dona
Virtutis,trino truncantur corpora more.
Quæ nulla gaudent genitali lege tororum.
Namque alios tales progigni in luminis oras
Comperimos,pleroſque hominum vis ferrea ſexu
Exuit, atque alios ipſis ſibi demere conſtat
Pro cœli regnis pronum de pectore amorem.
Quiſque capax fuerit celſa virtute capeſſat,
Quod paucis lectiſque Deus vult pandere munus.
Hæc ait,& pueros,quos gaudens cura parentum
Cum precibus lætis,certatim hinc inde ferebant,
Suſcipit,& plebem ſectantum,quòd prohiberet,
Increpat,ac tales affirmat regna mereri
Aulæ cæleſtis,ſanctas hit ordine palmas.

Matth.19.

Ecce ſed è populo iuuenis cui rura domuſque,
Et gazæ,& rerum ſtabat poſſeſſio fulgens,
Accedit,Chriſtumque palam ſubmiſſus adorat.
O bone præceptor dic nunc quæ facta ſequamur,
Vt mihi perpetuam liceat comprendere vitam!
Huic auctor vitæ cum talia reddit Ieſus:
Nunc demum quæris veteri quæ lege tenentur?
Non hominis perimes vitam,non furta tororum
Inuades,quæſtúmve alienis noxia rebus
Mens,aut dextra leget:non teſtis falſa loqueris.
Sit genitor genitrixque tuo ſublimis honore,
Proximus & puro pro te tibi cedat amore.
Ille dehinc:iſta hæc ſemper mihi perpete cura
Obſeruata reor,ſed ne quid forrè relictum
Deſit,præſenti liceat me voce moneri.
Tunc Chriſtus fatur:nunc ſi perfecta requiris
Prendere præcelſis meritis veſtigia vitæ,
Omnia quæ proprio retines ſolus dominatu,
Diſtrahe,& ad miſeros confer ſecurus egentem:
Tunc theſaurus erit cæli tibi conditus arce,
Virtutiſque tenax veſtigia noſtra ſequeris.
Hæc adoleſcenti.veniunt vbi dicta per aures,
Deiecit vultum,triſtiſque in tecta refugit.
Tum ſic diſcipulis vitæ ſpes vnica fatur.
Difficile eſt terris affixos,diuite gaza
Auelli,cælique leues in regna venire.
Nam citius tenuis per acus tranſire foramen
Deformis poterunt immania membra cameli,
Quàm queat vt diues cæleſtia regna videre.
Talibus attoniti comites,ſtupidique ſilebant,
Voluentes,quæ tanta foret ſub pectore virtus
Humano,talem poſſit quæ prendere vitam.

A Reſpicit æternæ iuſtorum gloria vitæ.
Atque ait:Hæc homini forſan videantur acerba,
Sed Deus electis facilem prępandit in æthra
Poſſibilémque viam,virtus quam celſa capeſſat.
Tunc Petrus fidei munitus mentibus infit,
Omnia noſtrorum proiecta reliquimus olim,
Et tua iuſſa ſequi nobis ſpes vnica reſtat.
Quid noſtris animis ſupereſt? dic Chriſte precamur.
B Talibus ad Petrum verbis reſpondet Ieſus:
Vos quicunque meum mentis penetralibus altis
Credentes ſumptus iter,cùm ſederit altè
Progenies homini celſo quem cinget honore
Maieſtas,bis ſex illic pulcherrima virtus
Conſtituet vobis ſublimi in vertice ſedes:
Iudiciúmque hominum pariter tractare licebit.
Hic quicunque ſui linquet generiſque domuſque
C Gazas,affectuſque omnes pro nomine noſtro,
Centuplicata dehinc capiet,vitámque perannem,
Primorum meritum poſtremi tranſgredientur,
Vltima præteriti capient vix præmia primi.

Matth.20.

Sedulus vt ruris dominus,cui dulcia fundum
Pinguibus in campis latè vinets coronant,
Hic vbi progreſſus primo cum lumine ſolus
D Conduxit iuuenum fortiſſima robora,pactus
Vnius in lucis certa mercede laborem,
Et ſua tum iuſſit cultu vinera poliri.
Ipſe ſed egrediens,vbi tertia venerat hora,
Inuenit eſſe alios,operique adoleſcere iuſſit,
Pro meritis operum promittens præmia digna.
Illi non aliter læti præcepta ſequuntur.
Aſt vbi ſexta dehinc lucis transfluxerat hora,
E Haud ſecus hinc alios iuuenes conducere pergit.
Horáque nona dehinc vbi ſolis curſibus acta eſt,
Tunc alios pariter conductos iuſſit adire.
Vltima labentis reſtabat portio lucis,
Egreſſus cernit iuuenes,cauſáſque requirit,
Cur pigris manibus torperent otia lenta.
Aiunt conductoris quòd præcepta fuiſſent
F Nulla:ſibi dominus mox hos inſiſtere ruri
Tunc etiam iuſſit;ſed veſpere protinus orto,
Præcipit vt cuncti caperent mercedis honorem,
Æqualique omnes portarent præmia nummo.
Tunc manus illa virum,prima quæ luce laborem
Suſtulerat,ſtatuſque diem tolerauerat æquum,
Indignans ſecum tali cum murmure fatur.
Iniuſtum eſt,iſtos ſimilem vt nos quærere nummum,
Vltima quos operi ſerò conduxerat hora.
G Tum dominus ruris ſedato pectore fatur:
Illibata tibi mercedis portio ſaluæ
Redditur,& pacti ſeruantur iura fidelis.
Iſtis de noſtro liceat concedere tantum,
Extima quos operis glomerauit portio ruri.
Nam multos homines dignatio ſancta vocauit.
Et quis per minimam dignum eſt ſecernere partem.
Hæc ait & Solymos repetit comitéſque ſeorſum
H Alloquitur,Solitiſque iteris regionibus infit,
Ingredimur gnari,truculentáque mœnia adimus,
Filius hic hominis tradetur ad vltima mortis,
Scribarum procerúmque ferens ludibria membris,
Affixúmque cruci poſt tertia lumina ſurget.
Hic tum Zebedei coniux ſubmiſſa rogabat,
Vt Chriſto medius cæli ſublimis in arce
Felices nati dextra læuáque ſederent.
I Tum quærit Chriſtus calicem ſi ſumere poſſent,
Quem ſi præceptis inſtaret ſumere patris.
Reſpondent ſe poſſe ſimul.Tum talia Chriſtus:
Vos noſtrum calicem fas eſt potare,ſed altis
Sedibus æquali mecum conſidere honore.
Non hoc noſtra dabit cuiquam pro munere virtus.
Iſta certis genitor ſublimia dona reſeruat.
Exin diſcipulos dictis pro talibus omnes
Commotus,tali ſermonis mulcet honore:

Genti

Gentibus infidis celſa ditione poteſtas
Imponit, quemcunque ſuper dominaotur eorum,
Exercéntque trucem ſubiectis vrbibus, iram.
Vos hic ſed longè tranquillior æquora vitæ
Concordi ſternit mitis moderatio pace,
Magnus & obſequiis creſcit ſuper alta miniſter,
Nec primus quiſquam, niſi cunctis ſeruiat vnus,
Eſſe poteſt, hominis natus ſic cuncta miniſtrat,
Obſequio ſolus proprio pia munera geſtans,
Pro multiſque animam pretioſo ſanguine ponit.
At vos ex minimis opibus tranſcendere vultis,
Et ſic è ſummis lapſi comprenditis imos.
Si vos quiſque vocat cœnæ conuiuia ponens,
Cornibus in ſummis deuitet ponere membra
Quiſque ſapit, veniet forſan ſi nobilis alter,
Turpiter eximio cogetur cedere cornu,
Quem tumor inſtari cordis per ſumma locârat.
Sin contentus erit medioctia prendere cœnæ,
Inferiórque dehinc ſi mox conuiua ſubibit.
Ad potiora pudens tranſibit ſtrata tororum.

Matth. 21. *Marc.* 11. *Luc.* 19. *Ioannis* 12.

Proxima tú Solymis conſcendit culmina montis,
Ordinibus lucent quæ glaucicomantis oliuæ.
Hinc lectis iuſſit ſectantum diſcipulorum,
Obuia caſtelli monſtrans habitacula Chriſtus,
Inde aſinam pariter fœtu comitante repertam,
Ducere, vel ſi quis cauſam diſquirere vellet,
Cur ſua tam ſubito quoquam iumenta trahantur,
Dicere tunc, operam dominum ſibi ſumere velle.
Diſcipuli celeri complent præcepta paratu.
Adducunt, mollique ſuper velamine veſtis
Inſternunt placidum pullum præbéntque ſedendum.
Hinc veteris quondam fluxit vox nuntia vatis.
Ecce venit placidus tibi rex quem terga ſedentem
Præmitis geſtant aſinæ pullique ſequentis.
Tum populi ſtratas prætexunt veſtibus omnes,
Quáque iter eſt Chriſto ſubnixa fronde coronant,
Proxima tunc alij ſpoliant palmeta virore,
Conclamantque omnes Dauidis origine creto,
Oſanna, excelſis ſit gloria læta trophæis.
Sic adeo ingreditur Solymorum mœnia Chriſtus.
Ingreſſo occurrit primo ſub limine templi
Cruribus atque oculis certatim debile vulgus.
Quos vbi tam ſubitò greſſu viſúque vigentes
Cuncta ſacerdorum cognouit factio mirans,
Et pueros templi complentes tecta canore
Oſanna egregia Dauidis ſtirpe creato:
Tunc percontantur cuncti quæ cauſa canoris
Impubem tantam tollat per gaudia plebem.
Chriſtus ad hæc legis ſanctæ vos ſcripta tenere
Creditis infantum quæ dicit ab ore venire
Lactentum & linguis iuſti conſurgere laudem.
Hæc ait, ingratam linquens cum ciuibus vrbem,
Bethaniámque petit, rediénſque in margine cernit
Stratæ, tendentem diffuſa vmbracula ficum.
Illic fortè cibi pertentans corda voluntas,
Arboris attrectat ramos, ſed nulla facultas
Pomorum, ſterili frondis concreuerat vmbra.
Olli Chriſtus ait, non ſit tibi fructibus vnquam
Copia promendis, tum protinus aruit arbos.
Diſcipuli celerem mirantur in arbore mortem.
Sed Chriſtus ſtupidis aſſiſtens talia fatur,
Nunc ligni iſtius noſtro ſtupuiſtis honore
Deſiiſſe ad vires terrenos ducere ſuccos,
Sèd veris verbis iterúmque iterúmque monebo.
Namque fides ſi certa animi conſiſtet in arce.
Nec dubiis nutans vitiis tremebunda iacebit,
Arboris iſtius vobis ſubſtantia cedet.
Nec tantum iſtius, ſed montis celſa reuelli
Credentum verbis poterunt, vndiſque profundi
Cùm ſyluis pariter, ſaxiſque ferìſquè recondi.
Et quæcunque fides robuſto pectore priſcae
Credentum, ſemper digna virtute tenebit,

A Hæc vbi dicta dedit, templi ſe mœnibus infert.
Confeſtim proceres populi miracula rerum.
Collecti inquirunt, virtus quæ tanta dediſſet.
Ollis Chriſtus ait: Quærentibus omnia vobis
Dicere iam facile eſt, ſi nobis veſtra viciſſim
Percontata prius paucis ſententia ſoluat.
Nuper Ioannis, puro qui gurgite lauit
B Sordentes populi maculas diuina poteſtas,
Anne hominis potius vobis fallacia viſa eſt?
Hæc ait, ancipiti verborum pondere claudens
Captantum procerum mentem: Nam magna pro-
Plebis Ioannem veneratio ſuſpiciebat, (phetam
Nec poterant eius fallacem dicere vitam.
Rurſus ſublimem dixiſſent ſi eſſe prophetam,
Occidiſſe illum traheret confeſſio culpam.
C Se neſcire igitur reſpondit factio fallax.
Tum Chriſtus: Non eſt iniuſtum claudere vocem,
Cùm mihi claudantur procerum reſponſa ſuperba.
Nam geminæ prolis genitor, maioris in aures
Talia dicta dedit, vitis nuhi portio maior
Semiputata iacet, ſed perge & robore forti
Nunc ſcrobibus, nunc falce premens, vineta retunde.
Tum iuuenis ſeſe tam ſordida vincla laboris
D Nolle pati memorat, poſt omnia iuſſa parentis
Exequitur, damnánſque ſibi reſponſa coërcet.
Poſt alium natum ſimili ſermone iubebat.
Ad vineta ſui dependere iuſſa laboris.
Annuit his iuuenis: nec dictis facta repenſat.
Dicite quis potius genitoris iuſſa ſequatur?
Olli collaudant nati reſponſa prioris.
Proſequitur Chriſtus: Nunc vera aduertite dicta:
E Iam magis hinc cæli ſedem comprendere certum eſt
Corporis è vitiis quærentes ſordida lucra.
Quam veſtrum quemquam, vobis nam venerat antè
Iuſtus Ioannes, ſed non eſt credere veſtrum.
Namque fidem potius meretricum pectora certam
Hauſerunt ſordéſque animi poſuere pudendas.
At vos tantorum ſcelerum nil pœnitet vnquam.
Sic quidam diues, cui iugera multa nitentis
F Vineti ſepes circumdenſata coercet,
In medio turrem prælúmque & dolia fecit,
Cultoréſque dedit fructusq; locauit habendos,
Impoſitam ſtatuens mercedis ſoluere legem.
Tum longinqua petit, ſed fructus tempore certo
Actores famulos mittit, quis portio ſalua
Cultorum certa ruris mercede daretur.
Ecce colonorum rabies hos verbere ſæuo,
G Aſt alios lapidum proterrent vndique telis.
Denique lethali proſternunt vulnere multos.
Tum dominus ruris plures incedere ſeruos
Præcipit, & rurſum mercedis pacta repoſcit.
Maior at in plures audax iniuria ſurgit.
Vltima iam domino natum dimittere mens eſt,
Quod ſobolem partémque ſui vis digna pudoris,
Cultorum cordi venerandam poſceret eſſe.
H Sed contrà illorum iam mens maculata cruore,
Progenie extincta domini ſibi poſt dominatum
Cedere credentes, crudeli vulnere fixum
Obtruncanr, iaciúntque foras etaos ſepta cadauer.
Poſt hæc, iam dominus veniet, pœnáſque repoſcet
Tantorum ſcelerum, ſed vobis tradita quondam
Fulgentis regni ſedes, tranſlata feretur
Ad gentem dignos quæ poſſit reddere fructus.

Matth. 22. *Luc.* 14. *Apocal* 19.

I Vt rex qui nato thalamorum vincula nectens
Præcepit, proceres conuiuia læta frequentent,
Accitos famulos voti regalis honorem
Concelebrare ſimul: cuncti ſed adire recuſant
Regales thalamos, regalis pocula menſæ.
Poſt alios mittit ſeſe largiſſima cuncta
Magnificáſque dapes, conuiuia læta paraſſe.
Illi neglectis dapibus, diuerſa petebant.
Hic ædes proprias, hic ruris tecta propinqui,

Aſt alius potius merces ac lucra reuiſit.
Multi prætetea miſſos qui ad læta vocarent,
Inſontes famulos rapiunt,& corpora ferro,
In mortem cruciant:tum rex vbi comperit acta,
Millibus armaris ciuas eum mœnibus ipſis
Subruit,effuſi famulorum ſanguinis vltor.
Tunc ſeruis ſatur:Nunc ſeſta iugalia cœnæ
Prælargis dapibus quæcunque inſtruximus illi,
Contempſere meis proceres contingere menſis.
Ite igitur properè par publica ſepta viarum,
Et quoſcunque illic caſus glomerauerit,omnes
Huc lætis nati thalamis adhibete vocantes.
Progreſſi famuli per compita lata viarum,
Inuentos duxare ſimul.Iam denique cunctæ
Complentur menſæ nuxtæ ſine nomina plebis.
Hic iuſti iniuſtique ſimul cubuera vocati.
At rex ingreſſus conuiuia læta reuiſit.
Hic videt indutum pollutæ veſtis amictu,
Lætitiæ thalami fuerat quæ diſſona longè.
Iſque vbi regalis ſermonis pondere cauſas
Reddere pro veſtis maculis, & labe iuberet,
Oppreſſu tacuit non puri pectoris ore.
Et tunc conuerſus famulis rex præcipit illum
Connexis manibus pedibúſque,& corpora toto,
In tenebras raptum mox præcipitare profundas.
Illic ſtridor erit vaſti ſine fine doloris,
Et ſemper fletus.multis iam ſæpe vocatis,
Paucorum felix hominum selectiu fiet.

LIBER QVARTVS.

Matth.24.Marc.12.Luca 20.

TALIA dicentem conſeſtim factio ſtendans
Tentare aggreditur vatbis cum frauda malignis:
Certum eſt veridicum te nunc veniſſe magiſtrum,
Nec quenquam metuens,domini veſtigia ſeruas.
Dic ergo,an liceat noſtræ diſſoluere genti
Cæſaris vrgentis ſemper ſub lage tributum?
Ille ſed inſpiciens ſæui penetralia cordis,
Cur tentatis,ait,nunc me concludere verbis?
Fallacis mentis prodit fallacia fructum.
Adſpicite en nummum, ſculptique numiſmatis æra,
Cæſaris expreſſum propium eſt tibi cernere vultú.
Soluite nunc illi proprium ſub lege tributum,
Atque Deo proprium legis ſeruetis honorem.
Pòſt Sadducæi tali cinxere latratu:
Moſea,qui legum poſuit præcapta iubere,
Si quis coniugium properata morte relinquat,
Pignoribus medijs nondum de germine cretis,
Huius germano ruſus ſociabile vinclum
Deberi,generis pereat ne portio lapſi
Finibus in noſtris ſeptem germana fuerunt
Corpura,ſed maior natu cùm vincula nuptæ
Sumpſit,præceleri cecidit ſub acumine mortis.
Pòſt alius frater,thalami ſina fructibus æquè
Concidit,& cuncti iacuere ex ordine fratres:
Vnius & cunctos fletus gemuera maritæ.
Pòſt ipſam rapuit gelidæ inclementia mortis.
Si venient igitur cuncti ſub lumina vitæ,
Cuius connubiis mulier reddenda reſurget?
Ollis Chriſtus ait,errori obnoxia prauo,
Legibus,& iuſſis Domini mens dura reſiſtit:
Neſcia virtutum & legum mens decolor errat.
Námque ſequanda dehinc lætæ reperatio vitæ,
Non thalamos nouit,non terræ gaudia vana:
Sed ſimiles leuibus genitoris iuſta miniſtris
Conſtituet regni virtus ſublimis in aula.
Nec Deus illorum dominum ſe ponare mauult,
Qui tetram proni metuerunt ſumera mortem,
Sed potius vitæ poſſunt qui prendere lucem.
Ecce alij rogitant,quæ ſit firmiſſima legis
Regula, quod ſummum comprendat cætera verbum.
Illic indeteſſus nulli reponſa negabat.

A Sublimem cæli dominum deuotio cordis
Diligat,eſt iſthæc virtus firmiſſima legis.
Conſimile eſt iſti,magno teneantur amore
Ad ius fraternum iuſtæ penetralia mentis.
His etenim geminis dependent omnia iuſſis.
Sed vobis cuius ſoboles ventura videtur
Chriſtus , quam cuncti ſpondent in ſecla Prophetæ?
Reſpondent illum Dauidis germine naſci.
B Proſequitur Chriſtus:Cur illum dicere Dauid
Diuino flatu ſcriptum eſt dominúmque Deúmque
Quod proprio patrem non æquum eſt dicare natú?
Talia Saluator:cuncti obſtupuera ſilentes.
Illa ſed accita credentum plebe profatur,
Adſpicite ſcribas ſublimi ſeda ſuperbus:
Hi quæcunq; docent,iuſtum eſt comprendere cordis
C Obſequio,maculas ipſorum temnite vitæ.
Abrupta imponunt humeris nam pondera veſtris,
Ipſi quæ digito ſaltem contingere nolunt.
Accubitu primo cœnæ,faſtúque ſuperbo,
Atque ſalutantum vano tolluntur honore,
Et nomen ſublime volunt geſtare magiſtri.
Sed vos noluerim præcelſi nominis arcem
Affectare,tamen vobis eſt vna magiſtri
D Impoſita æternum cæli de lege poteſtas
Vos eadem fratrum parili coniunxit amore.
Vnus item pater aſt,cæli qui in culmine regnat.
In vobis ſi quis ſublimia colla leuabit,
Decidet,& baratri mergetur ad vltima cœno,
Aſt humilis claram conſcendet liber in æthram.
Deflendi ſemper ſcribæ,& lacrymabilis æui
Cæca Phariſææ cunctis fallacia plebis.
E Nam vobis iter clauſum quia iure negatur,
Non ſinitis quenquam penetrare per ardua lucis.
Et cunctos trahitis ſæuæ ad conſortia flammæ.
Vos ſimiles dicam tectis ſplendore ſepulchris,
Quis facies nitida eſt , internáque turpia buſtis.
Sic vox velatur iuſtæ ſub imagine vitæ,
Atque adytis mentis celantur ſordida corda.
F O Solymi Solymi,ferro qui ſæpe Prophetas
Ad veſtram miſſos vitam ſine fine necaſtis,
Quàm volui veſtram gentem populúmque tueri,
Ales vti molli ſolita aſt ſub corpore pullos
Obice pennarum circum complexa fouere!
Sed vobis ſemper cæleſtia munera ſordent
Deſeritur iam nunc domus hæc vaſtata ruinis,
Nec vobis noſtrum fas vltra eſt cernere vultum.
G Egreditur templo,cuius præcelſa notantes
Mœnia diſcipulos,tali ſermone docabat:
Hæc operum vobis miracula digna videntur
Obtutu ſtupido,veris ſed diſcite dictis,
Quòd mox cuncta ſolo paſſim diſiecta iacebunt:
Hæc ad Oliueti dicens peruenerat arcem,
Diſcipuli ſolum poſt quam videre rogabant
Vt ſibi venturi tempus diſtingueret æui,
H Promiſſa ipſius quem poſcant prendere finem,
Cuius vt aduentus terræ conſumeret orbem.
Quærentum verbis reſpondet talia Chriſtus.
Obſeruate dolum,falſo ne nomine capta
Credulitas,laqueis errantum præcipitetur.
Diſcurrent cunctis bellorum incendia terris,
Sed vos præualido conſiſtite robore cordis,
I Ne mens accepto iaceat turbata tumultu.
Non atenim prima imponent mox prælia finem,
Gentibus & gentes,& regibus obuia reges
Signa ferent,nec tunc morbi corrumpere tractum
Aëris,aut peſtes proſternere corpora parcent.
Fiſſa etiam ſolidu per inania pondere tellus,
Par diuerſa loci,motu quaſſante tremiſcet.
Hæc in primitiis tentamina parua manebunt.
Prodentur multi veſtrûm,lethóque dabuntur,
Próque meo vobis incumbere nomine gentes
Tormentis pœniſque feris,odiíſque neceſſe eſt.
Liuor erit terris erroribus omnia plena,

Fr falſi ſurgent populorum labe Prophetæ.
Hæc inter,ſi quis protectum à vulnere pectus
Ad finem ſeruare queat,ſublimia lucis
Aeternis vitæ ſertis redimitus adibit.
Regnorum cæli celebratio peruolitabit
In cunctas terræ metas:gens omnis habebit
Teſtem luciſfluo ſanctæ ſermone ſalutis.
Et tunc finis erit,currentia ſecula ſoluens.
Adueniet iam tunc triſtis deſertio terris,
Quæ Danielis habet iuſſam veriſſima vocem.
Hæc dignus tantùm poterit cognoſcere lector.
Iudæi longè fugiens,montéſque capeſſent,
Nec quiſquam domibus repetet ſubſtollere ſecum
Quæ fuga cõſociet, veſtémve aut mobile quicquam.
Deflendæ tum ſunt vteri cum pondere matres,
Et miſeros fœtus dulci quæ lacte rigabunt.
Poſcite iam precibus triſtis ne frigore brumæ
Adueniat fuga veſtra,aut ne tunc ſabbata feſta
Anceps præcipiti turbet trepidatio curſu.
Nam cunctis venient ſæuiſſima pondera terris.
Tale malum non ſecla prius,nec poſtera norunt.
Et ni ſublimis genitor decerpere tempus,
Et numerum miſerans velles breuiare dierum,
Nulla dehine trepidæ ſuperarent corpora vitæ.
Sed propter lectos veniet miſeratio iuſtos.
Nomine fallentes Chriſti,falſique Prophetæ
Exurgent terris,& monſtra potentia fingent,
Quæ forſan lectos capient miracula iuſtos.
En prædicta patent inſtantia ſecula vobis.
Deſertis ſi quis Chriſtum peragrare loquetur,
Occultiſque proc ' penetralibus eſſe repoſtum,
Longè credulitas abſit vaniſſima vobis:
Sicut enim fulgur cælum tranſcurrit apertum,
Et cerni facile eſt cunctis orientis ab oris
Vſque ſub occiduum cæli vergentis in orbem:
Sic rapido aduentu clarebunt lumina Chriſti.
Sol rutilus furuis radios abſcondet in vmbris,
Amittet curſum Lunaris gratia lucis,
Ignicomæque ruent ſtellæ,cælumque relinquent.
Omnis item virtus cæli commota ſuperni
Signa dabit,proles hominis quis vertice cæli
Clareat,omnigenáſque tribus defectio lucis
Vrgebit,veniet cum nubibus ignicoloris,
Maieſtate potens hominis per ſydera natus.
Tum tuba terrifico ſtridens clangore vocatos
Iuſtos,quadrifido mundi glomerabit ab axe.
Præteriet nec enim præſens generatio ſecli,
Donec cuncta ſequens claudat ſibi debita finis.
Hæc tellus,cælúmque ſuper ſoluentur in ignes,
Sed mea non vnquam ſoluentur ab ordine dicta.
Quis ſic at ille dies,neſcire eſt omnibus æquum,
Ni ſoli rerum domino,qui ſydera torquet.
Vt quondam terras vndæ inuoluere furentes,
Et diuerſa ſibi tractantes munia cunctos
Diluuij rapuit ſubito violentia tractu:
Sic ſubitas flammas voluens deſcendet ab æthra
Aduentus noſter,nec cunctos ille ſub vna
Conditione premet. nam tunc vbi iugera lata
Infindent duo depreſſis ſub vomere ſulcis,
Vnus correpto tolletur corpore arator,
Ignarúſque alius vaſto linquetur in agro.
Vno quinetiam recubantes ſtramine lecti,
Diſpar iudicium diuerſa ſorte ſubibunt.
Vnus enim ſocium quæret per ſtrata relictus.
Idcirco famuli vigilent,quia neſcius illis
Aduentus domini ſubitas deſcendet in horas,
Præmonitum furis tempus ſi inſiſtere ſciret,
Quiſque domus cuſtos vigilaret,& obuia ferret
Arma procul,ſupras ne quis penetraret in ædes.
Sed vos intentis animis aſſiſtite ſemper:
Namque repentinus vobis ſubitúſque recurret
Filius huc hominis,iuſtis ſua præmia ſeruans.
Ille fidelis erit ſeruus,cui credere cunctas

A Aedes & famulos voluit per longa profectus
Vir pater ipſe domus:ſapiens nimiumque beatus,
Quem veniens dominus ſeruantem iuſſa videbit.
Illum maiori famulum cumulabit honore.
Aſt ille infelix,qui obſcœne luxuriatus
Tardantem contemnis herum,famuloſque fatigat
Verberibus,ſegniſque indulgens ebrietati
Luxurioſorum conuiuia concelebrabat.
B Adueniet dominus,ſeruumque incauta furentem
Præcipitem dignis pœnarum cladibus abdet.
Illum perpetuus fletus ſtridórque manebit.

Matthæi 25.

Conferri poſſunt cæleſtia regna puellis
Bis quinis:quarum pars eſt ſapientior vna,
Altera præſtupido pars eſt ſtolidiſſima corde:
Occurrere illi votis ſponſalibus omnes
C Ornatu accinctæ tedarum flammicomansum.
Sed ſapiens par illa,ſibi quo lumina flammæ
Suſciperet,portare ſimul curabat oliuum.
Stultarum verò non eſt prudentia talis.
Cumque moraretur ſponſus,tum membra ſopore
Soluuntur cunctis per compita lata viarum.
Iam noctis medio clamor crebreſcere magnus
D Incepit,lætóque dehinc occurrere voto
Admonuit,tediſque vias ornare coruſcis.
Surgere tunc properans & claro lumine tedas
Inſtruere,& flammas pingui componere oliuo.
Tum ſtolidæ rogitant olei ſibi cedere partem
Prudentes,ſecum quod tum geſtare videbant.
Sed quoniam ſapiens paucitat chorus, omnibus æquè
Ne deſint claræ nutrimina pinguia flammæ,
Ex paruo æqualis ſi detur portio cunctis.
E Tum pergũt ſtultæ, liquidum vt mercentur oliuum.
Dum pergunt,lętæ tranſcurrunt omnia pompæ,
Et ſponſo tantùm comitatur factio prudens.
At veniunt fatuæ ſero pòſt tempore ſegnes,
Et ſponſi pulſare fores,& limina clauſa
Nequiequam ingeminant , precibuſque ingrata frequentans,
Vt liceat miſeris penetrare in limina læta.
F Illas non comitum ſponſi cognoſcere quiſquam,
Non ſponſus voluit:quare vigilate timentes
Aduentus vobis quòd non eſt certior hora.
Sicut enim longas cui contigit ire profecto
In terras,credens ſeruis tractanda talenta,
Vni quinque dedit,duo cepit & alter habenda:
Tertius vnius curam tractare talenti
Suſcepit,vires quoniam diuerſa merentur.
G Sed maior quibus eſt concredita portio nummi,
Certatim duplis auxerunt munera donis.
Ille ſed vnius cui credita cura talenti eſt,
Telluri infodiens condit ſine fructibus æra.
Iámq; aderat præſens dominus , tum primus & alter
Se geminaſſe illi pariter concredita monſtrant.
Illos laudat herus,potioráque credere tantæ
Promittit fidei,ſed tertius ille refodit,
H Reddidit & domino tali cum voce talentum:
Quòd ſcirem domino memet ſeruire ſeuero,
Qui meteres ſegetes alieno ſemine cretas,
Extimui,argentumque tuum concredere terræ
Malui,vt ſemper ſaluum tibi reddere poſſem.
Tum dominus famulo reſpondens,talibus infit:
Si neſcire meos auderes dicere mores,
Nequitiæ tantæ veniam concedere poſſem.
I Hoc igitur gnarum potius præſtare decebat,
Vt fructum nobis tractata pecunia ferret.
Quapropter ſegni tollatur portio noſtra,
Prudentique dehinc detur poſſeſſio maior,
Quem duplis cumulaſſe lucris mea quinque talenta
Inueni:namque eſt certum potiora mereri,
Cui res vberior cumulatæ ſortis abundat.
At cui parua ſubeſt ſegni ſubſtantia corde,
Id minimum penitus iuſtè tolletur ab illo.

Et nequam ſeruus tenebras demerſus ad imas,
Perpetuos fletus, pœnæ ſtridore frequentet.
En hominis natus veniet, patriſque miniſtris
Stipatus, celſa iudex in ſede ſedebit:
Tunc gentes cunctæ diuerſis partibus orbis
Conuenient, iuſtóſque omni de labe malorum
Secernet, dextráque libens in parte locabit,
Ac prauos læua deſpectos parte relinquet.
Vt paſtor pecoris diſcernit paſcua miſti,
Lanigeris dextræ permittens mollia partis:
At læuos hirtis dumos tondere capellis.
Sed rex ad dextros conuerſus talia dicet:
Huc veniant ſancti iamdudum debita ſumant
Dona patris, mundo quæ ſunt æquæua nitenti,
Et iuſtis primo promiſſa parantur ab ortu.
Nanque fame ſeſſum quondam me grata refecit,
Hæc plebes, potúque ſitum mihi ſæpe remouit,
Hoſpitiúmque domus patuit mihi ſæpe vocato:
Et nudus veſtis blandiſſima tegmina ſumpſi:
Carceris & pœnis horum ſolatia cœpi.
Tum Domino tali reſpondent voce beati.
Non meminit noſtrum quiſquam te viſere nudum,
Nec famis oppreſſum dura ditione notauit,
Carceris aut pœnis meminit vidiſſe reuinctum.
Reſpondens illis dicit tum talia iudex:
Fratribus iſta meis, humiles miſerando laborea,
Qui fecit, certum eſt dulcem mihi ponere fructum.
At vos iniuſti, iuſtis ſuccedite flammis,
Et pœnis ſemper mentem torrete malignam,
Quas pater horrendis barathri per ſtagna profundi
Dæmonis horrendi ſociis, ipſique parauit:
Nanque ſitim paſſo quondam mihi pocula nulla,
Nec famis in pœna parui mihi fragmina panis,
Aut peregrina mihi tecti, veſtisve parumper
Tegmina de magnis gracili pro parte dabantur.
Carceris haud ſepto clauſtris morbiſve iacenti
Vnquam viſendi ſolatia veſtra fuerunt.
His damnata dehinc reſpondet factio verbis.
Haud equidem noſtrum meminit te viſere quiſquam,
Aut ſitis, aut ſæuæ famis ægrum agitare laborem,
Hoſpitâ vel ſeſſis errare per oppida rebus,
Carceris aut merſum pœnis morbóve grauatum:
Vt tibi ſollicito fieret miſeratio iuſta.
His rerum dicet dominus, cùm veſtra ſuperbo
Auguſtis rebus feritas ſub corde tumebat,
Calcauitque humiles minimos, me ſpreuit in illis.
Hæc vbi dicta dabit, meritus ſua præmia reddet:
Aeternum miſeri pœna fodientur iniqui:
Aeternúmque ſalus iuſtis conceſſa manebit.

Ioannis 11.

Talia dum loquitur, ſciſſus lacerata capillos
Pro fratris morbo iuſtis ſoror anxia curis,
Hortatur iuuenem rapido præcurrere greſſu,
Caſibus vt tantis Chriſtus ſeruaret amicum,
Nam fuerat mulier meritis accepta benignis,
Obſequio cuius fratrémque domúmque merentem
Complexus pleno Chriſtus retinebat amore.
Nuntius adueniens narrat ſub agone iacere
Dilectum Chriſto iuuenem, per triſtia morbi,
Et lethi & vitæ confinia ſumma tenere.
Lazarus hic habuit nomen, ſed Chriſtus amaris
Percolſus verbis: Non eſt ſi creditis, inquit,
Ad lethum ducens iſthæc violentia morbi.
Sed Deus vt digno iuſtis celebretur honore,
Et ſoboles hominis ſancta virtute niteſcat.
Tunc ad diſcipulos, dormit iam Lazarus, inquit,
Sed charum iuuenem faciam conſurgere rurſus.
Reddunt diſcipuli ſomno ſuccedere plena
Et remeare ſalus poterit: nec mente ſequuntur
Quod mortem ſomni dixit ſub nomine Chriſtus.
Errorem quorum tali ſermone remouit:
Lazarus in lethum cecidit, ſed gaudia menti
Hinc veniunt, veſtrámque fidem mihi fortius armat.
Cernitis abſentem longè quoque cuncta videre.
Sed properemus ait: Didymus tunc talia fatur:
Pergamus paritérque omnes procumbere letho
Cogamur toties quod gens Iudæa minatur.
Hæc ait & cuncti Chriſto præeunte ſequuntur.
Iámque aderat Chriſtus, fuerat ſed fortè ſepulto
Quarta dies merſáſque atris de morte tenebris
Germanas, luctus lacrymoſáque tecta tenebant.
Conuenere illuc ſolatia debita dantes
Iudææ gentis proceres, charique propinqui.
Sed Martha, audito Chriſtum veniſſe, cucurrit
Obuia, deſeruitque domum, mœſtámque ſororem:
Et procul, ô vtinam præſens nobis tua virtus
Afforet, haud morti frater ceſſiſſet acerbæ.
Nam quicquid poſcas certum eſt tibi poſſe venire.
Quam dominus tali ſolatur voce gementem.
Robuſtam mentem mulier virtute reſume,
Lazarus hæc vitæ rediuiua in lumina ſurget.
Et mulier, certè ſurgent in munera vitæ
Mortales cuncti, veniet quum terminus orbi.
Chriſtus item ſancto depromit pectore vocem:
En ego ſum claræ vobis reparatio vitæ,
In me qui credit mortem deponere ſumptam,
Et vitam poterit iugi comprendere ſeclo.
At quicunque fidem viuo ſub pectore ſumet,
Horrida non vnquam continget limina mortis.
Illhæc num credis puro de pectore Martha?
Illa dehinc: hæc vna fides mea corda tenebat,
Sublimis veneranda Dei quòd veneris in te
Cæleſtis ſoboles celſo ſub nomine Chriſti.
Hæc ait, & Mariam curſu monitura ſororem
Interiora petit ſanctum veniſſe magiſtrum:
Et pariter luctu oppreſſam vocitare ſororem,
Admonuit tacito deſignans omnia nutu.
Proſilit illa foras, audito nomine Chriſti,
Proſequitúrque ſimul Solymorum turba gementem,
Credentum tumulo fletus inferre ſorores.
Illa ſalutiferum poſtquàm conſpexit Ieſum.
Procidit antè pedes, rupítque hanc pectore vocem:
Si mihi germanum potuiſſes viſere viuum,
Lazarus haud poterat duræ ſuccumbere morti,
Fletibus hic Chriſtus ſocians de corde dolorem,
Inquirit tumuli ſedem, quo condita nuper
Membra forent, animæ volucris ſpoliata calore.
Haud mora, demonſtrant flenti, mœſtóq; ſepulchrum
Rupe ſub exciſa, lapidis quod pondere clauſum
Vt vidit ſanctus, multo mox vecte moueri
Præcipit. At Marthæ talis vox verberat aures.
Quattuor en luces, totidémque ex ordine noctes,
Prætereunt quo membra ſolo compoſta quieſcunt.
Crediderim corpus motu fugiente caloris,
Fœtorem miſerum liquefactis reddere membris.
His dictis contra depromit talia Chriſtus:
Iam totiens dictum eſt, magnis conſiſtere rebus
Credentum virtute fidem, ſed gloria ſummi
Iam genitoris adeſt, fidei ſi robur habetis.
Hæc vbi dicta dedit, ſaxúmque immane reuulſis
Obicibus patuit, virtus mox conſcia cælum
Suſpicit, & tali genitorem voce precatur.
Eximias grates genitor tibi ſancte fatemur.
Me placidus ſemper venerandus auribus audis.
Sed populus præſens me miſſum credere diſcat.
Hæc vbi dicta dedit, tumuli mox limine in ipſo
Reſtitit, aduerſo complens caua ſaxa canore.
Lazare ſopitis redeuntem ſuſcipe membris
En animam, tuque ipſe foras te prome ſepulchro.
Nec mora: connexis manibus pedibuſque repentè
Procedit tumulo: vultum cui linea texta,
Ceterum gracilis connectit faſcia corpus.
Tum ſolui iuſſit: lætumq; ad tecta remittit.
Iudæi poſtquàm factum venerabile cernunt,
Qui tantùm Mariam fuerant Marthámque ſecuti,
Pars credens ſequitur tantæ virtutis honorem:

Aſt alij repetunt vrbem,proceruмque ſuperbis
Cuncta Phariſæis rerum miracula narrant.

Matth.26.Marc.14.Luce 22. Ioann.11.

Ergo ad concilium ſcribæ,plebiſque vocantur
Iam grauior numerus,qua vatum principis altè
Pulchra Caiphææ collucent atria ſedis.
Illic complacuit Chriſtum proſternere letho.
Sed vitare dies paſchæ,ne plebe frequenti
Diſcordes populi caperent in bella furorem.
Ille Simonis erat tectis,quem lurida lepra
Virtute ipſius diffugerat:ecce cubanti
Accedit mulier propius,frangénſque alabaſtrum,
Quo pretioſa inerant latè fragrantis olivi
Vnguenta,ab ſummo perfudit vertice Chriſtum.
Diſcipuli increpitant,ſantes potuiſſe iuuari
De pretio vnguenti miſerorum corpora egentum.
Has dominus prohibet voces,factúmque probauit,
Deſinite obſequio iuſto prohibere puellam:
Pauperibus ſemper dabitur ſuccurrere tempus,
Sed me non ſemper tribuetur viſere vobis.
Funeris iſta mei multum laudanda miniſtrat
Officio,mundúmque implebunt talia facta.
Tunc è diſcipulis vnus ſe ſubtrahit amens
Iudas,& ad proceres tali cum voce cucurrit:
Quod pretium ſperare datur ſi prodere vobis,
Quæſitúmque diu poſſim monſtrare magiſtrum?
Argenti ter dena illi mox pollicebantur
Pondera,dehinc Iudas ſceleri ſe ſubdidit alto.
Iámque dies paſchæ primo proceſſerat ortu,
Diſcipuli quærunt,vbi cœnam ſumere paſchæ
Vellet,at ille ſibi quendam ſine nomine quæri,
Vltima qui domini caperet mandata iubebat.
Veſpere mox primo bis ſex recubantibus vnà
Diſcipulis,tali diuinat voce magiſter:
En vrget tempus,Chriſtum cum tradere morti
Et vobis vnus ſcelerato corde volutat.
Continuò cuncti quærunt quis talibus auſis
Inſano tantum cœpiſſet corde venenum.
Ille dehinc,epulis mecum nunc veſcitur inquit:
Sed ſobules hominis quendam præſcripta ſubibit
Supplicia ad tempus,miſerabilis ille per æuum
Qui iuſtum tradet quantò felicior eſſet,
Si nunquam in terris tetigiſſet limina vitæ.
At Iudas grauiter tum pectora conſcia preſſus,
Nunquid,ait Iudam,talis ſuſpicio tangit?
Reſpondit Dominus,te talia dicere cerno.
Hæc vbi dicta dedit,palmis ſibi frangere panem
Diuiſúmque dehinc tradit, ſanctéque precatus
Diſcipulos docuit proprium ſe tradere corpus.
Hinc calicem ſumit dominus,vinóque repletum
Magnis ſanctificat verbis,potúmque miniſtrat,
Edocuitque ſuum ſe deuiſiſſe cruorem.
Atque ait:Hic ſanguis populi delicta remittet:
Hunc potate meum:nam(veris credite dictis)
Poſthac non vnquam vitis guſtabo liquorem,
Donec regno patris melioris munere vitæ,
In noua me rurſus concedent ſurgere vina.
Exin cantato ſanctis concentibus hymno
Montis Oliueti conſcendunt culmina cuncti.
Talia tum Chriſtus depromit pectore verba:
Omnes præſentis noctis vos tempore longè
Diſperget miſerè deſerto principe terror.
Sic etenim ſcriptum eſt,paſtoris caſibus omnes
In diuerſa fugam capient per rura bidentes.
Pòſt vbi vita nouos cæli mihi reddet honores
Præueniam,veſtróſque choros genitalibus aruis.
Grata Galilææ volitans per rura docebo.
Reſpondit Petrus,cunctos(ſi credere fas eſt)
Quòd tua labentes poſſint præcepta negare,
Sed mea non vllus mutabit pectora caſus.
Ille dehinc:Nox hæc quæ lucida ſydera terris.
Inducet,lucémque premens nunc incubat vndis,
Audiet,vt trinis pauidus mendacia verbis

A Dices,& Chriſtum fortiſſime Petre negabis,
Et prius alitibus reſonent quàm tecta domorum.
At Petrus:Duram mortem mihi ſumere malim,
Vox oblita ſuam quàm deneget iſta magiſtrum.
Has vires cordis perſtant promittere cuncti.
Nominis Hebræi ſunt Gethſemaneida rura,
Illò progreditur vitæ luciſque repertor,
Quem mox diſcipuli Iuda fugiente ſequuntur,
B Atque illic reliquos iuſſit reſidere miniſtros.
Ille ſed aſſumpto longe procedere Petro,
Zebedeique ſimul natis,per deuia tendit.
Tunc angore graui mœſtus ſic voce profatur:
Triſtia nunc voluens animus mihi pectora turbat
Morte tenus, ſed nũc vos ſegnem excludite ſomnũ,
Sollicitámque ſimul vigilando ducite noctem:
Hæc ait:& paulum procedens,corpore terram
C Deprimit,& tali proiectus voce precatur:
Si fas eſt genitor,calicis pertranſeat huius
Incumbens valido nobis violentia tractu.
Sed tua iam veniat potius quàm noſtra voluntas,
Quæ tibi decreta eſt tantis ſententia rebus.
Tunc ad diſcipulos repedat : ſed ſomnus anhelis
Proſtratos terra membris diſſoluerat omnes.
Tunc ait ad Petrum:Non eſt tibi ponere vires
D Vnam peruigilem tantis ſub caſibus horam?
Sed vigilate precor,ne vos tentatio raptos
Horrida præcipitet ſæuæ per lubrica mortis.
Spiritus iſte viget,ſed corpus debile lapſat.
Seceſſit rurſus ſecreti montis in arcem,
Orabátque patrem:Rerum mitiſſime rector,
Hunc quoniam calicem non eſt tranſire facultas,
Iam tua præueniat noſtra de ſorte voluntas.
E Rurſus diſcipulos ſomni ſub pondere preſſos
Inuenit:& rurſus per idem genitore precato,
Alloquitur feſſo nexus languore quietis.
Iam dormire licet, ſociòſque reuiſere veſtros;
Nam venit ecce meum qui dedat in omnia corpus,
Quæ maculata meis imponet factio membris.
Cum dicto,Iudas numero ſtipante cateruæ
Aduenit procerum iuſſu populique ferocis.
Pars ſtrictis gladiis,pars fidens pondere clauæ
Signa ſequebatur Iudæ promiſſa furentis.
Oſcula nam pepigit ſeſe contingere Chriſti,
Quò facilè ignotum caperet miſerabile vulgus.
Ille vbi diſſimulans blanda cum voce ſalutat,
Attigit & labiis iuſti miſerabilis ora,
Continuò Chriſtus:Totum complere licebit,
Huc veniſſe tuo quæcunque eſt cauſa paratu.
G Iniecere manum turbæ,Chriſtúmque prehendunt.
Tunc è diſcipulis vnus fulgente machæra
Occurrit vatis famulo ſublatus in iram,
Tempore & exciſam rapuit vi vulneris aurem.
Olli Chriſtus ait,gladium tu ponito noſter.
Nam quicunque ferox confidit vindice ferro,
Hunc iuſti ſimilis ferri vindicta manebit.
An ego non poſſim cæleſtia caſtra vocare,
H Et patris innumeras in prælia ducere turmas?
Sed ſcriptura meis complenda eſt debita rebus.
Vos autem ſtricto quid me comprendere ferro,
Fuſtibus & gladiis concurritis?En ego vobis
Occurrò,templi media qui ſemper in arce
Vobiſcum reſidens docui,nec talia quiſquam
Inſonuit,tantis circumlatratibus audax.
Diſcipuli paſſim Chriſto fugere relicto:
I Iámque Caiphææ ſteterat Saluator in aula.
Conuenêre omnes ſcribæ,proceréſque vocati.
At Petrus longè ſeruans veſtigia ſolus,
Occulte mœſtus ſedit cum plebe miniſtra
Extremum operiens tanto ſub turbine finem.
Ecce ſacerdotes falſos conquirere teſtes
Incumbunt,fictáſque volunt contexere cauſas,
Quis mortem inſonti poſſent imponere Chriſto,
Sed nullus tanto viſus ſatis eſſe furori,

Tandem proſiliunt teſtes, qui dicere Chriſtum
Audiſſent, templum quòd ſolus vertere poſſet,
Et verſum trinis iterum inſtaurare diebus.
Ipſe ſacerdotum princeps vrgere tacentem
Inſtitit feruens furiis, ac talia fatur:
Cur nihil ad tantas nunc reſpondere querelae
Conuictus veris procerum ſub teſtibus audes?
Adiurabo tamen ſummi per regna tonantis,
Vt fateare palàm, ſi fas te credere Chriſtum,
Ille dehinc tali compellat voce ſuperbum:
Iſthæc ſola tibi procedunt pectore verba,
Vera tamen veniet vobis viſenda per auras
Maieſtas, proles hominis virtutis ad alta
Cùm ſedeat dextram, per nubes ignicolores.
Talibus auditis, ſcindit de pectore veſtem,
Inſultat furiis & cæco corde ſacerdos,
Atque ait: Audiſtis pugnantis fœda prophani
Verba Deo: polluta malis conſurgat in iras
Relligio, & veſtram cunctis iam pandite mentem.
Conclamant omnes, mortique addicere certant.
Tunc ſanctam Chriſti faciē ſputa improba cōplent,
Et palmæ in malis, colaphique in vertice crebri
Inſultant, verbiſque omnes illudere certant:
Chriſte prophetabis cuius te palma cecidit.
At Petrum mulier triſtem quòd viderat intus,
Túne etiam iuuenis fueras comes additus, inquit,
Iſti, quem ludens procerum ſententia damnat?
Ille negat, tectiſque foras ſe promere tentat.
Ecce ſed egreſſum primo ſub limine cernens
Altera, conſimili prodebat voce miniſtris,
Rurſus periurans illum ſe noſſe negauit.
Tunc percontatum multi acceſſere ſequentes,
Déque ſono vocis ſeſe cognoſcere dicunt,
Cuncta Galilæam ſtreperent, quòd verba loquelam.
Et Petrus iurans deuotis omnia verbis,
Neſcire affirmat, quiſquis foret ille negando.
Hanc vocem plauſum quatiens ſub culmine tecti
Ales proſequitur cantu, mentemque Simonis
Circunſtant triſtem verbis præſagia Chriſti.
Egreſſuſque dehinc ploratus fudit amaros.

Matth.27. Marc.15. Luc.23. Ioann.18.

Sidera iam luci concedunt, & rapidus ſol
Progreditur, radiis terras crepitantibus implens,
Iámque è concilio Chriſtum poſt terga reuinctum
Præſidis ad gremium magno clamore trahebant.
Interea celſum Dominus ſtans ante tribunal,
Talibus exceptum Pilatus vocibus vrſit:
Tu rex Iudææ gentis (quod dicitur) aſtas?
Reſpondit Chriſtus, Veſtris hæc audio verbis.
Exin terribilis iuſti accuſatio ſurgens
Infremit, & ſanctum mendax facundia preſſat.
Reſpondere nihil trucibus dignatur Ieſus.
Pilatus quærit quænam ſit cauſa tacendi.
Ille magis perſtans miranda ſilentia ſeruat.
Solenni ſed forte die concedere leges
Vnum damnati capitis de more iubebant.
Et fuit in vinclis famoſo nomine latro,
Quem Chriſto inſenſus populus dimittere vitæ
Ardebat: trucibus ſomnis ſed territa viſis
Pilati coniunx iuſti diſcedere pœna
Mandatis, precibúſque virum ſuſpenſa rogabat.
Tum iudex iterum procerum diſquirere mentem
Tentat, & inſtanti cuperent quem ſoluere pœna,
Plebis ad arbitrium mittit de lege requiri.
Sed proceres populum fuſa ambitione rogabant,
Latronem legi peterent, Chriſtúmque necarent.
At poſtquam procerum incendit ſententia vulgus,
Latroniſque petit potius ſibi cedere vitam,
Conſuluit præſes populum, qui vellet Ieſu.
Plebs incenſa malo, ſæuos miſcere tumultus,
Et crucis ad pœnas iterúmque iterúmque petebat.
Qui regis nomen cuperet, qui Cæſaris hoſtem
Confeſſus, ſeſe proprio damnauerit ore,

A Denique vi victus, deteſtatúſque cruentum
Officium, increpitans ſe libera ſanguine ab huius
Corda tenere ſibi, ceráſque à crimine palmas
Abluit vt genti tantum macula illa maneret:
Hoc magis inclamant: nos non cruor iſte ſequatur,
Et genus in noſtrum ſcelus hoc, & culpa redundet.
Pilatus donat plebi legique Barabam,
B Et crucis ad pœnam vinctum concedit Ieſum.
Proditor at Iudas poſtquàm ſe talia cernit
Accepto ſceleris pretio ſignaſſe furentem,
Infœlix ægris damnans ſua geſta querelis,
Argentum & culpans ſacram proiecit in ædem:
Exorſuſque ſuas laqueo ſibi ſumere pœnas
Informem rapuit ficus de vertice mortem.
Inde ſacerdotes (pretium quòd ſanguinis eſſet)
C Illicitum fantes adytis iam condere templi:
Quod dare tum licitum dum ſanguis diſtraheretur,
Credebant. agrum mercati nomine vero
Sanguinis, horrendo ſignant ſcelera impia facto.
Hæc quondam cooperta canens vox vera prophetæ,
Euentum rerum patefecit in ordine ſecli:
Argenti triginta minas poſuere prophani,
Hoc pretium pretioſi corporis inſtituentes.
D Quod mox ad figuli rurſus transfertur agellum.
Traditus at trucibus iuſtus, ſceleriſque miniſtris
Innocuus, ſcelerata opprobria corpore perfert,
Purpureámque illi tunicam, chlamydémque rubentē
Induerunt, ſpiniſque caput cinxere cruentis.
Inque vicem ſceptri dextram comitatur arundo.
Tunc genibus nixi, regem dominúmque ſalutant
Iudææ gentis, faciem lauêre ſaliuis,
E Vertice & in ſancto plagis luſere nefandis.
Hæc vbi transegit miles ludibria demens,
Indutum propriæ ducebant tegmine veſtis,
Et crucis ad pœnam ſanctum iuſtúmque trahebant.
Ecce ſed egreſſi quendam cepere Simonem
Cyrene genitum, & lignum deferre iubebant.
Quo dominum lucis duris ſuffigere clauis
Inſtans vrgebat ſecli immutabilis ordo.
F At poſtquam ventum eſt, vbi ruris Golgotha nomen
Permixtum felli vinum dant pocula Chriſto.
Ille ſed in ſummo guſtu tractata recuſat,
Vt ſatis antiquis fieret per talia dictis:
Nec tamen inſultans hominum furor omnia poſſet.
Iámque cruci affixum pendebat in arbore corpus,
Intactámque dedit tunicam ſub ſorte per omnes
Militis vnius ſeruans poſſeſſio textum.
G Et ſcriptum cauſæ titulum meritique locarunt:
Quòd rex Iudææ gentis plebiſque fuiſſet:
Accidit vt pariter pœnæ conſortia ferrent
Latrones hinc inde duo, ſed extra furentis
Inſultat plebis fixo veſania Chriſto:
Hic eſt qui templum poterat diſſoluere ſolus,
Hic eſt qui trino lucis reparare meatu:
Sed nunc defendat proles veneranda tonantis,
H Et crucis è pœna corpúſque animumque reſoluat.
Hæc vulgi proceres vecordis dicta ſequuntur,
Atque Phariſæi Scribæque & factio demens
Illudunt, motúque caput linguáſque loquelā
Inſanis quatiunt, æternæ ad vincula pœnæ.
Nónne alios quondam trucibus ſeruare ſolebat
Morborum vinclis? ſeſe cur ſoluere pœnis
Non valet? En regem noſtræ quam credere gentis
Debemus, ſoluat lignis de robore corpus.
I Tunc ſanctis dignè poterimus credere ſignis.
Confidit genitore Deo, dimittere pœna
Cur propriam non vult ſobolē veneranda poteſtas?
Nec minus increpitant, dextra læuáque gementes
Affixi crucibus ſcelerum pro ſorte latrones.
Iam medium curſus lucis conſcenderat orbem,
Cùm ſubitò fugit ex oculis, furuiſque tenebris
Induitur, trepidúmque diem ſol nocte recondit.
Aſt vbi turbatus nonam tranſierat horam,

Conſternata ſuo redierunt lumina mundo.
Et Chriſtus magna genitorem voce vocabat,
Hebrææ in morem linguæ,ſed neſcia plebes
Heliam vocitare putat:tunc conciens vnus
Cogebat ſpongo turpi,calamóque reuincto
Impreſſum labiis acidum potare ſaporem.
Cætera turba furens tali cum voce cachinnat:
Spectemus pariter cælo ne fortè remiſſus
Helias veniat,celſa qui ſede quieſcit,
Liberet & miſero confixum ſtipite regem.
Tum clamor Domini magno conamine miſſus,
Aethereis animam comitem commiſcuit auris.
Scinduntur pariter ſancti velamina templi,
Carbaſáque in geminas partes dirupta debiſcunt,
Et tremebunda omni concuſſa eſt pondere tellus,
Diſſiliúntque ſuo ruptæ de corpore cautes.
Tum veterum monumenta virûm patuere repulſis
Obicibus,viuæque animæ per membra reuerſæ
Et viſum paſſæ populi, per mœnia latè
Errauere vrbis:ſic terrent omnia mundum.
Militibus primis quatiuntur corda pauore,
Dedita qui ſæuæ ſeruabant corpora pœnæ,
Et ſobolem dixere Dei,Chriſtúmque fatentur.
E ſpeculis matres miracula tanta tuentur
Omnes,obſequium Chriſto quæ ferre ſolebant,
Iamque recedenti veſper ſuccedere ſoli
Cœperat,& procerum ſolus tum iuſtior audet
Corpus ad extremum munus depoſcere Chriſti:
Hic ab Arimathia nomen geſtabat Ioſeph,
Qui quondam verbis aures præbebat Ieſu.
Pilatum tunc iſte rogat ſibi cedere membra,
Quîs nuper tulerat vitam vis horrida pœnæ.
Conceſſit præſes,ſed corpus fulgida lino
Texta tegunt,ſaxique nouo componitur antro.
Limen concludunt immenſa volumina petræ,
E ſpeculis ſeruant matres,& cuncta tuentur.
Iámque dies rutilo complebat lumine terras,
Otia qui ſemper priſca de lege iubebat:
Nulla ſed immitis procerum furor otia ſeruat.
Conueniunt,onerántque ſimul ſic iudicis aures:
Erroris laqueos iuſtiſſima pœna reſoluit.
Nunc,meminiſſe decet, quoniam planus ille ſolebat
Vulgari ſemper iactans promittere plebi,
E mortis ſeſe tenebris ad lumina vitæ
Cum terno ſolis pariter remeare recurſu,
Sed petimus,cuſtos miles noua funera ſeruet,
Ne fera diſcipulis furandi audacia corpus
Conſurgat,turbétque recens inſania plebem.
Et Pilatus ad hæc:miles permittitur,inquit:
Seruate,vt vultis,corpus tellure ſepultum.
Conueniunt,ſaxique ingentia pondera voluunt,
Et limen ſignis,& ſaxum milite ſeruant.

Matth. 28. *Marc.* 16. *Luc.* 24. *Ioan.* 20.

Sidera iam noctis venturo cedere ſoli
Incipiunt,tumuli matres tum viſere ſeptum
Concurrunt,motus ſed terram protinus omnem
Concutit,& cælo lapſus deſcendit aperto
Nuntius,& ſaxum tumuli de limine voluit.
Illius & facies ſplendet ceu fulguris ignis,
Et niuis ad ſpeciem lucent velamina veſtis.
Militibus terror ſenſum diſcluſerat omnem,
Et iacuére ſimul ceu fuſa cadauera letho.
Ille ſed ad matres tali cum voce profatur:
Veſtra pauor nullus quatiens nunc corda fatiget.
Nam manifeſta fides ſanctum vos quærere corpus,
Quod crucis in ligno ſcelerata inſania fixit:
Surrexit Chriſtus,æternáque lumina vitæ
Corpore cum ſancto deuicta morte recepit.
Viſere iam vobis licitum eſt,quòd ſede ſepulchri
Nulla iſtic iaceant,fuerant quæ condita membra.
Dicite præterea ceteri properóque recurſu
Diſcipulis Chriſtum remeaſſe in luminis oras,
Inque Galilæam lætum præcedere terram.

A His dictis,viſiſque animos perfuderat ardens
Lætitia attonitos,ſtupido ancipitique pauore.
Denique præcipiti celebrantes gaudia curſu,
Talia diſcipulis referunt tumulumque relinquunt.
Ecce viæ medio clarus ſe oſtendit Ieſus,
Et fidas matres blandè ſaluere iubebat.
Occurrunt illæ,& genibus plantiſque prehenſis,
Victorem lethi pauidæ venerantur Ieſum.
B Talibus ille dehinc præceptis pectora firmat,
Mentibus abſiſtat fidei pauor omnis,& iſthæc
Fratribus hinc noſtris properè mandata referte,
Noſtri conſpectus,ſi curæ eſt:Ite volentes,
Inque Galileam properè tranſcurrite terram.
Interea tumuli cuſtodum exterrita corda
Mittunt è numero partem,quæ tanta referret
Iudæis rerum miracula,ſed manus amens
C Iam ſemel inſano penitus deuota furori,
Præmia militibus certatim magna rependit,
Et famam argento redimit quòd limine rupto
Furtim ſuſtulerit corpus defenſa tenebris
Occultè rapiens audacia diſcipulorum.
Iámque Galilæos conſcenderat anxia montes
Mandatis Chriſti concurſans turba ſuorum,
Cernitur ecce ſuis proles veneranda tonantis
D Illum procumbens ſanctè chorus omnis adorat,
Nec tamen in cunctis pariter fundata manebat
Pectoribus virtus,nam pars dubitabat eorum:
Tunc ſic diſcipulos clarus compellat Ieſus:
In cælo & terris genitor mihi cuncta ſubegit.
Me pater eſt vobis dignatus mittere lucem,
Gentibus haud aliter nunc vos ego mittere cunctis
Inſtitui. veſtrûm eſt cunctas mihi iungere gentes.
E Pergere & ablutos homines purgantibus vndis
Nomine ſub ſancto Patris Natique lauate,
Viuifici pariter currant ſpiramina flatus,
Ablutiſque dehinc noſtra inſinuate docentes
Præcepta,vt vitam poſſint agitare perennem:
Nec vobis vnquam noſtri præſentia deerit,
Donec conſumens diſſoluat ſecula finis.
Has mea mens fidei vires ſanctique timoris
F Cœpit,& in tantum luxit mihi gratia Chriſti,
Verſibus vt noſtris diuinæ gloria legis
Ornamenta libens caperet terreſtria linguæ.
Hæc mihi pax Chriſti tribuit,pax hæc mihi ſecli,
Quam fouet indulgens terræ regnator apertæ
Conſtantinus,adeſt cui gratia digna merenti,
Qui ſolus regum ſacri ſibi nominis horret
Imponi pondus,quo iuſtis dignior actis
G Aeternam capiat diuina in ſæcula vitam,
Per Dominum lucis Chriſtum , qui in ſecula regnat.

DAMASI EPISCOPI ROMANI ELOGIA.

DE PAVLO APOSTOLO.

IAM dudum Saulus procerum præcepta ſecutus,
H Cum domino patrias vellet proponere leges,
Abnueret ſanctos Chriſtum laudaſſe Prophetas
Cædibus aſſiduis cuperet diſcerpere plebem,
Cùm laceraret ſanctæ matris pia fœdera cæcus,
Poſt tenebras verum meruit cognoſcere lumen,
Tentatus ſenſit,poſſit quid gloria Chriſti.
Auribus aut Domini vocem lucémque recepit,
Compoſuit mores,Chriſti percepta ſecutus.
I Mutatus poſtquàm placuit de nomine Paulus.
Mira fides rerum,ſubitò trans æthera vectus,
Noſcere promeruit,poſſint quid præmia vitæ.
Conſcendit carus martyr penetralia Chriſti,
Tertia lux cœli tenuit paradiſus euntem,
Colloquiis Domini fruitur,ſecreta reſeruat
Gentibus & populis,iuſſus prædicere vera,
Profundum penetrare maris,noctémque diémque
Viſere,cui magnum ſatis eſt vixiſſe,latentem.

Verbera,vincla,famem, lapides,rabiémque ferarum,
Carceris illuuiem,virgas,tormenta,cathenas,
Naufragium, lacrymas,ſerpentis dira venena,
Stigmata non timuit portare in corpore Chriſti.
Credentes docuit,poſſent quò viuere mortem.
Dignus amore Dei viuit per ſecla magiſter
Verſibus his breuiter fateor ſanctiſſime doctor.
Paule,tuos Damaſus volui monſtrare triumphos.

De Agnete Martyre.

Fama refert ſanctos dudum genuiſſe parentes
Augmentum lugubris cantus,tuba cùm crepuiſſet,
Nutricis gremium ſubitò liquiſſe puellam,
Sponte truces calcaſſe minas,rabiémque tyranni,
Vrere cum flammis voluit nobile corpus.
Viribus immenſum paruis ſuperare timorem,
Nudam perfuſos crines & membra dediſſe,
Ne domini templum facies peritura videret.
O Agnes verum decus,alma pudoris imago,
Vt Damaſi precibus faueas precor inclita virgo.

De eadem.

Conſtantina Deum venerans,Chriſtóque dicata,
Omnibus impenſis deuota mente paratis,
Numine diuino multum Chriſtóque iuuante,
Sacrauit templum victricis virginis Agnes,
Templorum quod vincit opus,terrenaque cuncta,
Aurea nàm rutilant ſummi faſtigia tecti:
Nomen enim Chriſti celebratur ſedibus iſtis,
Tartaream ſolus potuit qui viuere mortem,
Inuictum ſolus cœlis inferre triumphum.
Dignum Agnes munus martyr,deuotáque Chriſto,
Ex opibus noſtris per ſecula longa tenebis,
O felix virgo,memorandi nominis Agnes.

De Andrea Apoſtolo.

Decus ſacrati nominis,
Vitamque nomine exprimens,
Hoc te decorum prædicat,
Crucis beatæ gloria.
Andrea Chriſti Apoſtole,
Hoc ipſo iam vocabulo
Signatis iſto nomine,
Decorus idem miſtice,
Quem crux ad alta prouehit,
Crux quem beata diligit,
Cui crux amara præparat
Lucis futuræ gaudia.
In te crevit myſterium
Cluit gemello ſtigmate,
Dum probra vincis per crucem,
Cruciſque pandis ſanguinem.
Iam nos foueto languidos,
Curámque noſtri ſuſcipe,
Quo per crucis victoriam
Cœli petamus patriam.

De Agatha martyre.

Martyris ecce dies Agathæ
Virginis emicat eximiæ,
Chriſtus eam ſibi qua ſociat.
Et diadema duplex decorat.
Stirpe decens,elegans ſpecie,
Sed magis actibus atque fide,
Terrea proſpera nil reputans,
Iuſſa Dei ſibi corde ligans.
Fortior hæc trucibuſque viris
Expoſuit ſua membra flagris,
Pectore quàm fuerit validu,

A Torta mamilla docet patulo.
Deliciæ cui carcer erat
Paſtor ouem Petrus hanc recreat,
Lætior inde magiſque flagrans,
Cuncta flagella cucurrit ouans.
Ethnica turba regum fugiens,
Huius & ipſa meretur opem,
Quos fidei titulus decorat
B His Venerem magis ipſa premat.
Iam renidens quaſi ſponſa polo,
Pro miſero rogita Damaſo:
Sic ſua feſta coli faciat,
Se celebrantibus vt faueat.

De felice.

Corpore,mente,animo pariter te nomine felix
Sanctorum in numero Chriſti ſacrate triumphis,
C Qui ad te ſollicitè venientibus omnia præſtas,
Nec quenquam pateris triſtem repedare viantem.
Te duce ſeruatur,mortis quòd vincula rupi,
Verſibus his Damaſus ſupplex tibi vota rependo.

De nomine Ieſu.

I n rebus tantis trina coniunctio mund I
E rigit humanum ſenſum.laudare venuſt E
S ola ſalus nobis,& mundi ſumma poteſta S
D V enis peccati nodum diſſoluere fruct V
S umma ſalus cunctis nituit per ſecula terri S.

De eodem.

I ure pari regnat,communis conditor æu I
E t cum patre pia regnat ſublimis in arc E
S idereo ſanctis inſidit numine regni S
V nde mare & terras ſolo videt omnia nutu V
S uggerit humanis & donat munera rebu S.

De Chriſto.

E Chriſte potens verum,redeuntis conditor æui
Vox ſummi ſenſúſque Dei,quem fundit ab alta
Mente pater,tantique dedit conſortia regni.
Impia tu noſtræ domuiſti crimina vitæ,
Paſſus corporea mundum veſtire figura,
Affarique palàm populos,hominemque fateri
Quem verbo incluſum Mariæ,mox numine viſo
F Virginei tumuere ſinus,innuptáque mater
Arcano obſtupuit completi viſcera partu,
Auctorem paritura ſuum:mortalia corde
Artificem texere poli:mundique repertor
Pars fuit humani generis,tacuitque ſub imo
Pectore,qui totum latè complectitur orbem,
Et qui non ſpatiis terræ,non æquoris vndis,
Nec capitur cœlo,paruos conſurgit in artus
G Quin & ſupplicij nomen nexuſque ſubiſti
Vt nos ſurriperes letho,mortémque fugares
Morte tua.mox æthereos euectus in auras
Purgata reparans lætam te luce,parentem
Auguſtum foueas,feſtis vt ſæpe diebus
Annua ſinceri celebret ieiunia facti.

De Aſcenſione Chriſti.

Ad ſedem propriam Deus exule morte reſurgit
Vt vitam doceat credentibus eſſe futuram,
H Angelus hoc verbum cecinit,quod verumq; tepoſtrus
Sic venturus erit,ſic Chriſtum credere fas eſt.

De Saluatoris nominibus.

Spes,via,vita,ſalus,ratio,ſapientia,lumen,
Iudex,porta gigas,rex,gemma,Propheta,ſacerdos,
Meſſias,Sabaoth,Rabbi,Sponſus,Mediator,
Virgo,columna,manus,Petra,filius,Emmanuélque,
I Vinea,Paſtor,ouis,pax,radix,vitis,oliua.
Fons,paries,agnus.vitulus,leo,propiciator.
Verbum,homo,recte,Lapis dumus. Omnia, Chriſtus Ieſus.

CLAV

CLAVDII MARII VICTORIS ORATORIS MASSILIENSIS,

A'AHΘEI'AZ LIB. IIII.

Mortuus eſt Theodoſio & Valentiniano imperantibus.

PRÆFATIO.

SVmme & ſãcteDeus,cũctæ virtutis origo,
Omnipotẽs,quẽ nec ſubtili indagine rerũ
Mentib.humanis ſenſu cõptẽdere fas eſt,
Et neſcire nefas: nã te ratione profunda
In trib. eſſe Deum, ſed tres ſic credimus (vnũ,
Vt proprias generis ſpecies ſubſtantia reddat,
Indiſcreta pio conſeruans fœdere nexu.
Tu ſine principio,pariter ſine fine perennis:
Solus ſemper idem nulliqne obnoxius æuo.
Tu ſpacium rerum,mentis quocunque receſſus
Tenditur,excedis,ſpacio neque cingeris vllo:
Nec te qui capiat locus eſt,cum rebus alumnis
Nec magis ipſe locus:nec fas contingere menti
Quæ ſit imago tibi,quia ſine coercita nullo
Forma fugit ſenſus:vel qui virtute beata
Te vegetet motus,quia totus ſemper vbique es.
Tu mens,& ſacræ penitus ſubſtantia menti.
Tu ratio,& plenæ prudens rationis origo.
Tu virtus,virtutis apex·atque ipſa profectò
Tu vita,& genitor vitæ,luciſque profundæ
Tu lux vera Deus,tu rerum cauſa vigórque
A te principium traxit quodcunque repente
Ex nihilo emicuit:tantóque auctore repletum,
Vel vim mentis habet, vel formam in mẽte recepit.
Te dominum natura probat,ſeruata caducis
Partibus:& iuſſam ſeriem datus ordo fatetur.
Tu dociles numeros diſtinguis,pondera librans,
Menſuras varians,modulos motúmque gubernans,
Alternas ſeruare vices,iugémque recurſum
Rerum ſtare iubes:& mentis imagine plenum
De te iam nota tibi ſecula voluere mundum.
Tu non contentus vno dotare creatum
Munere.quicquid id eſt quod per te venit in vſus.
Et plus eſt,aliquid factum,melioráque cuncta,
Quæ ſunt parte latent & per ſe grata placere.
Interior quoque cauſa facit nonnulla vigorem,
Ex aliis cauere ſuum·contraria quædam
Si terrent,plus pacis habent.ſic omnia diues
Conditor aduerſis etiam cognata elementis
Nectis,& à toto fuſis virtutibus imples.
Et tamen hæc cùm ſint in maieſtate creandi,
Nil horum quæ gignis eges,mundique peracti,
Et per te ſtabili rerum compage manentis,
Non tibi creuit opus,prõptúq; in munere noſtro eſt.
Omnia poſſe tuum,nec in hoc tua gloria tantum eſt,
Quòd præſtanda facis bonus auctor, ſed quòd & ipſum
Vt poſſis,præſtare facis,cauſaſque ſecundas
Inuoluens primis:quòd qui tua munera ſentit,
Munus & ipſe tuum eſt.liquida ratione probaſti,
Quòd tibi ſola Deus gigni quæ cuncta iuberis,
Cauſa fuit bonitas,cùm iuſſis viuere primum
Spiritibus,mundóque frui quem mente gerebas,
Eſſe datum,rebus ſubitis & credere latè,
In cælum terraſque ſimul ſedémque coruſcam,
Angelico præbere gregi·queis libera corda,
Arbitriúmque ſui largitus mente benigna,
Vt fieret virtutis opus,meritiſque piorum
Hoc quoque conferres,præſtando vt debitor eſſes.

A Nec quòd de primis à te regnare creatis,
Vnus dum lucis domino vitæque,ſuóque
Inuidet auctori,titulúmque hunc appetit auctor,
Maluit eſſe mali,mortemque inducere terris,
Cum ſcelerum ſociis celſo deiectus olympo.
Virtuti quicquam ſacræ præſcribere fas eſt?
Cui ſatis eſt feciſſe bonum.nec fas erat vllum
Munus abeſſe Dei,laudiſque hoc continet almæ
B Summa,nec ingratis vitam ſenſúmque negaſſe.
Ac proprium mentis per cuncta negocia regnum.
Nam quis fructus ineſt genitis,niſi libera mens eſt?
Libera mens nulli eſt,niſi fas pereundi eſt.
Fas hoc eſſe datum,niſi peccans nemo probaſſet.
Hunc addam,quòd cuncta ſui,diuerſa viciſſim,
Examen conlata tenent,atque inde petire
Poſſe datum cunctis,vt viuere dulcius eſſet,
C Mutuáque alterni cumpar menſura pericli
Cederet ad meritum, cùm iudice digna ſeuero
Præmia ſanctorum geminaret pœna malorum:
Vel quòd præfata fas ſit dixiſſe trementi
Pace tua genitor, mitius ſi forſan apud te
Non peccaſſe boni per lubrica tempora vitæ,
Quam miſeris peccaſſe mali:ſed viderit iſta
Maieſtas vt ſeſe habeat cenſura futuri.
D Hoc nobis ſatis eſt,quòd per te nobile terræ
Inſpirans rationis opus,de puluere vili,
Vt domino ingratum talis quoque vinceret hoſtem,
Erexiſti hominem,quem ſæui fraude veneni
In mortis laqueos & ad impia tartara raptum,
Sanguine mox proprio,dignatus ſumere corpus,
Sedibus ex Erebi cura maiore petitum
Reſtituis quàm factus erat,vitæque perenni
E Reddis,& in cælum tecum vehis hoſte ſubacto.
Iam iam nemo patrem temerarius arguat Adam,
Quòd leue præſcriptum violata lege reſoluens,
Ad lethum pateſecit iter pœna illa parentis
Prima fuit tanti,quia plus eſt vincere mortem,
Quàm neſciſſe mori patria nunc lætus ab aula
Deſpicit ætherios axes & ſidera calcans,
Diſpoſitóque vocat ventura in regna miniſtros,
F Quos iterum formauit aquis docuitque renaſci,
Quæ totum genuit patri ſapientia verbi.
ı quo te Dous alme precor,qui numine prono
Das ſentire animis,& virûm pectora cogis,
Ignaro quoque vate loqui·da noſſe precanti,
Dum teneros formare animos & corda paramus.
Ad verum virtutis iter puerilibus annis,
Indita legiferi quod pandunt ſcrinia Moſis:
G Quæ ſi origo poli,vel quæ primordia mundi:
Arcanámque fidem qui toto excuſſerit aucta
Peſtis,& in mores penitus diffecerit error.
Quáve iterum redeat verum,rituſque profanos
Pellat,& æternæ referat ſacra myſtica vatæ,
Da ſimul & mentem,dà congrua tempora menti:
Da ſtudium,tanto ne deſit cura labori:
Succeſſumque bonum ſtudij quódque omnia vota
Iure ſupercurrit,validóque includit amictu,
Ne damnes tantum quod tam reus audeo munus.

Criminibus cunctis quæ feci ignoſce benignus:
Et vires ſenſúmque animis meritumque dediſti.
Quòd ſi lege metri quicquam peccauerit ordo,
Peccarit ſermo improprius,ſenſusque vacillans.
Incauto paſſim liceat decurrere verſu,
Nec fidei hinc vllum ſubeat menſura periclum:
Per Ieſum Chriſtum,qui filius vnice tecum
Maieſtate vigens,pariter qua ſpiritus almus
Indeprenſa animis ſeclorum ſecula viuit
Et regnat,ſollenne tibi quod conſecrat Amen.

CL. MARII VICTORIS,
ORATORIS MASSILIENSIS,
ἀναβάσεως Lib. I.

ANTE Polos,cæliqne diem,mundique tenebras,
Ante operum formas, vel res,vel ſemina rerum,
Æternum ſine fine,retro ſine fine futuri,
Eſſe ſubeſt cui ſemper,erat Deus vn us,apud quem
Viuebat genitus verbum Deus,& ſimul almus
Spiritus:ac terni vitalis ſumma vigoris
Vna trium,quos euegetans ſubſtantia nexu
Vno,non genita ſemper virtute beabat,
Regnabátque potens in maieſtate creandi:
Iam res & cauſas rerum,caſusque futuros,
Et facienda videns,gignendáque mente capaci
Secula diſpiciens,& quicquid tempora voluunt,
Præſens ſemper habens,immenſum mole beata
Regnum erat ipſe ſuum,regni nec teſte carebat.
Virtus trina Deus,qui primum ſemine nullo
Corpora dans rebus,dum res exſiſtere cogit,
Vt noſtrum faceret munus,quod ſolus habebat,
Solus norat opus:ditem abſoluentia mundum,
Cuncta ſimul genuit:ſed partibus edita certo
Limite diſtinguens,ſpeciali protulit ortu,
Motus vt in ſeriem iam tempora conderet ordo.
Nam nec ſacrilegi ſenſit quòd digna futuris,
Caſus mentis inops,dum neſcia ſemina voluit,
Tam prudens contorſit opus:nec dicere natum
Ante diem fas eſt,quia tempore nata mouentur,
Et nullum tunc tempus erat,neque credere retrò
Æternum ac ſtabilem ſemper tenuiſſe vigorem.
Nam quod corporibus conſtat,cœpiſſe fatendum eſt.
Corpus enim quod plagat erit, quod tempora ſoluunt
Atque abolent ipſo qui tendit in vltima fine,
Principium oſtendit:quod quæ ſortita probantur,
Aut facta credi par eſt, aut nata putari.
Nam quæ naſcuntur,cum tempore mora feruntur,
Tempora poſt mundi molem currentia:naſci
Quod prius eſt & corporibus conſtare neceſſe eſt,
Non potuiſſe probant,fieri potuiſſe fatentur.
Factum igitur cõſtat mundũ, quod quiſque ſubactus
Annuit,& vero conuictus dogmate credit.
Concedit feciſſe Deum qui nomine verbo,
Et virtute potens,quicquid natura putatur,
Diſpoſuit,iuſſit,mouuit,munúſque creatum
Succiduis vicibus ſemper fugitiua reformans,
Suſtinet, ac volucrem retrahens, circumrotat orbem.
Et ſi maluerit totum diſſoluere raptim,
Eſſe adimat rebus:nec ſolum hoc eſt, ſed & ipſum
Præteriti tollat qua ſcit ratione fuiſſe.
Prò vis quanta patris,prò quanta eſt gloria verbi.
Quis modus in toto,quæ ſumma?in munere cuius
Excelſi conuexa poli,terræque iacentes,
Pars prima eſt operis.ſed terras texerat æquor,
Æráque in medio ſordenti nube madentem:
Vmbra poli denſi ſurgebat cæca tenebris:
Et ſacer extenſis impendens ſpiritus vndis,
Altrices animabat aquas,ac ſemina rerum

A Nondum compoſitis fundenda ad germina terris,
Inſinuanda dabas,cùm lux immiſſa supernè
Emicuit cogente Deo,diſcreráque nigram
Vmbra peplum retrahens,ſummo diſceſſit olympo,
Et medias ſubiacit aquas,fugiensque ſequentes,
Mox poſt terga fugit:nomen ſic meta diei
Impoſuit locis ſpaciis:mundóque refuſam
Noctem intercisæ parilem fecere tenebræ.
B Rurſum mane nuuum primo iam veſpere pulſo,
Reddita lux nituit,cùm ſe firmiſſima moles
Fluctibus à mediis concreta corpore tendens,
Extulit, & duro latè ſolidata rigore,
Diuiſas ſuſpendit aquas,galidumque profundum
Axibus obiecit calidis,ſeque æquore ſepto
Nixa ſuperfudit rebus,quas circite vaſto
Clauſit,& antiquum ſpoliauit nomine cælum.
C Forſitan hic aliquis ſic ſecum errore perito
Diſſerat,ætheriis ne deſint pabula flammis,
Et nimius calor ima petens,alimenta ſequendo,
Exurat mortale genus:cælúmque coruſcum
Non poſſint terrena pati:ſubiecta deorſum eſt
Machina firma poli,quæ dum nos protegit vmbra,
Sed velatur aquis:tales ſed quærere cauſas
Mẽs fuge noſtra procul:plus ſit tibi credere,ſemper
D Poſſe Deum quicquid fieri non poſſe putatur:
Et magnum pelagus ſuper aſtra & ſidera ferri,
Ipſorum ratione proba qui credere nolunt,
Et mundum pendere volunt,quem conditor ipſe
Incomprenſibili ſemper ratione gubernans,
Geſtet & immenſo conſtantem pondere voluat.
Tertia lux timidos ſtupuit diſcedere fluctus,
Cum Deus impulſit reliqui iam gurgitis vndas,
E Aereis magnum ſpaciis patefecit inane:
Arida tunc primùm mundi pars ima retectam
Oſtendit faciem,tremefactáque nomine verbi,
Cærula nudatas cinxerunt æquora terras:
Quas vario raptim iuſſas vireſcere fœtu,
Luxurioſa nouo texerunt germina limo,
Et rudis è tenero prorumpens ceſpite,latis
Iactauit ſe ſilua comis,ac frugibus ipſis,
F Quæque ferens proprium ſemen,teſtata ſatorem,
Iam tribus exactis,motu ſuccenſa citato,
In flammas ignisque globum ſe cogere iuſſa eſt
Soli (prima dies,fundatáque ſemina lucis)
Puniceos roſeo ſparſerunt fomite crines:
Lunáque noctis honor proprio ſeu lumine fulſit,
Seu veniente globo radiis percuſſa refudit,
Inferiore via ſoli ſubiecta pependit:
G Aſtráque diſtinctis mundum pingentia zonis,
Floribus æthereis varios vibrare colores,
Et magis ornatis cælum ſplendere tenebris,
Cærula nox ſtupuit rutilis dum ſpicula flammis
Fuſa micant,vrgentque alacres noua ſidera iactus.
Quæ iubar obducit radiis lucíſque profundæ
Quadam nocte tegit ſignatáque limite certo
Tempora:diſcernens certa ſtatione peracta,
H Præcipitisque poli numeroſa vice:redire,
Ire ſemel iuſſus,reuolutum conficit annum,
Artificémque ſacrum mira compage fatetur.
Quinta dies mouit ſpirantia corpora ponto,
Quæ liquor ex facili genuit, ſparſitque profundum,
Delicias pelagi,vario quas germine ,miris
Formauit natura modis,quæ iuſſa creare
Pro toto patres,etiam ſibi viuere rerum
I Cogeret,in brutas animam dedit ire figuras.
Quæque ſalis tumidi ſquallentia gurgite terga
Nullo ſine leuent,molli differta ſagina,
Ni velox vaſtis præſcribat terminus æui,
Corporibus fauet ipſe liquor genitalis alumnis,
Qui terræ quoque germen alit,cumulatáque mẽbra
Diſſoluit potius,qui plus extenderat humor.
Hinc volucres quoque mulle genus traxere vigorẽ,
Dum liquidas conformat aquas immiſſaque põtum

Vita

Vita ſubit,feruente tetrum tumida æquora paſtu
Non ſibi fœta ſuo.iamiámque emiſſa profundo
Squammea turba ſalo, ſummas dum ſurgit in vndas,
Quæ volitabat aquis ſenſim natat ære puro,
Et docet ætherios contingere poſſe receſſus
Hoc animal niridis quod rurſum naſcitur vndis.
Iam bisterna dies claro radiabat olympo,
Tertia poſt calidi genitalia munera ſolis:
Iámque repens tellus grauidos laxauerat artua,
Cùm maiora agitans iuſſit Deus edere terram
Omne animal ratio vegetat quod ſola mouendi:
Cui ſeruire datum,quo rerum poſtulat vſus.
Nec mora,protumpunt fœtis vitalia terris
Pignora,quæque ſui generis ſortita figuras,
Indiga iam domini,quem propter cuncta parauit
Qui ſolus potis eſt etiam facienda creare.
Hinc iam fas mihi ſic quædam perſtringere , quædam
Sollicito trepidum penitus transmittere curſu,
Mutata quædam ſerie transmiſſa referre.
Poſtquam cuncta datus generatim protulit ordo,
Quæ mandante Deo cùm plenus mente parentis
Filius omnipotens faceret,ſanctúſque probaret
Veris plena bonis & multa dote referta
Spiritus,ac longam in ſeriem manſura foueret,
Cauſa datur mundo proprior,cui iuſta viciſſim
Cauſa prior:iam mundus erat:iam ſidera & ortus,
Aerque & vitreum pelagus, terræque virentes:
Nec ſpectator adeſt quem tantæ gloria molis
Impleat,atque oculis auidum per ſingula ducat.
Quid poſſint conſerre Deo?poſſeſſio nulla eſt,
Si rerum poſſeſſor abeſt.nunc rector olympi,
Stat data ſumma operi,bona ſunt quæcunque creauit,
Nunc hominem faciamus,ait,qui regnet in orbe,
Et ſit imago Dei:ſimilem decet eſſe creanti:
Liber ad arbitrium,fruitur qui mente creatus.
Dixerat hæc,& factus humo,ſeu corpore toto,
Siue anima ac ſpecie,forſan quo more futura,
Quo facienda facit,quod factum ſemper habebat,
Iam pro præterito quod nondum acceſſerat æuo.
Et mox præpoſitum rebus cum coniuge iuſſit
Creſcere per ſobolem,terráſque replere vacantes.
Nam bene ſic dicente Deo, natura creandi
Impoſita eſt cunctis quæ per ſe viua mouentur.
Septima lux magnum vidit ceſſaſſe parentem,
Sed generum numeros tantum deſiſſe creare,
Et requiem tenuiſſe ſuam:meritóque ſacrata eſt,
Diuerſú quæ vidit opus. námq; hoc quoq; plenú eſt
Virtutis,ceſſaſſe Deum,poſuiſſe labores:
Formam progenitis quam præmia digna pararent.
Bis ternis ſatis eſt dominum ſpectaſſe diebus:
Septima lux docuit veneranda exempla quietis:
Quam ſpectare iubet populis pro munere vitæ,
Semper poſt operum tribuendáque ſacta piorum.
Hæc quoque lux illa eſt, dirum qua tartara Chriſtus
Soluit,& euicto reditum patefecit auerno,
Dum requieſcit humi,patriam rediturus in aulam.
Sic ceſſare Deus,ſic otia ſumere nouit:
Plus vt agit ceſſans,pariter ſine fine quieſcens,
Ac ſine fine operans,ſeriemque & tempora miſcens:
Ceſſando conſummat opus quodcunque crearat.
Vt faceret primumq; hominem iam corpore donat,
Qui poſtremus erat.nam cauſas condere rerum,
Nun quod mébra dare eſt:ſeu cùm ſic ſeptima currat,
Vt maneat quoque ſacra dies:quæ ſacra profectò
Hoc quod prima Deo eſt : præſtò omnia ſemper ha-
Quæ nobis fugiút.poſt quæuis tépora ſummus(béti,
Auctor adhuc hominem ſacra ſic luce figurat,
Siue vt nos meritò rebus præſtare creatis,
Quos facit ipſe manu doceat,manifeſtius edit.
Nunc quòd factus homo eſt,ſolidóque intimat orbi.
Omnia quæque mouent anima generata viuente,
Vos operante Deo. tanto quis digna parenti
Laudis ſacra ferat,qui mundum atque omnia raptim

A Imperio explicuit,dúmque imperat eſſe peregit,
Nos facit eſſe mora,nos circum impendere ſacri
Dignatur curam ſtudij,ſuadetque parari
Pene laboris opus.facilem nam cedere limum,
Et ſtatum formámque ſequi qua ducitur arte,
Arripit,ac ſacra qualem iam mente gerebat,
Explicat in ſpeciem,flatúque immiſſa vaporo
Vita rigauit humum.tellus mollita liquore,
B Partim facta caro eſt:ſanguis,qui lubricus humor,
Diſtendit molles per nota foramina venas,
Et mentes.iam plenus homo eſt , terráque repulſus,
Exilit,ac dominum prudens rationis adorat.
Non aliter ruptis mandata reſurgere buſtis
Corpora vera fides,cùm cælo inlapſa parenti
Maieſtas grauidæ referet caua viſcera terræ.
C Nam quod non habuit cùm ſic è puluere ſummo
Informante Deo,propriæ virtutis egena,
Ediderit, facile eſt vt iudice reddat eodem
Iuſſa quod accepit:ſic totum forma futuri eſt,
Quod prius eſt geniti:dúmque ipſe ita côditor Adã
Vt repetita ſacrum geminet narratio munus
Vtile præſentitur,populos quandoque renaſci,
Quorum fonte dato iam tunc & origine ſummus,
D Eoos aperit felix quá terra receſſus,
Editiore globo nemoris paradiſus amœni
Pangitur, & teretis diſtinguitur ordine ſyluæ.
Hic vbi iam ſpaciis limes diſcernitur æquis
Solis, & æternum paribus ver temperat horis,
Illic quæque ſuis diues ſtat fructibus arbor,
Pomáque ſucciduis pelluntur mitia pomis,
Quæ ſunt blanda oculis,& miri plena vigoris,
E Mébra animóſque fouét, paſcúntq; ſapore & odore:
Tellus ſidereos vibrat diſtincta colores
Semper flore nouo:quæque arida tegmine ſicco,
Iam fragiles ſoluunt calamos,animata vigore,
Muneris ambroſij ſpirantia cinnama fundunt:
Sed nec quod Medus redolet,vel crine ſoluto
Fragrat Achemenius quod molli diues amomo
Aſſyrius,meſſiſque rubens Mareotica nardo,
F Quod Tarteſiacis frutices,quod virga Sabæis,
Quódque Palæſtinus lacero flet vulnere ramus,
Acta diuerſo ceſſent infundere ſenſu.
Nam quæ hic cuncta Deus,pariter quæ ſingula certis
Accepit natura locis, conſerta , regeſſit,
Motáque dum leni vibrat nemus aura meatu,
Vnum ex diuerſo nectat permiſcet odorem:
Fitque nouum munus, ſibi nulla quod afferat arbor.
G Quáque tremens blando ſenſim iactata fragore,
Cum motis trepidat foliis,ſonat arbore cuncta
Hymnum ſilua Deo,modularáque ſibilat aura,
Carmina nec vacuus vano quatit aere motus.
Quippe apud auctorem qui totum mole ſub vna
Res rebus nectens,alterna lege retentat,
Nil vacat,vt vnam ſpecies tenet vlla figuram.
Atque ipſum fortaſſe nemus ſiluæque coruſcæ
H Argumenta operum ſunt,& plantaria rerum:
Inque hominum cultum nudo quod nomine venit,
Certum ibi corpus habet,proprióq; in ſtipite floret,
Gloria,ſimplicitas,ſtudium,vigilantia,ſomnus,
Cura,ſalus,terror,facundia, gratia,motus,
Affectúſque animæ,ſtimuli cuſtodia,virtus,
Et totum quod mundus habet,quia naſcitur illic,
Hic viget ac mentes agitat , ſenſuſque miniſtrat.
I Sed ſatis hoc fidei eſt,letho quòd ſemine ſurgens
Hinc arbor vitæ celſis petat æthera pomis:
Illinc diuerſo nociturum peritia fructu,
Examen rerum ſuſpenderit arbore legis.
Ad gremium ſacri nemoris quod ſilua coronat,
Fons rigat,& diti prolem virtute maritat,
Quadrifido tumidum lætus caput amne reſoluens,
Ditior oceano.iugi nam gurgite promptus,
Hic proprios donat latices,ille accipit omnes,
Et non ſentit aquas,minor eſt,qui creſcere tantis

Flucti

Fluctibus infuſis quàm qui decreſcere neſcit.
Amnibus effuſis primo ſed flumine Fiſon
Profilit exultans,pars fontis quarta beati,
Edens naturæ quas dat prudentia dotes,
Gangetiſque replet populos, ac regna Euilantum
Diſtendit limo,terraſque & ſemina voluens,
Quæ facit arua ſerie nudus,quâ ſquallet arenis,
Aurea fulgentis inter ramenta metalli,
Fulmineo rutilans carbunculus igne coruſcat,
Ac viridi radiat fulgeſcens luce ſmaragdus.
Nec minor inde Geon,placidis ſed mitior vodis,
Niliacas attollit aquas,arſuráque latè,
Diluuio tegit arua pio,cæloque repugnans,
Temperat Æthiopum ſtagnis feruentibus auras.
Tertius hinc rapidu percurrens gurgite Tigris,
It comes Eufrati,iuncta quos mule ruentes
Tellus victa cauo ſorbet patefacta barathro,
Donec in Armeniæ ſaltus ac Medica ſpecua,
Quos non ſuſtinuit nec iam capit,euomat amnes,
Sed Tigris nigro tanquam indignatus auerno,
Profilit ætherias motu maiore ſub auras,
Et rurſum ſpelæa ſubit, merſuſque cauernis,
Intus agit fremitus,& fortior obice factus,
Multiplicatur aquis,arctóque citatior antro
Exit,& Aſſyrios celeri ſecat agmine campos.
Iuſtiut Eufrates,diri qui gurgite largus
Irrigat arentes ſubiectæ & Perſidis agros,
Mollibus elicitus riuis,atque omnibus æquè
Seruit,& humanos totum ſe præbet in vſus,
Donec ſiccus aquis , nomen quoque prodigus ipſum
Conſumat terris,pelagi quod debuit vudis.
Hæc igitur cuncto naturæ edita fœtu,
Regna tot, & tanta virtutum dote refertæ
Deliciæ,prima eſt hominі poſſeſſio primi,
In quam deductus,vitæ exultare perenni
Accola iuſſus erat,iámque inter munera prima,
Dum fit dignus adhuc,diſcitque labore mereri,
Quo potitus plenæ fructum virtutis adeptus,
Expers curarum votique ignarus agebat.
Tantum apud auctoré eſt, meriti pro nomine ſummi,
Nondum aliquid meruiſſe mali , quátumne putamus
Soluere poſſe patrem redituræ in tempora vitæ,
Cuius apud ſamulos iam tunc largitio prima,
Non merces paradiſus erat,quódque vlla ſeueræ
Legis ſcita tulit libertatémque repreſſit:
Spondet adhuc maiora bonis & præmia ſeruat,
Qui cauſam meritis ſtatuat,cùm,Veſcere,dixit,
Arboribus cunctis, hanc tantùm horrere memento,
Quæ diuerſarum geſtans examina rerum,
Tunc vos ſciſſe bonum,morſu cùm læſa profano,
Noſſe malum faciet mortis quod pœna ſequatur.
Tali lege data,ratio docet alta parentis
Quòd non mortalem fieri,ſed viuere dignum
Eſſe hominem voluit,dignum obſeruantia parua
Quem faceret.pro quanta Dei indulgétia magni eſt,
Noſtræ laudis opus fieri,quod ſponte benigna
Largitor famulis noſtri cupit eſſe laboris,
Et ſe quod donat mauult debere videri:
At tu quem ſacri nectit cuſtodia iuris,
Ne querere anguſtis quòd clauſa licentia metis
Patre fit orba ſui , nihil hac tibi lege reciſum eſt,
Ante poteſtatem tantum,terræque mariſque
Nactus eras,nunc iam regni vitæque perennis,
Nunc & mortis habes:tunc vt ſibi cuncta parentem
Indulſiſſe pium rudis incola crederet orbis,
Omne animal quod adhuc tellus dare iuſſa crearit,
Et tacito vernans in corpore ſemine fudit,
Iuſſit adeſſe Deus,proprióque obedire tyranno:
Summáque poſt generum vocitamina dicere partis
Nomina ceu famulis,rebus quò figeret Adam
Admonitu domini tanta foret munera vitæ:
Quid dedit & nomen proprium·nec fit mora,ſiſtit
Omne genus Natura Deo,quacunque creatum eſt

A Mundi parte noui,coeunt tam diſſona motu,
Temporis vnius ſpatio,quæ fortia niſu,
Molli lenta gradu,rapido promptiſſima curſu,
Impete præcipiti vel prona per aera labi,
Vel ſubnixa fretis & pondere lubrica ferri,
Inſtruxit genitor,diuerſo munere donans,
Armauítque manu,cornu,pede,dente,veneno,
Atque aliis quibus artis inops animique minoris
B Concretum muniuit opus:ſed nemo animantum
Æqua homini ſpecie, vultúque, habitúque vigebat,
Et propè conlatu maiorem addebat honorem,
Tórque inter duplici vitam inluſtrantia ſexu,
Impar ſolus erat,dudum qui coniugis aptam
In ſe materiem gignendæ ignarus habebat.
Ergo opus aggreditur notum Deus,iactáque raptim
Corda viri tanto diſſoluit languida ſomno,
C Mentis vt experti pollens ſubducere coſtam
Dum ſurgit caro iuſſa ſequi,pelliſque recedens
Os ſimul & medium non intermiſcet hiatum
Inlæſis raperet membris & corpore ſano,
Quæ paudens varios mox & digeſta per artus,
Accepit formam calidáque animata medulla
Traxit opus vitæ,ſexu iam grata ſecundo,
D Ac permiſſa ſuo vocitata eſt Eua marito.
Hoc nunc turba loco ſtolidiſſima,deſine tandem
Antiſtare ſacro quicquam cenſere parenti,
Cur ſic quippe viri formata eſt fœmina membris
Prima ſuis,poſſet molli cùm puluere fingi,
Poſſet & ex nihilo:cauſa eſt hæc vera profecto,
Ne naturalis potius ſibi ſumeret ordo,
Vel ꝙ homo ex homine eſt,liquido partiſceret orbi:
E Omnia facta ſimul,tanc vt cognatio quædam
Alternum curæ propriæ miſceret amorem,
Semet in alterius cogens agnoſcere membris.
Hinc eſt ignarus partem quòd ſenſerit Adam
Se cepiſſe ſui:tetigit noua gratia mentem,
Affectúſque oculis in viſcera nota receptus
Irruit,& tanto penetrante in oſſa calore,
Vt iam reſciret quid nomen coniugis, vxor,
F Quid dulces nati,poſtponendique parentes
Coniugibus,quidnam vna duos in carne manere
Æternam pariter vitam ducentibus eſſet.
Nam dum terrarum vitiis & labe carerent,
Diuinis vigere animis,nullius egeni
Quas dabit orbis opes:non quippe obnoxia m orbis
Corpora geſtabant,cupidi nec ventris alumna:
Tantum in deliciis cibus,id quod poſtulat vſus.
Nondum erat auxilium vitæ , propriúmque vigebat
G Immortale anima,ni ſerpens dira veneno
Maioris ſtimulata mali,diſſoluere legem
Taſibus incantam ſuaſiſſet fraudibus Euam,
Quòd vitæ melioris inops terúmque bonarum
Gens ignara homines:nam qui dignoſcere neſcit
Quòd diſtent diuerſa bonis,hic nec bona nouit:
Atque ideo auguſtos homini fas carpere fructus
Noluit eſſe Deus,ne mentis nube remota
H Dent animis oculos,& quæ ſint optima rerum,
Altera pars per cuncta ducens arcana peritos
Diis faciat ſimiles.hic nunc excurrere paulum
Fas ſiat,& turpes veterum deflere ruinas.
Ah nimium miſeri,gentilis quos furor egit
In varios ritus:pater in quàm morte profana
Funditus occiderint:nomen plurale Deorum
Serpentis primum ſonuit vox impia dicti,
I Qui mortis tunc cauſa fuit. nam credula poſtquam
Rupit ſacrilegis perſcriptum morſibus Eua,
Experti iam docta mali,ſolatia culpæ
Quærit, & in crimen facilem tractura maritum,
Qua periit prior arte petit:ſic hoſte ſubactus
A gemino,cedit ſcelere miſerabilis Adam,
Pomáque libauit ſacro blandiſſima ſucco.
Sed quia legis in his ſuberant perſcripta ſeueræ,
Plus quàm vipereo mortem allatura veneno,

Vt pri

Veprimùm inlicito violarunt membra ſapore,
Confeſtim ſenſere nefas,facinuſque peractum
Creuit,& ignaro percuſſit pectora ſenſu.
Hinc timor,inde pudor:quippe antea degere nudis,
Et neſcire datum,ſiue almi plena vigoris
Corda,rudes homines,celſarum conſcia rerum,
Et cælo tantum mundóque intenta ferentes
Pectora,ad excelſum ſemper conuerſa parentem,
Dum ſecretorum miracula diuinorum
Penè incorporeæ mentis ſplendore tuerentur,
Nondum contigerat membrorum cura ſuorum,
Amentes meliore anima:ſeu corpora nulla
In ſenium ſoluenda mora penetrare nequibat
Motus qui ſciri faceret quodcunque neceſſe eſt.
Poſtquam defecit vitæ vigor ille perennis,
Iam mortale animal demum frigúſque calórque,
Actiæ ſubiere vices,ac veſtis egenos
Eſſe ſenſerunt homines,ſexúque latentes
Erubuere ſuo,tacitis miſerabile queſti
Fletibus,vmbroſæ foliis noua tegmina fici
Texunt conſertis poſt culpæ mente receptum,
Corpore velato denudatura pudorem:
Nec ſatis hoc trepidis,quid agant, quà crimé iniuſtú,
Séque ipſos fugiant:cuperent,ſi forte paterent,
Condere ſe terris:adeo contermina pœnæ
Culpa ſuæ eſt,vt iam miſeros mortale pauentes
Mortis imago iuuet,ſiluas vmbroſaque luſtra
Obtendunt,vanæ ſolatia falſa latebræ.
Nam quo te timidum fas eſt ſubducere corpus?
Te te inquam qui mox primus tertahendus es Adã.
Virtus viua patris mundi occultiſſima præſens
Implet,& immenſos exit diffuſa receſſus:
Sed verum nefas eſt pauidos fraudare latebra.
Ille poteſt dominum fugiens euadere ſummum,
Qui fugit ad dominum,ſola quem mente relinqués,
Quàm vaſtis iaceas & non celêre tenebris,
Voce vocans vbi ſis pariter teſtatur vtrunque:
Nam cur te cernens quærit Deus?& cui præſens
Semper eris?cui te proprio ſubducere furto,
Nec mors ipſa poteſt,fragili quam mente ſubiſti?
Cur vbi ſis quærit,niſi quòd te more doloris
Lapſum ſponte tua ſecum non eſſe fateris,
Et cælo cecidiſſe ſacro?ſed ſancta parentis
Deſperare vetat pietas,clementia cuius,
(Fas dixiſſe,nam fas ſic quoque dictũ probaſſe)
Iuſtitiam excedit:nec tam me voce ſeuera
Corripiens vbi ſis,trepido quid pectore voluas,
Terret,quàm recrear quòd adhuc poſt crimina lapſú
Immerſumque metu latebris,ac pene ſepultum
Euocat & reuocat:nec longa exempla petantur,
Ipſa probat dominum mitem dominatiu culpæ,
Poſt quam excuſſa reos diſtinxit quæſtio ſummos.
Incipit omnipotens,cælum,mare,terra loquenti
Intremit,& vaſtos pandit concuſſa receſſus,
Dúmque reos punit ſententia,tartara fecit:
Quandoquidem noſtris rurum decedere iuſſis
Duxiſtis,ſerie ſceleris qua culpa cucurrit,
Hac mihi iuſta nouos feriet cenſura nocentes:
Inter cuncta frui toto quæ iuſſimus orbe,
Tu maledictus eris,& peior quam tegis intus
Inuida mens coluber,quæ cælum intrare creatos
Deiecisti homines,vetitáſque attingere fruges,
Fraude tua impulſis,prædure mortis origo es.
Vt condigna nefas pœnæ menſura ſequatur,
Immerſiſti homines terræ,& tu ſtratus iniquo
Membra ſolo,durum ſulcabis pectore terram.
Feciſti peccare cibis,pro talibus auſis
Et tu ſemper edes ſqualentia viſcera terræ.
Et quia te dignum placuit,tibi primus vt eſſes
Inuentor mortis,pœna morière cruenta:
Humaníque odium generis ſpecialiter armas
In genus omne tuum,ſæuis imbute venenis,
Vt perimare magis,ſemper timeare iubebo.

A Atque huius prima gaudes quem fraude ſubactum,
Inſectior pedibus degens,& pectore pronus,
Extremis tantum ſic inſidiabere plantis,
Vt capiti trepidans etiam veſtigia figat.
Dixit,& exanguem ſic eſt exorſus in Euam:
At tu qui nimium ſolam te perdere fructum
Eſſe putans ſceleris,miſero iam mente nocendi
Inſidiata viro,dominatáque crimine tanto es,
B Præbebis famulare iugum,ſubiectáque duri
Arbitrium ſenſura viri,patiere labores
Caſibus aſſiduis,vt cœptum quæ prior auſa es
Multiplicare nefas,multis verſere periclis,
Et pariens acrebris adeo torquebere natis,
Vt quos mortalis faciet tua culpa creari,
Mortis nonnunquam laceræ ſint cauſa parenti.
Tu quoque cui monitus noſtros & prima ſalutis
C Vincula fœmineis poſtponere fraudibus auſo,
Sponte mori placuit,talem reus excipe fortem:
Criminibus tellus quam tu ſulcabis aratro,
Sit maledicta tuis,ſpinas tribulóſque minaces
Culta ferat,fallátque tuum ſpes improba votum.
Tu mihi deſiſti mente inſeruire fideli,
Nec tibi terra fidem ſeruet.tu viuere lætus
His in deliciis,& cunctis viuere ſeclis
D Sponte recuſaſti,duro nunc viue labore:
Viues in miſeriis donec te lenta ſenectus
Terram quod magis es faciat,terræque refundat.
Dixit,& ignaros cælum defendere membris
Veſte tegit pecudum miſerans,vitámque tueri
Edocet: & ne iterum facinus quod mente gerebat,
Auderet,mortis formidine perculſus Adam,
Si rerum ignarus primi quid iuris habebat
E Arbore vitali poſt cauſæ extrema ſuperbum
Auxilium repetens nulla patris arte redemptus
Viueret,& mundo iam myſticus ordo labaret,
Ac miſeros ſempérque reos grauiora manerent,
Continuò ſacris iuſſos decedere lucis
Expediunt venti remotis quos ſilua profundi
Concitat:aſt illos libranti turbine nixos
Continet aura vehens,& ſpiritus aera totum
F Natura vigente rapit,terráſque relatos
Vnde datum corpus,molliter flamine ponunt
Expertos tanti ſpacij expertéſque pericli,
Sed non expertes agitat qui corda dolores
Quo ruerint,quid perdiderint, quæ vita ſequatur,
Quæ fuerit,triſtis mentem conlatio vexat,
Quæ diuerſa magis cumulat:ſecúmque volutant,
Quanto aliud iam ſint,quanto mutatus vterque
G Se quærat,dubij culpæ hoc adſcribere primæ
In pœnæ vim noſſe mali quod compulit error,
An hoc eſſe mori:vel ſi grauiora ſuperſunt,
An detur reditus miſeris,an ſine perenni
Perdant quod ſupereſt:an cùm via mortis amaræ
Per lignum ingruerit,mundo populíſque futuris
Poſſet adhuc aliquod per lignum vita redire.

H
C. L. MARII VICTORIS
ΑΛΗΘΕΙΑΣ
Lib. II.

HActenus arcanam ſeriem,primordia mundi,
Et ſincera fides paruit,ſine fraude cucurri,
Dum dignis lecho vitiis terrena carerent:
I Nunc hominum mores & iam mortalia verſu
Ingreſſum fas ſit veris miſcere poëtam.
Poſtquam ſacratis decedere iuſſus vterque
Sedibus ac regnis,genitalia contigit arua,
Et propria ſtetit exul humo,miſerabile quali
Ore rudes ſtupeant tam barbara rura,coloni,
Quæ non frugifero diſtincta ſtipite vernant:
Nec ſpecies iuuat vlla ſoli,ſed bruta coacto
Pondere congeries,nec lecta mole locarat:

Arduа cautе rigent,ſiluis depreſſa laborant,
Plana latent heroïs,horreſcunt edita dumis:
Heu quibus hæc ſpectant oculis,quo pectore cernũt,
Qu[illegible] animis paradiſu[illegible] ineſt:neq; cruta dolotis
Vna [illegible] eſt,quod cunctorum iam plena malorum
Se pandit facies,ſed quod mem[illegible] nere bonorum.
Nunc honor ille ſacti nemoris maiore ſereno
Inrad[illegible],nunc diuitias cumulatior edit
Silua beata ſuas,nunc pomis dulcior vſus
Nec[illegible] ſapor,viuis nunc floribus halat
Tellus,& abſenti triſtes perſtringit odore.
O quam non eadem meritis paradiſe rependis:
Te magis extollit conlatio deteriorum,
Et peiora facis miſeris quæ ſola ſuperſunt.
Hic vitæ periit almus amor,penuria rerum
Inſinuat iam dulce mori,ni maior egeſtas
Succurrat grauiore malo.nam viſcera edendi
Incendens rabies per cunctas ducit edaces
Quas ſterilis dat ſilua dapes,cogitque malignis
Herbarum dubias paſſim radicibus eſcas
Explorare cibis,vitámque euadere ſalem
Ipſa fames non poſſe facit quæ velle coegit.
Tandem cunctarum quibus indiget vſus,egenos
Atque inopes rerum docuit.res vltima,ſummi
Auxilium ſperare patris:proſtratus vterque
Membra ſolo,lacrymis tantum mutique doloris
Dum pudor inuiſis ſubdu[illegible] verba querelis,
Immoritur ſenio:ſed poſtquam reddita mens eſt,
Adſurgens tandem tali prece ſupplicat Adam:
Omnipotens auctor mundi rerumque creator,
Quæ mihi labe mali,felix dum vita maneret,
Et celeres animos viſu ſuper aſtra darent
Poſſe ſequi late circum pérque omnia ſuſum,
Semper & ingeſto viſus ſplendore tegentem
His oculis,ceu mentis erant arcana tuentes,
Quod dictu proprium eſt vidi non poſſe videri,
Nunc quoque poſt culpam ſpoliatis lumine ſacro,
Quamuis mens meliur per totum libera ferri
Fugerit,& clauſis terreni carceris antro,
Nil veri præter mortalia noſſe ſuperſit,
Omnia plena tui,tantum ſentire remanſit:
Atque ideo omnipotens qui ſemper totus vbique es,
Ad te confugimus,trepidanti mente peccantes
Exaudi,miſeros quos ſemper cernis & audis.
Si cùm me parti damnatæ adnectere vellet
Ille caput ſcelerum mundi reus & ſuus hoſtis,
Nil per ſe ſolum ne victos cederet auſos
Serpentis miſeram cui mens incauta per artem,
Neque per affectum quem ſexus ſentit vterque
Artificis ſcelerum fraus improuiſa ſubegit:
Et cùm damnarer iuſto pro crimine pœnæ,
Sic piguit culpæ,tanto mens icta dolore
Indignata ſibi eſt,vt te mitiſſime iudex,
Tunc mihi vindictam de me præſtare putarem:
Idcirco & gemitus cauſas,lacrymaſque negaui,
Indignum venia quia me reus ipſe probabam:
Amplexuſque animo ſolatia dulcia pœnæ,
Hoc ipſum poſt hæc ſacra inter munera ponens,
Pro venia ſceleris,quod ſum damnatus habebo.
Non igitur ditum eſt,vt maieſtate ſerena
Exaudire velis,nil contra iuſſa precantis,
Nec iam poſcentes lacrymis quod ſponte benigna
Præſtabis famulis,vt ſe cenſura reſoluat,
Tua ſed vt plenas teneat ſententia vires,
Iuſſiſti mota victum me quærere gleba.
Damnatis igitur campis ſunt arma mouendis
Danda:regis dumos ſteriles ſpináſque tenaces
Pro fructu dare.pura mihi prius ergo terenda eſt,
Vt fallat mea vota ſeges quæſita labore,
Herbarum aſſiduo contexere ſemina [illegible]em:
Da menti quæ ſint herbæ,quæ forma laboris:
Da pater auxilium miſerans,atque imbue ſenſus,
Tunc erit vt rerum compos & certa ſalutis

A Seruiat Eua mihi,ſæuumque experta creandi
Supplicium,pariat populos qui crimine noſtro
Plectantur,purgéntque patrum peccata nepotum,
Mortibus æternam faciens ſucceſſio pœnam.
Talibus orantes,falſi ſerpentis imago
Indice viſa metu tacito ſe tramite ferre,
Leniter ad molles tractus vibrantibus herbis.
In ſe conuertit trepidos,pigríque doloris
B Excuſſo ſenio cogoatas traxit in iras.
Et prior Eua viro,Si te ſuprema malorum
Cauſa mouet,rape ſaxa manu:datur ecce facultas
Auctorem læti læto dare:prima docere
Suppliciis debet propriis & morte cruenta,
Quàm ſic triſte mori,quæ me male perdidit & te.
Dixit,& elapſam curſu teliſque ſequuntur
C Miſſilibus,cautéſque terunt:quarum vna reducto
Altius ad niſum facilem date certa lacerto,
Obſequitur votis,oculóſque animámque ſequuta,
Et nudum in ſilicem media ſerpente reſultat,
Scintillámque ciet,ſicco quæ ſomite parta
Ac mox flamma fuit,etinita incendia late
Extendens,ſicco floret iam candida fumo
Horruerat,latebræque gradu trepidante patebant.
Sed panidos ſtupor ipſe tenet,curamque ſagacem
D Humani pandit vitij,quòd cernere rurſum
Et timidi metuenda volunt,paulúmque remoti
Telluris dorſo ſterilis,mirantur opacas
Procubuiſſe comas nemorum,ſordere fauillis
Fuſcarique diem,totas ſplendeſcere terras,
Et lucem ſub ſole nouam:nec mente quieta
Accipiunt crepitus ſtridentibus vndique ſiluis,
E Vndanteſque globos flammarum in ſidera ferri,
Dum ſe radices demerſus tendit ad imas
Ignis edax penitus,ſumpto quo victa calore
Terra rudis pandit generoſa ad munera venas.
Et cum iam cuncto fuerit ſiccata liquore,
Incipit ipſa liquor fieri,riuiſque metalla
Fundere,quæque ſuis fuluo torrente coruſcat,
Auri ſummus honor,candenti lacte renidens
F Effluit argentum,rigor æris lubricus errat,
Et coit in molem reſoluto corpore maſſam
Liuida gleba chalybs,ruptis ſic Ætna caminis
Egerit immixtis ſtridentia ſulphura flammis,
Lubrica dum feruent:at cum ſpirabilis auræ
Temperiem ſenſere,rigent,raptimque coruſcam
Vertitur in glebam ſiccus liquor igne gelato,
Et fit corpus iners:varios ira ſiſtere curſus
Mirantur latices,quos dum quà deficit ardor
G Iam cupidis ſpectant oculis,blandúmque calorem
Accipiunt membris,& quod timuere ſequuntur:
Auxilium ſenſere Dei,gaudéntque reorum
Et primas nulla culpam virtute ſequuta
Ad votum ceſſiſſe preces,ſummóque parenti
Acceptum referunt,& quod dedit ignis,& ignem,
Et mentem cui quo fit opus pateſecit:vtrumque
Certum habeo,munus ſacrum explorare parentes
H Cuncta alacres oculis permenſos,ſed prius auro
Admouiſſe manus diti,quod fulmine mentis
Iam ferit,& cæci ſubigit fulgore veneni,
Nec ſatiat,donec mirantes pondere multo
Vincat,& elapſum duræ ſe murice cautis
Vulneret,ac facilem vitiato corpore plagam
Poſſe pati doceat,ſubiit noua cura repente
Attonitos,acuitque animos,caſumque magiſtrum
I Admonet arte ſequi.duri tunc pondere ſaxi
Alternis tedunt vicibus,flectúntque terúntque
In varias ſpecies cedentem ad verbera maſſam,
Quam nullus formare labor,ſed victa figuram
Ocius hinc perdit,magnis quòd nihilus impar
Materies recipit ſtudium,ſed decipit vſum.
Durius ergo aliud quærunt,ſed & hinc placet aurũ,
Velle quod rigidum docuit magis eſſe metallum.
Inde cui propior decor eſt,& vena ſecunda,

Iſtus

Itur in argentum, blando quod firmius auro,
Officij magis eſt patiens, ſed fortius eſſe
Id quod conſpicuum minus eſt. mox ære magiſtro
In rigidum chalybem tranſlatus ſubſtitit vſus.
Forſitan & cunctos quos fingit opinio caſus,
Artifices ſummos operum percurrere verſu
Poſſit noſtra chelis tacito patefacta calore:
Vt ſe decoctis tellus pinguiſſima glebis
Mouerit in fœtus varios, quos imbre marito
Parturiens putrido diſſoluerit arua meatu,
Qua tumidæ crepuere ſinus, ditatáque meſſis
Extitit, & motis vndas trepidauit ariſtis,
Diſceret vt ſpeciem ſegetis nouus accola cultæ:
Vtque auidum ad tantam decurrens vndique prædã,
Alituum pecu[illegible]dumque genus, turbæque minoris
Nigra colorata maiora ſuis in pabula trudens
Semina corporibus, vitæ inculcarit amicos
Materia propiore cibos: atque omne ſecutum
Officium docilis ſtudij, quod cura recepit:
Semper ab exemplis meditatio ſumpta magiſtris
Fecerit artis opus: ſed ſalſis mota reclamat
Gloria larga patris. nil hinc ſibi vindicet vſus,
Nil caſus virtutis inops, ego noſſe creatis
Quæ bona ſunt cum luce dedi, mundóque minori
Quicquid maius habet ſacro noteſcere ſenſu,
Meque per hæc volui: atq; vtinam inlibata maneret
Vt data mens homini eſt, nullique obnoxia culpæ,
Non illam ſpecies, non illam corpora rerum,
Non modus aſtrorum, numerus nec molis arenæ
Falleret, aut quantis cum magno terra profundo
Tendatur ſpaciis, quæ ſit menſura peractæ
Molis, quid reſonet motu ſeptemplicis axis,
Harmoniæ vocale melos. nunc diſcitur vſu,
Aſſiduiſque datur ſtudiis, artiſque putatur,
Quod manet ingenitum nec ſentit, nube malorum
Factus hebes, quod ſe quem primũ agnoſcere credit
Quiſque recognoſcit. ſumma ergo hoc limite veri
Hæreat, anguſtis quòd pulſus ſedibus Adam,
Nullum aliud prius officium quàm coniuge dignum
Egit, & ignotos naris impendit amores.
Inter tot curas placuit cui dulce creare,
Viuere dulce fuit, qui viuere dulce probabat,
Viuebat rectore Deo, nec deerat alumnis
Quod vitam inſtrueret, quod terſi attingeret vſum.
Et natis iam plena domus, ſolatia mira
Attulerat rudibus, blandóque in corde parentum
Multiplicata graues releuabat cura labores,
Et ſpes iam ſuberat propriis gaudere miniſtris
Ruris in officiis: quorum qui maximus æuo,
Arua Caĩn duris verrebat pinguia raſtris.
At viuo gaudere lucro digniſſimus Abel,
Collibus aut nudis, aut ſicci germine campi
Innocuas paſcebat oues & lacte patentes.
Poſtquam expectati ſatiarunt gaudia fructus,
Et ſtupuere ſacro cingi ſua vota fauore,
Admonuit mentis operum libamina iuſtum
Prima dicare Deo: ſacras prior impedit aras
Frugibus ille nouis, niueo magis hic litat agno.
Prima ſacerdotum ſpecies, mox hoſtia fratris
Impia, ſed ſigno iam tunc imbuta futuræ
Indicióque piæ. namque vt ſuſcepta notauit
Fratris ſacra Cain, ſibi nulla in fruge litanti
Annuntum, ſeu quòd totas prælegerit ante
Pollueritque dapes: ſeu totum tempore in vno
Cernenti reus eſt præſens quandoque futurus
Mente nocens: illo ſiquidem de fonte venenum
Quo ſerpens matérque bibit, fratrémque cauendi
Ignarum, ſæua mactatum cæde trucidat.
Heu facinus, quid non miſeros furioſa libido,
Quid non ira recens, odium vetus, improba cogant
Quæ vexant gentes ſcelerum certamina, rantum
Si facinus fecit, qui ſic quòd ſanctior ipſo
Frater erat, doluit, nulla eſt iam culpa parentum,

A Et ne aliquam ſaltem vel de ſerpente querelam
Quòd moriamur quiſquam ſupereſſe exiſtimet, ante
Cœpimus occidi. prò quantum prima propago
Criminis adiecit. mortem pro nomine pœnæ
Inductam mundo, vix dignum eſt credere, ſecie
Impietas ſcelus eſſe nouum. peccata parentes
Tantum morte luent, tu pœnas morte ſoluras,
Et pro morte dabis, peior ſerpente nefando.
B Ille etenim letum ſuaſit, non intulit at tu
Auctor primus eris ex his te publicus hoſtis,
Te latro priuatus ſequitur: tibi crimina plectent
Arma manu: telis, gladiis, & vindice ferro
Militia ſcelus omne tua eſt populique futuri,
Quòd minus interitu iuſſo quam cæde peribunt,
Ad te ſumma redit: nec prorſus diſplicet iſtud
Moribus exemplum; quòd fratris ſanguine primum
C Humanus fundi cœpit cruor, vt facinus par
Sentiat amiſſum, tali quem crimine conſtat
Fraternum renuuaſſe nefas, ratione docente,
Omne hominis letum non prima ſorte perempti
Eſſe necem fratri. tali tunc cæde madentem
Non aſpernatus, tanta eſt clementia, dignum
Affectu cenſere Deus, facinuſque negantem
Arguit, & tanto leuiter pro crimine punit
D Menſuram pœnæ facti de parte petendo,
Et quia præmonitus facinus committere dirum
Non timuit, tremeret meritum: quod noluit eſſe,
Supplicium fieret: quod mens haurire recuſans,
Diſſiluit leue, membra graue exagitata probarent,
Percuſſóque animo quã ſe tortore profundo
Iudicat omne nefas, corpus quoq; frangeret horror
Luminis, ac totus vehemens exiret in artus,
E Motáque præcipiti raperentur membra rotatu:
Vt labris ſepti latices cùm luce recuſſa
Exceptos frangunt radios ſubit aëria fulgur:
Lubricus & totum perluſtrans nuſquã & vbique eſt:
Cúmque tremit, ſenſim ſubluſtri inſexta coruſco
Linea cæruleæ ſine fine intermicat vmbræ.
Non erat is motus, quem neruis frigidus humor
Incutit adſtrictis, media cùm morte repletos
F Sic rigat vt totam nequeant amittere vitam:
Sed qualem ciet ira Dei, cùm conſcia mentem
Vis domat, & ſano torquentur corda furore.
Quid tamen & quo tibi talis ſententia? totum eſt
Vltio iam facinus cæſi, iuſtiſſima læti
Pœna rei, terror, genti populóque futuro
Propoſitum exemplum, præſens purgatio culpæ.
Et quòd promiſit ſignum, cuſtodia vitæ,
G Ne quiſquam perimat ferróque abolere laboret,
Quem pœnas ſoluiſſe videt: nec ſufficit iſtud
Supplicium blandis gnaro admiſcere ſcrutra,
Amabat longè, vaſtaſque relegat in oras:
Hoc quoque munus habet, ne polluat arua piorum,
Ne ſcelus hic populis fieri potuiſſe credendis
Teſtis pœna probet: ne ſe permiſceat vnquam,
Admoneat mœſtis ne ſeque parentibus vnquam
H Gens damnata bonis, ne luctus ſemper acerbi
Ingerat, & fratrum diſpar ne cauſa doloris
Torqueat orbatos: illud, quòd lumina quærent:
Iſtud, quòd videant in quo lugere neceſſe eſt.
Hoc quoque quod ſupereſt ſummũ, eſt in funere nati
Qualiſcunque malos, ſed tanen in crimine tali
Supplicio affecti, quouis ſub iudice peios
Perducuntur viui. Quid quòd mage conuenit ipſi
I A patriis longè damnato excedere terris?
Cui ſecreta placent, grauiórque eſt pœna videri
Inter felices & parua mente beatos,
Victuro poſt ſupplicium, ſactique pudorem:
Parcitur exilio. nam quòd comes additur vxor
Fida reo, nec damnatis abſiſtere munus
Spes ſic certa Dei datur. an quia pectoris ægri
Molliret curas, moto quæ corpore fractum
Siſteret amplexu, nullique obnoxia culpæ

Sola Deum precibúſque & pura mente colendo
Eliceret quicquid poſſit ſatis eſſe duobus?
O bona maieſtas,quid non ſperare queamus?
Ipſe vias veniæ tacitas,cauſamque miniſtras,
Qua velis prodeſſe reo, quem prole ſequenti
Augens , multiplicas per nomina mille nepotum,
Et proprij regem populi mox de patre ſummo
Conſtituis.primus nam cingere mœnibus vrbes
Erudiit,quod nemo poteſt,niſi plebe coacta.
Confeſſuſque metu meritum,de gente ſuorum
Vltorem admonuit Syrum,docuitque petire
Dum timet occidi:qua forſan cæde piatus,
Diluit admiſſum,ſimili quod morte rependit,
Et mors ipſa lucrú eſt , quód criminis vltio facta eſt.
Interea mœſto rurſum grauis Eua marito,
Penſarat primum ſancto iam pignore damnum,
Reddideratque iterum curas & vota parenti:
Seth puero cognomen erat,quem nomine prond
Adiutis supplete locum virtutibus Abel
Omnipotens tribuit,quód munus gaudia læti
Non tacituta patris,ſeriéſque adiecta probauit.
Huius quippe viri de ſemine proditus Enos,
Qui primus tacita lectus virtute ſacerdos,
Poſſe ciere piis precibus,& nomine vero
Sperauit,meruitque Deum,populúmque ſecutum
Imbuit æterni cultum ſeruare parentis:
Auxilióque ſacro,qua vita expoſcere tuti
Confeſſa omnipotens quod maieſtate ferebat,
Et mentem meritúmq; dabat , multóſque per annos
Criminis antiqui pœnam differre ſinebat:
Vſqua adeo vt cunctis pollens virtutibus Enoch
Horum de ſerie,quos continet alma propago,
Redditus in ſedes patrias,orbémque beatum,
Viuat adhuc:vitæque habet & iam regna futuræ.
Quippe nouo mundi cultu vitiiſque carenti
Poſt ter centenos triplices qui ducit in annos
Mille replens numeros decimi compendia verſus.
Viuentum certamen erat:ſed crimina poſtquam
Infecere animos,& nata in ſtirpe ſequenti eſt
Culpa patrum,peiórque ſuo maiore propago
Adiicitur,ſemper vitiis quòd vinceret hæres,
Succurrit vitæ breuitas,quando hic modus vnus
Augendi ſceleris,lucis qui terminus eſſet.
Namque Cainigenûm cùm ſe coniuncta profanis
Damnaſſet thalamis melior hymenæa iuuentus,
In varium facinus ſacro deſerta fauore
Concidit,atque hoſtem inſidiis pateſacta recepit.
Talia fante Deo , Non ſemper noſter in iſtis
Spiritus inſiſtet populis,nec differet vltra
Biſſenos decies,læti data tempora ſeri,
Vita nocens annos,quoniam terrena ſequuti,
Plus carnis quàm mentis habent. Siue ergo ſeuera
Naturam fecit ſententia iudicis almi,
Vt ſic quemque reum brutæ plus matris habere
Argueret,qui natus erat:ſeu munere primo
Quam dederat famulis ſacra virtute creandis,
Larga facultatis diuina gratia,quo ſe
A toto ad ſolum corpus tranſiſſe probaret,
Peccatis traducta patrum,generata repente
Monſtra hominum, celſa membrorú mole gigantes,
Mente feri tumida quantum per corpora diris
Poſſe ſubeſt animis,& quantis velle neceſſe eſt
Seruitio oppreſſis tam magnæ molis iniquo.
Non illis quicquam inliciti remeraſſe profanum,
Aut licitum cordi: vetitis ſuccenſa libido
Acrius,& rebus pretium,non forma petendis,
Sed ſcelus impoſuit:nullæ ſine ſanguine noctes,
Aut ſine cæde dies:lacrymis ſumpſiſſe propinqui
Dulce cibos,ipſóſque cibis violaſſe propinquos,
Immemores ſocij iuriſque,hominúmque,ſuique,
Affectuſque ſacri,matrumque,patrumque ſuorum,
Auctoriſque poli:tantúmque in crimina ſumma
Proceſſum eſt,vt cuncta Deum informaſſe pigeret,
A Queis vitam lucémque dedit:cauſæque nocentum
Criminis expertes animas conuoluere mallet,
Quàm non præcipiti terras ſummergere ponto.
Rurſus in antiquum mundo redeunte,fidelis
Iam per quingentos immunem criminis annos
Duxerat,& poſt hac degentem lege probarat,
Cui ſic ſancta Deus pandens arcana reuelat:
Terrárum vitiis hominúmque ad crimina pronis
B Abiecta virtute malis ſuccurrere rerum
Fine parans,ſtatui,quando omnes plectere culpas,
Sæuum perſpiciens leuitiſque abolere nocentes,
Inducto rurſum terras ſubmergere ponto:
Vt dum cuncta ruens operit,iuſſuſque reſidit,
Gurgite præcipiti pollutum diluat orbem
Implicitóſque homines,& quicquid viuere iuſſi
Cauſa hominum , tumidi conuoluat labe profundi.
C Sed quia tu ſolus, cui cordi eſt noſtra voluntas,
Deuotum ſactis ducens ſub legibus æuum,
Semper in hoc tantum merito meliore repugnas,
Sic decretorum moderabor iura meorum,
Vt cùm iuſta maluerint tunc dignius * à te
Incipiat mortale genus,ſummúmque parentem
Te numerent populi,noſtra qui luce fruentur.
D Quadratis igitur trabibus contexta paretur
Arca tibi,quæ ter centum tendatur in vlnas,
Pérque decem quinas pateat,conſurgat in altum
Ter denis:tantum per conſummetur in vnam:
Deſuper ac lateri ſeruetur ianua,qua ſe
Collecta oblique faſtiget machina tecto.
Tunc calidum bibula ſpirans compage bitumen
Exploret,tenues & veſtiat vndique rimas
E Fuſum more cutis.labor hinc te maximus intro
Auocet:immenſis latus adnectatur vtrunque
Pontibus,& cauea fundantur membra peractæ:
Cumque triplex ſpatium diſcreuerit area duplex,
Sic diſcernantur propriis animantia nidis,
Ne videant permixta genus, commiſſáque pugnent,
Confundántque cibos,quorum te condere par eſt
Tantam materiem:nam diſpenſata receptis
F Ne deſit,præſtare meum eſt.hæc mente fidelis
Accipiens(nanque ipſe animú ſenſúſque miniſtrans,
Velle & poſſe dabat , famulo quodcunque iubebat)
Aggreditur denſas natis populúmque coactæ
Plebis,in hoc genitas ferro proſternere ſiluas.
Admittit tunc lux radios, vmbriſque leuatur
Campus,& æquæuo ſpoliantur robore valles,
Ac nemora in ſpeciem mundi implicitura minoris.
G Sed cùm tam multo fuerit properata labore,
Summa operis cœpti centum differtur in annos,
Vt pigeat ſceleris populos,iræque repugnent.
O nimium miſeri,tam iuſtæ quos mora pœnæ
Plus facit eſſe reos:iam non pro crimine tantum
Plectentur,veniæ queis copia larga petenda eſt:
Sed quòd plectentur,quòd tartara dira ſubibunt,
Temporis indulti ſpatio,cùm parcere cunctis
Teſtatur ſe malle Deus.Iam mole peracta
H Contextum ſtabat laterum compage capaci
Auxilium,quod ſupremum pater ipſe pararat,
Naufragiis Natura tuis,cauſámque ciebat,
Cùm Deus è celſo famulum dignatus olympo
Voce monere Noen,ſummum iam tempus adeſſe,
Condere ſe latebris,matrem natóſque nurúſque
Eripere inſtanti exitio mortiſque tenebris
Carcere vitali,ſecúmque animantia cuncta
I Quæ ſua tellus alit,quæ non ſua ſuſtinet aër,
Per ſexum ſeptena Deus quæ munda probauit,
Bina pari immundi generis ſed ſingula ſexu.
Nec mora fit,quicquid conuexo cardine cæli
Naſcitur,ignorum diuerſis partibus,orbis
Quod ſtupet eous,quod pallidus horret Iberus,
Auſtralis Libyæ calidis quod ſæuit arenis,
Scandit Hyperboreas miro quod lumine noctes,
Vnà ruit trepidans,& apertæ immergitur arcæ.

Diluuium

Diluuium ſenſiſſe poteſt. nam cùm Deus auctor
Dat brutis ſenſum, quo ſe teſtetur, alumnis,
Plus pecudes rationis habent, quæ numine motæ,
Nil de ſe ſapiunt. ergo omni ſemine vitæ
Prægrauidam vt primùm claudi Deus imperat arcã,
Nox ruit, & ſubitæ cælum obduxere tenebræ,
Effuſóque cadens terras ferit aëre nimbus,
Præceps more breuis, ſeruaturúſque tenorem:
Sic furit & toto pariter deſæuit in orbe,
Tanquam in parte ſolet, rapido cum turbine mota
Tempeſtas ſequitur, ſæuos aut nunciat ignes
Fulminis & tonitru cælum, terræque reclamant.
Nec ſatis excidiu eſt qui nubibus effluit imber,
Antiquæ laxantur aquæ, iámque æthere aperto
In nubes vacuas cœlum pluit: intima terræ
Halitus extendens, qui flumina ſufficit, implet,
Atque nouos pandit fontes torrentibus æquus:
Dúmque vno immixtum raptim ſe gurgite iungit,
Quod cœlú, quod terra mouet, quod nubila fundũt,
Inuoluit merſos miatis cultoribus agros,
Implicitóſque greges ſtabulis, cum ciuibus vrbes
Obruit: inter aquas populi periere, ruinis
Nulla manet rerum facies, tegit omnia fluctus,
Creſcendóque ſuum perdunt & flumina nomen:
Mox etiam curſim nullis ſatiabilis vnquam
Amnibus Oceanus, tam magna mole ruentes
Iam perſeotit aquas, auctn quas gurgite maior
Pellit, & in cumulum redeuntes ſurgere cogit,
Donec contractis aſtum attollente profundo
Vndique littoribus ſummo ſe circire iungat,
Fluctus & oppreſſis concurrant æquora terris.
   Et iam ter quinis ſuper omnia celſior vlnis
Arca ferebatur (namque hæc menſura ſupremos
Exceſſit montes) cùm quadraginta diebus
Vnius pluuiæ furor & vox vna fuiſſet,
Ter quinquagenis poſt ſolibus aëre ſudo
Conſimilis ponti modus & menſura maneret.
Clauſorum omnipotens miſeratus, decedere magnum
Paulatim iuſſit pelagus, ſeu parcere cunctis
Quas poterat fugiens raptim ſubuertere terris:
Seu clauſis voluit, ſenſim quos vnda relabens
Tutius in ſedem ſtabilem ſubducta locaret.
Denique mox aër diffuſo vertice planus
Vecturum ſuſcepit onus: iam ſumma videri
Poſſe iuga, ac planos ſcopulis diſtinguere fluctus,
Cumque reſidenti ſenſim prorumpere ſiluæ
Æquore, & occulti paulatim ſurgere colles:
Iamque niger patula ſpeculator miſſus ab arca,
Aëra prodiderat placidum, prædæque repertæ
Detentus: ſed adhuc cellæ clauſtriſque morandum
Feſſa columba refert: quæ rurſum miſſa, reportat
Paciferæ frugis partum libamen oliuæ.
Tantus ad indicium magni cum laude parentis
Clauſorum fletus, quo ſe quoque læta reuelant,
Exoritur, quantus muris cum victor acerbus
Inſultat, ſubitum obſeſſis ſi forte feratur
Auxilium: quantus, cùm iudice miſſa modeſto,
Addictos rurſum vitæ ſententia reddit:
Quantus in ambiguum funus cùm vita recurrit,
Inter lugentum lacrymas & gaudia fletur.
   Poſtquam ter miſſa ſpeculatrix, arua patere
Nunciat, hoc ipſo terris quòd capta receptis
Non rediit, tæder pigras perferre latebras,
Quo ſpes eſt proprios cælo ſpirare patenti,
Atque animam æthereo laxatam paſcere ſenſu.
Sed fas haud vlli eſt exire in luminis auras:
Vt vetitum naſci, cælúmque diémque ſubire,
Non vocitante Deo, propria qui voce trementem
Iuſſa Noen monuit faceis excedere clauſtris,
Coniuge cum fida, natis nuribúſque pudicis,
Et noua deductis iterum dare rura colonis,
Cunctáque quæ mater proli ſeruata futuræ,

A Humanos pollens opifex formauit in vſus.
Quæ poſtquam dara portarunt, pars aëra pennis,
Pars ſaltus ſiluáſque petunt, pars merſa cauernis
Inſoditur patulis terræ, pars libera campis
Exultat ſiccis, & prato venatur aperto.
At dominus mundi ſortitus regna ferundi
Cuncta Noë gaudens oculis ac mente capaci
B Accipit, atque animum nequit exſaturare replendo,
Et cupido raptim perluſtrans omnia viſu,
Vt noua miratur: notu fulgentior ortu,
Et mage ſol rutilus ridet, maiore ſereno
Læta poli facies, & deſperata vireſcunt
Fœtibus arua nouis: ſed adhuc verſatur imago
Ante oculos tantæ ſemper memoranda ruinæ,
C Inter aquas quid pertulerint, quid munere ſacro
Et non pertulerint, fremeret cùm verbere ſæuo
Pontus, & inliſas contemneret arca procellas:
Cúmque ſuis reputat quàm latè ſancta parentis
Se circum ſummi fundens largitio conſtet,
Et duret attonitos, verúmque addiſcere promptos,
Vnde cibus tantis totu ſufferetur anno,
Quis potus: namque hos conſtat, ſi cætera vitæ
Suppeterent, clauſos, dum fluctuat arca, necari
D Inter aquas potuiſſe ſiti, niſi rector olympi
Depoſitos penitus, nec iam vlla extrema timentes,
Suſtinuiſſet eo quo condidit omnia nutu.
Ille animas longæ perituras carcere noctis,
Affecta lucis ſpolians, virtute repleuit:
Ille vt tam ſegnem poſſint perferre quietem,
Infudit pigri placidum torporis amorem:
Ille potens, cui, ſi placuit, virtute ſeuera
E Prægelido raptim ſub gurgite rogere fas eſt,
Immerſos ardere malos: flammiſque futuris
Inuectos algere bonos: qui tempore paruo
Vt nunc edocuit populos ſic poſſe necari,
Ipſe docebit aquis populos ſic poſſe renaſci.[1]

CLAVDII MARII VICTORIS
Oratoris Maſſi. Ἀλαδείας

F
LIB. III.

TAlia mente gerens, venturáque ſerula cernens,
Non prius officij quicquam mortalis inire,
Priſca Noë quàm ſacra Deo gratéſque rependat,
Conſtituit, niueo ſurgunt altaria ſaxo,
Nulla quibus ſeptis cùm ſe circundaret ædes,
G Vndique diffuſi conuexo tramite cœli,
Templum mundus erat: ſeptenis hoſtia præceps
Affluit è gregibus mollis quos ſuſtinet aër,
Quos generat tellus, ſternuntur Eois *
Aut Arabum, ſilicis ignis demiſſus olympo,
Libat oduratos quos crine exedit honores,
Ambroſiúmque Deo fragrant holocauſta vaporem.
Qui mitis ſempérque bonus pro munere noſtro
H Accipiens quicquid recipit, gaudénſque piorum
Officiis hominum, quorum non indiget vſu:
Sed quòd nos redimat, placido ſic nomine fatur:
Etſi parua fuit tanto pro nomine pœnæ
Vltio, vindicibus pluuiis & gurgite molli,
Tot ſcelerum damnaſſe reos, ſedémque nocentem
Terras diffuſo potius renouaſſe profundo,
I Non tamen offenſi feriemus verbere tali
Vlterius mortale genus, quamuis ruituras
Per varium facinus, per crimina priſtina rurſus,
Humanas mentes videam gentéſque profanas.
Num quia mortales plectenda admittere nunquam
Ceſſabunt, meritis ſemper condigna referre
Nos ceſſare decet? læti vos creſcite alumni,
Creſcite ſecuri, fœcundáque prole replete
Arua, nouóſque greges cunctis diſtendite terris.
Seruabunt elementa vices, cunctiſque diebus
Seminibus propriis reddetur debita meſſis:

Curret opus mundi compertdiſcordibus oris
Æſtati certabit hyems,ac tempora librans
Veris & autumni fugiens replicabitur annus:
Vos quibus & regnum ſo lidi permiſimus orbis
Quis tremit & dominos ſentit gentis omne animātū,
Hæc legi ſeruare loco iuriſque ſeueri
Præceptis vinctos ſemper meminiſſe iubemus:
Inter tot ſpecies rerum quæ ſponte mouentes,
Membra animes veſtros bis iam largimur in vſus,
Lurida ne quiſquam permixto ſanguine turpes
Membra cibus faciat,quod crimen non ſecus acris
Olim iudicij plectet ſententia,quàm ſi
Hauriat humanum quiſquam ferus enſe cruorem,
Quem ſemper repetam vindex,adeóque requiram,
Vt mihi non ſolus pendat rationis abundas
Supplicium, ſed bruta quoque:cruor omnibus æque
Sit ſacer humanus,noſtra quæ luce fruuntur,
Et ſint digna quibus cælū radiante remiſſas
Diluuij rexamus aquas:quippe aëre denſo.
Cum leuis intenſis nebulis ſuſpenditur humor,
Et nigras iam cogit aquas in concaua nubes,
Effundam radius,& pulchrum circite ſummo
Arcum curua mihi decorabit ſulis imago,
Pingentem conuexa poli,qui luce caloris
Exſiccet pluuias & in aëra diſſipet imbres,
Vſque adeo vt poſſit mundo pars altera pœnæ
Hoc ſibi venturi ſpecimen præſumere ſigni,
Quod plus ignis habet rutilans,& iam minus imbris.
Talibus attoniti imperiis quæ cuncta tremiſcunt,
Promiſſiſque piis alacres,quibus omnia gaudent,
Certatim limo dulciq́ vligine læta
Arua noua,natique ſimul queis firmius æuum,
Inſundunt raſtris,& ſemine rura maritant.
Iam vere effuſis late denſiſſima campis
Herba ſibi & calamis in ſrugem lacte gelato,
Reddit multiplicem cumulato fœnore meſſem:
Et noua præ grauido iam palmite vinea diti
Luxuriat fructu,quem dulci nectare tendens
Parturit,ac duro naſcuntur pocula ligno.
Forte Noe domini celebrat dum lætus honores,
Indulgens epulis,& dulcia pocula libans,
Perſenſit vinos latices,ſomnóque grauante
Victus membra tuto potuit neglecta fideli:
Et reuoluta ſimul veſtis ſecreta retexit
Corporis,ac riſum tibi Cham deterrime mouit:
Fons & origo tuæ,fratreſque aſpergine culpæ,
Sem primum,ſummúmque Iaphet miſcere paraſti:
Diſce quid expoſcat : peitas patrem temeraſti.
Tu ſolus fratrum melior ſententia dignum
Officij putat eſſe locum:nam tegmine rapto,
Et poſt terga dato,ſenſim properante receſſu,
Auerſis patrium manibus texere pudorem:
Et palmam fratri rapuit pietatis vterque.
Sublatum medio nam poſtquam libera ſomno
Corda Noë repetunt,diuini nuncia ſenſus,
Natorum meritum tali mercede rependit:
Cham maledicte,tuo dubius ſeruire parenti,.
Fratrum ſeruus eris:ſancto tu maxime natu
Sem benedicte Deo viues,fratrémque minorem
Iunges quem Dominus multo diſtendat in orbe,
Donec & in fratris domibus numeroſa propago
Conſtituat ſedem,populiſque admixta propinquis,
Impleat adiunctas ſed quas conſtruxerit vrbes.
Hæc fatus ſenior,cum iam decurreret annos
Mille minus decies quinos, quos ſumme recuſat,
Conſcia venturi reſolutus pectora,læto
Ceſſit,& hunc omnem natis,curáſque relinquit.
Quippe datum culpa vacuis vitióque remotis
Et poſt peccatum prima quod morte piatur,.
Cùm Deus electæ penitus ſacraria mentis
Spiritus impleſſet,pectúſque rogaſſet amicum,
Omnia noſſe ſimul curámque oblata tueri,

A Quæ fugiens rapuit,quæque eſt, quæq; afferat olim
Secula venturis carpenda nepotibus ætas,
Quódque hominum varios conceptū fundit in vſus
Terra grauis,liquidum pelagus,vegetabilis aër,
Atque auidus nimio quod fomite gignit & ignis.
Sed poſtquam tantum munus damnata propago
Perdidit,& miſeris nil præter ſciſſe remanſit
Maiores arcana ſuos,reuocare parentum
B Quiſque memor ſecum monitus, & cuncta reuoluēs
Quæ quibus apta modis,qua rerum parte iuuarent
Condere,in hoc fixis olim ſermonum elementis,
Aut ſignis ſolida mandantes verba figura.
Hinc artes traxere caput,quas littera ſeruans
Priſcorum in tardos miſit commenta nepotes,
Et veterum ſtudiis miſcens inuenta nouorum,
Spem dedit attonitis,vanaque cupidine motus,
C Traxit ad inlicitum præceps indago futuri:
Siue dedit mundo,quem quidam errore caduco
Corporeum dixere Deum , quòd ſolus habebat
Conditor omnipotens, ſparſitque per omnia mēbra
Rerum ſigna,mouens venturi nuncia ſecli,
Vt ſe per totam molem teſtetur alumnis,
Semper & auctorem fateatur mentis imago,
Sitque palam rebus poſitum,regnator abundans
D Quid præſtare queat populis,quid tollere poſſit,
Quis quandoque ſuos,cœli queis regna parantur
Scire vetet famulos,quod verum teſtis Acatis,
Pyrrhi gemma probat, quam miſit Apolline clauſo
Edita cum mundo:quid non per cuncta putemus
Significaſſe Deum,quando & mendacia mundi
Prodidit,anticipans & poſt fingenda notauit:
Seu ſimplex potius mundi fert omnia motus,
Seu grauis inuentor lethi ceſſare capacem
Fraudis materiam non paſſus,cuncta maligno
Subdidit arbitrio,quo fatum induceret orbi.
Nam dum dinumerat curſus varióſque recurſus
Aſtrorum,& miro ſtruitur diſcrimine cœli,
Tempora ſic dubij poſuit ſibi certa fauoris,
Atque facultatem primam metáſque nocendi,
Effectus varios variis conuentibus edens,
F Spargat vt inuiſam ſtellis,& crimina ſacro
Ableget cœlo,mundúmque ornantibus aſtris,
Cum fingat populus quicquid facit ipſe futurum.
Hinc ars eſt,quòd fibra tremit, quòd pinna coruſcat,
Nubibus eliſis,quòd fulmina nuncia ſignant.
Nam quia præcipites motus cunctóſque ſagacis
Amplexus caſus ſtudio,quid publicus hoſtis
Perſuaſis reddat, meminit diuina putere,
G Perſuaſit populis falſi commenta veneni.
Haud ſecus Æthiopum canibus regnata tyrannis.
Libertas regitur,cum rebus congrua certis
Corporis ignari petitur ſententia motu:
Et caſum præcepta putant,nec ſigna minora
Hæc pro ſe valido præſumit omnino ſenſu.
Nam gemmam Pyrrhi Galbæ fortuna refutat:
Qui potuit quippe ſtatuam tot fingere luſtris,
H Et lapidem ſimulare poteſt:his fraudibus vſus,
Inluſit captis noſcendi ardore futuri:
Vincindeque dehinc fari ſtimulante timore,
Sollicitis ſtudio,magicæ ſcelus intulit artis,
Qua ſemel potius culérent,ariſque dicatis
Impia thura darent,cum prudita turba parente.
Mox que parum ſano genitus de ſtemmate Nēbrod,
Mole & mente gigas, Babylonis præditus aulæ,
I Perſarum capiens animos,venerator iniquus
A iuris ſacris Domini tranſduxit ad ignem.
Nec tantum cupidis nimium ſic arte ſagacis.
Ille caput ſcelerum mundi reus & ſuus hoſtis
Inluſit curis hominum,ſed mentibus ipſis
Irruit,& ſenſus penitus deſcendit in omnes,.
Mox & in affectus:nam cùm patris vnica proles,
Spem generis letho ſecum traxiſſet acerbo,

Infelix

Infelix genitor lacrymis noctéſque diéſque
Continuas, hebetique trahens plangore querelas,
Dum furit & raptum quærit per ſingula natum,
Exuuiáſque tenet dulces puerilibus annis,
Aut tranſlata prius ſolatur imagine luctum:
Sic deſideriis accenſum pauit amorem,
Vt totam Pario ſtatuens de marmore formam,
Crediderit demens incluſo viuere ſenſu,
Et queſtus audire ſuos, ariſque dicatis
Auctoris ſummi cultum transferret ad vmbras.
Omnibus iſte reis grauior, tranſcendit & illum
Doctorem ſcelerum, magicas qui condidit aras.
Ille palam furiis reus eſt, & mente profana:
Hic pietate nocens facinus plus inquinat iſtud
Quod ſpeciem virtutis habet: nam protinus omnes
Amplexæ gentes ſcelus hoc, ſine fine litantes
Manibus inferias, vti nunc teſtantur Alaui,
Pro diis quæque ſuis charos habuere parentes:
Poſt etiam reges, quorum ſub nomine mendax
Græcia dum veris falſa inſinuare laborat,
Addidit obſcuras vanis rationibus vmbras,
Excuſans tumulos & condita nomina buſtis,
Donec per ſpecies etiam dementia cunctas
Tenderet, & rebus minimis membriſque pudendis
Fingeret eſſe deos quippe aſſiſtebat in vtis
Talibus, erroréſque fouens, reſponſa ciebat
Inuentor lethi, miris vt partibus orbis
Viſus ad inſidias, aut igni, aut fonte calenti,
Aut antris ventos terra ſpirante loquaces.
Luſit & antè Themis populos, poſt falſus Apollo
Impoſuit, ſedéſque dehinc mutare coactus,
Leucorum factus medicus, nunc Gallica rura
Tranſmittens, profugus Germanas fraude nocenti
Sollicitat gentes, & barbara pectora fallit.
Sed redeo ad ſummam, qua ſum digreſſus ad iſtam
Maiorum ſeriem, cùm multiplicata creando
Cuncta Noe ſoboles terras impleſſet Eoas,
Et Sennaar raſtris decreſcere cerneret agros,
Per varias vrbis partes ſpargenda iuuentus,
Rupit in hæc mœſtas triſtiſſima verba querelas:
Heu quàm non certus vitæ ſtatus ordine cœpto
Fert homines, factámque fidem ſic proſpera fallunt
Per varios curſus, vt voti ſumma petiti
Tendat in aduerſum: iam nos, ſi dicere fas eſt,
Quod ſperata patrum precibus numeroſa nepotum
Creuit turba, piget: ſpargenda eſt quippe per orbem
Exilio generata manus, peritura propinquis,
Et pariter perdens, quod ſic magis acre dolori,
Viua morte ſuos referat, quòd funere triſti
Damnamur miſeri, quòd feſtinante ſenecta
Denos centenos quos priſca exceſſerat ætas,
Vix tercentenos iam feſſi accedimus annos:
Ne patria extorres, nuda & ſine nomine membra
Ignotis demus paſſim tumulanda ſepulchris:
Quare agite o iuuenes, dum vires turba miniſtrat,
Quæ vobis ſupereſſe queat, finémque ſeuerum
Neſciat, æternam factis extendite famam.
Vrbem condamus, cuius ſuo nomine turrim
Tanto attollamus, donec pingentia mundum
Sidera & excelſi conuexa irrumpat olympi:
Vt nos poſteritas, terras quòd linquimus iſtas,
In cælum migraſſe putet. ſic mota iuuentus,
Contemnit cautes, & quicquid monte reciſo
Conditur, edomitæ ſictos de viſcere terræ
Conſtringunt igni lateres, operiſque futuri
Materiam proprio malunt debere labori.
Hanc interſtratum ſic vincit vtrinque bitumen,
Vt ſolidas ſimulent circundata mœnia cautes.
Iam turris properata ſubit, iam vertice nubes
Tranſilit, & fruitur cæli propiore ſereno,
Cùm patet hæc propriis regni conſortibus inſiti
En terrena phalanx, quid non furioſa reſignet,
A Mortali quæ ſtructa manu contingere celſos
Credat poſſe polos, & ad æthera ducere noſtrum.
Nullus terreno veſtitus corpore, cælum
Aſcendit, niſi qui cælo deſcenderit alto.
Sed quia gens vna eſt, eadem quoq; forma loquendi.
Adſenſu cupido ſuadentes praua ſequuta eſt
Turba, nec excuſſit quid fas permitteret, audens
Ardua quæ fieri per ſe natura vetaret;
B Impunita ferant tam vani damna laboris.
Vt tamen & vetitum norint quod poſſe negatum eſt.
Iam deſcendamus, tumefactáque corda ſuperbo
Conſenſu varij turbemus vocibus oris,
Vt quod peccauit concors in crimina vultus,
Confuſæ damnet melior diſcordia linguæ.
Dixit: & intentos operi molémque leuantes
Mentibus attonitis obliuio ſubdita primùm
C Intrat, & ignotæ ſubit imperfectio linguæ.
Increpitant operis ſtudio ceſſante magiſtri
Cunctantes ſocios: ſed vocem nemo remittit
Non intellectis: & ſi quis tentat hiare,
Sibilat, aut rupti fremitu ſermonis anhelat,
Aut ſtridet gemitúque minas imitatur acuto.
Sic vanum praua ſuſceptum mente laborem
Deſtituit fruſtrata manus: iam nemo propinquum,
D Nemo patrem ſequitur: quem quiſq; intelligit, aptat
Adglomerátque ſibi, perit cognatio tota:
Gentem lingua facit: ſparguntur claſſibus æquis,
Deductáſque petunt vario ſub ſidere terras.
Haud aliter volucres campi per mollia plana
Quas gregibus mixtas errare & quærere victum
Perſuaſit ſecuta dies, cum nocte propinqua
Frondea tecta petunt, exemplo cum grege turba
E Vulgus quæque ſuum ſequitur, rapidóque volatu
Miſcentur, ſimilis quà duxerit aut color aut vox:
Sic tunc in partes populus ſe diſſecat vnus,
Et ſpecies fit quæque genus, longéque remotis
Conſidunt terris, atque orbem gentibus implent.
Nec tamen hoc ſacri, cum ſit ſua pœna nocentum,
Muneris eſt vacuum: nam quamuis vltio iuſta
Hæc fuit, vt quos non tetigit reuerentia cæli,
F Quæ ſedes propria eſt mundi rerúmque parentis
Nec ſe cognoſcant, plus eſt quod præſtat alumnis:
Talis pœna reis, ne quod perſuaſio culpæ
Paucorum intulerit, rurſum contaminet omnes,
Et faciat commune nefas. ne bella cruenta,
Et rabido populis mors acceſſenda furore
Sit ſemper ciuile, & alumnis linquere pulſis
Cognatos graue ſit. nam ne deſideret vnquam
G Exul turba ſuos opus eſt, & vt oderit vltro:
Atque ideo hoc varia procurat lingua, ſuorum
Ne quiſquam meminiſſe velit. manſit tamen oris
Hebræi ſonitus & ſermo antiquus, in illis
Qui culpæ expertes, par non iniuſta fuerunt
Natorum quos Sem genuit. quos ſacra parentis
Cura iuuat, tangit reuerentia veri.
Sed poſtquam toto dementia percita mundo,
H Vt taceam magici ſcelus inteſtabile monſtri,
In truncos & ſaxa etiam, durique metalli
Arte canas ſpecies, & caſſas luce figuras
Impegit mortale genus, mentéſque ſuperna
Spectantes fregit, terræque addixit inerti:
Hos quoque conuoluit fœdæ contagio labis:
Non ſecus Æthiopum feruentibus exita terris
Nubila morborum corrupto tramite cæli,
I Implicuere auida victoris peſte lacunas:
Cùm quiſquam celeri percuſſum fulmine læti
Ingemuit, ſimul ipſe ruit, quicunque cadentem
Conſpexit, cecidit, congeſtáq; funera paſſim
Dira lues ſtrauit, campos bellumq; peregit:
Sic tunc præcipiti complexus mole furoris,
Et quos prætetiit repetens, comprenderat error:
Donec ſucciduis gradibus decurſa propago,

Fons & origo cui Sem clarum præſtitit ortum,
In Tharan exiret, ſumma qui ſede relicta
Chaldæi generis, cuncta cum ſtirpe ſuorum,
Vrbem aliam, moréſque nouos, edémque requirens.
Manſit in Aſſyriis demum nouus accola Charris.
Et cùm quinque ſuper bis centum exegerat annos,
Lapſus more patrum eſt. Huius quoq; filius Abram,
Vir dignus cælo, nam primo à limine vitæ
Verum mente Deum venerans, gentilia ſacra
Auerſatus erat: quem poſtquam morte parentis
Iuſſa ſequi iam poſſe Dei ſine fraude licebat,
His Dominus famulum monitis dignatus adire eſt:
  Quandoquidem toto te ſolum inuenimus orbe,
Quem ſincera fides iuuat, & reuerentia noſtri,
Linque procul ſedes patrias terráſque nocentes,
Pollutámque domum: cognatio tota profana eſt,
Et fugienda tibi: terræ melioris in agros
Me duce peruenies: ne ſis pars gentis iniquæ,
Qui ſanctæ caput eſſe potes: tunc ſacra dicabo
Quæ maneant benedicta tibi, nomenque per omnes
Magnificum reddam populus: bona cuncta rependens,
Aut mala pro meritis, quorum diuerſa voluntas
Te circum fuerit, per quem benedictio fuſa
Spargetur tribubus cunctis, æuóque renato.
  Dixit, & imperiis mentem qua ſeruiat indit,
Promiſſíſque piis credat. mora nulla retentat,
Cum gregibus varij generis, famuliſque paternis,
Coniuge cum fida, chari cum pignore fratris,
Cui Loth nomen erat, digreſſus limite recto,
Ignotum ſibi carpit iter: molliſſima lætas
Præbent arua vias, blandúmque fauentibus auſtris,
Arridens nullis turbatur motibus aer,
In Chanaan donec populorum quos genuit Cham,
Intraret terras, & rura vberrima Sichæ:
Quæ poſtquam conceſſa ſibi prolíque futuræ
Auxit voce Dei, deuotas excitat aras,
Et veteres reuocans cultor nouus auget honores.
Inde petit Bethelen, ſedes quæ lecta beati
Hoſpitiis ſacrata viri eſt, cunctáſque ſuperbis
Exceſſit meritis terras: quandoque ſecundo
Poſtquam non numeranda loco, cum ſede ſuperna
Dignior iſta Dei, quæ pignus lege ſalutis
Emiſſum mundo tantum mirante paratum
Exciperet, viſa eſt, hominémque remitteret aſtris.
Hic quoque ſolennes Abram pater excitat aras,
Et linquenda nouis habitacula ponit in aruis.
Namque fame turſum ſedem mutare coactus,
Caſtra mouet, totámque domum famulóſq; gregéſq;
Secum agitat, rebus commercia iuſta rependens,
Intrat in Ægyptum, ſed nomine pulchra ſororis
Protegitur coniux, ne barbara pectora ſancti
Hoſpitis in cædem ſtimulet furioſa libido.
Denique mox Pharao radiantis imagine formæ
Ductus inardeſcit, thalamóſque & fœdera certa
Lege parat. ſed tanta pauor formidine merſa
Ingruit, & ſubito quatit improba corda tumultu,
Extremóſque animos riget horror, & implicat artus,
Vt rex ſacrilegæ gentis tam triſtia vota
Sentiret damnaſſe Deum, qui tale profecto
Conſilium infudit famulis, vt barbarus hoſtis
Tutius eſſe virum Sarræ tum noſceret Abram,
Cùm foret expertus quàm non impune profano
Appeteret ferro, quem nec viduare liceret.
Sponte igitur nulla violatam labe marito
Reſtituit, culpámque refert, totúſque frequenti
Cuſtode, & multa cumulatus fruge remittit
In Sicham Bethlemque ſuam: lætique receptos
Exercent campos, & pinguia paſcua latè
Immixtis carpunt gregibus: ſed iurgia crebra
Inter paſtores: nullo nam limite quicquam
Diſcretus pandebat ager: pleniſſimus ergo
Venturi iuris & ſeruantiſſimus æqui,
A Vt dirimat lites, & iurgia tollat auara.
Abram qui ſenior, conceſſos diuidit agros:
Iunior elegit, quia dulcibus vndique fuſis
Rura maritat aquis, ripíſque vmbrantibus amnis
Labitur, & teretes ſaltus Iordanis amœnat,
His capitur, patriæque domum, iuſtúmque rigorem
Declinans, Sodomæ iunctos Loth migrat in agros:
Cùm Deus hac Abram mœſti ſpe pectora firmans,
B Ne carparis, ait, fratris quòd prole relictus,
Damna patris tuleris ſancti: innumerabile vulgus
Tu mihi ſolus eris populi qui regna tenebit,
Quæ primo cum ſole vides, quæ verſus in arcton
Proſpicis, & tepido quæ ſubdita reſpicis auſtro,
Ac maris effuſi circundata litore, danda
Hæc tibimet prolíque tuæ, populiſque tuorum
Concedam æternum ſemper viuentibus æuum:
C Queis tu etiam terris longè latéque ſtuaris,
Surge, & quid pateant greſſu prius hoſpite luſtra.
  Sic ait: ille libens paret, ſedemque relinquens,
Emigrat, Chebrónque ſubit, ſubque ilicis atræ
Diſpenſata comis figit tentoria Mambræ:
Auxiliúmque nouis ductor catus addere caſtris,
Hic quoque ſolennes Domino ſtruit vt colat aras.
  Interea magno circumturbante tumultu
D Hoſtis adeſt auidus, varia quem dote referta
Sollicitat tellus: campis inliſa reſultat
Vngula, & effuſis errat populator habenis:
Loth cum rege ſimul portis erumpit apertis,
Et vicina manus regum ſocia arma ferentum:
Secum equites pediteſq; trahunt, diſtenditur agmẽ,
Confligunt acies, pariter ſternúntque, caduntque.
His ſatis auxilij eſt, quòd bellum inferre parantes
E Præcepere animis caſus hos claudere menti:
Ictus ſola tenet cauſæ melioris imago,
Sed turpis Sodomæ luxo emollita iuuentus,
Vt rutilum exarſit repetitus clamor in iras,
Vertunt terga metu rapido: pars mœnia curſu,
Pars montes ſiluáſque petunt, pars ſepta catervis,
Porrigit ignauas ad triſtia vincula palmas.
  Loth captum patruus vt primum cõperit Abram,
F Non fletu (quid enim fletus conferret inanis?)
Sed ratione pius, ter centum deligit omni
De gregibúſque nouem famulos, quos inſtruit armis
Et ſenſim ſequitur, quà tendere prodidit hoſtem
Lentum præda grauis, curátque vt prima quietis
Nocte ſuperueniat, cùm iam languentia corda
Irrigat, & feſſos dulcis ſopor alligat artus:
Sic cum ieiuni rabies væſana leonis
G In pecudum ſaltu penetrauit ſepta volucri,
Cunctas dente, pede, exanimat, cupidámque vorandi
Differt ira famem, clauditque doloris acerbi
Oppreſſis gemitum patientia mira timoris:
Hac forma duces ſomno vinóque ſepultos
Sternentes, tacitis populum regéſque trucidant
Vulneribus: nullus confundit caſtra tumultus,
Nemo gradum ſentit, niſi quem iã mens fugit & vox,
Nemo ſonum cædis, niſi quem mors excitat, audit:
H Sanguine cuncta madent, ſiccis reſoluta ferenis
Tellus tabe coit, greſſúmque morante cruore
Lubrica ſignato titubant veſtigia campo:
Nec tamen omne ſimul gladiis conciditur æuum,
Seruantur prædæ (tanta eſt moderatio iuſti
Victoris) quos iam cunctis ſine fraude licebat
Poſſe capi: reliquos ſparſit fuga turpis, & agros
I Vſque Sobarenos inſtans formido ſequuta eſt.
  At victor tanti nil motus laude triumphi,
Inter equos pecudumq; greges, populumq; receptũ,
Aut captum, gazáſque, auido quæ pondere victos
Victoréſque grauant, tanta inter gaudia mitis,
Et caſus hominum reputans ſub pectore, pœnæ
Victi merce redit, prædámque & præmia belli
Direptis paſſim populis regique reformat,

Non

Non ſibi ſe pugnaſſe decens:decimam tamen offert
Hoſtibus excuſſæ,quæ vera eſt hoſtia,prædæ.
Melchiſedec eui tum ſummi pia cura parentis,
Teſtatur viciſſe Deum,meruitque futuri
Myſtica præmonitus iam tunc libamina ſacri
Sumere,& accepto maiora ad præmia curſu
Voce ſacerdotis tanti bona cuncta precantis.
Hoc famulū alloquij dominua quoq; munere do-
Quandoquidem nullis cupidū te præda ſubegit(nati
Inlecebris,precium fidei mercéſque laborum
Mecum plena tibi eſt,téque & tua cuncta tuebor,
Hæredi ſeruanda tuo,quem germine ſeto
Ventre tuo potius natum pius auctor amabis,
Quē iam mente cupis, pro quo placet iſte Damaſcus
Alcitus grege de famulo,dum dulcis alumni
Aſcendit patrios ſtimulans infantia ſenſus,
Et feſtinantem natorum fallit amorem.
Suſpice connexum quàm denſo lumine cælum,
Picta nocte micet,quantis congeſta premantur
Sidera ſideribus,numerúmque obiecta recuſent:
Semiuis hoc exemplar habes ſtirpiſque futuræ,
Hinc formam meritúmque tene.Sic fatus:at ille
Credidit,& nudæ fidei conſenſio ſola
Pro virtute ſuis,meritiſque ornata laboris
Plenam iuſtitiæ tribuit reputata coronam.
Atque ideo hic ſancti virtus tanto nobilis Abram
Prodit quid bona ſit diuino credere Chriſto,
Qui vox viua patria ruṙſum ſic fatur ad Abram:
Omnipotens ego ſum Dominus, qui téque tuóſq;
Chaldæa de gente tuli,tandémque paternis
Exemptum vitiis,terra meliore locaui,
Vt per te genitus populus meus arua beata
Incolat,& ſeriem longè latéque propaget,
Gentibus expulſis,quas fœdo errore parentum
Sacrilegos ritus olim fecere profani.
Quod quia cunctaris dubidſque ita credere, peccas,
Trimam ſume mihi toruam ſine fraude iuuencam,
Tam quæ par anuia blando grege lecta capella,
Æquæuiſque aries noſtro mactetur honori:
Cúmque columba ſacrum caſto cum turture vincta
Clauſerit,& ſummam confeterit ordo litandi,
Vlterius volucrum non ſentiat hoſtia ferrum:
At pecudes vteria mediæ ſcindantur apertis,
Inque duas habeant tantum tria corpora partes:
Quas ſi diductas mundis diſtinguia arenis,
Conſerat vt membris altrinſecus æmula membra
Ordo quater duplex:tunc quæ ſperare iuberis,
Sponte ſub aſpectum venient,oculiſque probabis.
Dixit:at ille Dei monitis ſeruire libenter
Aſſuetus,raptim poterat mandata patrare.
Sed cùm diſpoſitam quo iuſſa eſt ordine terræ
Strauiſſet ſeriem,ſubito globus ingruit ater,
Importunarum prædam vitante volucrum:
Quæ ne eductu violarent ſacra profano,
Vndique ſollicitus cauet & circuuſpicit Abram.
Sed cum upere attonitum tanto,nec ſole cadente
Vinceret officij moles tam magna recepti,
Ecce niger terror, tremor horridus & ſopor intrat,
Nuncia iuſſa ferens,venturáque ſecula formans.
Credo,videbatur ſeptum ſibi cernere Nilum
Hebrææ gentis populis,ſeruóſque nepotes,
Et quæ ſe ad ſummum numerent cognoſcere turbas,
Inde crucis motus,deductáque caſtra ſuorum,
Tranſmiſſum pelagus ſicco pede,merſa profundo
Agmina,naufragium nulla cum claſſe ſequutam
Terreſtrem feciſſe manum:dehinc tota beatæ
Regna Paleſtinæ populo potuiſſe reuerſo.
Talibus attonitos viſis non defuit almus
Interpres:prænoſce tuos ſobolemque tuorum,
Creſcee in externis quæ poſt vos edita terris,
Niliaci famulare iugum ſenſura tyranni:
Quam quadringentos cùm duro expleuerit annos

A Seruitio,eripiam,dominóſque vlciſcar iniquos,
Et reddam terris blando quas gurgite cingunt
Nilus & Euſratea:ſed cùm peccata nocentum
Gentis Amorrhææ,populi nec regna tenentes
Explerint ſummam ſcelerum,dignique paterniа
Sedibus expelli fuerint:at tu tamen ante
Longæuo felix decedens limite vitæ,
B Laudatus natis,cum pace & munere noſtro
Ad ſanctos migrabis auos. Sic fatus,& alto
Cùm iam non terris denſas induceret vmbras,
Signum monte dedit:elato nam clibanus igne
Emicuit raptim,crinemque in prona retorſit,
Et diuiſa petit,mediúmque inuecta per artua
Præcipiti curſu delibans,flamma ſacrauit.
Haud aliter craſſo vibrantes aëre corpus
C Obliquum per inane volant vdumque coruſcæ
Nocturno ſplendore faces,crinémque rubentem
Mendax ſtella trahit,concuſſáque nubila venus
Excutiunt prouum qui terram euerberet ignem.
Interea certus regni proliſque futuræ,
Accelerare patrem cupit Abram,caſta ſed vxor
Annuit,officium quod inane effœta ſenectus
Iam ſigno ceſſante probat,ſed dulce mariti
D Pignus ſpémque nouam quæcunq; ex pellice fuſam,
Eſſe ſuam credens famulam,cui iunior ætas,
Agar nomen erat,Nilotica tellus origo.
Subrogat in thalamos,precibuſq; aggreſſa maritum,
Progeniem vili concredere perpulit aluo.
Pro ſeruile nefas,vt primum vincere ſenſit
Agar ventris onus,faſtu tumefacta ſuperbo,
Deſpexit dominam,& dominam cui matris amorem
E Debebat,cauſámque cui furioſa tumoris.
Rectè igitur flagris hanc vir iuſtiſſimus Abram
Coniugis addixit,quorum magis acta pudore,
In deſerta procul ſecretáque luſtra viarum
Abditur indignans,nec quod perpeſſa refugit,
Sed rurſum dominam nimios mentita timores
Contemnit,quo more poteſt,mauiltque pericla
Secretæ perferre viæ,ni miſſus olympo
F Angelus occurrat,famulámque ad priſtina rura
Reſtituat miti dominæ, magnóque refectam
Hortatu, melius iubeat ſperare reuerſam,
Et nomen nati doceat,moréſque,manúſque,
Innumeróſque greges populi de ſtirpe nepotum.
Quo maiore redit voto,iam certa futuri,
Et partu dominum fecit prior ipſa parentem,
Cùm iam decurſi ſpatiis felicibus æui,
G Octoginta ſuper bis ternos clauderet annos.
Qui cum bis ſenas,quam inſuper ordine cœpto
Adderet æſtates,ſultro hunc rurſum pater almus
Alloquio dignatus adit,iuſſitque trementem
Ducere feliorem,ſimul & promiſſa reuoluit,
Quæ merces virtutis erat:tunc corpore prono
Abram ſuppliciter Dominum proſtratus adorat,
Et poſt multa,quibus percuſſis vota fidelis
H Laxauit famuli,ſigno diſcedere cunctis
Se iuſſit tacito populis,vt ſponte reſecta
Carne ſuperuacua promptè liquidóque pateret
Corporeis vitiis Dominum iuſſiſſe reciſis,
Progeniem ſeruare nouam prolémque futuram:
Quod res ipſa tacens loquitur,reſecare pudenda
Sic monuiſſe Deum,puerósque à matre recentes
Atque rudis vitæ,dum mens ignara dolendi eſt,
Præputio exutos octaua luce ſacrari.
I Quod qui ſanctum corrumpere teſtamentum
Auderet,ceſſans legi inſeruire rogatæ,
Exhæres fieret regni,vitæque futuræ:
Et ſimul vt vere ſibi crederet argumento,
Innumeras gentes propria de ſtirpe creandas,
Hoc ipſum vt reſouens commutans nomina dixit,
Littera te renouet,te ſyllaba plena reformet,
Vt non Sara tibi coniux,ſed Sara vocetur,

Et iam non Abram, ſed nomine clarior aucto
Abraham populis poſthac vocitere futuris;
Quod commune tecum meritum coniuge vera eſt
Promiſſi, quoniam ſeclis venientibus æuum
Mater erit gentis, téque annum ſole remenſo
Eſſe patrem faciet, quamuis ridenda putetis
Virtutis promiſſa meæ, queis veſtra ſenectus
Præſcribat, quid erit diuini gloria iuris?
Sic vt præſtiterim, fieri potuiſſe putetis.
Sed tamen ignoſcam dubiis, puerόque futuro
Imponam nomen quod culpam hanc arguat, Iſaac,
Qui ſolos noſtri cuncta cum ſtirpe ſuorum
Hæres ſit certus ſeruato fœdere pacti.
Nec tamen hic ſacræ quem ſolum amplecteris Iſmael
Expers doris erit: noſtro nam munere fultus
Millia multa virum, valido cum ſtemmate gentes,
Biſſenis pariter ducibus regnanda creabit.
Dixit: at ille auidus pactum accelerare receptum,
Iam centum pulſans annos, iam pubere nato
Se primum pignúſque ſuum, cunctóſque clientes
Ac famulos ſigno quo iuſſum eſt eximit æuo,
Et populum faciat eſſe nouum, fontemque piorum:
Vna adeóque via eſt, tanta & deuotio, legem
Accipiens expléńſque Dei: quid non mereatur?
Tam præſens velóxque fides: iam non timor iſtud,
Sed ſincerus amor, famulique probatio plena eſt,
Quodlibet imperium placida ſic mente ſubire,
Vt placeat iuſſiſſe Deo: quippe antea tantum
Audire ſolitus, meritum poſt tale miniſtri,
Iam patitur cerni: nec cum indignatio iuſta
Vltorem ſtimulet, mortales nomine miſti
Reſpuit aſpectus: nam cùm damnare pararet
Crimina terrarum, flammiſque abolere nocentes,
Aut veram aut qualem norat ſe poſſe videri,
Et nomen numenque ſuum confeſſus alumni,
Quamuis cælitibus famulis comitatus adiret,
Viſibus obiecit: iuxta ædes quippe ſedenti
Tres ſubito adſtiterant, angusta luce micantes,
Abraham tanti ſtimulatus imagine viſus
Procurrit, Dominúmque ſolo proſtratus adorat
Vnum cùm tres miretur, cupidúſque placendi
Vt ſibi mente pia liceat ſeruire precatur,
Vt feſſi in medios æſtus tendentibus horis
Non dedignentur famuli tectiſque cibiſque:
Vſque adeo viſus inter ſenſúſque vigentes,
Errabat dubitans, hominem quod forma referret,
Quem norat mens eſſe Deum: tamen annuit ore
Officiúmque pij non aſpernatus alumni
Omnipotens, viſusque cibos menſáſque ſacrare,
Vt ſibi deuotus credat concreta miniſtret,
Pura ſacerdotis & clara occurrit imago,
Verum hominem rurſus vultu quæ & corpore coto
Sumendum quandoque Dei Chriſtique futuri
Argumenta daret, promiſſáque mira retexens
Ferret, & præſens famulum dubitare vetaret.
Inde mouens greſſus lateri comes exit euntum
Hoſpes ouans, dulcique quatit concuſſa pauore
Pectora, & attonitum venerabilis attrahit error.
Quippe videt vultus tacitos, viſúſque ſeueros
In Sodomam Gomorramque Deum vibraſſe, ſimulque
Emiſſos famulos paciſque iræque miniſtros.
Et cùm cognoſſet tanta quid mole pararet
Arcana, pandente Deo cauſamque docente
Aduenatus: vt qui didicit quæ præmia vitæ
Electos maneant, etiam metuenda caueret:
Vltro auſus Dominum ſectari, an perderet vrbem
Errantis populi per crimina cuncta nocentum,
Quinquaginta probos ciues ſi forte teneret:
Non perdam dixit. deli[n]c percunctatio blanda,
Deducens ſenſim numerum, veniamque laceſſens
Suppliciter, ſummáſque ipſis minuente recurſus,
Vſque decem meruit reſponſum auferre patentis.

A Et ſe ne totam Domini clementia miſtis
Proderet, in medio famulum ſermone reliquit
Tendentem vlterius, ſéque in ſua regna recepit.
Interea Sodomam miſſi, Loth forte ſedentem
Ante fores vrbis, iam tetro ſole propinquo,
Inueniunt: qui cùm miro ſplendore videret
Angelicos radiare viros, ratus adfore cælo,
B Cui mentem Deus ipſe dabat, proſtratus adorat,
Inuitátque domum, noctemque auertere tecto.
Euincit precibus ſimul, & conuincere ſuadet,
Innocuóſque cibos & pocula parca miniſtrat.
Ecce ſub occaſum lucis noctiſque recurſum,
Fœda manus vulgi ſi fas dixiſſe virilis,
Proſilit, & iuuenum furias puerique ſenéſque
Certatim exacuunt: claro Loth nomine clamant,
C Dederet exceptos: pudet heu, meliúſq; profectò eſt,
At quantum, reticere nefas, quàm prodere verbis,
Vel dum damnatur: quod dum tunc more ſiniſtro
Infandæ lex vrbis erat, mollire furentes
Loth cupiens, natas quibus illibata manebat
Virginitas, offert quas plebs voluiſſet in vſus,
Per ſexum factura minus: ſed corda profana
Vile putant quodcunque licet, gaudéntque vetari,
D Vt ſit quod cupiant. ipſum ergo affligere certant
Auctorem fidei, morum iuſtique magiſtrum,
Vt vis iam maior quàm quæ virtute repelli
Humani valeat niſus, tunc hoſpes vterque
Angelicas mutant mentito corpore vires,
Et Loth ſubreptum retrahunt, cæcantque furentes:
Seruauit morem iuris ſententia recti,
Quod pœnam anteuenit, damnandis lumina clauſit.
E Tunc ad Loth ſancti trepidum vix mente recepta,
Conditione ſui non diſſimulata miniſtri,
Iam ſemel ſcoliſſe animo, quod ipſe timebat,
Qui ſint, quid veniant, quæ ſint præcepta fatentur,
Quæ præſtare velint: generi ſi credere digni
Nuncient excidium Loth: quippe euadere iuſſum
Permixtámque domum, cuius per plurima nomen,
F Colligat & generos: ſed turpis origo timorem
Non meruit ſentire Dei: ne quis tamen iſtos
Difficilis fidei credat, cùm linquere ſedes
Loth quoq; diſſimulet: quē poſtquā luce propinqua
Cunctantem, pigráſque moras ſine fine trahentem
Hoſpes vterque videt, manibus cum coniuge raptum,
Virginibúſque ſuis procul extra mœnia ducunt,
Et celerare iubent, monteſque euadere in altos,
G Tali lege data, ne quis quæ præterit vlstra
Poſt ſe reſpiciat caros male: ſed metuens Loth
Ne tardum velox pœnæ præuerteret ira
Ipſe Segor lacrymis petiit, placuitque rogando.
Quòd Dominum multos pariter ſeruare coegit
Conceſſúmque ſibi donum ſpeciale ſalutis,
Pluribus impertit, meritúmque è munere fecit,
Et iam non ſolitas raptim obducentia cælum
H A patris virtute Deo miſcente coacta
Nubila denſarunt nebulas, ſed quas rotat Ætna
Quas vomit Inarime, calidis quas Aponus vndis
Exhalat, quas vicino concuſſa Veſæuo
Eructat tellus late, quas ſæua Chimæra
Ora, ſinu vaſto trina fornacis anhelant,
Et quocunque loci fallentia ſulphura velox
I Spiritus inflammans anguſto tramite fuſus,
Effluit in lucem rupes tellure vaporans.
Non quòd non poſſet pluuias quoq; vertere in ignes,
Totum de nihilo licuit cui condere mundum:
Sed maiore bonus iudex damnare paratu
Mauult: quos vrbis miſeret mortiſque ruinæ,
Punit in exemplum. cuncta ergo & omnibus oris
Conſurgunt vndante globo, ſtipatáque flatu
Quæque ſuo coeunt flammarum pabula in vnum
Corpus, & vt ſolidum terráſque vrbéſque nocentes
Sulphurei teſtudo tegit curuata metalli,

Quam

Quam cletus & vires anguſto tramite ſumens
Spiritus incuſſam tanto trepitare fragore
Compulit, & crebro tonitrus referente coruſco
Conſternare animos: coniux miſerabilis vt Loth
Lumina, quod vetitum, pauitans conuerſa referret,
Et pœnas raptim violata lege ſubiret,
In ſtatuam conuerſa ſalis, ſpoliatáque luce
Sic animam infelix cum corpore perdidit omni,
Vt nullum extaret forma remanente cadauer.
Ocior inde Segor luctum pellente timore,
Horrificóque malo ſtupefactus, ingreditur Loth:
Et ſol exoritur toto feruentior igne,
Irarum fulgore micans, radiόſque ſeueros
Dirigit in Sodomam: qui poſtquam lumina flammis
Inuoluere ſuis, reſoluto ſulphore nexos
Secum præcipitant ignes, ſiccóque liquore
Diſpenſata ſuis ſtillant incendia terris.
Fulmineus deorſo præceps cadit aëre nimbus,
Inuoluitque vrbes, & totis ſæuit in agris,
Ac mixto ſtridore tonat, vincitque querelas
Flammea tempeſtas: quæ poſtquam pabula terris
Repperit oppreſſis, atque ipſis ſedit arenis,
Erigit immenſam coniuncto fomite metam
Ignis, & à terris redeunt in ſidera flammæ,
In cineres donec cautes tellúſque reſoluta
Tranſeat, ac penitus merſæ ſoluantur arenæ,
Depreſſiſque ſinos conſumpto ceſpite campis
Pandant arua ſinus, venisque effuſus apertis
Conſucians vires, qui terras ſtrinxerat humor,
Priuatum gignat pelagus. quidnam eſſe putamus
Quod raptim lacus eſt mira virtute, refertus,
Qui fuit antè rogus? cunctiſne abolere elementis
Damnatos iudex voluit bonus? an mage finem
Deſignat tacitum mitis clementia pœnæ?
Quòd flammas compreſſit aquis, requiemque futuri
Forſan iudicij calidis contraria prodit
Materies, ſanctuſque lacum Iordanis inundans,
Qui primus hominum meruit peccata lauare.

AVRELII PRVDENTII V. C.
PSYCHOMACHIAE
Liber,

Floruit Gratiano, Valentiniano Theodoſióque impp.

CHriſte, graues hominũ ſemper miſerate labores,
Qui patria virtute cluis, propriáque, ſed vnâ:
Vnum námque Deum colimus de nòmine trino.
Non tamen & ſolum, quia tu Deus ex patre Chriſte.
Diſſere rex noſter, quo milite pellere culpas
Mens armata queat noſtri de pectoris antro,
Exoritur quoties turbatis ſenſibus intus
Seditio, atque animam morborum rixa fatigat,
Quod tunc præſidium pro libertate tuenda,
Quæve acies furiis inter præcordia mixtis
Obſiſtat meliore manu: nec enim bone ductor
Magnarum virtutum inopes, neruiſque carentes
Chriſticolas vitiis populantibus expoſuiſti,
Ipſe ſalutiferas obſeſſo in corpore turmas
Depugnare iubes ipſe excellentibus armas
Artibus ingenium, quibus ad ludibria cordis
Oppugnanda potens tibi dimicet, & tibi vincat.
Vincendi præſens ratio eſt, ſi cominus ipſas
Virtutum facies, & colluctantia contrà
Viribus infeſtis liceat portenta notare.

Fidei & Idololatriæ pugna.

Prima petit campum dubia ſub ſorte duelli
Pugnatura Fides, agreſti turbida cultu,
Nuda humeros, intonſa comas, exerta lacertos,
Namque repentinus laudis calor ad noua feruens
Prælia, nec telis meminit, nec regmine cingi:
Pectore ſed fidens valido, membríſque retectis
Prouocat inſani frangenda pericula belli.

A Ecce laceſſentem collatis viribus audet
Prima ferire Fidem, veterum cultura deorum.
Illa hoſtile caput phaleratáque tempora vittis
Altior inſurgens labefactat, & ora cruore
Et pecudum ſatiata ſolo applicat, & pede calcat.
Eliſus in mortem oculus, animámque malignam
Fracta intercepti commercia gutturis arctant,
Difficilémque obitum ſuſpiria longa fatigant.
B Exultat victrix legio, quam mille coactam
Martyribus regina Fides animarat in hoſtem:
Nunc fortes ſocios parta pro laude coronat
Floribus, ardentique iubet veſtirier oſtro.

Pudicitiæ & Libidinis pugna.

Exin gramineo in campo concurrere prompta
Virgo Pudicitia, ſpecioſis fulget in armis:
Quam patrias ſuccincta faces Sodumita libido
C Aggreditur, piceámque ardenti ſulphure pinum
Ingerit in faciem, pudibondáque lumina flammis
Appetit, & tetro tentat ſuffundere fumo.
Sed dextram furiæ flagrantis, & ignea diræ
Tela lupæ ſaxo ferit imperterrita virgo,
Excuſſáſque ſacro telas depellit ab ore.
Tunc exarmatæ iugulum meretricis adacto
Tranſfigit gladio, calidos vomit illa vapores,
D Sanguine concretos cœnoſo, ſpiritus inde
Sordibus exhalans vicinas polluit auras.
Hoc tibi habe, exclamat victrix regina, ſupremus
Hic tibi finis erit, ſemper proſtrata iacebis,
Nec iam mortiferas audebis ſpargere flammas
In famulos famuláſve Dei, quibus intima caſti
Vena animi ſola feruet de lampade Chriſti.
Tene, ô vexatrix hominum, potuiſſe reſumptis
E Viribus extincti capitis recaleſcere flatu?
Aſſyrium poſtquam thalamum ceruix Olophernis
Cæſa, Cupidineo madefactum ſanguine lauit.
Gemmatumque thorum mœchi ducis aſpera Iudith
Spreuit, & inceſtos compeſcuit enſe furores.
Famoſum mulier referens ex hoſte trophæum
Non trepidante manu vindex mea cœlitus audax.
At fortaſſe parum fortis matrona ſub vmbra
F Legis adhuc, pugnans, dum tempora noſtra figurat,
Vera quibus virtus terrena in corpora fluxit,
Grande per infirmos caput excisura miniſtros,
Nunquid & intactæ poſt partum virginis vllum
Fas tibi iam ſupereſt? poſt partum virginis, ex quo
Corporis humani naturam priſca propago
Deſeruit, carnémque nouam vis ardua ſeuit,
Atque innupta Deum concepit fœmina Chriſtum,
G Mortali de matre hominem, ſed cum patre numen,
Inde omnis iam diua caro eſt, quæ concipit illum,
Naturámque Dei conſorti fœdere ſumit.
Verbum quippe caro factum, non deſtitit eſſe
Quod fuerat verbum, carnis dum glutinat vſum,
Maieſtate quidem non degenerante per vſum
Carnis, ſed miſeros ad nobiliora trahente.
Ille manet quod ſemper erat, quod non erat, eſſe
Incipiens, nos, quod fuimus, iam non ſumus, aucti
H Naſcendo in melius: mihi contulit, & ſibi manſit
Nec Deus ex noſtris minuit ſua, ſed ſua noſtris
Tum tribuit, noſmet dona ad cœleſtia vexit.
Dona hæc ſunt, quis victa iaces luculenta libido,
Nec mea poſt Mariam potis es perfringere iura.
Tu præceps ad mortis iter, tu ianua lethi,
Corpora commaculans, animas in tartara mergis.
Abde caput triſti iam frigida peſtis ab vſu
I Occide proſtibulum, manes pete, clauderis auerno,
Inque tenebr. ſum noctis detrudere. .un.lum.
Te voluant ſubter vada flammea, te vada nigra,
Sulphureiſque rotet per flagitia ſanantia vorteх?
Nec iam Chriſticolas furiarum maxima tentes,
Vt purgata ſuo ſeruentur corpora Regi.
Dixerat hæc, & læta libidinis interfectæ

Morte Pudicitia, gladium Iordanis in vndis
Abluit infectum, ſanies cui rore rubenti
Hæſerat & nitidum macularat vulnere ferrum.
Expiat ergo aciem fluuiali docta lauacro
Victricem victrix, abolens baptiſmate labem
Hoſtilis iuguli, nec iam contenta piatum
Condere vagina gladium, ne tecta rubigo
Occupet. Ablutum ſcabroſa ſorde nitorem
Catholico in templo diuini fontis ad aram
Conſecrat, æterna ſplendens vbi luce niteſcat.

Patientiæ & Iræ congreſſus.

Ecce modeſta graui ſtabat Patientia vultu,
Per medias immota acies, varióſque tumultus,
Vulneráque & rigidis vitalia peruia pilis
Spectabat defixa oculos, & lenta manebat.
Hanc procul Ira tumens ſpumanti feruida rictu,
Sanguinea intorquens ſuffuſo lumina felle,
Vt belli exortem, telóque & voce laceſſit,
Impatienſque moræ conto petit, increpat ore,
Hirſutas quatiens galeato in vertice criſtas.
En tibi Martis, ait, ſpectatrix libera noſtri,
Excipe mortiferum ſecuro pectore ferrum:
Nec doleas, quia turpe tibi gemuiſſe dolorem.
Sic ait, & ſtridens ſequitur conuicia pinus
Per teneros criſpata notos, & certa ſub ipſum
Defertur ſtomachum, rectóque illiditur ictu,
Sed reſilit duro loricæ excuſſa repulſu.
Prouida nam Virtus conſertu adamante trilicem
Induerat thoraca humeros, ſquamoſáque ferri
Texta per intortos commiſerat vndique neruos.
Inde quieta manet Patientia fortis ad omnes
Telorum nimbos, & non penetrabile durans.
Nec mota eſt iaculo monſtri ſine more furentis,
Opperiens propriis perituram viribus Iram.
Scilicet indomitos poſtquam ſtomachando lacertos
Barbara bellatrix impenderat & iaculorum
Nube ſuperuacuam laſſauerat irrita dextram,
Cum ventoſa leui cecidiſſent tela volatu,
Ictibus & vacuis haſtilia fracta iacerent,
Vertitur ad capulum manus improba, & enſe coruſco
Connixa in plagam, dextra ſublimis ab aure
Erigitur, mediúmque ferit librata cerebrum.
Aerea ſed cocto caſſis formata metallo
Tinnitum percuſſa refert, aciémque retundit
Dura reſultantem. frangit quoque vena rebellis
Illiſum chalybem, dum cedere neſcia caſſoa
Excipit aſſultus, ferienti & tuta reſiſtit.
Ira, vbi truncati mucronis fragmina vidit,
Et procul in partes enſem crepuiſſe minutas,
Iam capulum retinente manu ſine pondere ferri,
Mentis inops ebur infelix, decoriſque pudendi
Perfida ſigna abiicit, monimentáque triſtia longè
Spernit, & ad proprium ſuccenditur effera lethum.
Miſſile de multis, quæ fruſtra ſparſerat, vnum
Puluere de campi peruerſos ſumit in vſus,
Riſile figit humi lignum, ac ſe cuſpide verſa
Perfodit, & calido pulmonem vulnere tranſit.
Quam ſuper aſſiſtens Patientia: Vicimus, inquit,
Exultans vitium ſolita virtute ſine vllo
Sanguinis ac vitæ diſcrimine, lex habet iſtud
Noſtra genus belli ferrar, omnemque malorum
Militiam & rabidas tolerando extinguere vires.
Ipſa ſibi eſt hoſtis Veſania, ſeque furendo
Interimit, moritúrque ſuis Ira ignea telis.
Hæc effata, ſecat medias impunè cohortes
Egregio comitata viro. nam proximus Iob
Hæſerat inuictæ dura inter bella magiſtræ,
Fronte ſeuerus adhuc, & multo funere anhelus:
Sed iam clauſa truci ſubridens vlcera vultu,
Perque cicatricum numerum ſudata recenſens
Millia pugnarum, ſua præmia dedecus hoſtis.
Illum Diua iubet tandem requieſcere ab omni

A Armorum ſtrepitu, capitis, & perdita quæ ſunt
Multiplicare opibus, nec iam peritura referre.
Ipſa globum legionum, & concurrentia rumpit
Agmina, vulniferos gradiens intacta per imbres,
Omnibus vna comes virtutibus aſſociatur,
Auxiliúmque ſuum fortis Patientia miſcet.
Nulla anceps lucta meminit Virtute ſine iſta
Virtus, nam vidua eſt, quam non Patientia firmat.

B *Superbiæ & Humilitatis pugna.*

Fortè per effuſas inflata Superbia turmas,
Effreni volitabat equo, quem pelle leonis
Texerat, & validos villis onerauerat armos.
Quo ſe fulta iubis iactantius illa ferinis
Inferret tumido deſpectans agmina faſtu,
Turritum tortis caput accumularat in altum
Crinibus extructos augeret vt addita cirros
C Congeries celſámque apicem frons ardua ferret.
Carbaſea ex humeris ſummo collecta coibat
Palla ſinu teretem nectens à pectore nodum.
A ceruice fluens tenui velamine limbus
Concipit infeſtas textis turgentibus auras.
Nec minus inſtabili ſonipes feritate ſuperbit,
Impatiens madidis frenarier ora lupatis.
Huc illuc frendens obuertit terga, negata
D Libertate fugæ, preſſiſque tumeſcit habenis.
Hoc ſeſe oſtentans habitu ventoſa virago
Inter vtranque aciem ſupereminet, & phaleratum
Circumflectit equum, vultúque & voce minatur.
Aduerſum ſpectans cuneum quem milite raro
Et paupertinis ad bella coegerat armis
Mens humilis: Regina quidem, ſed egens alieni
Auxilij proprio nec ſat confiſa paratu
E Spem ſibi collegam coniunxerat, edita cuius
Et ſuſpenſa ab humo eſt Opulentia diuite regno.
Ergo humilem poſtquam maleſana Superbia mẽtem
Vilibus inſtructam nullo oſtentamine telis
Aſpicit, in vocem dictis ſe fundit amaris:
Non pudet, ô miſeri plebeio milite claros
Attentare duces? ferróque laceſſere gentem
Inſignem titulis? veteres cui bellica virtus
F Diuitias peperit? lætos & gramine colles
Imperio calcare dedit? vnde aduena nudus
Nititur antiquos (ſi fas eſt) pellere reges.
En qui noſtra ſuis in prædam cedere dextris
Sceptra volunt? en qui noſtros ſulcare nouales,
Aruaque capta manu popularier hoſpite aratro
Contendunt? duros & pellere marte colonos.
Nempe ô ridiculum vulgus, natalibus horis
G Totũ hominẽ, & calidos à matre amplectimur artus,
Vímque poteſtatum per membra recentis alumni
Spargimus, & rudibus dominamur in oſſibus omnes.
Quis locus in noſtra tunc vobis ſede dabatur,
Congenitis cum regna ſimul ditionibus æquo
Robore creſcebant? nati nam luce ſub vna
Et domus, & domini paribus adoleuimus annis.
Ex quo plaſma nouum de conſpecto paradiſi
H Limite progrediens amplum transfugit in orbem,
Pelliceóque habitus ſumpſit venerabilis Adam.
Nudus adhuc, ni noſtra foret præcepta ſequutus.
Quiſnam iſte ignotis nunc hoſtis ſurgit ab oris
Importunus, iners, infelix, degener, amens?
Qui ſibi tam ſerum ius vindicat, hactenus exul.
Nimirum vacuæ credentur friuola famæ,
Quæ miſeros optare iubent quandoque futuri
I Spem fortaſſe boni, lenta vt ſolatia mollem
Deſidiam pigro rerum medicamine palpent.
Qui ni illos ſpes palpet iners, quos puluere in iſto
Tironea Bellona truci non excitat ære
Imbelléſque animos virtus expeſacta reſoluit?
Anne pudicitiæ gelidum iecur vtile bello eſt?
An tenerum pietatis opus ſudatur in armis?
Quàm pudet ô Mauors & virtus conſcia, talem

Contra

Contra ſtare aciem, ferróque laceſſere nugas,
Et cum virgineis dextram conſerre choreis.
Iuſtitia eſt nam ſemper egens & pauper Honeſtas
Arida Sobrietas, albo Ieiunia vultu.
Sanguine vix tenui Pudor interfuſus aperta
Simplicitas & ad omne patens ſine tegmine vulnus,
Et proſtrata in humum, nec libera iudice ſeſe
Mens humilis; quam degenerem trepidatio prodit.
Faxo ego ſub pedibus ſtipularum more teratur
Inualida iſta manus: neque enim perſtringere duris
Dignamur gladiis, algenti & ſanguine ferrum
Imbuere, & fragili vires fœdare triumpho.
Talia vociferans rapidum calcaribus vrget
Cornipedem, laxiſque volat temeraria frenis,
Hoſtem humilem cupiens impulſum bonis equini
Sternere, deiectámque ſupercalcare ruinam.
Sed cadit in foueam præceps quam callida fortè
Fraus interciſo ſuffoderat æquore furtim.
Fraus deteſtandis vitiorum è peſtibus vna,
Fallendi verſuta opifex, quæ præſcia belli
Planiciem ſcrobibus violauerat inſidioſis,
Hoſtili de parte latens vt foſſæ ruentes
Exciperet cuneos: atque agmina merſu voraret.
Ac ne fallacem puteum deprendere poſſet
Clara acies, virgis adopertas texerat oras,
Et ſuperimpoſito ſimularat ceſpite campum.
At regina humilis quamuis ignara manebat
Vlteriore loco, nec adhuc ad fraudis opertum
Venerat, aut foueæ calcarat furta malignæ:
Hunc eques illa dolum dum fertur præpete curſu
Incidit, & cæcum ſubitò patefecit hiatum.
Prona ruentis equi ceruice inuoluitur, ac ſub
Pectoris impreſſu fracta inter crura rotatur.
At Virtus placidi moderaminis, vt leuitatem
Perſpicit obtritam monſtri ſub morte iacentis,
Intendit greſſum mediocriter os quoque parcè
Erigit, & comi moderatur gaudia vultu.
Cunctanti Spes fida comes ſuccurrit, & offert
Vltorem gladium, laudiſque inſpirat amorem.
Illa cruentatam correptis crinibus hoſtem
Protrahit, & faciem læua reuocante ſupinat.
Tunc caput orantis flexa ceruice reſectum
Eripit, ac madido ſuſpendit colla capillo.
Extinctum vitium ſancto Spes increpat ore:
Deſine grande loqui frangit Deus omne ſuperbum,
Magna cadunt, inflata crepãt, tumefacta premuntur
Diſce ſupercilium deponere, diſce cauere
Ante pedes foueam, quiſquis ſublime minaris.
Peruulgata viget noſtri ſententia Chriſti:
Scandere celſa humiles & ad ima redire feroces,
Vidimus horrendum membris, animiſque Goliam
Inualida cecidiſſe manu, puerilis in illum
Dextera fundali torſit ſtridare lapillum.
Transiectámque cauo penetrauit vulnere frontem,
Ille minax, rigidus, iactans, truculentus, amarus,
Dum tumet indomitum, dum formidabile feruet,
Dum ſeſe oſtentat clypeo, dum territat auras,
Expertus pueri quid poſſint ludicra parui,
Succubuit teneris bellator turbidus armis.
Me tunc ille puer virtutis pube ſequutus,
Florentes animos ſurſum in mea regna tetendit,
Seruatur quã certa mihi domus omnipotentis
Sub pedibus Domini méque ad ſublime vocantem
Victores cæſa culparum labe capeſſunt.
Dixit, & auratis perſtringens aera pennis
In cœlum ſe virgo rapit: mirantur euntem
Virtutes, tolluntque animos in vota volentes
Ire ſimul ni bella duces terrena retardent.
Confligunt vitiis, ſociæ ad ſua præmia ſeruant.

Luxuriæ & Sobrietatis pugna.

Venerat occiduis mundi de finibus hoſtis
Luxuria extinctæ iamdudum prodiga famæ,

A Delibuta comas, oculis vaga, languida voce,
Perdita deliciis, vitæ cui cauſa voluptas
Elumbem mollire animum, petulantur amœnas
Haurire illecebras & fractos ſoluere ſenſus.
Et nunc peruigilem ructabat marcida cœnam,
Sub lucem quia fortè iacens ad fercula raucos
Audierat lituos, atque inde tepentia linquens
Pocula, lapſanti per vina, & balſama greſſu
B Ebria calcatis ad bellum floribus ibat.
Non tamen illa pedes, ſed curru inuecta venuſto
Saucia mirantum capiebat corda virorum.
O noua pugnandi ſpecies, non ales harundo
Neruo pulſa fugit, nec ſtridula lancea torto
Emicat amento, framea nec dextra minatur.
Sed violas laſciua iacit, foliiſque roſarum
Dimicat, & calathos inimica per agmina fundit.
C Inde eblanditis virtutibus, halitus ilex
Inſpirat tenerum labefacta per oſſa venenum.
Et malè dulcis odor domat ora, & pectora, & arma
Ferratóſque toros oblito robore mulcet.
Deiiciunt animos cen victi, ſpicula ponunt
Turpiter: heu dextris languentibus obſtupefacti,
Dum currum varia gemmarum luce micantum
Mirantur, dum bracteolis crepitantia lora,
D Et ſolido ex auro pretioſi ponderis axem
Defixis inhiant obtutibus, & radiorum
Argento albentem ſeriem, quam ſumma rotarum
Flexura electri pallentis continet orbe.
Et iam cuncta acies in deditionis amorem
Sponte ſua verſis tranſibat perfida ſignis,
Luxuriæ ſeruire volens, dominæque fluentis
Iura pati, & laxa ganeorum lege teneri.
E Ingemuit tam triſte nefas fortiſſima virtus,
Sobrietas, dextro ſocios decedere cornu,
Inuictámque manum quondam ſine cæde perire:
Vexillum ſublime Crucis, quod in agmine primo
Dux bona prætulerat, defixa cuſpide ſiſtit,
Inſtaurátque leuem dictis mordacibus alam,
Extimulans animos nunc probris, nunc prece mixta:
Quis furor inſanas agitat caligine mentes?
F Quò ruitis? cui colla datis, quæ vincula tandem?
Proh pudor, armigeris amor eſt perferre lacertis!
Lilia luteolis interlucentia ſertis,
Et ferrugineo vernantes flore coronas,
His placet aſſuetas bello iam tradere palmas
Nexibus? his rigidas nodis innectier vlnas?
Vt mitra cæſariem cohibens aurata virilem
Combibat infuſum croceo religamine nardum.
G Poſt inſcripta oleo frontis ſignacula, pérque
Vnguentum regale datum eſt, & chriſma perenne.
Vt tener inceſſus veſtigia ſyrmate verrat,
Sericáque infractis fluitent vt pallia membris
Poſt immortalem tunicam, quam pollice docto
Texuit alma Fides, dans impenetrabile tegmen
Pectoribus lotis, dederat quibus ipſa renaſci.
Ire ad nocturnas epulas, vbi cantarus ingens
H Deſpuit effuſi ſpumantia damna falerni
Immenſam cyathis ſtillantibus vndam, vbi multo
Fulcra mero, veterique toreumata rore rigantur.
Excidit ergo animis heremiſitis, excidit ille
Fons patribus de rupe datus, quem myſtica virgo
Elicuit ſciſſi ſalientem è vertice ſaxi,
Angelicúſve cibus prima in tentoria noſtris
Fluxit auis, quem nunc ſero felicior æuo
I Veſpertinus edit populus de corpore Chriſti.
His vos imbutos dapibus iam crapula turpis
Luxuriæ ad madidum rapit importuna lupanar,
Quóſque viros non ira fremens, idoláque bello
Cædere compulerant ſaltatrix ebria flexit. ſti,
State precor, veſtri memores, memores quoq; Chri-
Quæ ſi veſtra tribus quæ gloria, quis Deus, & rex?
Quis domus, meminiſſe decet. Vos nobile Iudæ

Germen aduſque Dei genitricem, qua Deus ipſe
Natus homo, procerum veniſti [illegible]guine longo,
Excitet egregias mentes celeberrima Dauid
Gloria, continuis [illegible]orum exercita curis.
Excitet & Samu[illegible]ſpolium qui d[illegible]te ab hoſto
Attrectare vet[illegible] victum viuere tegem
Incircumciſum patitur, ne præda ſuperſtes
Victorem placidum rediuiua in prælia poſcat.
Parcere iam capto crimen putat ille tyranno:
At nobis contra vinci, & ſuccumbere votum eſt.
Pœniteat per ſi qua mouet reuerentia ſummi
Numinis, hoc tam dulce malum voluiſſe nefanda
Proditione ſequi ſi pœnitet, haud nocet error.
Pœnituit Ionathan ieiunia ſubtia dulci.
Cunuiolaſſe fauo ſumpto, melliſque ſapore
Heu male guſtato; regni dum blanda voluptas,
Oblectat iuuenem, iuratáque ſacra reſoluit.
Sed quia pœnituit, nec ſors lacrymabilis vlla eſt,
Nec tinxit patrias ſententia ſæua ſecures:
En ego Sobrietas (ſi conſpirare paratis)
Pando viam cunctis virtutibus, vt malè ſuada
Luxuries multo ſtipata ſatellite pœnas
Cum legione ſua Chriſto ſub iudice pendat.
Sic effata, crucem Domini feruentibus offert
Obuia quadrigis, lignum venerabile in ipſos
Intentans frenos: quod vt expauere feroces
Cornibus expanſis, & ſumma fronte coruſcum,
Vertunt præcipitem cæca formidine fuſi
Per prærupta fugam, fertur reſupina reductis
Nequicquam auriga loris, comáſque madentes
Puluere fœdat humi. tum & vertigo rotarum
Implicat excuſſam dominam: nam prona ſub axe
Labitur, & lacero tardat ſufflamine currum.
Addit Sobrietas vulnus lethale iacenti,
Coniiciens ſilicem rupis de parte molarem,
Hunc vexillifera, quoniam ſors obtulit, ictum
Spicula nulla manu, ſed belli inſigne gerenti
Caſus agit ſaxum, medij ſpiramen vt oris
Frangeret, & recauo miſceret labra palato,
Dentibus introrſum reſolutis lingua reſectam
Dilaniata gulam fruſtis cum ſanguinis implet,
Inſolitis dapibus crudeſcit guttur, & oſſa
Colliquefacta vorans reuomit, quas hauſerat offas.
Ebibe iam proprium poſt pocula multa cruorem,
Virgo ait increpitans: ſint hæc tibi fercula tandem
Triſtia præteriti nimij ſub luxibus æui.
Laſciuas vitæ illecebras guſtatus amaræ
Mortis, & horrifico ſapor vltimus aſperat hauſtu.
Cæde ducis diſperſa fugit trepidante pauore
Nugatrix acies. Iocus & Petulantia primi
Cymbala proiiciunt: bellum nam talibus armis
Ludebant, reſonum meditantes vulnera ſyſtro.
Dat terga fugitiuus Amor, lita tela veneno,
Et lapſum ex humeris arcū pharetrámque cadentē
Pallidus ipſe metu ſua poſt veſtigia linquit.
Pompa oſtentatrix vani ſplendoris, inani
Exuitur nudata peplo, diſciſſa trahuntur
Serta venuſtatis, collíque ac verticis aurum
Soluitur, & gemmas diſcordia diſſona turpat.
Non piger attritis pedibus per acuta fruteta
Ire voluptatem: quoniam vi[illegible] [illegible]nior acerbam
Compelli[illegible] [illegible]lera e fugam formido periculi
Perdurat teneras [illegible]ter ad cruciabile plantas.
Qua ſe cunque fugax trepidis fert curſibus agmen,
Damna iacent, crinalis acus, redimicula vittæ,
Fibula, flammeolum, ſtrophium, diadema, monile,
His [illegible]etas, & t[illegible] Sobrietatis
A[illegible]um m[illegible]le[illegible] [illegible]a n[illegible]tique caſtis
S[illegible]ndala [illegible]ulcat p[illegible]us, nec fronte ſeueros
Conniuente [illegible] ad gaudia flectit.

A[illegible] e[illegible] Lar[illegible]tatis pugna.

Fertur Auaritia gremio præcincta capaci,
Quicquid edax luxus precioſum liquerat, vnca

A Corripuiſſe manu pulchra ad ludibria vaſto
Ore inhians, aurique legens fragmenta caduci
Inter arenarum cumulos: nec ſufficit amplos
Impleuiſſe ſinus, iuuat infarcire crumenis
Turpe lucrum, & grauidos furtis diſtendere fiſcos,
Quos læua celante tegit, lateriſque ſiniſtri
Velat opermento. velox nam dextra rapinas
Abradit ſpoliiſque vngues exercet ahenos.
B Cura, fames, metus, anxietas, periuria, pallor,
Corruptela, dolus, commenta, inſomnia, ſordes,
Eumenides furiæ, monſtri comitatus aguntur.
Nec minus interea rabidorum more luporum
Crimina perſultant toto graſſantia campo,
Matris Auaritiæ nigro de lacte creata.
Si fratris galeam fuluis radiare ceraunis
Germanus vidit commilito: non timet enſem
C Exerere, atque caput ſocio mucrone ferire,
De conſanguineo rapturus vertice gemmas.
Filius extinctum belli ſub ſorte cadauer
Aſpexit ſi fortè patris fulgentia bullis
Cingula, exuuias gaudet rapuiſſe cruentas,
Cognatam ciuilis agit diſcordia prædam,
Nec parcit propriis amor inſatiatus habendi
Pignoribus, ſpoliátque ſuos fames impia natos.
D Talia per populos edebat funera victrix
Orbis Auaricia ſternens centena virorum
Millia vulneribus variis: hunc lumine adempto,
Effoſſiſque oculis velut in caligine noctis
Cæcum errare ſinit, pérque offenſacula multa
Ire, nec oppoſitum baculo tentare periclum.
Porrò alium capit intuitu, fallitque videntem,
Inſigne oſtentans aliquid, quo dum petit ille,
E Excipitur telo incautus, cordiſque ſub ipſo
Saucius occulto ferrum ſuſpirat adactum.
Multos præcipitans in aperta incendia cogit,
Nec patitur vitare focos, quibus æſtuat aurum,
Quod petit arſurus pariter ſpeculator auarus.
Omne hominum rapit illa genus, mortalia cuncta
Occupat interitu: neq; enim eſt violentius vllum
Terrarum vitium, quod tantis cladibus æuum
F Mundani inuoluat populi, damnétque gehennæ.
Quin ipſos tentare manu (ſi credere dignum eſt)
Auſa ſacerdotes Domini, qui prælia fortè
Ductores primam ante aciem pro laude gerebant
Virtutum, magnóque implebant claſſica flatu.
Et fors innocuo tinxiſſet ſanguine ferrum,
Ni Ratio armipotens gentis Leuitidis vna
Semper fida comes, clypeum obiectaſſet, & atræ
G Hoſtis ab incurſu claros texiſſet alumnos.
Stant tuti Rationis ope, ſtant turbine ab omni
Immunes, fortéſque animi: vix in cute ſumma
Perſtringens paucos tenui de vulnere læſit
Cuſpis Auaritiæ. Stupuit lues improba, caſtis
Heroum iugulis longè ſua tela repelli.
Ingemit, & dictis ardens furialibus infit.
Vincimur heu ſegnes, nec noſtra potentia perfert
H Vim ſolitam, languet violentia ſæua nocendi,
Suerat inuictis quæ viribus omnia vbique
Rumpere corda hominum: nec enim tam ferrea
quenquam
Formauit natura virum, cuius rig[illegible]r æra
Sperneret, aut noſtro foret impenetrabilis auro.
Ingenium omne neci dedimus, tenera, aſpera, dura,
Docta, indocta ſimul, bruta & ſapientia, necnon
Caſta, ince[illegible]ta meæ patuerunt pectora dextræ,
I Sola igitur rapui quicquid Styx abdit auaris
Gurgitibus, nobis ditiſſima tartara debent (eſt,
Quos retinent populos, quod voluunt ſecula noſtrum
Quod miſcet mundus veſana negocia noſtrum eſt
Qui fit, præualidus quod pollens gloria vites
Deſerit [illegible] caſſo ludit fortuna lacertos,
Sordet Chriſticolis rutilantis fulua monetæ
Effigies, ſordent argenti emblemata, & omnis

A Theſaurus nigrante oculus vileſcit honore.
Quid ſibi docta volunt faſtidia? nónne triumphum
Egimus è Scarioth? magnus qui diſcipulorum,
Et conuiua Dei, dum fallit fœdere menſæ
Haud quaquã ignarũ, dextrámq; paropſide tingit,
Incidit in noſtrum flammante cupidine telum,
Infamem mercatus agrum de ſanguine amici
Numinis, obliſo luiturus iugera collo.
B Viderat & Iericho propria inter funera, quantum
Poſſet noſtra manus, cum victor concidit Achar,
Cædibus inſignis, murali & ſtrage ſuperbus,
Succubuit capto victis ex hoſtibus auro,
Dum vetitis inſigne legens anathema fauillis
Mœſta ruinarum ſpolia inſatiabilis haurit.
Non illum genetoſa tribus, non plebis auitæ
Iuuit Iuda parens, Chriſto quandoque propinquo
C Nobilis, & tali felix Patriarcha nepote.
Quis placet exemplũ generis, placeat quoq; forma,
Exitij ſit pœna eadem, quibus & genus vnum eſt.
Quid moror aut Iudæ populares, aut populares
Sacricolæ ſummi (ſummus nam fertur Aaron)
Fallere fraude aliqua Martis congreſſibus impar?
Nihil refert, armis contingat palma, doliſve.
Dixerat, & toruam faciem, furialiaque arma
D Exuit, inque habitum ſeſe transformat honeſtum.
Fit Virtus ſpecie, vultuque & veſte ſeuera:
Quam memorant frugi, parce cui viuere cordi eſt,
Et ſeruare ſuum, tanquam nil raptet auarè,
Artis adumbratæ meruit ceu ſedula laudem.
Huius ſe ſpecie mendax Bellona coaptat,
Non vt auara lues, ſed virtus parca putetur,
Necnon & tenero pietatis tegmine crines
E Obtegit anguineos, vt candida palla latentem
Diſſimulet rabiem, diróque obtenta furori,
Quod rapere & clepere eſt, auidéq; abſcõdere parta,
Natorum curam dulci ſub nomine iactet.
Talibus illudens, malè credula corda virorum
Fallit imaginibus, monſtrúmque ferale ſequuntur:
Dum credunt virtutis opus, capit impia Erinnys
Conſenſũ faciles, manicíſque tenacibus arctat.
Attonitis ducibus, perturbatiſque maniplis
F Nutabat virtutum acies errore biformis
Portenti, ignorans quid amicum crederet in illo,
Quódve hoſtile notet: lethum verſatile & anceps
Lubricat incertus dubia ſub imagine viſus.
Cum ſubitò in medium frendens miſeratio campum
Proſilit auxilio ſociis, pugnámque capeſſit
Militiæ poſtrema gradu, ſed ſola duello
Impoſitura manum, ne quid iam triſte ſuperſit.
G Omne onus ex humeris reiecerat, omnibus ibat
Nudata exuuiis, multo & ſe faſce leuarat,
Olim diuitiis, grauibuſque oppreſſa talentis,
Libera nunc miſerando inopes, quos larga benignè
Fouerat, effundens patrium bene prodiga cenſum,
Iam loculos ditata Fide ſpectabat inanes,
Æternam numerans redituro fœnore ſummam.
H Horruit inuictæ Virtutis fulmen, inópſque
Mentis Auaritia ſtupefactis ſenſibus hæſit,
Certa mori: nam quæ fraudis via reſtat, vt ipſa
Calcatrix mundi mundanis victa faſiſcat
Illecebris, ſpretóque iterum ſeſe implicet auro?
Inuadit trepidam virtus fortiſſima duris
Vlnarum nodis: obliſo & gutture frangit
Exanguem ſiccámque gulam: compreſſa ligantur
Vincla lacertorum ſub mentum, & faucibus arctis
I Extorquent animam, nullo quæ vulnere rapta
Palpitat, atque aditu ſpiraminis intercepto
Incluſam patitur venarum carcere mortem.
Illa reluctanti genibúſque & calcibus inſtans
Perfodit & coſtas, atque ilia rumpit anhela,
Mox ſpolia extincto de corpore diripit, auri
Sordida fruſta rudis, nec adhuc fornace recoctam
Materiam tinnis etiam marſupia crebris
Exeſa, & virides obducta ærugine numos
Diſpergit ſeruans diu victrix, & egenis
Diſſipat, ac tenues captiuo munere donat.
Tunc circumfuſam vultu exultante coronam
Reſpiciens, alacris media inter milia clamat:
Soluite procinctum iuſti, & diſcedite ab armis,
Cauſa mali tanti iacet interfecta, lucrandi
Ingluuie pereunte, licet requieſcere ſanctis.
Summa quies, nil velle ſuper quam poſtulet vſus
Debitus, vt ſimplex alimonia, veſtis & vna
Infirmos tegat, ac recreet mediocriter artus,
Expleátque modum naturæ non trahat extra.
Ingreſſurus iter peram ne tollito, néve
De tunicæ alterius geſtamine prouidus eſto,
Nec te ſollicitet res craſtina, ne ſibus aluo
Defuerit, redeunt eſcæ cum ſole diurnæ.
Nónne vides vt nulla auium cras cogitet? ac ſe
Paſcendam, præſtante Deo, non anxia credat?
Confidunt volucres victum non deſore viles,
Paſſeribuſque ſubeſt modico venalibus aſſe
Indubitata fides, Dominum curare potentem
Ne pereant. Tu cura Dei, facies quoque Chriſti,
An dubitas ne te tuus vnquam deſerat auctor?
Ne trepidate homines, vitæ dator, eſt dator eſcæ.
Quærite luciferum cœleſti dogmate paſtum,
Qui ſpem multiplicans alat inuiolabilis æui
Corporis immemores; memor eſt, qui condidit illud,
Suppeditare cibos, atque indiga membra fouere.
His dictis curæ emotæ, metus, & labor, & vis,
Et ſcelus, & placitæ Fidei fraus infitiatrix
Depulſæ vertère ſolum: Pax inde fugatis
Hoſtibus alma abigit bellum, diſcinditur omnis
Terror, & auulſis exfibulat ilia zonis.
Veſtis adúſque pedes deſcendens defluit imos,
Temperat & rapidum priuata Modeſtia greſſum,
Cornicinum curua æra ſilent, placabilis implet
Vaginam gladius, ſedato & puluere campi
Suda redit facies, liquidæ ſine nube diei
Purpuream videas cœli clareſcere lucem.
Agmina caſta ſuper vultum ſenſere Tonantis
Arridere, hilares pulſo certamine turmæ,
Et Chriſtum gaudere ſuis victoribus, arcem
Ætheris, ac portum famulis aperire profundum.
Dat ſignum felix Concordia, reddere caſtris
Victrices aquilas, atque in tentoria cogi.
Nunquam tanta fuit ſpecies, nec par Deus vlli
Militiæ, cum diſpoſitis bifida agmina longè
Duceret ordinibus, peditum pſallente caterua.
Aſt alia de parte equitum reſonantibus hymnis,
Non aliter cecinit reſpectans victor hiantem
Iſrael rabiem ponti poſt terga minacis,
Cum iam progrediens calcaret littora ſicco
Vlteriora pede, ſtridénſque per extima calcis
Mons tiueret pendentis aquæ; nigróſque relapſo
Gurgite Niliacolas fundo deprenderet imo,
Ac refluente ſinu iam redderet vnda natatum
Piſcibus, & nudus præceps operiret arenas.
Pulſauit reſono modulantia tympana plectro
Turba Dei, celebrans mirum ac memorabile ſeclis
Omnipotentis opus, liquidas inter freta ripas
Fluctibus inciſis, & ſubſiſtente procella
Creſcere, ſuſpenſóſque globos potuiſſe teneri.
Sic expugnata vitiorum gente, reſultant
Myſtica dulcimodis virtutum carmina pſalmis.
Ventum erat ad fauces portæ caſtrenſis, vbi arctum
Liminis introitum bifori dant cardine clauſtra.
Naſcitur hic inopina mali lacrymabilis aſtu
Tempeſtas, placidæ turbatrix inuida Pacis:
Quæ tantum ſubita vexauit clade triumphum.

Concordiæ & Diſcordiæ pugna.

Inter confertos cuneos Concordia forte,

Duo-

Dum ſtipata pedem iam tutis mœnibus infert,
Excipit occultum vitij latitantis ab ictu
Mucronem læuo in latere, ſqualentia quamuis
Texta catenato ferri ſub tegmine corpus
Ambirent, ſutis & acumen vulneris hamis
Reſpuerent, rigidis nec fila tenacia nodis
Impactum ſinerent penetrare in viſcera telum.
Rara tamen chalybem tenui tranſmittere puncto
Commiſſura dedit, qua ſeſe extrema politæ
Squama ligat tunicæ, ſinus & ſibi conſerit oras.
Intulit hoc vulnus pugnatrix ſubdola victæ
Partis, & incautis victoribus inſidiata eſt.
Nam pulſa culparum acie Diſcordia, noſtros
Intrarat cuneos, ſocium mentita figuram.
Sciſſa procul palla, ſtructum & ſerpente flagellum
Multiplici, media camporum in ſtrage iacebat.
Ipſa redimitos olea frondente capillos
Oſtentans, feſtis reſpondit læta choreis.
Sed ſicam ſub veſte tegit, te maxima Virtus,
Te ſolam tanto è numero, Concordia triſti
Fraude petens. Sed non vitalia rumpere ſacri
Corporis eſt licitum, ſummotenus extima tactu
Laxa cutis, tenuem ſignauit ſanguine riuum.
Exclamat Virtus ſubitò turbata: Quid hoc eſt?
Quæ manus hic inimica latenſque pectora noſtra
Vulnerat, & ferrum tanta inter gaudia vibrat?
Quid iuuat indomitos bello ſedaſſe furores,
Et ſanctum vitiis pereuntibus omne receptum,
Si Virtus ſub pace cadit? Trepida agmina mœſtos
Conuertere oculos, ſtillabat vulneris index
Ferrata de veſte cruor, mox & pauor hoſtem
Comminus aſtantem prodit: nam pallor in ore
Conſcius audacis facti, dat ſigna reatus,
Et deprenſa tremit languens manus, & color albêt.
Circumſtat properè ſtrictis mucronibus omnis
Virtutum legio, exquirens feruente tumultu
Et genus, & nomen, patriam, ſectámque Deúmque
Quem colat, & iuſſu cuiatis venerit. illa
Exanguis, turbante metu Diſcordia dicor,
Cognomento hæreſis. Deus eſt mihi diſcolor, inquit.
Nunc minor, aut maior, modò duplex, & modò ſim-
Cùm placet aëreus & de phantaſmate viſus, (plex.
Aut innata anima eſt: quoties volo ludere nomen.
Præceptor Belial mihi ſit, domus eſt plaga mundi.
Non tulit vlterius capti blaſphemia monſtri
Virtutum regina Fides, ſed verba loquentis
Impedit, & vocis claudit ſpiramina pilo,
Pollutam rigida transfigens cuſpide linguam.
Carpitur innumeris feralis beſtia dextris,
Fruſtatim ſibi quiſque rapit quod ſpargat in auras,
Quod canibus donet, coruis quod edacibus vltrò
Offerat, immundis cœno exhalante cloacis
Quod tradat, mõſtris quod mandet habere marinis.
Diſciſſum fœdis animalibus omne cadauer
Diuiditur, ruptis perit hæreſis horrida membris.
Compoſitis igitur rerum motibúſque ſecundis
In commune bonis, tranquillæ plebis ad vnum
Contigit hac ſtatione frui, vallóque foueri
Pacificos ſenſus, & in ocia ſoluere curas.
Extruitur mediis caſtrorum ſede tribunal
Editiore loco, tumulus quem vertice acuto
Excitat in ſpeculam, ſubiecta vnde omnia latè
Liber inoffenſo circumſpicit aëre viſus.
Hunc ſincera Fides, ſimul & Concordia ſacro
Fœdere iuratæ Chriſti ſub amore ſororea.
Conſcendunt apicem, mox & ſublime tribunal
Par ſanctum, charúmque ſibi, ſupereminet æquo
Iure poteſtatis. conſiſtunt aggere ſummo
Conſpicuæ, populóſque iubent aſtare frequentes.
Concurrunt alacres caſtris ex omnibus omnes,
Nulla latet pars mentis iners, quæ corporis vllo
Intercepta ſinu per conceptacula ſeſe

A Degeneri languore tegat, tentoria apertis
Cuncta patent velis, reſerantur carbaſa, ne quis
Marceat obſcuro ſtertens habitator operto.
Auribus intentis expectat concio, quidnam
Victores poſt bella vocet Concordia princeps,
Quam velit atque Fides virtutibus addere legem.
Erumpit primam in vocem Concordia, tali
Alloquio: Cumulata quidem iam gloria vobis
B O patris, ô Domini fidiſſima pignora Chriſti
Contigit: extincta eſt multo certamine ſæua
Barbaries, ſanctæ quæ circumſepſerat vrbis
Indigenas, ferróque viros, flammáque premebat.
Publica ſed requies priuatis rure, totóque
Conſtat amicitiis: ſciſſura domeſtica turbat
Rem populi, titubátque foris, quod diſſidet intus.
C Ergo cauete viri, ne ſit ſententia diſcors
Senſibus in veſtris, ne ſecta exotica tectis
Naſcatur conflata odiis, quia ſciſſa voluntas
Confundit variis arcana biformia fibris.
Quod ſapimus coniungat amor: quod viuimus, vno
Conſpiret ſtudio, nihil diſſotiabile firmum eſt,
Vtque homini atque Deo medius interuenit Ieſus
Qui ſotiat mortale patri, ne carnea diſtent
D Spiritui æterno, ſitque vt Deus vnus vtrumque
Sic quicquid gerimus, mentiſque & corporis actu,
Spiritus vnimodis texat compagibus vnus.
Pax plenum virtutis opus, Pax ſumma laborum,
Pax belli exacti pretium eſt, pretiúmque pericli.
Sidera pace vigent, conſiſtunt terrea pace.
Nil placitum ſine pace Deo: non munus ad aram
Cum cupias offerre probat, ſi turbida fratrem
E Mens impacati ſub pectoris oderit antro,
Nec ſi flammiuomis Chriſti pro nomine martyr
Ignibus inſilias, ſeruans inamabile notum
Bile ſub obliqua, precioſam proſit IESV
Impendiſſe animam, meriti quia clauſula pax eſt.
Non inflata tumet, non inuidet æmula fratri.
Omnia perpetitur patiens, atque omnia credit.
Nunquam læſa dolet, cuncta offenſacula donat.
F Occaſum lucis venia præcurrere geſtit
Anxia, ne ſtabilem linquat ſol conſcius iram.
Quiſque litare Deo mactatis vult holocauſtis,
Offerat in primis pacem, nulla hoſtia Chriſto
Dulcior: hoc ſolo ſancta ad donaria vultum
Munere conuertens, liquido oblectatur odore.
Sed tamen & niueis tradit Deus ipſe columbis
Pennatum tenera plumarum veſte colubrum
G Rimante ingenio doctè internoſcere mixtum
Innocuis auibus. latet & lupus ore cruento
Lacteolam mentitus ouem ſub vellere molli,
Cruda per agninos exercens funera rictus.
Hac ſeſe occultant Fotinus & Arrius arte,
Immanes feritate lupi: diſcrimina produnt
Noſtra, recénſque cruor, quamuis de corpore ſummo,
Quid poſſit furtiua manus gemitum dedit omnis
H Victorum populus, caſu concuſſus acerbo
Tunc generoſa Fides hæc ſubdidit: imò ſecundis
In rebus ceſſet gemitus: Concordia læſa eſt,
Sed defenſa Fides, quin & Concordia ſoſpes
Germanam comitata Fidem ſua vulnera ridet.
Hæc mea ſola ſalus, nihil hac mihi triſte recepta.
Vnum opus egregium reſtat poſt bella labori,
O proceres, regni quod tandem pacifer hæres
I Belligeri, armatæ ſucceſſor inermis & aulæ
Inſtituit Solomon: quoniam genitoris anheli
Fumarat calido regum de ſanguine dextra,
Sanguine nam terſo templum fundatur, & ara
Ponitur aurata Chriſti domus ardua tectis:
Hieruſalem templo tunc illuſtrata quieto
Suſcepit iam diua Deum, circumuaga, poſtquam
Sedit marmoreis fundata altaribus arca.
Surgat & in noſtris templum venerabile caſtris

Omnipo

Omnipotens cuius ſanctorum ſancta reuiſat.
Nam quid terrigenas ferro pepuliſſe phalanges
Culparum prodeſt, hominis ſi filius arce
Ætheris illapſus, purgari corporis vrbem
Intret inornatam, templi ſplendentis egenus?
Hactenus alternis ſudatum eſt comminus armis,
Munia nunc agitet tacitæ toga candida pacis,
Atque ſacri ſedem properet diſcincta iuuentus.
  Hæc vbi dicta dedit, gradibus regina ſuperbis
Deſiluit, tantique operis Concordia conſors
Metatura nouum iacto fundamine templum:
Aurea planiciem ſpaciis percurrit arundo
Dimenſis, quadrent vt quatuor vndique frontes,
Ne commiſſuris diſtantibus angulus impar
Argutam mutilet per diſſona ſymmetra normam.
Auroræ de parte tribus plaga lucida portis
Illuſtrata patet, triplex aperitur ad Auſtrum
Portarum numerus, tres occidualibus offert
Ianua trina fores, toties Aquilonis ad axem
Panditur alta domus: nullum illic ſtructile ſaxum,
Sed caua per ſolidum, multóque forata dolatu
Gemma relucenti limen complectitur arcu.
Veſtibulúmque lapis penetrabile concipit vnus.
Portarum ſummis inſcripta in poſtibus auro
Nomina Apoſtolici fulgent biſſena ſenatus.
Spiritus his titulis arcana recondita mentis
Ambit, & electos vocat in præcordia ſenſus.
Quáque hominis natura viget, qua corpore toto
Quadrua vis animæ, trinis ingreſſibus aram
Cordis adit, caſtíque colit ſacraria votis.
Seu pueros ſol primus agat, ſeu feruor ephebos
Incendat nimius, ſeu conſummabilis æui
Perficiat lux plena viros, ſiue algida Bertæ
Ætas, decrepitam vocet ad pia ſacra ſenectam
Occurrit trinum quadrina ad compita numen,
Quod bene diſcipulis diſponit rex duodenis.
  Quin etiam totidem gemmarum inſignia textis
Parietibus diſtincta micant, animáſque colorum
Viuentes liquido lux euomit alta profundo.
Ingens chryſolitus natiuo interlitus auro,
Hinc ſibi ſapphirum ſociauerat, inde beryllum.
  Diſtantéique nitor medius variabat honores.
Hinc Chalcedon hebes perfunditur ex hyacinthi
Luminé vicino: nam forrè cyanea propter
Stagna lapis cohibens, oſtro fulgebat aquoſo.
Sardonychen pingunt amethyſtina, pingit iaſpis
Sardonium iuxta appoſitum, pucherque topazon.
Has inter ſpecies ſmaragdina gramine verno
Prata virent, voluitque vagos lux herbida fluctus.
Te quoque conſpicuum ſtructura interſerit ardens
Chryſopraſe, & ſidus ſaxis ſtellantibus addit.
Stridebat grauidis funalis machina vinclis,
Immenſas rapiens alta ad faſtigia gemmas.
Ad domus interior ſeptem ſubnixa columnis
Chryſtalli algenti, vitrea de rupe reciſis
Conſtruitur, quarum regit edita calculus albens
In conum cæſus capita, & ſinuamine ſubter
Subductus conchæ in ſpeciem, quod mille talentis
Margaritum ingens opibúſque & viribus arte
Adductis animoſa Fides mercata pararat.
Hoc reſidet ſolio pollens Sapientia, & omne
Conſilium regni celſa diſponit ab aula.
Tutandíque hominis leges ſub corde retractat
In manibus Dominæ ſceptrum, non arte politum?
Sed lignum viuum eſt, viridi quod ſtirpe reciſum
Quamuis nullus alat terreni ceſpitis humor,
Fronde tamen viret incolumi, tum ſanguine tinctis
Intertexta roſis candentia lilia miſcet,
Neſcia marcenti florem ſubmittere collo.
Huius forma fuit ſceptri geſtamen Aaron
Floriferum ſicco quod germina cortice trudens,
Explicuit tenerum ſpe pubeſcente decorem,

A Inque nouos ſubito viruit virga arida fœtus.
  Reddimus æternas indulgentiſſime doctor
Grates Chriſte tibi meritóſque ſacramus honores
Ore pio: nam cor vitiorum ſtercore ſordet.
Tu nos corporei latebroſa pericula operti,
Luctantiſque animæ voluiſti agnoſcere caſus.
Nouimus ancipites nebuloſo in pectore ſenſus
Sudare alternis conflictibus, & variato
B Pugnarum euentu, nunc indole creſcere dextram,
Nunc inclinatis ceruicibus ad iuga viræ
Deteriora trahi, ſeſéque addicere noxis
Turpibus, & propriæ iacturam ferre ſalutis.
O quoties animam vitiorum peſte repulſa
Senſimus incaluiſſe Deo, quoties tepefactum
Cœleſte ingenium poſt gaudia candida tetro
Ceſſiſſe è ſtomacho: feruent bella horrida, feruent
C Oſſibus, atque incluſa fremit diſcordibus armis
Non ſimplex natura hominis. nam viſcera limo
Effigiata premunt animum. Contrà ille ſereno
Editus afflatu nigrantis carcere cordis
Æſtuat, & ſordes arcta inter vincla recuſat.
Spiritibus pugnant variis lux atque tenebræ,
Diſtantéſque animat duplex ſubſtantia vires,
Donec præſidio Chriſtus Deus adſit, & omnes
Virtutum gemmas componat ſede piata:
D Atque vbi peccatum regnauerat, aurea templi
Atria conſtituens, texat ſpectamine morum
Ornamenta animæ, quibus oblectata decore
Æternum ſolio diues Sapientia regnet.

AVR. PRVD. VIRI CONSVLARIS IN LIBRVM ψυχομαχίαν

E

PRAEFATIO.

PEr quinquennia iam decem,
  Ni fallor, fuimus, ſeptimus inſuper
Annum cardo rotat, dum fruimur ſole volubili.
Inſtat terminus, & diem
Vicinum ſenio iam Deus applicat.
F Quid nos vtile tanti ſpacio temporis egimus,
  Ætas prima crepantibus
Fleuit ſub ferulis. Mox docuit toga
Infectum vitiis falſa loqui, non ſine crimine.
  Tum laſciua proteruitas,
Ac luxus petulans, heu pudet, ac piget.
Fœdauit iuuenum nequitiæ ſordibus, ac luto.
  Exin iurgia turbidos
G Armarunt animos, & malè pertinax
Vincendi ſtudium ſubiacuit caſibus aſperis.
  Bis legum moderamine
Frenos nobilium reximus vrbium,
Ius ciuile bonis reddidimus, terruimus reos.
  Tandem militiæ gradu
Euectum pietas principis extulit,
Aſſumptum propius ſtare iubens ordine proximo.
  Hæc dum vita volans agit,
H Irrepſit ſubitò canicies ſeni
Oblitum veteris Meſſalæ conſulis arguens.
  Sub quo prima dies mihi,
Quàm multas hyemes voluerit, & roſas
Pratis poſt glaciem reddiderit, nix capitis probat.
  Nunquid talia proderunt
Carnis poſt obitum vel bona, vel mala:
Cú iã quicquid id eſt quod fuerã, mors aboleuerit,
I   Dicendum mihi, quiſquis es,
Mundum quem coluit mens tua perdidit,
Non ſunt illa Dei, quæ ſtuduit, cuius habeberis.
  Atqui fine ſub vltimo
Peccatrix anima ſtultitiam exuat,
Saltem voce Deum concelebret, ſi meritis nequit.
  Hymnis continuet dies

Nec

Nec mox vlla vacet quin dominum canat,
Pugnet contra hæreſes, catholicam diſcutiat fidem.
Conculcet ſacra gentium.
Labem Roma tuis inferat idolis,
Carmen martyribus deuoueat, laudet Apoſtolos.
Hæc dum ſcribo, vel eloquor,
Vinculis o vtinam corporis emicem
Liber, quo tulerit lingua ſono mobilis vltimo.

Hymnus ad galli cantum.

ALes diei nuncius
Lucem propinquam præcinit,
Nos excitator mentium
Iam Chriſtus ad vitam vocat.
Auferte clamat lectulos,
Ægros, ſopores, deſides,
Caſtique, recti, ac ſobrij
Vigilate, iam ſum proximus.
Poſt ſolis ortum fulgidi
Serum eſt cubile ſpernere,
Ni parte noctis addita
Tempus labori adieceris.
Vox iſta, qua ſtrepunt aues
Stantes ſub ipſo culmine
Paulo antè quàm lux emicet,
Noſtri figura eſt Iudicis,
Tectos tenebris horridis,
Stratiſque opertos ſegnibus,
Suadet quietem linquere
Iam iamque venturo die.
Vt cum coruſcis flatibus
Aurora cœlum ſparſerit,
Omnes labore exercitos
Confirmet ad ſpem luminis.
Hic ſomnus ad tempus datus,
Eſt forma mortis perpetis:
Peccata ceu nox horrida
Cogunt iacêre, ac ſtertere.
Sed vox ab alto culmine
Chriſti docentis præmonet,
Adeſſe iam lucem propè,
Ne mens ſopori ſeruiat.
Ne ſomnus vſque ad terminos
Vitæ ſocordis, opprimat
Pectus ſepultum crimine,
Et lucis oblitum ſuæ.
Ferunt vagantes dæmonas
Lætos tenebris noctium,
Gallo canente exterritos
Sparſim timere, & cedere,
Inuiſa nam vicinitas
Lucis, ſalutis, numinis,
Rupto tenebrarum ſitu
Noctis fugat ſatellites.
Hoc eſſe ſignum præſcij
Norunt repromiſſæ ſpei,
Qua nos ſoporis liberi
Speramus aduentum Dei.
Quæ vis ſit huius alitis,
Saluator oſtendit Petro,
Ter ante quàm gallus canat,
Seſe negandum prædicans.
Fit namque peccator prius
Quàm præco lucis proximæ
Illuſtret humanum genus,
Finémque peccandi ferat.
Fleuit negator denique
Ex ore prolapſum nefas:
Cum mens maneret innocens,
Animúſque ſeruaret fidem.
Nec tale quicquam poſtea
Lingua loquutus lubrica eſt:
Cantúque galli cognito,
A Peccare iuſtus deſtitir.
Inde, quod omnes credimus,
Illo quietis tempore,
Quo gallus exultans canit,
Chriſtum rediiſſe ex inferis.
Tunc mortis oppreſſus vigor,
Tunc lex ſubacta eſt tartari,
Tunc vis diei fortior
B Noctem coegit cedere.
Iam iam quieſcant improba,
Iam culpa furua obdormiat,
Iam noxa lethalis ſuum
Perpeſſa ſomnum, marceat,
Vigil viciſſim ſpiritus
Quodcunque reſtat temporis,
C Dum meta noctis clauditur,
Stans ac laborans excubet.
Ieſum ciamus vocibus,
Flentes, precantes, ſobrij
Intenta ſupplicatio
Dormire cor mundum vetat.
Sat conuolutis artubus
Senſum profunda obliuio
D Preſſit, grauauit, obruit
Vanis vagantem ſomniis.
Sunt nempe falſa & friuola,
Quæ mundiali gloria
Ceu dormientes egimus:
Vigilemus, hic eſt veritas.
Aurum, voluptas, gaudium,
Opes, honores, proſpera,
E Quæcunque nos inflant mala,
Fit mane, nil ſunt omnia.
Tu Chriſte ſomnum diſiice
Tu rumpe noctis vincula:
Tu ſolue peccatum vetus,
Nouúmque lumen ingere.

Hymnus Matutinus.

NOx, & tenebræ, & nubila,
F Confuſa mundi, & turbida,
Lux intrat, albeſcit polus,
Chriſtus venit, diſcedite.
Caligo terræ ſcinditur
Percuſſa ſolis ſpiculo,
Rebúſque iam color redit,
Vultu nitentis ſideris.
Sic noſtra mox obſcuritas,
G Fraudiſque pectus conſcium,
Ruptis retectum nubibus
Regnante palleſcit Deo.
Tunc non licebit claudere,
Quod quiſque fuſcum cogitat,
Sed mane clareſcent nouo
Secreta mentis prodita.
Fur ante lucem ſqualido
Impunè peccat tempore,
H Sed lux dolis contraria
Latêre furtum non ſinit.
Verſuta fraus, & callida,
Amat tenebris obtegi,
Aptámque noctem turpibus
Adulter occultus fouet.
Sol ecce ſurgit igneus,
Piget, pudeſcit, pœnitet:
I Nec teſte quiſquam lumine
Peccare conſtanter poteſt.
Quis mane ſumptis nequiter
Non erubeſcit poculis,
Cum ſit libido temperans,
Caſtúmque nugator ſapit?
Nunc nunc ſenerum vinitur,
Nunc nemo tentat ludicrum,

Incepta

Inepta nunc omnes ſua
Vultu colorant ſerio.
Hæc hora cunctis vtilis,
Qua quiſque, quod ſtudet, gerat,
Miles, togatus, nauita,
Opifex, arator, inſtitor.
Illum forenſis gloria,
Hunc triſte raptat claſſicum,
Mercator hinc, ac ruſticus
Auara ſuſpirant lucra.
At nos lucelli ac fœnoris,
Fandique prorſus neſcij,
Nec arte fortes bellica,
Te Chriſte ſolum nouimus.
Te mente pura & ſimplici,
Te voce, te cantu pio,
Rogare curuato genu
Flendo & canendo diſcimus.
His nos lucramur quæſtibus,
Hac arte tantum viuimus,
Hæc inchoamus munera,
Cum ſol reſurgens emicat.
Intende noſtris ſenſibus,
Vitámque totam diſpice:
Sunt multa fucis illita,
Quæ luce purgentur tua.
Durare nos tales iube,
Quales remotis ſordibus
Nitêre pridem iuſſeras,
Iordane tinctos flumine.
Quodcunque nox mundi dehinc
Infecit atris nubibus,
Tu rex Eoi ſideris
Vultu ſereno illumina.
Tu ſancte, qui tetram picem
Candore tingis lacteo,
Ebenóque cryſtallum facis,
Delicta tergens liuida.
Sub nocte Iacob cærula
Luctator audax angeli
Eò vſque dum lux ſurgeret
Sudauit impar prælio,
Sed cum iubar clareſceret,
Lapſante claudus poplite,
Femúrque victus debile,
Culpæ vigorem perdidit.
Nutabat inguen ſaucium,
Quæ corporis pars vilior,
Longéque ſub cordis loco,
Diram fouet libidinem.
Hæ nos docens imagines
Hominem tenebris oblitum,
Si fortè non cedat Deo,
Vires rebelles perdere.
Erit tamen beatior,
Intemperans membrum cui
Luctando claudum, & tabidum,
Dies oborta inuenerit.
Tantum faceſſat cæcitas
Quæ noſmet in præceps diu
Lapſos ſiniſtris greſſibus
Errore traxit deuio.
Hæc lux ſerenum conferat,
Puróſque nos præſtet ſibi,
Nihil loquamur ſubdolum,
Voluamus obſcurum nihil.
Sic tota decurrat dies.
Ne lingua mendax, nec manus,
Oculi ne peccent lubrici,
Ne noxa corpus inquinet.
Speculator adſtat deſuper,
Qui nos diebus omnibus,

A Actuſque noſtros proſpicit
A luce prima in veſperum.
Hic teſtis, hic eſt arbiter,
Hic intuetur quicquid eſt
Humana quod mens concipit,
Hunc nemo fallit iudicem.

Hymnus ante cibum.

O Crucifer bone lucisſator,
B Omniparens pie verbigena,
Edite corpore virgineo,
Sed prius in genitore potens,
Aſtra, ſolum, mare quam fierent.
Huc nitido precor intuitu,
Flecte ſalutiferam faciem,
Fronte ſerenus: & irradia,
Nominis vt ſub honore tui
C Has epulas liceat capere.
Te ſine dulce nihil Domine,
Nec iuuat ore quid appetere,
Pocula ni prius, atque cibos
Chriſte tuus fauor imbuerit,
Omnia ſanctificante fide.
Fercula noſtra Deum ſapiant,
D Chriſtus & influat in pateras,
Seria, ludicra, verba, iocos,
Denique quod ſumus, aut agimus
Trina ſuperna regat pietas.
Hic mihi nulla roſæ ſpolia,
Nullus aromate fragrat odor,
Sed liquor influit Ambroſius,
Nectareámque fidem redolens
E Fuſus ab vſque patris gremio.
Sperne camœna leues ederas,
Cingere tempora quis ſolita es.
Sertáque myſtica dactylico
Texere docta, liga ſtrophio
Laude Dei redimita comas.
Quod generoſa poteſt anima,
Lucis & ætheris indigena,
F Soluere dignius obſequium,
Quàm data munera ſi recinat
Artificem modulata ſuum?
Ipſe homini quia cuncta dedit,
Quæ capimus, dominante manu,
Quæ polus, aut humus, aut pelagus,
Aere, gurgite, rure creant,
Hæc mihi ſubdidit, & ſibi me.
Callidus inlaqueat volucres
G Aut pedicis dolus, aut maculis,
Inlita glutine corticeo
Vimina plumigenam ſeriem
Impediunt, & abire vetant.
Ecce per æquora fluctiuagos
Texta greges ſinuoſa trahunt:
Piſcis item ſequitur calamum,
Raptus acumine vulnifico
H Credula ſaucius ora cibo.
Fundit opes ager ingenuas,
Diues ariſtiferæ ſegetis,
Hic vbi vitea pampineo
Brachia palmite luxuriant,
Pacis alumna vbi bacca viret.
Hæc opulentia Chriſticolis
Seruit, & omnia ſuppeditat.
I Abſit enim procul illa fames,
Cædibus vt pecudum libeat
Sanguineas lacerare dapes.
Sint fera gentibus indomitis
Prandia, de nece quadrupedum
Nos oleris coma, nos ſiliqua
Fœta legumine multimodo
Pauerit innocuis epulis.

Spumea.

Spumea mulctra gerunt niueos
Vbere de gemino latices,
Perque coagula denſa liquor
In ſolidum coit,& fragili
Lac tenerum premitur calatho.
Mella recens mihi Cecropia
Nectare ſudat olente fauus,
Hæc opifex apis ærio
Rore liquet,tenuique thymo,
Nexilis inſcia connubij.
Hinc quoque pomiferi nemoris
Munera mitia proueniunt,
Arbor onus tremefacta ſuum
Deciduo grauis imbre pluit,
Puniceóſque iacit cumulos.
Quæ veterum tuba quæue lyra
Flatibus incita,vel fidibus,
Diuitis omnipotentis opus,
Quæque fruenda patent homini,
Laudibus æquiparare queat?
Te pater optime mane nouo,
Solis & orbita cum media eſt,
Te quoque luce ſub occidua
Sumere cum monet hora cibum,
Noſtra Deus canit harmonia.
Quod calet halitus interior,
Corde quod abdita vena tremit,
Pulſat & incita quod reſonam
Lingua ſub ore latens caueam,
Laus ſuperi patris eſto mihi.
Os igitur tua ſancta manus
Ceſpite compoſuit madido,
Effigiem meditata ſuam:
Vtque foret rata materies
Flauit & indidit ore animam.
Tunc per amœna vireta iubet
Frondicomis habitare locis.
Ver vbi perpetuum redolet,
Prataque multicolora latex
Quadrifluo celer amne rigat:
Hæc tibi nunc famulentur ait:
Vſibus omnia dedo tuis.
Sed tamen aſpera mortifero
Stipite carpere poma veto,
Qui medio viret in nemore.
Hic draco perfidus indocile
Virginis illicit ingenium,
Vt ſocium maleſuada virum
Mandere cogeret ex vetitis,
Ipſa pari peritura modo.
Corpora mutua noſſe nefas,
Poſt epulas inoperta vident,
Lubricus error & erubuit:
Tegmina ſuta parant foliis,
Dedecus vt pudor occuleret.
Conſcia culpa Deum pauitans,
Sed pia procul exigitur:
Innuba fœmina quæ fuerat.
Coniugis excipit imperium,
Fœdera triſtia iuſſa pati.
Auctor & ipſe doli coluber
Plectitur improbus,vt mulier
Colla trilinguia calce terat:
Sic coluber muliere ſolum
Suſpicit,atque virum mulier.
His ducibus vitioſa dehinc
Poſteritas ruit in facinus:
Dúmque rudes imitatur auos,
Fáſque nefáſque ſimul glomerans
Impia crimina morte luit.
Ecce venit noua progenies,
Æthere proditus alter homo,

A Non luteus,velut ille prius:
Sed Deus ipſe gerens hominem,
Corporeiſque carens vitiis.
Fit caro viuida ſermo patris,
Numine quem rutilante grauis
Non thalamo,neque iure tori,
Nec genialibus illecebris
Intemerata puella parit.
B Hoc odium vetus illud erat,
Hoc erat aſpidis atque hominis
Digladiabile diſſidium,
Quòd modo cernua fœmineis
Vipera proteritur pedibus.
Edere namque Deum merita
Omnia virgo venena domat,
Tractibus anguis inexplicitis
C Virus inerme piger reuomit,
Gramine concolor in viridi.
Quæ feritas modò non trepidat?
Territat de grege candido
Impauidas lupus inter oues
Triſtis obambulat,& rabidum
Sanguinis immemor os cohibet.
Agnus enim vice mirifica
D Ecce leonibus imperitat,
Exagitánſque truces aquilas
Per vaga nubila,pérque notos
Sidere lapſa columba fugat.
Tu mihi Chriſte columba potens,
Sanguine paſta cui cedit auis:
Tu niueus per ouile tuum
Agnus hiare lupum prohibes,
E Sub iuga tigridis ora premens.
Da locuples Deus hoc famulis
Ritè precantibus,vt tenui
Membra cibo recreata leuent:
Neu piger immodicis dapibus
Viſcera tanta grauet ſtomachus.
Hauſtus amarus abeſto procul.
Nec libeat tetigiſſe manu
F Exitiale quid,aut vetitum,
Guſtus & ipſe modum teneat,
Suſpitet vt iecur incolume.
Sit ſatis anguibus horrificis,
Liba quòd impia corporibus:
Ah miſeram peperêre necem,
Sufficiat ſemel ob facinus
Plaſma Dei potuiſſe mori!
G Oris opus,vigor igneolus
Non moritur,quia ſtante Deo
Compoſitus ſuperóque fluens
De ſolio patris artificis,
Vim liquidæ rationis habet.
Viſcera mortua,quin etiam
Poſt obitum reparare datur,
Eque ſuis iterum tumulis
H Priſca renaſcitur effigies,
Pulnereo coeunte ſitu.
Credo equidem, neque vana fides,
Corpora,viuere more animæ:
Nam modò corporeum memini
De Phlegethonte gradu facili
Ad ſuperos remeaſſe Deum.
Spes eadem mea membra manet,
I Quæ redolentia funereo
Iuſſa quieſcere ſarcophago.
Dux parilis rediuiuus homo
Ignea Chriſtus ad aſtra vocat.

Hymnus poſt cibum.

PAſtis viſceribus,cibóque ſumpto,
Quem lex corporis imbecilla poſcit,
Laudem lingua Deo patri rependat:

Patri,

Patri,qui Cherubin ſedile ſacrum,
Nec non & Seraphin ſuum ſupremo
Subnixus ſolio tenet,regitque
Hic eſt,quem Sabaoth Deum vocamus
Expers principij,carensque fine,
Rerum conditor,& repertor orbis,
Fons vitæ liquida fluens ab arce,
Infuſor fidei,ſator pudoris,
Mortis perdomitor,ſalutis auctor.
Omnes quòd ſumus,aut vigemus inde eſt.
Regnat ſpiritus ille ſempiternus.
A Chriſto ſimul & parente miſſus.
Intrat pectora candidus pudica,
Quæ templi vice conſecrata rident,
Poſtquam combiberint Deum medullis.
Sed ſi quid vitij,dolive naſci
Inter viſcera iam dicata ſenſit,
Ceu ſpurcum,refugit celer ſacellum.
Tetrum flagrat enim vapore craſſo
Horror conſcius æſtuante culpa,
Offenſúmque bonum niger repellit.
Nec ſolus pudor,innocénſque votum
Templum conſtituunt perenne Chriſto
In cordis medij ſinu ac receſſu:
Sed ne crapula ferueat cauendum eſt,
Quæ ſedem fidei cibis refertam
Vſque ad congeriem coartet intus.
Parcis victibus expedita corda
Infuſum melius Deum receptant:
Hic paſtus animæ eſt,ſapórque verus.
Sed nos tu gemino fouens paratu,
Artus atque animas vtroque paſtu
Confirmas pater,ac vigore comples.
Sic olim tua præcluens poteſtas,
Inter rauciſonos ſitum leones
Illapſis dapibus virum refouit.
Illum fuſile numen execrantem,
Et curuare caput ſub expolita
Aeris materia nefas putantem.
Plebs,diræ Babylonis ac tyrannus
Morti ſubdiderant,feris dicarant,
Sæuis protinus hauſtibus vorandum.
O ſemper pietas,fidéſque tuta:
Lambunt indomiti virum leones,
Intactúmque Dei tremunt alumnum.
Aſtant comminus,& iubas reponunt,
Manſueſcit rabies,faméque blanda
Prædam rictibus lambit incruentis.
Sed cum tenderet ad ſupernas palmas,
Expertúmque ſibi Deum rogaret,
Clauſus iugiter,indigénſque victu,
Iuſſus nuncius aduolare terris,
Qui paſtum famulos daret probato,
Raptim deſilit obſequente mundo.
Cernit fortè procul dapes inemptas,
Quas meſſoribus Abacuc Propheta
Agreſti bonus exhibebat arte.
Huius cæſarie manu prehenſa,
Plenis ſicut erat grauem caniſtris
Suſpenſum rapit & vehit per auras.
Tum raptus ſimul ipſe,prandiúmque
Senſim labitur in lacum leonum,
Et quas tunc epulas gerebat,offert.
Sumas lætus,ait,libénſque carpas
Quæ ſummus pater,angelúſque Chriſti
Mittunt liba tibi ſub hoc periclo.
His ſumptis,Danielus excitauit
In cœlum faciem,cibóque fortis
Amen reddidit,Alleluia dixit.
Sic nos muneribus tuis refecti,
Largitor Deus omnium bonorum
Grates reddimus, & ſacramus hymnos.

A Tu nos triſtifico velut tyranno,
Mundi ſcilicet impotentis actu
Concluſos,regis,& feram repellis.
Quæ circumfremit,ac vorare tentat,
Inſanos acuens furore dentes.
Cum te ſumme Deus precemur vnum.
Vexamur,premimur,malis rotamur,
Oderunt,lacerant,trahunt,laceſſunt,
B Iuncta eſt ſupplicijs Fides iniquis.
Nec deſit tamen anxiis medela:
Nam languente crucis leonis ira,
Illapſæ ſuperingeruntur eſcæ.
Quas ſi quis ſitienter hauriendo
Non guſtu tenui,ſed ore pleno,
Internis velit implicare venis:
Hic ſancto ſatiatus ex Propheta,
C Iuſtorum capiet cibos virorum,
Qui fructum domino metunt perenni.
Nil eſt dulcius ac magis ſaporum,
Nil quod plus hominem iuuare poſſit,
Quàm vatis pia præcinentis orſa.
His ſumptis licet inſolens poteſtas
Prauum iudicet,integérque mortem.
Impaſti licet inruant leones,
D Nos ſemper Dominũ patrem fatentes,
In te Chriſte Deus loquemur vnum,
Conſtantérque tuam crucem feremus.

Hymnus ad incenſum cerei Paſchalis.

INuentor rutili dux bone luminis,
Qui certis vicibus tempora diuidis,
Merſo ſole chaos ingruit horridum,
Lucem Chriſte tuis redde fidelibus,
E. Quamuis innumero ſidere regiam,
Lunarique polum lampade pinxeris,
Incuſſu ſilicis lumina:nos tamen
Monſtras ſaxigeno ſemine quærere.
Hoc ſignas operæ conditor inclytæ,
Lumen veridicum mentibus omnium,
In Chriſto Domino quærere iugiter,
Quem petram loquitur doctor egregius.
F Ne neſciret homo ſpem ſibi luminis
In Chriſti ſolido corpore conditam,
Qui dici ſtabilem ſe voluit petram.
Noſtris igniculis vnde genus venit.
Pingui quos olei rore madentibus
Lychnis,aut facibus paſcimus aridis,
Quin & fila fauis ſcirpea floreis
Preſſo melle prius collita fingimus.
G Viuax flamma viget,ſeu caua teſtula
Succum linteolo ſuggerit ebrio,
Seu pinus piceam fert alimoniam,
Seu ceram teretem ſtuppa calens bibit.
Nectar de liquido vertice feruidum
Guttatim lacrymis ſtillat alentibus,
Ambuſtum quoniam vis facit ignea
Imbrem de madido flere cacumine.
H Splendent ergo tuis muneribus pater
Flammis mobilibus ſcilicet atria,
Abſentémque diem lux agit æmula
Quam nox cum lacero victa fugit peplo.
Sed quis non rabidi luminis arduam,
Manantémque Deo cernat originem?
Moſes nempe Deum ſpinifero in rubo
Vidit conſpicuo lumine flammeum.
I Felix,qui meruit ſentibus in ſacris
Cœleſtis ſolij viſere principem,
Iuſſus nexa pedum vincula ſoluere,
Ne ſanctum inuolucris pollueret locum.
Hunc ignem populus ſanguinis inclyti
Maiorum meritis tutus,& impotens.
Suetus ſub dominis viuere barbaris,
Iam liber ſequitur longa per auia.

Qua greſſum tulerant,caſtráque certula
Noctis per medium concita mouerant,
Plebem peruigilem fulgure præuio
Ducebat radius ſole micantior.
Sed rex Niliaci littoris,inuido
Feruens felle,iubet præualidam manum
In bellum rapidis ire cohortibus,
Fertáſque acies clangere claſſicum.
Sumunt arma viri,ſeque minacibus
Accingunt gladiis,triſte canit tuba:
Hic fidit iaculis,ille volantia
Præfigit calamis ſpicula Gnoſiis.
Denſatur cuneis turba pedeſtribus,
Curruſque pars,& equos & volucres rotas
Conſcendunt celeres,ſignáque bellica
Prætendunt tumidis clara draconibus.
Hinc iam ſeruitij neſcia priſtini
Gens Peluſiacis vſta vaporibus,
Tandem purpurei gurgitis hoſpita
Rubris littoribus feſſa reſederat.
Hoſtis dirus adeſt cum duce perfido,
Infert & validis prælia viribus.
Moſes porrò ſuo in mare præcipit
Conſtans intrepidis tendere greſſibus.
Præbent rupta locum ſtagna viantibus,
Riparum in faciem peruia ſiſtitur
Circumſtans vitreis vnda liquoribus,
Dum plebs ſub bifido permeat æquore.
Pubes quinetiam decolor aſperis
Irritata odiis,rege ſub impio,
Hebræum ſitiens fundere ſanguinem
Audet ſe pelago credere concauo.
Ibant præcipiti turbine percita
Fluctus per medios agmina regia.
Sed confuſa dehinc vnda reuoluitur
In ſemet reuolans gurgite confluo.
Currus tunc,& equos,teláque naufraga,
Ipſos & proceres,& vaga corpora
Nigrorum videas nare ſatellitum,
Arcis iuſtitium triſte tyrannicæ.
Quæ tandem poterit lingua retexere
Laudes Chriſte tuas?qui domitum Pharõ
Plagis multimodis cedere præſuli
Cogis iuſtitiæ,vindice dextera.
Qui pontum ſtabilis æſtibus inuium
Perſultare vetas,vt refluo in ſalo
Securus pateat te duce tranſitus,
Et mox vnda rapax vt voret impios.
Cui ieiuna vix ſaxa madentibus
Exundant ſcatebris,& latices nouos
Fundit ſciſſa ſilex,quæ ſitientibus
Dat potum populis axe ſub igneo.
Inſtar fellis aqua triſtificum in lacu
Fit ligni venia mel velut Atticum,
Lignum eſt,quo ſapiunt aſpera dulcius,
Nam præfixa cruci ſpes hominum viget.
Implet caſtra cibus tunc quoque pinguibus,
Illabens gelida grandine denſius,
His menſas epulis,hac dape conſtruunt,
Quam dat ſideſeo Chriſtus ab æthere.
Nec non imbrifero ventus anhelitu
Craſſa nube leues inuehit alites,
Quæ diſflata in humum cum ſemel agmine
Fluxerunt,reduci non reuolant fuga.
Hæc olim patribus præmia contulit
Inſignis pietas numinis vnici,
Cuius ſubſidio nos quoque veſcimur,
Paſcentes dapibus pectora myſticis.
Feſſos ille vocat per freta ſeculi,
Diſcuſſis populum turbinibus tegens.
Raptatáſque animas mille laboribus
Iuſtorum in patriam ſcandere præcipit.

Illinc purpureis tecta roſariis
Omnis ſtagat humus,caltáque pinguia
Et molles violas,& tenues crocos
Fundit fonticulis vnda fugacibus.
Illic & gracili balſama ſurculo
Deſudata fluunt,raráque cinnama
B Spirant,& folium fonte quod abdito
Prælabens fluuius portat in exitum.
Felices animæ prata per herbida
Concentu pariſi ſuaue ſonantibus
Hymnorũ modulis dulce canunt melos,
Calcant & pedibus lilia candidis.
Sunt & ſpiritibus ſæpe nocentibus
Pœnarum celebres ſub ſtyge feriæ.
C Illa nocte ſacer qua rediit Deus
Stagnis ad ſuperos ex Acheronticis.
Non ſicut tenebras de face fulgida
Surgens Oceano lucifer imbuit,
Sed terris Domini de cruce triſtibus
Maior ſole nouum reſtituens diem.
Marcent ſuppliciis tartara mitibus,
Exultátque ſui carceris ocio
D Vmbrarum populus,liber ab ignibus,
Nec feruent ſolito flumina ſulphure.
Nos feſtis trahimus per pia gaudia
Noctem conciliis,votáque proſpera
Certatim vigili congerimus prece,
Extructóque agimus liba ſacrario.
Pendent mobilibus lumina funibus,
Quæ ſuffixa micant per laquearia.
E Et de languidulis fota natatibus
Lucem perſpicuo flamma iacit vitro.
Credas ſtelligeram deſuper aream
Ornatam geminis ſtare trionibus,
Et qua Phoſphoreũ temo regit iugum
Paſſim purpureos ſpargier heſperos.
O res digna Deus quam tibi roſcidæ
Noctis principio grex tuus offerat,
F Lucem,qua tribuis,nil pretioſius
Lucem,qua reliqua præmia cernimus.
Tu lux vera oculis,lux quoque ſenſibus,
Intus tu ſpeculum,tu ſpeculum foris:
Lumen,quod famulans offero,ſuſcipe,
Tinctum pacifici chriſmatis vnguine.
Per Chriſtum genitum ſumme pater tuum,
In quo viſibilis ſtat tibi gloria,
G Qui noſter Dominus,qui tuus vnicus
Spirat de patrio corde paraclitum.
Per quem ſplendor,honos,laus,ſapientia,
Maieſtas,bonitas,& pietas tua
Regnum continuat numine triplici,
Texens perpetuis ſecula ſeculis.

Hymnus ante ſomnum.

ADes pater ſupreme,
H Quem nemo vidit vnquam,
Patriſque ſermo Chriſte,
Et ſpiritus benigne.
O Trinitatis huius
Vis vna,lumen vnum,
Deus ex Deo perennis,
Deus ex vtroque miſſus.
Fluxit labor diei,
Redit quietis hora
I Blandus ſopor viciſſim
Feſſos relaxat artus.
Mens æſtuans procellis,
Curiſque ſauciata,
Totis bibit medullis
Obliuiale poclum,
Serpit per omne corpus
Lethæa vis,nec vllum
Miſeris doloris æſtri.

Patitur.

Paticur manere ſenſum.
Lex hæc data eſt caducis
Deo iobente membris,
Vt remperet laborem
Medicabilia voluptas.
Sed dum pererrat omnes
Quies amica venas,
Pectúſque ſeriatum
Placat rigante ſomno:
Liber vacat per auras
Rapido vigore ſenſus,
Variáſque per figuras
Quæ ſunt operta cernit.
Quia mens ſoluta curis
Cui eſt origo cœlum,
Purúſque fons ab æthre
Iners iacere neſcit.
Imitata multiformes
Facies ſibi ipſa fingit,
Per quas repentè currens
Tenui fruatur actu.
Sed ſenſa ſomniantum
Diſpar fatigat horror,
Nunc ſplendor intercrat,
Qui dat futura noſſe.
Plerunque diſſipatis
Mendax imago veris,
Animos pauore mœſtos
Ambage fallit atra.
Quem rara culpa morum
Non polluit frequenter,
Hunc lux ſerena vibrans
Res edocet latentes.
Atqui coinquinatum
Vitiis cor impiauit,
Luſus pauore multo
Species videt tremendas.
Hoc patriarcha noſter
Sub carceris catena
Geminis ſimul miniſtris
Interpres approbauit,
Quorum reuerſus vnus
Dat poculum tyranno:
Aſt alterum rapacea
Fixum vorant volucres.
Ipſum deinde regem
Perplexa ſomniantem,
Nouit famem futuram
Clauſis cauere aceruis.
Mox præſul ac tetrarches
Regnum per omne iuſſus
Sociam tenere virgam
Dominæ reſedit aulæ,
O quàm profunda iuſtis
Arcana, per ſoporem
Aperit tuenda Chriſtus,
Quàm clara, quàm tacenda.
Euangeliſta ſummi
Fidiſſimus magiſtri,
Signata quæ latebant
Nebulis videt remotis.
Ipſum Tonantis agnum
De cæde purpurantem,
Qui conſcium futuri
Librum reſignat vnus.
Huius manum potentem
Gladius perarmat anceps,
Et fulgurans vtrinque
Duplicem minatur ictum.
Quæſitor ille ſolus
Animæque, corporiſque,
Enſiſque bis timendus

A Prima ac, ſecunda mors eſt.
Idem tamen benignus
Vltor retundit iram,
Paucóſque non piorum
Patitur perire in æuum.
Huic inclytus perenne
Tribuit pater tribunal,
Hunc obtinere iuſſit
B Nomen ſupra omne nomen.
Hic præpotens cruenti
Extinctor antichriſti,
Qui de furenti monſtro
Pulchrum refert trophæum.
Quam beſtiam capacem,
Populóſque vorantem,
Quam ſanguinis Charybdim
C Ioannes execratur.
Hæc nempe quæ ſacratum
Præferre nomen auſa,
Imam petit gehennam,
Chriſto perempta vero.
Tali ſopore iuſtus
Mentem relaxat heros,
Vt ſpiritu ſagaci
D Cœlum peragret omne.
Nos nil meremur horum,
Quos creber implet error,
Concreta quos malarum
Vitiat cupido rerum.
* Sat eſt quiete dulci
Feſſum fouere corpus,
Sat ſi nihil ſiniſtrum
E Vanæ minentur vmbræ.
Culto Dei memento
Te fontis & lauacri
Rorem ſubiſſe ſanctum,
Te chriſmate innotatum.
Fac cum vocante ſomno
Caſtum petis cubile,
Frontem, locúmque cordis
F Crucis figura ſignet.
Crux pellit omne crimen,
Fugiunt crucem tenebræ,
Tali dicata ſigno
Mens fluctuare neſcit.
Procul, ò procul vagantum
Portenta ſomniorum,
Procul eſto peruicaci
G Præſtigiator aſtu.
O tortuoſe ſerpens,
Qui mille per meandros,
Fraudeſque flexuoſas
Agitas quieta corda:
Diſcede, Chriſtus hic eſt,
Hic Chriſtus eſt, liqueſce:
Signum quod ipſe noſti,
H Damnat tuam cateruam.
Corpus licet fatiſcens
Iaceat recline paulum,
Chriſtum tamen ſub ipſo
Meditabimur ſopore.

HYMNVS IEIVNANTIVM.

O Nazarene dux Bethlehem, verbum patris,
Quem partus alui virginalis protulit,
I Adeſto caſtis Chriſte parſimoniis,
Feſtúmque noſtrum rex ſerenus aſpice,
Ieiuniorum dum litamus victimam,
Nihil hoc profectò purius myſterio,
Quo fibra cordis expiatur liuidi,
Intemperata quo domantur viſcera
A ruina, putrem ne reſudans crapulam
Obſtrangulatæ mentis ingenium premat.

Hinc ſubiugatur luxus, & turpis gula,
Vini atque ſomni degener ſocordia,
Libido ſordens, inuerecundus lepos,
Variæque peſtes languidorum ſenſuum,
Parcam ſubactæ diſciplinam ſentiunt.
Nam ſi licenter diffluens potu & cibo,
Ieiuna ritè membra non coerceas:
Sequitur, frequenti marcida oblectamine,
Scintilla mentis vt tepeſcat nobilis,
Animiſque pigeus ſterrat vt præcordiis.
Frenentur ergo corporum cupidines,
Detecta vt intus emicet prudentia:
Sic excitato perſpicax acumine,
Libérque flatu laxiore ſpiritus,
Rerum parentem rectius precabitur.
Helias tali creuit obſeruantia
Vetus ſacerdos, ruris hoſpes aridi:
Fragore ab omni quem remotum & ſegregem
Spreuiſſe tradunt criminum frequentiam,
Caſtro fruentem Syrtium ſilentio:
Sed mox in auras igneis iugalibus,
Curruque raptus euolauit præpeti,
Ne de propinquo ſordium contagio
Dirus quietum mundus afflaret virum
Olim probatis inclytum ieiuniis.
Non ante cæli principem ſeptemplicis
Moſes tremendi fidus interpres throni
Potuit videre, quàm decem recurſibus
Quater voluris ſol peragrans ſidera
Omni carentem cerneret ſubſtantia.
Victus precantis ſolus in lacrymis fuit,
Nam flendo pernox, irrigatum puluerem
Humi madentis ore preſſit cernuo:
Donec loquentis voce perſtrictus Dei,
Expauit ignem non ferendum viſibus.
Ioannes huius artis haud minus potens,
Dei perennis præcucurrit filium,
Curuos viarum qui retorſit tramites,
Et flexuoſa corrigens diſpendia,
Dedit ſequendam calle recto lineam.
Hanc obſequelam præparabat nuncius
Mox affuturo conſtruens iter Deo,
Cliuoſa planis, confragoſa vt lenibus
Conuerterentur, néve quicquam deuium
In lapſa terris inueniret veritas.
Non vſitatis ortus hic natalibus,
Oblita lactis iam vieto in pectore
Matris tetendit ſerus infans vbera:
Nec antè partu de ſenili effuſus eſt,
Quàm prædicaret virginem plenam Deo.
Pòſt in patentes ille ſolitudines,
Amictus hirtis beſtiarum pellibus,
Setiſve tectus, hiſpida & lanugine,
Seceſſit, horrens inquinari & pollui
Contaminatis oppidorum moribus.
Illic dicata parcus abſtinentia
Potum cibúmque vir ſeueræ induſtriæ
In vſque ſerum reſpuebat veſperum,
Parum locuſtis & fauorum agreſtium
Liquore paſtum corpori ſuetus dare.
Hortator ille primus, & doctor nouæ
Fuit ſalutis, nam ſacrato in flumine
Veterum piatas lauit errorum notas:
Sed tincta poſtquam membra defecauerat,
Cœlo refulgens influebat ſpiritus.
Hoc ex lauacro labe dempta criminum,
Ibant renati, non ſecus quàm ſi rudis
Auri recocta vena pulchrum ſplendeat,
Micet metalli ſiue lux argentei,
Sudum polito prænitens purgamine.
Referre priſci ſtemma nunc ieiunij
Libet, fideli proditum volumine.

A Vt diruendæ ciuitatis incolis
Fulmen benigni manſuefactum patris
Piè repreſſis ignibus pepercerit.
Gens inſolenti præpotens iactantia
Pollebat olim, quam fluentem nequiter
Corrupta vulgò ſoluerat laſciuia,
Et inde bruto contumax faſtidio,
Cultum ſuperni negligebat numinis.
B Offenſa tandem iugis indulgentiæ
Cenſura, iuſtis excitatur motibus,
Dextram perarmat rhompheali incendio,
Nimbos crepantes & fragoſos turbines
Vibrans, tonantum nube flammarum quatit.
Sed pœnitendi dum datur diecula,
Si fortè vellent improbam libidinem
Veteréſque nugas condomare ac frangere,
C Suſpendit ictum terror exorabilis,
Paulúmque dicta ſubſtitit ſententia.
Ionam Prophetam mitis vltor excitat,
Pœnæ imminentis iret vt prænuncius:
Sed noſſet ille eum minacem iudicem
Seruare malle, quàm ferire ac plectere,
Tectam latenter vertit in Tharſos fugam.
Celſam pararis pontibus ſcandit ratem,
Vda reuincta fune puppis ſoluitur.
Itur per altum, fit procelloſum mare,
Tum cauſa tanta quæritur periculi,
Sors in fugacem miſſa vatem decidit.
Iuſſus perire ſolus è cunctis reus,
Cuius voluta crimen vrna expreſſerat,
Præceps rotatur, & profundo immergitur,
E Exceptus inde beluinis faucibus,
Alui capacis viuus hauritur ſpecu.
Tranſmiſſa raptim præda, caſſos dentium
Eludit ictus, incruentam tranſuolans
Impunè linguam, ne retentam mordicus,
Offam molares diſſecarent viuidi,
Os omne tranſit, & palatum præterit.
Ternis dierum ac noctium proceſſibus
F Manſit ſerino deuoratus gutture,
Errabat illic per latebras viſcerum,
Ventris receſſus circumibat tortiles
Anhelus extis intus æſtuantibus.
Intactus exin tertiæ noctis vice,
Monſtri vomentis pellitur ſingultibus,
Qua murmuranti fine fluctus frangitur,
Salſóſque eandens ſpuma tundit pumices,
G Ructatus exit, ſeque ſeruatum ſtupet.
In Niniuitas ſe coactus percito
Greſſu reflectit, quos vt increpauerat
Pudenda cenſor imputans opprobria:
Impendet, inquit, ira ſummi vindicis,
Vrbémque flamma mox cremabit, credite.
Apicem deinceps ardui montis petit,
Viſurus inde conglobatum turbidæ
H Fumum ruinæ, cladis & diræ ſtruem,
Tectus flagellis multinodi germinis,
Nato & repentè perfruens vmbraculo.
Sed mœſta poſtquam ciuitas vulnus noui
Hauſit doloris, heu ſupremùm palpitat,
Curſant per ampla congregatim mœnia
Plebs, & ſenatus, omnis ætas ciuium,
Pallens iuuentus, eiulantes fœminæ.
I Placet frementem publicis ieiuniis
Placare Chriſtum, mos edendi ſpernitur.
Glaucos amictus induit monilibus
Matrona demptis, proque gemma & ſerico
Crinem fluentem ſordidus ſpargit cinis.
Squalent recincta veſte pullati patres,
Setáſque plangens turba ſumit textiles,
Impexa villis virgo beſtialibus,
Nigrante vultum contegit velamine,

Iacens harenis & puer prouoluitur.
Rex ipſe, Coos æſtuantem murices
Læna reuulſa diſſipabat fibula
Gemmas virentes, & lapillos ſutiles,
Inſigne frontis exuebat vinculum
Turpi capillos impeditus puluere.
Nullus bibendi, nemo veſcendi memor,
Ieiuna menſas pubes omnis liquerat:
Quin & negatu lacte vagientium
Fletu madeſcunt paruulorum cunulæ,
Succum papillæ parca nutrix denegat.
Greges & ipſos claudit armentalium
Solers virorum cura, ne vagum pecus
Contingat ore roruleuta gramina,
Potum ſtrepentis néve fontis hauriat,
Vacuis querelæ perſonant perſepibus.
Mollitus his, & talibus, breuem Deus
Iram refrenat, temperans oraculum,
Proſper ſiniſtrum: prona nam clementia
Haud difficulter ſupplicem mortalium
Soluit reatum, fitque fautrix flentium.
Sed cur vetuſtæ gentis exemplum loquor?
Pridem caducis cum grauatus artubus
Ieſus, dicato corde ieiunauerit,
Præuuncupatus ore qui prophetico
Emanuel eſt ſiue nobiſcum Deus?
Qui corpus iſtud molle naturaliter
Captúmque laxo ſub voluptatum iugo,
Virtutis arcta lege fecit liberum,
Emancipatur ſeruientis plaſmatis
Regnantis antè victor & cupidinis.
Inhoſpitali námque ſecretus loco
Quinis diebus octies labentibus,
Nullam ciborum vendicauit gratiam,
Firmans ſalubri ſcilicet ieiunio
Vas appetendis imbecillum gaudiis.
Miratus hoſtis poſſe limum tabidum
Tantum laboris ſuſtinere ac perpeti,
Explorat arte ſciſcitator callida
Deúſne membris ſit receptus terreis:
Sed increpata fraude, poſt tergum ruit.
Hoc nos ſequemur quiſque nunc pro viribus,
Quod conſecrati tu magiſter dogmatis
Tuis dediſti Chriſte ſectatoribus,
Vt cum vorandi vicerit libidinem,
Latè triumphet Imperator Spiritus,
Hoc eſt quod atri liuor hoſtis inuidet,
Mundi políque quod gubernator probat,
Altaris aram quod facit placabilem,
Quod dormientis excitat cordis fidem,
Quod limat ægram pectorum rubiginem.
Perfuſa non ſic amne flamma extinguitur,
Nec ſic calente ſole tabeſcunt niues,
Vt turbidarum ſcabra culparum ſeges
Vaneſcit almo trita ſub ieiunio,
Si blanda ſemper miſceatur largitas.
Eſt quippe & illud grande virtutis genus,
Operire nudos, indigentes paſcere,
Opem benignam ferre ſupplicantibus,
Vnam, parémque ſortis humanæ vicem
Inter potentes atque egenos ducere.
Satis beatus quiſque dextram porrigit,
Laudis rapacem, prodigam pecuniæ,
Cuius ſiniſtra dulce factum neſciat:
Illum perennes protinus complent opes,
Ditátque fructus fœnerantem centuplex.

hymnus poſt ieiunium.

CHriſte ſeruorum regimen tuorum,
Mollibus qui nos moderans habenis,
Leniter frenas, facilique ſeptos
Lege coerces.
Ipſe cum portans onus impeditum

A Corporis, duros tuleris labores,
Maior exemplis, famulos remiſſo
Dogmate palpas.
Nona ſummiſſum rotat hora ſolem,
Partibus vixdum tribus euolutis,
Quarta deuexo ſupereſt in axe
Portio lucis.
B Nos breuis voti dape vindicata
Soluimus feſtum, fruimurque menſis
Adfatim plenis, quibus imbuatur
Prona voluptas.
Tantus æterni fauor eſt magiſtri,
Ductor indulgens ita nos amico
Lactat hortatu, leuis obſequela vt
Mulceat artus.
C Addit & ne quis velit inuenuſto
Sordidus cultu lacerare frontem,
Sed decus vultus, capitiſque pexum,
Comat honorem.
Terge ieiunans, ait, omne corpus,
Néve ſubducto faciem rubore
Luteus tingat color, aut notetur
Pallor in ore.
D Rectius læto regimus pudore
Quicquid ad cultum patris exhibemus,
Cernit occultum Deus, & latentem
Munere donat.
Ille ouem morbo reſidem, gregíque
Perditam ſanat malè diſſipantem
Vellus adfixis vepribus per hirtæ
Deuia ſyluæ.
E Impiger paſtor reuocat, lupiſque
Geſtat excluſis humeros grauatus,
Inde purgatam vehemens aprico
Reddit ouili.
Reddit & pratis, viridíque campo
Vibrat implexis, vbi nulla lappis
Spina, nec germen ſudibus perarmat
Carduus horrens.
F Sed frequens palmis nemus, & reflexa
Vernat herbarum coma, tum perennis
Gurgitem viuis vitreum fluentis
Laurus obumbrat.
Hiſce pro donis tibi fide paſtor,
Seruitus quænam poterit rependi?
Nulla compenſant precium ſalutis.
G Tota precantum
Quamlibet ſpreto ſine more paſtu
Spontè confectos tenuemus artus,
Téque contemptis epulis rogemus
Nocte, dieque.
Vincitur ſemper minor obſequentum
Cura, nec munus genitoris æquat,
Frangit & cratem luteam laboris
H Grandior vſus,
Ergóne limum fragilem ſolutæ
Deſerant vires, & aquoſus albis
Humor in venis dominetur, ægrum
Corpus eneruans:
Laxus ac liber modus abſtinendi
Ponitur cunctis, neque nos ſeuerus
I Terror impellit, ſua quenque cogit
Velle poteſtas.
Sufficit quicquid facias vocato
Numinis nutu prius, inchoare
Sine tu menſam reuuas, cibúmque
Sumere tentes.
Annuit dexter Deus, & ſecundo
Proſperat vultu, velut hoc ſalubre
Fidimus nobis fore, quod dicatas
Carpimus eſcas.
Sit bonum ſupplex precor, & medelam

Conferat membris, animúmque paſcat
Sparſus in venas cibus obſecrantum
Chriſticolarum.

HYMNVS OMNI HORA.

DA puer plectrum, choreis
Vt canam fidelibus,
Dulce carmen, & melodum,
Geſta Chriſti inſignia,
Hunc camœna noſtra ſolum
Pangat, hunc laudet lyra.
Chriſtus eſt, quem rex ſacerdo
Adfuturum protinus
Infulatus concinebat
Voce, chorda, & tympano,
Spiritum cœlo influentem
Per medullas hauriens.
Facta nos etiam probata
Pangimus miracula
Teſtis eſt orbis, nec ipſa
Terra quod vidit negat,
Comminus Deum docendis
Proditum mortalibus
Corde natus ex parentis,
Ante mundi exordium,
Alpha & ω cognominatur,
Ipſe fons, & clauſula
Omnium quæ ſunt, fuerunt,
Quæque poſt futura ſunt.
Ipſe iuſſit, & creata:
Dixit ipſe, & facta ſunt.
Terra, cœlum, foſſa ponti,
Trina rerum machina,
Quæque in his vigent ſub alto
Solis & lunæ globo.
Corporis formam caduci,
Membra morti obnoxia
Induit, ne gens periret
Primo plaſti ex germine,
Merſerat quem lex profundo
Noxialis tartaro.
O beatus ortus ille,
Virgo cum puerpura
Edidit noſtram ſalutem
Fœta ſancto ſpiritu,
Et puer redemptor orbis
Os ſacratum protulit.
Pſallat altitudo cœli,
Pſallant omnes angeli,
Quicquid eſt virtutis vſquam
Pſallat in laudem Dei:
Nulla linguarum ſileſcat,
Vox & omnis conſonet.
Ecce quem vates vetuſtis
Concinebant ſeculis,
Quem prophetarum fideles
Paginæ ſpoponderant,
Emicat, promiſſus olim,
Cuncta collaudent eum.
Cantharis infuſa lymphæ
Fit falernum nobile,
Nunciat vinum miniſter
Eſſe promptum ex hydria,
Ipſe rex ſapore tinctis
Obſtupeſcit poculis.
Membra orbis vlceroſa,
Viſcerum putredines
Mando, vt abluantur, inquit:
Fit ratum quod iuſſerat.
Turgidam cutem repurgant
Vulnerum piamina.
Tu perennibus tenebris
Iam ſepulta lumina

A Inlinis limo ſalubri,
Sacri & oris nectare
Mox apertis: hac medela
Lux reducta eſt orbibus.
Increpas ventum furentem
Quòd procellis triſtibus
Vertat æquor fundo ab imo,
Vexat & vagam ratem.
B Ille iuſſis obſecundat,
Mitis vnda ſternitur.
Extimum veſtis ſacratæ
Furtim mulier attigit:
Protinus ſalus ſecura eſt,
Ora pallor deſerit:
Siſtitur riuus, cruore
Qui fluebat perpeti.
C Exitus dulcis iuuentæ
Raptum ephebum viderat,
Orba quem mater ſupremis
Funerabat fletibus:
Surge, dixit. ille ſurgit,
Matri & aſtans redditur.
Sole iam quarto carentem,
Iam ſepulchro abſconditum
D Lazarum iubet vigere.
Reddito ſpiramine,
Fœtidum iecur reductus
Rurſus intrat halitus.
Ambulat per ſtagna ponti,
Summa calcat fluctuum,
Mobilis liquor profundi
Pendulam præſtat viam.
E Nec ſatiſcit vnda ſanctis.
Preſſa ſub veſtigiis.
Suetus antro buſtiali
Sub catenis frendere,
Mentis impos efferatis
Percitus furoribus
Proſilit, ruitque ſupplex
Chriſtum adeſſe vt ſenſerat.
Pulſa peſtis lubricorum
F Milleformis dæmonum,
Corripit gregis ſuilli
Sordida ſpurcamina,
Séque nigris mergit vndis,
Ve pecus lymphaticum.
Fert qualis ter quaternis
Ferculorum fragmina,
G Affatim referta iam ſunt
Accubantum millia,
Quinque panibus peręſis
Et gemellis piſcibus.
Tu cibus, paniſque noſter,
Tu perennis ſuauitas,
Neſcit eſurire in æuum
Qui tuam ſumit dapem,
H Nec lacunam ventris implet,
Sed fouet vitalia.
Clauſu aurium meatus,
Et ſonorum neſcius,
Purgat ad præcepta Chriſti
Craſſa quæque obſtacula,
Vocibus capax fruendis
Ac ſuſurris peruius.
I Omnis ægritudo cedit,
Languor omnis pellitur:
Lingua fatur, quam veterna
Vinxerant ſilentia:
Geſtat & ſuum per vrbem
Lætus æger lectulum.
Quin & ipſum, ne ſalutis
Inferi expertes forent,

Tarta

Tartarum benignus intrat,
Fracta cedit ianua,
Vectibus cadit reuulſus
Cardo diſſolubilis.
Illa prompta ad inruentes,
Ad reuertentes tenax,
Obice retrorſum pulſo
Porta reddit mortuos
Lege verſa, & limen atrum
Iam recalcandum patet.
Sed Deus dum luce fulua
Mortis antra illuminat,
Dum ſtupentibus tenebris
Candidum præſtat diem,
Triſtia ſqualentis æthræ
Palluerunt ſidera.
Sol refugit, & lugubri
Sordidus ferrugine
Igneum reliquit axem.
Seque mœrens abdidit,
Fertur horruiſſe mundus
Noctis æternæ chaos.
Solue vocem mens ſonoram,
Solue linguam mobilem:
Dic trophæum paſſionis,
Dic triumphalem crucem:
Pange vexillum, notatis
Quod refulget frontibus.
O nouum cæde ſtupenda
Vulneris miraculum!
Hinc cruoris fluxit vnda,
Lympha parte ex altera:
Lympha nempe dat lauacrum,
Tum corona ex ſanguine eſt.
Vidit anguis immolatam
Corporis ſacri hoſtiam,
Vidit & fellis peruſti
Mox venenum perdidit,
Saucius dolore multo
Colla fractus ſibilat.
Quid tibi profane ſerpens
Profuit rebus nobis
Plaſma primum perculiſſe
Verſipelli aſtutia?
Diluit culpam recepto
Forma mortalis Deo.
Ad breuem ſe mortis vſum
Dux ſalutis dedidit,
Mortuóſque olim ſepultos
Vt redire inſueſceret,
Diſſolutis priſtinorum
Vinculis peccaminum.
Hunc patres, ſanctique multi
Conditorem præuium
Iam reuertentem ſecuti
Tertio demum die
Carnis indumenta ſumunt,
Eque buſtis prodeunt.
Cerneres coire membra
De fauillis aridis,
Frigidum venis reſumptis
Puluerem tepeſcere:
Oſſa, neruos, ac medullas
Glutino cutis tegi.
Poſt vt occaſum reſoluit,
Vitæ, & hominem reddidit,
Arduum tribunal alti
Victor aſcendit patris,
Inclytam cœlo reportans
Paſſionis gloriam.
Macte iudex mortuorum,
Macte rex viuentium:

A Dexter in parentis arce
Qui vis virtutibus
Omnium venturus inde
Iuſtus vltor criminum.
Te ſenes, & te iuuentus,
Paruulorum te chorus,
Turba matrum, virginúmque,
Simplices puellulæ,
B Voce concordes pudicis
Perſtrepant concentibus:
Fluminum lapſus & vndæ,
Littorum crepidines,
Imber, æſtus, nix, pruina,
Sylua, & aura, nox, dies,
Omnibus te concelebrent
Seculorum ſeculis.

C *Hymnus in exequiis defunctorum.*

Deus ignee fons animarum,
Duo qui ſocians elementa,
Viuum ſimul ac moribundum
Hominem pater effigiaſti.
Tua ſunt, tua recta vtraque,
Tibi copula iungitur horum,
D Tibi dum vegetata cohærent,
Spiritus ſimul & caro viuit.
Reſciſſa ſed iſta ſeorſum,
Proprios reuocantur in ortus,
Petit alter æthera feruens,
Humus excipit arida corpus.
Reſciſſa ſed iſta ſeorſum
Soluunt hominum, perimuntque,
E Humus excipit arida corpus,
Animæ rapit aura liquorem.
Quia cuncta creata neceſſe eſt
Tabefacta ſeneſcere tandem,
Compactáque diſſociari,
Et diſſona texta retexi.
Hanc tu Deus optime mortem
Famulis abolere paratus,
F Iter inuiolabile monſtras,
Quo perdita membra reſurgant.
Vt dum generoſa caducis,
Ceu carcere clauſa ligantur,
Pars illa potentior extet,
Quæ germen ab æthere traxit.
Si terrea forte voluntas
LutEum ſapit, & graue captat,
G Animus quoque pondere victus,
Sequitur ſua membra deorſum.
At ſi generis memor ignis
Contagia nigra recuſet,
Vehit hoſpita viſcera ſecum,
Pariterque reportat ad aſtra.
Nam quod requieſcere corpus
Vacuum ſine mente videmus,
H Spacium breue reſtat, vt alti
Repetat collegia ſenſus.
Venient citò ſecula, cùm iam
Socius calor oſſa reuiſat,
Animatáque ſanguine viuo
Habitacula priſtina geſtet.
Quæ pigra cadauera pridem
Tumulis putrefacta iacebant,
I Volucres rapientur in auras,
Animas comitata priores.
Hinc maxima cura ſepulchris
Impenditur, hinc reſolutos
Honor vltimus accipit artus,
Et funeris ambitus ornat.
Candore nitentia claro
Prætendere lintea mos eſt,
Aſperſáque myrrha Sabæa

Cœlum, diémque, & cetera,
Virtute verbi effecta ſunt
Hæc cuncta: nam verbum Deus,
Sed ordinatis ſeculis,
Rerúmque digeſto ſtatu,
Fundator ipſe & artifex
Permanſit in patris ſinu.
Donec rotata annalium
Tranſuoluerentur millia,
Atque ipſe peccantem diu
Dignatus orbem viſeret.
Nam cæca vis mortalium
Venerans inanes nænias,
Vel æra, vel ſaxa algida,
Vel ligna credebat Deum.
Hæc dum ſequuntur, perfidi
Prædonis in ius venerant,
Et mancipatam fumido
Vitam barathro immerſerant.
Stragem ſed iſtam non tulit
Chriſtus cadentum gentium
Impunè, ne forſan ſui
Patris periret fabrica.
Mortale corpus induit,
Vt excitato corpore
Mortis catenam frangeret,
Hominémque portaret patri.
Hic ille natalis dies,
Quo te creator arduus
Spirauit, & limo indidit,
Sermone carnem glutinans.
Sentíſne virgo nobilis,
Matura per faſtidia
Pudoris intactum decus
Honore partus creſcere?
O quanta rerum gaudia
Aluus pudica continet,
Ex qua nouellum ſeculum
Procedit, & lux aurea.
Vagitus ille exordium
Vernantis orbis prodidit,
Nam tunc renatus ſordidum
Mundus veternum depulit.
Sparſiſſe tellurem reor
Rus omne denſis floribus,
Ipſaſque harenas Syrtium
Fragraſſe nardo & nectare.
Te cuncta naſcentem puer
Senſère dura & barbara,
Victúſque ſaxorum rigor
Obduxit herbam cotibus.
Iam mella de ſcopulis fluunt,
Iam ſtillat ilex arido
Sudans amomum in ſtipite,
Iam ſunt myricis balſama.
O ſancta præſepis tua
Æterne rex cunabula,
Populíſque per ſeclum ſacra,
Mutis & ipſis credita.
Adorat hæc brutum pecus,
Indocta turba ſcilicet,
Adorat excors natio
Vis cuius in paſtu ſita eſt.
Sed cum fideli ſpiritu
Concurrat ad præſepia
Pagana gens, & quadrupes,
Sapiátque quod brutum fuit:
Negat patrum proſapia
Perosa præſentem Deum,
Credas venenis ebriam,
Furiiſve lymphatam rapi.
Quid prona per ſcelus ruis?
A Agnoſce: ſi quicquam tibi
Mentis reſedit integræ,
Ducem tuorum principum.
Hunc quem latebræ & obſtetrix,
Et virgo fœta, & cunula
Et imbecilla infantia,
Regem dederunt gentibus.
Peccator intueberis
B Celſum coruſcis nubibus,
Deiectus ipſe & irritis
Plangens reatum fletibus.
Cum vaſta ſignum buccina
Terris cremandis miſerit,
Et ſciſſus axis cardinem
Mundi ruentis ſoluerit.
Inſignis ipſe, & præminens
C Meritis rependes congrua,
His lucis vſum perpetis,
Illis gehennam & tartarum.
Iudæa tunc fulmen crucis
Experta, quid ſit ſenties,
Quem te furoris præſule
Mors hauſit, & mox reddidit.

Hymnus epiphaniæ.

D Qvicunque Chriſtum quæritis,
Oculos in altum tollite,
Illic licebit viſere
Signum perennis gloriæ.
Hæc ſtella, quæ ſolis rotam
Vincit decore ac lumine,
Veniſſe terris nunciat
Cum carne terreſtri Deum.
E Non illa ſeruit noctibus,
Sequuta lunam menſtruam:
Sed ſola cœlum poſſidens,
Curſum dierum temperat.
Arctoa quamuis ſidera
In ſe retortis motibus
Obire nolint, attamen
Plerunque ſub nimbis latent.
F Hoc ſidus æternum manet,
Hæc ſtella nunquam mergitur,
Nec nubis occurſu abdita
Obumbrat obductam facem.
Triſtis cometa intercidat,
Et ſi quod aſtrum Sirio
Feruet vapore, iam Dei
Sub luce destructum cadat.
G En Perſici ex orbis ſinu,
Sol vnde ſumit ianuam,
Cernunt periti interpretes
Regale vexillum Magi.
Quod vt refulſit, cæteri
Ceſſere ſignorum globi,
Nec pulcher eſt auſus ſuam
Conferre formam lucifer.
H Quis iſte tantus, inquiunt,
Regnator, aſtris imperans,
Quem ſic tremunt cœleſtia,
Cui lux & æthra inſeruiunt?
Illuſtre quiddam cernimus,
Quod neſciat finem pati,
Sublime, celſum, interminum,
Antiquius cœlo & Chao.
Hic ille rex eſt gentium,
Populíque rex Iudaici,
Promiſſus Abrahæ patri,
Eiúſque in æuum ſemini.
Æquanda nam ſtellis ſua
Cognouit olim germina,
Primus ſator credentium,
Nati immolator vnici.

Iam flos ſubit Dauidicus
Radlce Ieſſæa editus,
Scepterique per virgam virens
Rerum cacumen occupat.
Exin ſequuntur perciti
Fixis in altum vultibus.
Qua ſtella ſulcum traxerat,
Clarámque ſignabat viam.
Sed verticem pueri ſupra
Signum pependit imminens,
Pronáque ſubmiſſum face
Caput ſacratum prodidit.
Videre quod poſtquam Magi,
Eoa promunt munera,
Stratique votis offerunt
Thus, myrrham, & aurum regium,
Agnoſce clara inſignia
Virtutis ac regni tui
Puer, ô cui trinam pater
Prædeſtinauit indolem.
Regem, Deúmque adnunciant,
Theſaurus & flagrans odor
Thuris Sabæi, ac myrrheus
Puluis, ſepulchrum prædocet.
Hoc eſt ſepulchrum quo Deus,
Dum corpus extingui ſinit,
Atque id ſepultum ſuſcitat,
Mortis refregit carcerem.
O ſola magnarum vrbium
Maior Bethlem, cui contigit
Ducem ſalutis cœlitùs
Incorporatum gignere.
Altrice te ſumme patri
Hæres creatur vnicus,
Homo ex Tonantis ſpiritu,
Idémque ſub membris Deus.
Hunc & prophetis teſtibus,
Iiſdémque ſignatoribus,
Teſtator & ſator iubet
Adire regnum, & cernere.
Regnum quod ambit omnia
Dia, & marina, & terrea
A ſolis ortu ad exitum,
Et tartara, & cœlum ſupra.
Audit tyrannus anxius
Adeſſe regum principem,
Qui nomen Iſraël regat,
Teneátque Dauid regiam,
Exclamat amens nuncio,
Succeſſor inſtat, pellimur,
Satelles i, ferrum rape,
Perfunde cunas ſanguine.
Mas omne infans occidat,
Scrutare nutricum ſinus,
Intérque materna vbera
Enſem cruentet puſio.
Suſpecta per Bethlem mihi
Puerperarum eſt omnium
Fraus, nequa furtim ſubtrahat
Prolem virilis indolis.
Transfigit ergo carnifex
Mucrone diſtricto furens
Effuſa nuper corpora,
Animaſque rimatur nouas.
Locum minutis artubus
Vix interemptor inuenit,
Quo plaga deſcendat patens.
Iugulóque maior pugio eſt.
O barbarum ſpectaculum,
Inliſa cotnix cautibus
Spargit cerebrum lacteum,
Oculóſque per vulnus vomit.

A Aut in profundum palpitans
Metſatur infans gurgitem,
Cui ſubter arctis faucibus,
Singultat vnda & halitus.
Saluete flores martyrum,
Quos lucis ipſo in limine
Chriſti inſecutor ſuſtulit,
Ceu turba naſcentes roſas.
B Vos prima Chriſti victima,
Grex immolatorum tener,
Aram ante ipſam ſimplices
Palma & coronis luditis.
Quid proficit tantum nefas?
Quid crimen Herodem iuuat?
Vnus tot inter funera
C Impunè Chriſtus tollitur.
Inter coæui ſanguinis
Fluenta ſolus integer
Ferrum, quod orbabat nurus,
Partus fefellit virginis.
Sic ſtulta Pharaonis mali
Edicta quondam fugerat,
Chriſti figuram præferens
D Moſes, receptor ciuium.
Cautum & ſtatutum iuſſerat
Quo non liceret matribus,
Cum pondus alui abſolueret,
Puerile pignus tollere.
Mens obſtetricis ſedulæ
Piè in tyrannum contumax
Ad ſpem potentis gloriæ
E Furata ſeruat paruulum.
Quem mox ſacerdotem ſibi
Aſſumpſit orbis conditor,
Per quem notatam ſaxeis
Legem tabellis traderet.
Licetne Chriſtum noſcere
Tanti per exemplum viri?
Dux ille cæſo Ægyptio
F Abſoluit Iſraël iugo.
At nos ſubactos iugiter
Erroris imperio graui,
Dux noſter hoſte ſaucio
Mortis tenebris liberat.
Hic expiatam fluctibus
Plebem marino in tranſitu
Repurgat vndis dulcibus,
G Lucis columnam præferens,
Hic præliante exercitu,
Paſſis in altum brachiis,
Sublimis Amalech premit
Crucis quod inſtar tunc fuit.
Hic nempe Ieſus verior,
Qui longa poſt diſpendia,
Victor ſuis tribulibus
Promiſſa ſoluit iugera.
H Qui ter, quaternas denique
Refluentis amnis alueo
Fundauit, & fixit petras,
Apoſtolorum ſtemmata.
Iure ergo ſe Iudæ ducem
Vidiſſe teſtantur Magi,
Cum facta priſcorum ducum
Chriſti figuram pinxerint.
I Hic rex piorum iudicum,
Rexêre qui Iacob genus,
Dominæque rex eccleſiæ,
Templi & noui & priſtini.
Hunc poſteri Effraim colunt,
Hunc ſancta Manaſſæ domus,
Omnéſque ſuſpiciunt tribus
Biſſena fratrum ſemina.

Quia

Quin & propago degener
Ritum ſequuta in conditum,
Quæcunque dirum feruidis
Baal caminis coxerat.
Fumoſa auorum numina
Saxum,metallum,ſtipitem,
Raſum,dolatum,ſectile,
In Chriſti honorem deſerit.
Gaudete quicquid genitum eſt,
Iodæa,Roma,& Græcia,
Ægypte,Thrax,Perſa,& Scytha,
Rex vnus omnes poſſidet.
Laudate veſtrum principem
Omnes beati,ac perditi,
Viui,imbecilli,ac mortui.
Iam nemo poſthac mortuus.

AVR. PRVDENT. CL.

V. C. ΠΕΡΙΣΤΕΦΑΝΩΝ, ID EST, DE CORONIS.

HYMNVS IN HONOREM SANCTORVM MARTYRVM, Hemiterij & Chelidonij Calagurritanorum.

SCRIPTA ſunt cœlo duorum
Martyrum vocabula,
Aureis quæ Chriſtus illic
Annotauit literis.
Sanguinis notis eadem
Scripta terris tradidit,
Pollex hoc felix per vrbem
Terra Hibera ſtemmate.
Hic locus dignus tenendis
Oſſibus viſus Deo,
Qui beatorum pudicus
Eſſet hoſpes corporum,
Hic calentes hauſit vndas
Cæde tinctus duplici,
Illitas cruore ſancto
Nunc arenas incolæ.
Confrequentant obſecrantes
Voce,votis,munere.
Exteri nécnon & orbis
Huc colonus aduenit.
Fama nam terras in omnes
Præcucurrit proditrix,
Hic patronos eſſe mundi
Quos precantes ambiant.
Nemo puras hic rogando
Fruſtra congeſſit preces,
Lætus hinc terſis reuertit
Supplicator fletibus.
Omne quod iuſtum popoſcit
Impetratum ſentiens:
Tanta pro noſtris periclis
Cura ſuffragantium eſt.
Non ſinunt,inane vt vllus
Voce murmur fuderit,
Audiunt,ſtatimque ad aurem
Regis æterni ferunt.
Inde larga fonte ab ipſo
Dona terris influunt,
Supplicum cauſas petitis
Quæ medelis irrigant:
Nil ſuis bonus negauit
Chriſtus vnquam teſtibus:
Teſtibus quos nec catenæ,
Dira nec mors terruit.

A Vnicum Deum fateri
Sanguinis diſpendio,
Sanguinis ſed tale damnum
Lux rependit longior.
Hoc genus mortis decorum eſt.
Hoc probis dignum viris,
Membra morbis exedenda
Texta venis languidis.
B Hoſtico donare ferro,
Morte & hoſtem vincere,
Pulchra res ſub enſe
Perſequutoris pati.
Nobilis per vulnus amplum
Porta iuſtis panditur.
Lota mens in fonte rubro
Sede cordis exilit.
C Nec rudem crudi laboris
Ante vitam duxerant
Milites,quos ad perenne
Cingulum Chriſtus vocat.
Sueta virtus bello & armis
Militat ſacrariis,
Cæſaris vexilla linquunt,
D Eligunt ſignum crucis.
Próque ventoſis draconum
Quod gerebant palliis,
Præferunt inſigne lignum,
Quod draconem ſubdidit.
Vile cenſent expeditis
Ferre dextris ſpicula,
Machinis murum ferire,
E Caſtra foſſis cingere.
Impias manus cruentis
Inquinare ſtragibus,
Fortè tunc atrox ſecundos
Iſraelis poſteros.
Ductor aulæ mundialis
Ire ad aram iuſſerat,
Idolis litare nigris,
F Eſſe Chriſti refugas.
Liberam ſuccincta ferro
Peſtis vrgebat fidem,
Illa virgas & ſecures
Et biſulcas vngulas
Vltrò fortis expetebat,
Chriſti amore interrita,
Carcer inligata duris
Colla baccis impetit.
G Barbaras forum per omne
Tortor exercet manus,
Veritas crimen putatur,
Vox fidelis plectitur.
Tunc & enſe cæſa virtus
Triſte percuſſit ſolum,
Et rogis ingeſta mœſtis,
Ore flammas ſorbuit.
H Dulce tunc iuſtis cremari,
Dulce ferrum perpeti,
Hic duorum chara fratrum,
Conualeſcunt pectora.
Fida,quos per omne tempus
Iunxerat ſodalitas,
Stant parati ferre,quicquid
Sors tuliſſet vltima.
I Seu foret præbenda ceruix
Ad bipennem publicam,
Verberum poſt vim crepantum,
Poſt cataſtas igneas.
Siue pardis offerendum
Pectus,aut leonibus,
Noſne Chriſto procreati
Mammonæ dicabimur?

Et Dei formam gerentes
Seruiemus ſeculo?
Abſit vt cœleſtis ignis
Se tenebris miſceat.
Sit ſatis, quòd capta primo
Vita ſub chirographo,
Debitum perſoluit omne,
Functa rebus Cæſaris.
Tempus eſt Deo rependi,
Quicquid eſt proprium Dei,
Ite ſignorum magiſtri,
Et vos tribuni abſiſtite.
Aureos auferte torques,
Sauciorum præmia,
Clara nos hinc angelorum
Iam vocant ſtipendia.
Chriſtus illi candidatis
Præſidet cohortibus,
Et throno regnans ab alto,
Damnat infames Deos.
Vóſque qui ridenda vobis
Monſtra diuos fingitis,
Hæc loquentes obruuntur
Mille pœnis martyres.
Nexibus manus vtraſque
Flexus inuoluit rigor,
Et chalybs attrita colla
Grauibus ambit cyclis.
O vetuſtatis ſilentis
Obſoleta obliuio,
Inuidentur iſta nobis,
Fama & ipſa extinguitur,
Chartulas blaſphemus olim
Nam ſatelles abſtulit,
Ne tenacibus libellis
Erudita ſecula
Ordinem, tempus, modúmque
Paſſionis proditum
Dulcibus linguis per aures
Poſterorum ſpargerent.
Hoc tamen ſolùm vetuſta
Subtrahunt ſilentia
Iugibus longum catenis
An capillum pauerint.
Quo vires dolore tortor,
Quáve pœna ornauerit,
Illa laus occulta non eſt,
Nec ſeneſcit tempore.
Miſſa quòd rurſum per auras
Euolarunt munera,
Quæ vitam patêre cœli
Præmicando oſtenderent.
Illius fidem figurans
Nube fertur annulus,
Hic ſui dat pignus oris,
Vt ferunt, orarium.
Quæ ſuperno rapta flatu
Lucis inſtant intimum,
Per poli liquentis axem
Fulgor auri abſconditur.
Ac diu viſum ſequacem
Textilis candor fugit:
Subuehuntur vſque in aſtra,
Nec videntur amplius,
Vidit hoc conuentus adſtans,
Ipſe vidit carnifex:
Et manum repreſſit hærens,
Ac ſtupore oppalluit.
Sed tamen peregit ictum,
Ne periret gloria.
Iamne credis bruta quondam
V[illegible]num gentilitas,

A Quàm ſacrum crudelis error
Immolarit ſanguinem?
Credis in Deum relatos
Hoſtiarum ſpiritus?
Cerne quàm palàm feroces
Hic domantur dæmones,
Qui lupino capta ritu
Deuorant præcordia.
B Strangulant mentes & ipſas,
Séque miſcent ſenſibus,
Tunc ſuo iam plenus hoſte
Siſtitur furens homo.
Spumeas efflans ſaliuas,
Cruda torquens lumina,
Expiandus quæſtione
Non ſuorum criminum
C Audias, ne tortor adſtat,
Eiulatus flebiles:
Scinditur per flagra corpus,
Nec flagellum cernitur.
Creſcit & ſuſpenſus ipſe
Vinculis latentibus,
His modis ſpurcum latronem
Martyrum virtus quatit.
D Hæc coercet, torquet, vrit,
Hæc catenas incutit,
Prædo vexatus relictis
Se medulis exuit.
Linquit inlæſam rapinam,
Faucibus ſiccis fugit,
Vngue ab imo vſque ad capillum
Salua reddit omnia.
E Confitans ardere ſeſe,
Non gehennæ eſt incola,
Quid loquar, purgata longis
Alba morbis corpora?
Algidus cum decolores
Horror artus concutit,
Hic tumor vultum relinquit,
Hic color verus redit,
F Hoc bonum Saluator ipſe,
Quo fruamur, præſtitit,
Martyrum cum membra noſtro
Conſecrauit oppido.
Soſpitant quæ nunc colonos
Quos Hiberus alluit:
State nunc hymniſtæ matres
Pro receptis paruulis.
G Coniugum ſalute læta
Vox maritarum ſtrepet:
Sit dies hæc feſta nobis,
Sit ſacratum gaudium.

Hymnus in honorem diui Laurentij, conſtantiſſ. martyris.

ANtiqua fanorum parens
Iam Roma, Chriſto dedita,
H Laurentio victrix duce
Ritum triumphans barbarum.
Reges ſuperbos viceras,
Populos frenis preſſeras,
Nunc monſtruoſis idolis
Imponis imperij iugum.
Hæc ſola deerat gloria
Vrbis togatæ inſignibus,
I Feritate capta gentium
Domaret vt ſpurcum Iouem.
Non turbulentis viribus,
Coſſi, Camilli, aut Cæſaris,
Sed martyris Laurentij
Non incruento prælio.
Armata pugnauit fides,
Proprij cruoris prodiga:

Nam morte mortem diruit.
Ac ſemet impendit ſibi.
Fote hæc ſacerdos dixerat
Iam Xiſtus,adfixus cruci,
Laurentium flentem videns
Crucis ſub ipſo ſtipite,
Deſiſte diſceſſu meo
Fletus dolenter fundere:
Præcedo frater,tu quoque
Poſt hoc ſequeris triduum.
Extrema vox epiſcopi
Prænunciatrix gloriæ
Nihil fefellit:nam dies
Prædicta palmam præſtitit.
Qua voce,quantis laudibus
Celebrabo mortis ordinem?
Quo paſſionem carmine
Dignè retexens concinam?
Hic primus è ſeptem viris,
Qui ſtant ad aram proximi,
Leuita ſublimis gradu,
Et cæteris præſtantior:
Clauſtris ſacrorum præerat,
Cœleſtis arcanum domus
Fidis gubernans clauibus,
Votáſque diſpenſans opes.
Verſat famem pecuniæ
Præfectus vrbis regiæ,
Miniſter inſani ducis
Exactor haurit ſanguinis.
Qua vi latentes erutat
Nummos,operta exiſtimans
Talenta ſub ſactariis,
Cumulóſque congeſtos tegi.
Laurentium ſiſti iubet,
Exquirit arcam ditibus
Maſſis refertam,& fulgida
Montes monetæ conditos.
Soletis,inquit,conqueri,
Sæuire nos iuſto amplius,
Cum Chriſtiana corpora
Plus quàm cruente ſcindimus.
Abeſt atrocioribus
Cenſura feruens motibus,
Blandè & quietè efflagito
Quod ſpontè obire debeas.
Hunc eſſe veſtris orgiis
Morémque,& artem proditum eſt,
Hanc diſciplinam fœderis,
Libent vt auro antiſtites.
Argenteis ſcyphis ferunt
Fumare ſacrum ſanguinem,
Auróque nocturnis ſacris
Adſtare fixos cereos.
Tunc ſumma eſt cura fratribus
Vt ſermo teſtatur loquax,
Offerre fundis venditis
Seſtertiorum millia.
Addicta auorum prædia
Fœdis ſub auctionibus
Succeſſor exhæres gemit
Sanctis egens parentibus.
Hæc occuluntur abditis
Eccleſiarum in angulis,
Et ſumma pietas creditur
Nudare dulces liberos.
Deprome theſauros,malis
Suadendo quos præſtigiis
Exaggeratos obtines,
Nigrante quos claudis ſpecu.
Hoc poſcit vſus publicus,
Hoc fiſcus hoc ærarium.

A Vt dedita ſtipendiis
Ducem iuuet pecunia.
Sic dogma veſtrum eſt audio,
Suum quibúſque reddito,
En Cæſar agnoſcit ſuum
Nomiſma nummis inditum.
Quod Cæſaris ſcis,Cæſari
Da,nempe iuſtum poſtulo:
B Ni fallor,haud vllam tuus
Signat Deus pecuniam.
Nec cum veniret,aureos
Secum Philippos detulit,
Præcepta ſed verbis dedit
Inanis à marſupio.
Implete dictorum fidem,
C Quam vos per orbem venditis:
Nummos libenter reddite,
Eſtote verbis diuites.
Nil aſperum Laurentius
Refert ad iſta,aut turbidum:
Sed vt paratus obſequi,
Obtemperanter annuit.
Eſt diues,inquit,non nego,
D Habétque noſtra eccleſia
Opúmque & auri plurimum.
Nec quiſquam in orbe ditior.
Is ipſe tantum non habet
Argenteorum ænigmatum
Auguſtus,arcem poſſidens,
Cui nummus omnis ſcribitur,
Sed nec recuſo prodere
E Locupletis arcam numinis,
Vulgabo cuncta,& proferam
Precioſa quæ Chriſtus tenet.
Vnum ſed orans flagito,
Induciarum paululum,
Quo fungar efficacius
Promiſſionis munere.
Tum tota digeſtim mihi
F Chriſti ſupellex ſcribitur,
Nam calculanda primitus,
Tunc ſubnotanda eſt ſummula.
Lætus tumeſcit gaudio
Præfectus,ac ſpem deuorat:
Aurum velut iam conditum
Domi maneret geſtiens.
Pepigêre tempus tridui.
Laudatus inde abſoluitur
G Laurentius,ſponſor ſui,
Et ſponſor ingentis lucri.
Tribus per vrbem curſitat
Diebus,infirma agmina,
Omnéſque quo poſcunt ſtipem,
Cogens in vnum,& congregans.
Illic vtriſque obtutibus
Orbes cauatos præferens
H Baculo regebat præuio,
Errore nutantem gradum.
Et claudus infracto genu,
Vel crure trunco ſemipes,
Breuiórve planta ex altera,
Greſſum trahebat imparem.
Eſt vlceroſis artubus
Qui tabe corrupta fluat,
Eſt cuius arens dextera
I Neruos in vlnam contrahat.
Tales plateis omnibus
Exquirit,aſſuetos ali
Eccleſiæ matris penu,
Quos ipſe primus nouerat.
Recenſet exin ſingulos,
Scribens viritim nomina,

Longo & locatos ordine
Adſtare pro templo iubet,
Præſcriptus & iam fluxerat
Dies, furebat feruido
Iudex auarus ſpiritu,
Promiſſa ſolui efflagitans.
Tum martyr: aſſiſtas velim,
Corámque diſpoſitas opes
Mirêre, quas noſter Deus
Prædiues in ſanctis habet.
Videbis ingens atrium
Fulgere vaſis aureis,
Et per patentes porticus
Structos talentis ordines.
It ille, nec pudet ſequi.
Ventum ad ſacratam ianuam,
Stabant caterua pauperum,
Inculta viſu examina.
Fragor rogantum tollitur,
Præfectus horreſcit ſtupens,
Conuerſus in Laurentium,
Oculis turbatis minax.
Contrà ille. Quid frendens, ait,
Minitaris? aut quid diſplicet?
Num ſordida hæc, aut vilia?
Num deſpuenda exiſtimas?
Aurum, quod ardenter ſitis
Effoſſa gignunt rudera,
Et de metallis ſqualidis
Pœnalis excudit labor.
Torrens vel amnis turbidis
Voluens arenis implicat:
Quod terrulentum ac ſordidum,
Flammis neceſſe eſt decoqui.
Pudor per aurum ſoluitur,
Violatur auri integritas,
Pax occidit, fides perit,
Leges & ipſæ intercidunt.
Quid tu venenum gloriæ
Extollis, & magni putas?
Si quæris aurum verius,
Lux eſt, & humanum genus.
Hi ſunt alumni luminis,
Quos corpus arctat debile,
Nec per ſalutem viſcerum
Mens inſoleſcat turgida.
Quum membra morbus diſſecat,
Animus viget robuſtior,
Mentis viciſſim fortibus
Vis ſauciatur ſenſuum.
Nam ſanguis in culpam calens
Minus miniſtrat virium,
Si feruor effœtus malis
Elumbe virus contrahat.
Si fortè detur optio,
Malim dolore aſperrimo
Fragmenta membrorum pati,
Et pulcher intus viuere.
Committe formas peſtium,
Et confer alternas lues,
Carniſve morbus fœdior
An mentis, & morum vlcera?
Noſtri per artus debiles,
Intus decoris integri,
Senſum venuſti innoxium
Laboris experti gerunt.
Veſtros valentes corpore
Interna corrumpit lepra,
Errórque mancum claudicat,
Et cæca fraus nihil videt.
Quemuis tuorum principum,
Qui veſte & ore præniter,

A Magis probabo debilem,
Quàm quis meorum pauperum.
Hunc qui ſuperbit ſerico,
Quem currus inflatum vehit,
Hydrops aquoſus lucido
Tendit veneno intrinſecus.
Aſt hic auarus contrahit
Manus recuruas, & volam
B Plicans aduncis vnguibus
Laxare neruos non valet.
Iſtum libido fœtida
Per ſcorta tractum publica
Luto & cloacis inquinat,
Dum ſpurca mendicat ſtupra.
Quid ille feruens ambitum,
Sitimque honoris æſtuans,
C Merſiſne anhelat febribus,
Atque igne venarum furit?
Quiſquis tacendi intemperans
Silenda prurit prodere,
Vexatur, & ſcalpit iecur,
Scabiémque cordis ſuſtinet.
Quid inuidorum pectorum
Strumas retexam turgidas?
D Quid purulenta & liuida,
Malignitatum vulnera?
Tu & ipſe qui Romam regis
Contèmptor æterni Dei,
Dum dæmonum ſordes colis,
Morbo laboras regio.
Hi quas ſuperbus deſpicis,
Quos execrandos iudicas,
E Breui vlceroſos exuent
Artus, & incolumes erunt.
Quin carne corruptiſſima
Tandem ſoluti ac liberi,
Pulcherrimo vitæ ſtatu
In arce lucebunt patris.
Non ſordidati aut debiles,
F Sicut videntur interim,
Sed purpurantibus ſtolis
Clari, & coronis aureis.
Tum ſi facultas ſuppetat,
Coràm tuis obtutibus
Iſtos potentes ſeculi
Velim recenſendos dari.
Pannis videres obſitos,
Et muculentis naribus,
G Mentum ſaliuis vuidum,
Lippóſque palpebra putri.
PECCANTE nil eſt tetrius,
Nil tam leproſum aut putridum.
Cruda eſt cicatrix criminum,
Olétque vt antrum tartari.
Animabus inuerſa vice
Corrupta forma infligitur.
H Quas pulcher aſpectus prius
In corpore oblectauerat.
En ergo nummos aureos,
Quos proximè ſpoponderam,
Quos nec fauillis obruat
Ruina, nec fur ſubtrahat.
Nunc addo gemmas nobiles,
Ne pauperem Chriſtum putes,
I Gemmas coruſci numinis,
Ornatur hoc templum quibus,
Cernis ſacratas virgines,
Mirêris intactas anus,
Primíque poſt damnum thori
Ignis ſecundi neſcias.
Hoc eſt monile Eccleſiæ,
His illa gemmis comitur:

Dotata ſic Chriſto placet,
Sic ornat altum verticem.
Eccum talentum ſuſcipe,
Ornabis vrbem Romulam,
Ditabis & rem principis,
Fits,& ipſe ditior.
Ridemur,exclamat furens
Præfectus,ac miris modis
Per tot figuras ludimur,
Et viuit inſanum caput.
Impunè tantas furcifer
Strophas cauillo mimico
Te nexuiſſe exiſtimas,
Dum ſcurra ſaltas fabulam?
Concinna viſa vrbanitas
Tractare noſmet ludicris?
Egon' cachinnis venditus
Acroama feſtinum fui?
Adeóne nulla auſteritas,
Cenſura nulla eſt faſcibus?
Adeon' ſecurim publicam
Mollis retundit lenitas?
Dicis,libenter oppetam,
Votiua mors eſt martyri.
Eſt iſta vobis,nouimus,
Perſuaſionis vanitas.
Sed non volenti impertiam,
Præſtetur vt mortis citæ
Compendioſus exitus,
Perire raptim non dabo.
Vitam tenebo,& differam
Pœnis morarum iugibus,
Et mors inextricabilis
Longos dolores protrahet.
Prunas tepentes ſternite,
Ne feruor ignitus nimis
Os contumacis occupet,
Et cordis intret abdita.
Vapor ſeneſcens langueat,
Qui fuſus afflatu leui
Tormenta ſenſim temperet,
Semuſtulati corporis.
Bene eſt quòd ipſe ex omnibus
Myſteriarches incidat,
Hic ſolus exemplum dabit
Quid mox timere debeant.
Conſcende conſtratum rogum,
Decumbe digno lectulo.
Tunc,ſi libebit,diſputa
Nil eſſe Vulcanum meum.
Hæc ſante præfecto,truces
Hinc inde tortores parant
Nudare amictu martyrem,
Vincire membra,& tendere.
Illi os decore ſplenduit,
Fulgórque circumfuſus eſt.
Talem reuertens legifer
De monte vultum detulit:
Iudæa quem plebs aureo
Boue inquinata,& decolor
Expauit,& faciem retrò
Detorſit impatiens Dei.
Talémque & ille prætulit
Oris coruſci gloriam,
Stephanus per imbrem ſaxeum
Cœlos apertos intuens.
Illuminatum hoc eminus
Recens piatis fratribus,
Baptiſma quos nuper datum
Chriſti capaces fecerat,
Aſt impiorum cæcitas,
Os oblitum noctis ſitu.

A Nigrante ſub velamine
Obducta,clarum non videt.
Ægyptiæ plagæ in modum,
Quæ cum tenebris barbaros
Damnaret,Hebræis diem
Sudo exhibebat lumine.
Quin ipſa odoris qualitas,
Aduſta quam reddit cutis,
B Diuerſa vtroſque permouet,
His nidor,illis nectar eſt.
Idemque ſenſus diſpari
Variatus aura,aut afficit
Horrore nares vindice,
Aut mulcet oblectamine.
Sic ignis æternus Deus:
C Nam Chriſtus ignis verus eſt,
Is ipſe complet lumine.
Iuſtos,& vrit noxios.
Poſtquam vapor diutinus
Decoxit exuſtum latus,
Vltrò è catasta iudicem
Compellat affatu breui:
Conuerte partem corporis
D Satis crematam iugiter,
Et fac periclum,quid tuus
Vulcanus ardens egerit.
Præfectus inuerti iubet.
Tunc ille:Coctum eſt, deuora,
Et experimentum cape,
Sit crudum an aſſum ſuauius.
Hæc ludibundus dixerat,
E Cœlum deinde ſuſpicit,
Et congemiſcens obſecrat
Miſeratus vrbem Romulam.
O Chriſte numen vnicum,
O ſplendor,ô virtus patris,
O factor orbis,& poli
Atque auctor horum mœnium,
Qui ſceptra Romæ in vertice
F Rerum locaſti,ſanciens
Mundum Quirinali togæ
Seruire & armis cedere.
Vt diſcrepantum gentium
Mores & obſeruantiam,
Linguáſque,& ingenia,& ſacra
Vnis domares legibus.
En omne ſub regnum Remi
G Mortale conceſſit genus,
Idem loquuntur diſſoni
Ritus idipſum ſentiunt.
Hoc deſtinatum quo magis
Ius Chriſtiani nominis
Quodcunque terrarum iacet
Vno illigares vinculo.
Da Chriſte Romanis tuis
H Sit Chriſtiana vt ciuitas,
Per quam dediſti,vt cæteris
Mens vna ſacrorum foret.
Confœderentur omnia
Hinc inde membra in ſymbolum
Manſueſcat orbis ſubditus,
Manſueſcat & ſummum caput.
Aduertat adiunctas plagas
I Coire in vnam gratiam,
Fiat fidelis Romulus,
Et ipſe iam credat Numa.
Confundit error Troicus
Adhuc Catonum curiam,
Veneratur occultis focis?
Phrygum penates exules.
Ianum bifrontem & Sterculum
Colit ſenatus horreo.

Tot monſtra patrum dicere,
Et feſta Saturni ſenis.
Abſterge Chriſte hoc dedecus,
Emitte Gabriel tuum,
Agnoſcat vt verum Deum
Errans Iulica cæcitas.
Et iam tenemus obſides
Fidiſſimos huius ſpei:
Hic nempe iam regnant duo
Apoſtolorum principes.
Alter vocatur gentium,
Alter cathedram poſſidens
Primam, recludit creditas
Æternitatis ianuas.
Diſcede adulter Iuppiter
Stupro ſororis oblite,
Relinque Romam liberam,
Plebémque iam Chriſti fuge.
Te Paulus hinc exterminat,
Te ſanguis exturbat Petri,
Tibi id quod ipſe armaueras
Factum Neronis officit.
Video futurum principem
Quandoque, qui ſeruos Dei
Tetris ſacrorum ſordibus
Seruire Romam non ſinat.
Qui templa claudat vectibus,
Valuas eburnas obſtruat,
Nefaſta damnet limina,
Obdens ahenos peſſulos.
Tunc parua ab omni ſanguine
Tandem nitebunt marmora:
Stabunt & æra innoxia,
Quæ nunc habentur idola.
Hic finis orandi fuit,
Et finis idem vinculi
Carnalis: erupit volens
Vocem ſequutus ſpiritus.
Vexêre corpus ſubditis
Ceruicibus quidam patres,
Quos mira libertas viri
Ambire Chriſtum ſuaſerat.
Repens medullas indolea
Afflarat, & coegerat
Amore ſublimis Dei
Odiſſe nugas priſtinas
Refrixit ex illo die
Cultus deorum turpium,
Plebs in ſacellis rarior,
Chriſti ad tribunal curritur.
Sic dimicans Laurentius
Non enſe præcinxit latus
Hoſtile, ſed ferrum retrò
Torquens in auctorem tulit.
Dum dæmon inuictum Dei
Teſtem laceſſit prælio,
Perfoſſus ipſe concidit,
Et ſtratus æternum iacet.
Mors illa ſancti martyris,
Mors vera templorum fuit,
Tum veſta Palladios lares
Impunè ſenſit deſeri.
Quicquid Quiritum ſueuerat
Ornare res vanas Numæ,
Chriſti frequentant atria,
Hymnus reſultat martyrum.
Ipſa & ſenatus lumina
Quondam Luperci, aut Flamines,
Apoſtolorum & martyrum
Exoſculantur limina.
Videmus illuſtres domos,
Sexu ex vtroque nobilea

A Offerre votis pignora
Clariſſimorum liberûm.
Vittatus olim pontifex
Accitur in ſignum crucis,
Ædémque Laurenti tuam
Veſtalis intrat Claudia.
O ter quatérque, & ſepties
Beatus Vrbis incola,
B Qui te ac tuorum comminus
Sedem celebrat oſſium.
Cui propter aduolui licet,
Qui fletibus ſpargit locum,
Qui pectus in terram premit,
Qui vota fundit murmure.
Nos Vaſco Hiberos diuidit
Binis remotos alpibus
C Trans Cottianorum iuga,
Trans & Pyrenas ningidos.
Vix fama nota eſt, abditis
Quàm plena ſanctis Roma ſit,
Quàm diues vrbanum ſolum
Sacris ſepulchris floreat,
Sed qui caremus his bonis,
D Nec ſanguinis veſtigia
Videre coràm poſſumus,
Cœlum intuemur eminus.
Sic ſancte Laurenti tuam
Nos paſſionem quærimus:
Eſt aula nam duplex tibi,
Hic corporis, mentis polo.
Illic inenarrabili
E Allectus vrbi municeps,
Æternæ in arce curiæ
Geſtas coronam ciuicam.
Videor videre illuſtribus
Gemmis coruſcantem virum,
Quem Roma cœleſtis ſibi
Legit perennem conſulem.
Quæ ſit poteſtas credita,
F Et muneris quantum datum,
Probant Quiritum gaudia,
Quibus rogatus annuis.
Quod quiſque ſupplex poſtulat,
Fert impetratum proſperè,
Poſcunt, litatur, indicant,
Et triſtis haud vllus redit.
Ceu præſtò ſemper adſies.
Tuóſque alumnos vrbicos
G Lactantes complexu ſinu
Paterno amore nutrias.
Hos inter ô Chriſti decus,
Audi & poëtam ruſticum
Cordis fatentem crimina,
Et facta prodentem ſua.
Indignus agnoſco & ſcio,
Quem Chriſtus ipſe exaudiat,
H Sed per patronos martyres
Poteſt medelam conſequi.
Audi benignus ſupplicem
Chriſti reum Prudentium,
Et ſeruientem corpori
Abſolue vinclis ſeculi.

Hymnus in laudem Eulaliæ virginis.

I GErmine nobilis Eulalia,
Mortis & indole nobilior.
Emeritam ſacra virgo ſuam
Cuius ab vbere progenita eſt
Oſſibus ornat, amore colit.
Proximus occiduo locus eſt,
Qui tulit hoc decus egregium,
Vrbe potens, populis locuples,
Sed mage ſanguine martyrij,

Virgi

Virgineóque potens titulo.
Curriculis tribus atque nouem
Tris hyemes quater attigerat,
Cum crepitante pyra trepidos
Terruit aſpera carnifices,
Supplicium ſibi dulce rata.
Iam dederat prius indicium,
Tendere ſe patris ad ſolium:
Nec ſua membra thoro
Ipſa crepundia repulerat,
Ludere neſcia puſiola.
Spernere ſuccina, flere roſas,
Fulua monilia reſpuere:
Ore ſeuera, modeſta gradu,
Moribus & nimium teneris,
Caniciem meditata ſenum.
Aſt vbi ſe furiata lues
Excitat in famulos Domini,
Chriſticoláſque cruenta iubet
Thura cremare, iecur pecudis
Mortiferis adolere Deis.
Infremuit ſacer Eulaliæ
Spiritus, ingeniſque ferox
Turbida frangere bella parat.
Et rude pectus, anhela Deo
Fœmina prouocat arma virum.
Sed pia cura parentis agit
Virgo animoſa domi vt lateat,
Abdita rure & ab vrbe procul,
Ne fera ſanguinis in precium
Mortis amore puella ruat.
Illa peroſa quietis opem
Degeneri tolerare mora,
Nocte fores ſine teſte mouet,
Septáque clauſtra fugax aperit,
Inde per inuia carpit iter.
Ingreditur pedibus laceris,
Per loca ſenta ſitu, & vepribus,
Angelico comitata choro:
Et licet horrida nox ſileat,
Lucis habet tamen illa ducem.
Sic habuit generoſa patrum
Turba columniferum radium,
Scindere qui tenebroſa potens,
Nocte viam face perſpicua
Præſtitit, intereunte Chao.
Non aliter pia virgo viam
Nocte ſequuta diem meruit,
Nec tenebris adoperta fuit,
Regna Canopica cum fugeret,
Et ſuper aſtra pararet iter.
Illa gradu citu peruigili,
Millia multa prius peragit,
Quàm plaga pandat Eoa polum,
Mane ſuperba tribunal adit,
Faſcibus adſtat & in mediis.
Vociferans, rugo quis pudor eſt
Perdere præcipites animas,
Et malè prodiga corda ſui
Sternere raſilibus ſcopulis,
Omnipatrémque negare Deum?
Quæritis ò miſeranda manus
Chriſticolum genus? En ego ſum
Dæmonicis inimica ſacris,
Idola protero ſub pedibus,
Pectore & ore Deum fateor.
Iſis, Apollo, Venus nihil eſt,
Maximianus & ipſe nihil.
Illa nihil quia facta manu:
Hic, manuum quia facta colit:
Friuola vtraque, & vtraque nihil
Maximianus opum dominus,

A Et tamen ipſe cliens lapidum,
Proſtituat, voueátque ſuis
Numinibus caput ipſe ſuum.
Pectora cur generoſa quatit?
Dux bonus, arbiter egregius
Sanguine paſcitur innocuo:
Corporibuſque piis inhians
B Viſcera ſobria dilacerat,
Gaudet & excruciare fidem.
Ergo age tortor adure, ſeca,
Diuide membra coacta luto.
Soluere rem fragilem facile eſt,
Non penetrabitur interior
Exagitante dolore animus.
Talibus excitus in furias
C Prætor, ait: Rape præcipitem
Lictor, & obrue ſuppliciis:
Sentiat eſſe Deos patrios,
Nec leue principis imperium.
Quàm cuperem tamen, ante necem
Si potis es reuocare tuam
Torua puellula nequitiam:
Reſpice gaudia quanta metat,
D Quæ tibi fert genialis honor.
Te lacrymis labefacta domus
Proſequitur, generiſque tui
Ingemit anxia nobilitas,
Flore quòd occidis in tenero,
Proxima dotibus & thalamo.
Non mouet aurea pompa thori,
Non pietas veneranda ſenum,
E Quos temeraria debilitas,
Ecce parata miniſteria
Excruciabilis exitij.
Aut gladio feriere caput,
Aut laniabere membra feris:
Aut facibus data fumificis,
Flebiliterque vlulanda tuis
In cineres reſoluta flues.
F Hæc, rogo, quis labor eſt fugere?
Si modicum ſalis eminulis,
Thuris & exiguum digitis
Tangere virgo benigna velis,
Pœna grauis procul abfuerit.
Martyr ad iſta nihil, ſed enim
Infremit, inque tyranni oculos
Sputa iacit: ſimulachra dehinc
G Diſſipat, impoſitamque molem
Thuribulis pede proſubigit.
Nec mora, carnifices gemini
Iuncea pectora dilacerant,
Et latus vngula virgineum
Pulſat vtrinque, & ad oſſa ſecat,
Eulalia numerante notas.
Scriberis ecce mihi domine,
H Quàm iuuat hos apices legere,
Qui tua Chriſte trophæa notant
Nomen & ipſa ſacrum loquitur
Purpura ſanguinis eliciti.
Hæc ſine fletibus & gemitu
Læta canebat, & intrepida,
Dirus abeſt dolor ex animo,
Membraque picta cruore nouo
Fonte cutem recalente lauant.
Vltima carnificina dehinc,
I Non laceratio vulnifica
Crate tenus, nec arata cutis,
Flamma ſed vndique lampadibus
In latera, ſtomachumque furit.
Crinis odorus & in iugulos
Fluxerat, inuoluens humeris,
Quo pudibunda pudicitia,

Virgineúſque lateret honos.
Tegmine vertici oppoſito.
Flamma crepans volat in faciem,
Pérque comas vegetata caput
Occupat, exuperatque apicem:
Virgo citò cupiens obitum,
Appetit & bibit ore rogum.
Emicat inde columba repens,
Martyris os niue candidior
Viſa relinquere, & aſtra ſequi.
Spiritus hic erat Eulaliæ
Lacteolus, celer, innocuus.
Colla fluunt abeunte anima,
Et rogus igneus emoritur,
Pax datur artubus exanimis,
Flatus in æthere plaudit ouans,
Templáque celſa petit volucer.
Vidit & ipſe ſatelles auem
Fœminæ ab ore meare palam,
Obſtupefactus, & attonitus
Proſilit, & ſua geſta fugit,
Lictor & ipſe fugit pauidus.
Ecce niuem glacialis hyems
Ingerit, & tegit omne forum:
Membra tegit ſimul Eulaliæ
Axe iacentia ſub gelido,
Pallioli vice linteoli.
Cedat amor lacrymantum hominum
Qui celebrare ſuprema ſolent,
Flebile cedat & officium:
Ipſa elementa iubente Deo,
Exequias tibi virgo ferunt,
Nunc locus emerita eſt, tumulo
Clara Colonia Vettoniæ,
Quam memorabilis amnis Ana
Præterit, & viridante rapax
Gurgite mœnia pulchra lauat.
Hic vbi marmore perſpicuo
Atria luminat alma nitor,
Et peregrinus, & indigena
Relliquias, cineréſque ſacros
Seruat humus veneranda ſinu.
Tecta coruſca ſuperrutilant
De laquearibus aureolis,
Saxáque cæſa ſolum variant
Floribus vt roſulenta putes
Prata rubeſcere multimodis.
Carpite purpureas violas,
Sanguineóſque crocos metite:
Non caret his genialis hyems,
Laxat & arua tepens glacies,
Floribus vt cumulet calathos.
Iſta comantibus è foliis
Munera virgo, puérque date.
Aſt ego ſerta choro in medio
Texta feram pede dactylico,
Vilia, marcida, feſta tamen.
Sic venerarier oſſa libet,
Oſſibus altar & impoſitum:
Illa Dei ſita ſub pedibus
Proſpicit hæc, populóſque ſuos
Carmine propitiata fouet.

Hymnus in laudem decem & octo martyrum Cæſaraugustanorum.

Bis nouem noſter populus ſub vno
Martyrum ſeruat cineres ſepulchro.
Cæſar auguſtam vocitamus vrbem,
Res cui tanta eſt.
Plena magnorum domus angelorum,
Non timet mundi fragilis ruinam,
Tot ſinu geſtans ſimul offerenda
Munera Chriſto.

A Quum Deus dextram quatiens coruſci
Nube ſubnixus veniet rubente,
Gentibus iuſtam poſiturus æquo
Pondere libram.
Orbe de magno caput excitata
Obuiam Chriſto properanter ibit,
Ciuitas omnis precioſa portans
Dona caniſtris.
B Afra Carthago tua promet oſſa
Ore facundo Cypriane doctor:
Corduba Aciſclum dabit, & Zoellem,
Treſque coronas.
Tu tribus gemmis diadema pulchrum
Offeres Chriſto genitrix piorum
Tarraco, intexit cui Fructuoſus
Sutile vinclum.
C Nomen hoc gemmæ ſtrophio illigatũ eſt,
Emicant iuxta lapides gemelli,
Ardet & ſplendor parilis duorum
Igne coruſco.
Parua Felicis decus exhibebit
Artubus ſanctis locuples Gerunda,
Noſtra præſtabit Calagurris ambos,
D Quos veneramur.
Barchinon claro Cucufate freta
Surget, & Paulo ſpecioſa Narbo.
Téque præpollens Arelas habebit
Sancte Geneſi.
Luſitanorum caput oppidorum
Vrbs, adoratæ cineres puellæ
Obuiam Chriſto rapiens, ad aram
E Porriget ipſam.
Sanguine iuſti cui paſtor hæret,
Ferculum duplex, geminúmque donum
Ferre Complutum gremio iuuabit
Membra duorum.
Ingeret Tingis ſua Caſſianum
Feſta Maſſylum monumenta regum,
F Qui cinis gentes domitas coëgit
Ad iuga Chriſti.
Singulis paucæ tribus aut duobus
Forſan, & quinis aliquæ placebunt,
Teſtibus Chriſti prius hoſtiarum
Pignore functæ.
Tu decem ſanctos reuehes, & octo
Cæſarauguſta ſtudioſa Chriſti,
G Verticem flauis oleis reuincta
Pacis honore.
Sola in occurſum numeroſiores
Martyrum turbas domino paraſti,
Sola prædiues pietate multa
Luce frueris.
Vix parens orbis populoſa Pœni,
H Ipſa vix Roma in ſolio locata,
Te decus noſtrum ſuperare in iſto
Munere digna eſt.
Omnibus portis ſacer immolatus
Sanguis exclusit genus inuidorum
Dæmonum, & nigras pepulit tenebras
Vrbe piata.
Nullus vmbrarum latet intus horror,
I Pulſa nam peſtis populum refugit,
Chriſtus in totis habitat plateis,
Chriſtus vbique eſt.
Martyrum credas patriam coronis
Debitam ſacris, chorus vnde ſurgens
Tendit in cœlum niueus togatæ
Nobilitatis.
Inde Vincenti tua palma nata eſt,
Clerus hinc tantum peperit triumphum,
Hinc ſacerdotum domus infulata
Valeriorum.

Sæuus antiquis quoties procellis
Turbo, vexatum tremefecit orbem,
Triſtior templum rabies in iſtud
Intulit iras.
Nec furor quiſquam ſine laude noſtrûm
Ceſſit, aut clari vacuus cruoris
Martyrum ſemper numerus ſub omni
Grandine creuit.
Nónne Vincenti peregrè necandus
Martyr, his terris tenui notaſti
Sanguinis rore ſpeciem futuri
Morte propinqua?
Hoc colunt ciues, velut ipſa membra
Ceſpes includat ſuus, & paterno
Seruet amplectens tumulo beati
Martyris oſſa.
Noſter eſt, quamuis procul hinc in vrbe
Paſſus ignota, dederit ſepulchro
Gloriam victor, prope littus altæ
Forte Sagunti.
Noſter & noſtra puer in palæſtra
Arte virtutis, fideique oliuo
Vnctus, horrendum didicit domare
Viribus hoſtem.
Nouerat templo celebres in iſto
Octies partas, decieſque palmas
Laureis doctus patriis, eadem
Laude cucurrit.
Hic & Encrati recubant tuarum
Oſſa virtutum, quibus efferati
Spiritum mundi violenta virgo
Dedecoraſti.
Martyrum nulli remanente vita
Contigit terris habitare noſtris,
Sola tu morti propriè ſuperſtes
Viuis in orbe.
Viuis, ac pœnæ ſeriem retexis.
Carnis & cæſæ ſpolium retentans,
Tetra quam ſulcos habeant amaros
Vulnera narras.
Barbarus tortor latus omne carpſit,
Sanguis impenſus lacerata membra,
Pectus abſciſa patuit papilla
Corde ſub ipſo.
Iam minus mortis precium peractæ eſt,
Quæ venenatos abolens dolores
Concitam membris tribuit quietem
Fine ſupremo.
Cruda te longum tenuit cicatrix,
Et diu venis dolor hæſit ardens,
Dum putreſcentes tenuat medullas
Tabidus humor.
Inuidus quamuis obitum ſupremum
Perſequutoris gladius negarit,
Plena te martyr tamen vt peremptam
Pœna coronat.
Vidimus partem iecoris reuulſam,
Vngulis longè iacuiſſe preſſis,
Mors habet pollens aliquid tuorum
Te quoque viua.
Hunc nouum noſtræ titulum fruendum
Cæſarauguſtæ dedit ipſe Chriſtus,
Iuge viuentis domus vt dicata
Martyris eſſet.
Ergo ter ſenis ſacra candidatis
Diues optato, ſimul & Luperco
Perge conſcriptum tibimet ſenatum
Pangere pſalmis.
Ede Succeſſum, cane Martialem,
Mors & Vrbani tibi concinatur,
Iuliam cantus reſonet, ſimulque
Quintilianum,

A Publium pandat chorus, & reuoluat
Quale Frontonis fuerit trophæum,
Quid bonus Felix tulerit quid acer
Cæcilianus.
Quantus Euenti tua bella ſanguis
Tinxerit, quantus tua Primitiue,
Quam tuos viuax recolat triumphos
Laus Apodami.
B Quattuor poſthinc ſupereſt virorum
Nomen extolli, renuente metro,
Quos Saturninus memorat vocatos
Priſca vetuſtas.
Carminis leges amor aureorum
Nominum par ... iacit, & loquendi
Cura de ſanctis otioſa non eſt,
Nec rudis vnquam.
C Plenus eſt artis modus, annotatas
Nominum formas recitare Chriſto,
Quas tenet cœli liber, explicandus
Tempore iuſto.
Octo tunc ſanctus recolet, decémque
Angelus, coram patre, filióque?
Vrbis vnius regio en tenentes
Iure ſepulchri.
D Quin ad antiquum numerum trahentur,
Viua poſt pœnæ ſpecimen puella,
Móriſque Vincenti, cui ſanguis hinc eſt
Fons & honoris.
Additis Gaio, nec enim ſilendi,
Téque Crementi, quibus inaeſtimentum
Ferre prouenit decus ex ſecundo
Laudis agone.
E Ambo confeſſi Dominum, ſteterunt
Acriter contra fremitum latronum,
Ambo guſtarunt leniter ſaporem
Martyriorum.
Hæc ſub altari ſita ſempiterno,
Lapſibus noſtris veniam precatur
Turba, quam ſeruat procerum creatrix
Purpureorum.
F Nos pio fletu, date, perluamus
Marmorum ſulcos, quibus eſt operta
Spes, vt abſoluam retinaculorum
Vincla meorum.
Sterne te totam generoſa ſanctis
Ciuitas mecum tumulis, deinde
Mox reſurgentes animas, & artus
Tota ſequeris.

Hymnus in laudem Vincentij martyris.

G Beate martyr proſpera
Diem triumphalem tuum,
Quo ſanguinis merces tibi,
Corona Vincenti datur.
Hic te ex tenebris ſe
Tortore victo & iudice,
Euexit ad cælum dies,
Chriſtóque ouantem reddidit.
H Nunc angelorum particeps,
Conluces inſigni ſtola,
Quam teſtis indomabilis
Riuis cruoris laueras.
Quum te ſatelles idoli
Præcinctus atris legibus,
Litare diuis gentium,
Ferro & catenis cogeret:
I Ac verba primùm mollia
Suadendo blandè effuderat
Captator, vt vitulum lupus
Rapturus, alludit prius:
Rex, inquit, orbis maximus,
Qui ſceptra geſtat Romula,
Seruire ſanxit omnia

Priſcis deorum cultibus.
Vox Nazareni aſſiſtite,
Rudémque ritum ſpernite,
Hæc ſaxa quæ princeps colit,
Placate fumo & victima.
Exclamat hic Vincentius,
Leuita de tribu ſacra,
Miniſter altaris Dei,
Septem ex columnis lacteis.
Tibi iſta præſint numina,
Tu ſaxa,tu ligna colas,
Tu mortuorum mortuus
Fias deorum pontifex.
Nos lucis auctorem patrem,
Eiuſque Chriſtum filium
Qui ſolus,ac verus Deus,
Datiane confitebimur.
Hic ille iam commotior:
Audéſne non felix,ait,
Ius hoc deorum & principum,
Violare verbis aſperis?
Ius & ſacrarum,& publicum,
Cui ſedit humanum genus,
Nec te iubente ſeruidè
Inſtans periculum permouet.
Hoc nanque decretum cape,
Aut ara,thure,& ceſpite
Precanda iam nunc eſt tibi,
Aut mors luenda eſt ſanguine.
Reſpondit ille altrinſecus:
Age ergo quicquid virium,
Quicquid poteſtatis tibi eſt,
Palàm reluctor,exere.
Vox noſtra quæ ſit,accipe,
Eſt Chriſtus,& pater Deus·
Serui huius & teſtes ſumus,
Extorque ſi potes fidem.
Tormenta,carcer,vngulæ,
Stridénſque flammis lamina,
Atque ipſa pœnarum vltima,
Mors Chriſtianis ludus eſt.
O veſtra inanis vanitas,
Scitúmque brutum Cæſaris,
Condigna veſtris ſenſibus
Coli iubetis numina.
Exciſa fabrili manu.
Cauis recocta & follibus,
Quæ voce,quæ greſſu carent,.
Immota,cæca,elinguia.
His ſumptuoſa ſplendido
Delubra creſcunt marmore.
His colla mugientium
Percuſſa taurorum cad[illegible]
Adſunt & illic ſpi[illegible]
Sunt ſed magiſtri crim[illegible]
Veſtræ & ſalutis auſpices
Vagi,impotentes,ſordidi:
Qui vos latenter incitos
In omne compellunt nefas,
Vaſtare iuſtos cædibus,
Plebem piorum carpere.
Norunt & ipſi,ac ſentiunt
Pollere Chriſtum,& viuere,
Eiúſque iam iámque affore
Regnum tremendum perfidis.
Clamant fatentes denique
Pulſi è latebris corporum,
Virtute Chriſti & nomine,
Diuíque & iidem dæmones.
Is intonantem martyrem.
Iudex profanus non tulit,
Conclamat:Os obtrudite,
A Ne plura iactet improbus.
Vocem loquentis claudite,
Raptímque lictores date,
Illos reorum carnibus
Paſtos,manúque exercitos.
Iam ſaxo ius prætorium
Conuiciator ſentiat,
Impunéne noſtris ſibi
B Diis deſtruendis luſerit?
Tibi ergo ſoli contumax
Tarpeia calcentur ſacra?
Tu porrò ſolus obteras
Romam,Senatum,Cæſarem?
Vinctum retortis brachiis,
Surſum:ac deorſum extendite
Compago donec oſſium
C Diuulſa,membratim crepet.
Pòſt hinc hiulcis ictibus
Nudate coſtarum abdita,
Vt per lacunas vulnerum
Iecur retectum palpitet.
Ridebat hæc miles Dei,
Manus cruentas increpans,
D Quòd fixa non profundius
Intraret artus vngula.
Ac iam omne robur fortium
Euiſcerando ceſſerat,
Niſúque anhelo ſoluerat
Feſſos lacertorum toros.
Aſt ille tanto lætior,
Omni vacantem nubilo·
Frontem ſerenam luminat,
E Te Chriſte præſentem videns.
Quis vultus iſte proh pudor?
Datianus aiebat furens,
Gaudet,renidet,prouocat,
Tortor & tortus acrior.
Nil illa vis exercita
Tot noxiorum mortibus
Agone in iſto proficit,
F Ars & dolorum vincitur.
Sed vos alumni carceris,
Pars ſemper inuicta mihi
Cohibete paulum dexteras,
Reſpiret vt laſſus,vigor.
Præſicca rurſus,vlcera
Dum ſe cicatrix colligit
Refrigerati ſanguinis,
G Manus reſulcans diruet.
His contrà Leuites refert,
Si iam tuorum perſpicis
Languere virtutem canum,
Age ipſe maior carnifex.
Oſtende quo pacto queant
Imos receſſus ſcindere,
Manus & ipſe interſere,
H Riuóſque feruentes bibe.
Erras cruente,ſi meam
Te rêre pœnam ſumere,
Quum membra morti obnoxia
Dilancinata interficis.
Eſt alter homo intrinſecus,
Violare quem nullus poteſt,
Liber,quietus,integer,
I Exors dolorum triſtium.
Hoc quod laboras perdere
Tantis furoris viribus,
Vas eſt ſolutum ac fictile,
Quocunque frangendum modo.
Quinimò nunc enitere
Illum ſecare ac plectere,
Qui perſtat intus,qui tuam.

Calcat tyranne inſaniam.
  Hunc laceſſe, hunc diſcute
Inuictum, inſuperabilem,
Nullis procellis ſubditum,
Solique ſubiectum Deo.
  Hæc fatur, & ſtridentibus
Laniatur vncis denuò,
Cui præter ore ſubdolo
Anguina verba exibilat,
  Si tanta callum pectoris
Prædurat obſtinatio,
Puluinar vt noſtrum manu
Abomineris tangere:
  Saltem latentes paginas,
Libróſque opertos detege,
Quo ſecta prauum ſeminans
Iuſtis crementur ignibus?
  His martyr auditis ait:
Quem tu maligne myſticis
Minitaris ignem literis,
Flagrabis ipſe hoc iuſtius.
  Romphæa nam cœleſtium
Vindex erit voluminum,
Tanti veneni interpretem,
Linguam perurens fulmine.
  Vides fauillas indices
Gomorrheorum criminum,
Sodomus nec latet cinis,
Teſtis perennis funeris.
  Exemplar hoc ſerpens tuum eſt,
Fuligo quem mox ſulphuris,
Bitumen & miſtum pice,
Imò implicabunt tartaro.
  His perſequutor ſaucius
Pallet, rubeſcit, æſtuat,
Inſana torquens lumina,
Spumáſque frendens egerit.
  Tum deinde cunctatus diu,
Decernit extrema omnium
Igni grabato, & laminis
Exerceatur quæſtio.
  Hæc ille ſeſe ad munera
Gradu citato proripit,
Ipsóſque pernix gaudio,
Pœnæ miniſtros præuenit.
  Ventum ad palæſtram gloriæ
Spes certat, & crudelitas
Luctamen anceps conſerunt,
Hinc Martyr, illinc carnifex.
  Serrata lectum regula
Dente infrequenti exaſperat,
Cui multa carbonum ſtrues
Viuum vaporat halitum.
  Hunc ſponte conſcendit rogum
Vir ſanctus ore interrito,
Ceu iam coronæ conſcius,
Celſum tribunal ſcanderet.
  Subter crepante aſpergine
Scintillat excuſſus ſalis,
Punctiſque feruens ſtridulis,
Sparſim per artus figitur.
  Aruina poſthinc igneum
Impreſſa cauterem fouit,
Vis vnde roris fumidi
In membra ſenſim liquitur.
  Hæc inter immotus manet
Tanquam dolorum neſcius,
Tenditque in altum lumina,
Nam vincla palmas preſſerant.
  Sublatus inde fortior,
Lugubre in antrum truditur,
Ne liber vſus luminis

A Animaret altum ſpiritum.
  Eſt intus imo ergaſtulo
Locus tenebris nigrior,
Quem ſaxa merſi fornicis
Anguſta clauſum ſtrangulant.
  Æterna nox illic latet,
Expers diurni ſideris
Hic carcer horrendus ſuos
B Habere fertur inferos.
  In hoc barathrum conijcit
Truculentus hoſtis martyrem,
Lignóque plantas inſerit
Diuaricatis cruribus.
  Quin addit & pœnam nouam
Crucis peritus artifex,
Nulli tyranno cognitam
C Nec fando compertam retrò.
  Fragmenta teſtarum iubet
Hirta impolitis angulis
Acuminata, informia,
Tergo iacenti ſternerent.
  Totum cubile ſpiculis
Armant dolores anxij,
Inſomne qui ſubter latus
D Mucrone pulſent obuio.
  Hæc ille verſutus, vafra
Meditatus arte ſtruxerat:
Sed Belzebulis callida
Commenta Chriſtus deſtruit.
  Nam carceralis cæcitas
Splendore lucis fulgurat,
E Duplexque morſus ſtipitis
Ruptis cauernis diſſilit.
  Agnoſcit hic Vincentius
Adeſſe quod ſperauerat,
Tanti laboris præmium,
Chriſtum datorem luminis.
  Cernit deinde fragmina
Iam teſtularum, mollibus
Veſtire ſemet floribus
F Redolente nectar carcere.
  Quin & frequentes angeli
Stant, ac loquuntur comminus,
Quorum vnus ore auguſtior
Compellat his dictis virum:
  Exurge martyr inclyte,
Exurge ſecurus tui,
Exurge & almis cœtibus
G Noſter ſodalis addere.
  Decurſa iam ſatis tibi
Pœnæ minacis munia,
Pulchróque mortis exitu
Omnis peracta eſt p[illegible].
  O miles inuictiſſime,
Fortiſſimiſque fortior,
Iam te ipſa ſæua & aſpera
H Tormenta victorem tremunt.
  Spectator hæc Chriſtus Deus
Compenſat æuo in termino,
Propriæque collegam crucis
Larga coronat dextera.
  Pone hoc caducum vaſculum
Compage textum terrea,
Quod diſſipatum ſoluitur,
I Et liber in cœlum veni.
  Hæc ille, ſed clauſas fores
Interna rumpunt lumina,
Tenuiſque per rimas nitor
Lucis latentis proditur.
  Hoc cum ſtuperet territus
Obſeſſor atri liminis,
Quem cura pernox manſerat

Serrare feralem damnum.
Pſallentes audit inſuper
Prædulce carmen martyris,
Cui vocis inſtar æmulæ
Conclaue reddit concauum.
Pauens deinde introſpicit,
Admota quantum poſtibus
Acies per arctas cardinum
Intrare iuncturas poteſt.
Vernare multis floribus
Stramenta teſtarum videt,
Ipſúmque vulſis nexibus
Obambulantem pangere.
Implentur aures turbidi
Prætoris hoc miraculo,
Flet victus, & voluit gemens
Iram, dolorem, dedecus.
Exemptus, inquit, carcere,
Paulum benignis fotibus
Recreetur, vt paſtum nouum
Pœnis refectus præbeat.
Coire toto ex oppido
Turbam fidelem cerneres,
Mollire præſultum torum,
Siccare cruda vulnera.
Ille vngularum duplices
Sulcos pererrat oſculis,
Hic purpurantem corporis
Gaudet cruorem lambere.
Plerique veſtem lineam
Stillante tingunt ſanguine,
Tutamen vt ſacrum ſuis
Domi reſeruent poſteris.
Tunc ipſe manceps carceris,
Et vinculorum ianitor,
Vt fert vetuſtas conſcia,
Repentè Chriſtum credidit.
Hic obſeratis vectibus
Denſæ ſpecum caliginis
Splendore lucis aduenæ
Micuiſſe clauſum viderat.
At verò poſtquam lectuli
Martyr quietem contigit,
Æger morarum tædio,
Et mortis incenſus ſiti.
Si mors habenda huiuſmodi eſt
Quæ corporali ergaſtulo
Mentem reſoluit liberam,
Et reddit auctori Deo
Mentem piatam ſanguine,
Mortis lauacris inclytam,
Quæ ſemet ac vitam ſuam
Chriſto immolandam præbuit.
Ergo vt recline mollibus
Reiecit auleis caput,
Victor relictis artubus
Cœlum capeſſit ſpiritus.
Cui recta celſo tramite,
Reſeratur ad patrem via,
Quam fratre cæſus impio
Abel beatus ſcanderat.
Stipant euntem candidi
Hinc inde ſanctorum chori,
Patique miſſus carcere
Baptiſta Ioannes vocat.
At Chriſtiani nominis
Hoſtem coquebant irrita
Fellis venena, & liuidum
Cor efferata exuſſerant.
Sæuire inermem crederes
Fractis draconem dentibus,
Euaſit, exultans ait.
A Rebellis, & palmam tulit.
Sed reſtat illud vltimum,
Inferre pœnam mortuo,
Feris cadauer tradere,
Canibúsue carpendam dare.
Iam nunc & oſſa extinxero
Ne ſit ſepulchrum funeris,
B Quod plebs gregalis excolat,
Titulúmque figat martyris.
Sic frendit, & corpus ſacrum
Profanus, ah dirum nefas,
Nudum negato tegmine
Exponit inter carices.
Sed nulla dirarum fames,
Aut beſtiarum aut alitum,
C Audet trophæum gloriæ
Fœdare tactu ſqualido.
Quin ſi qua clangens improbè
Circumuolaret ærious
Trucis volucris impetu
Depulſa vertebat fugam.
Nam coruus Heliæ datus
Olim ciborum portitor,
D Hoc munus implet ſedulò,
Et irremotus excubat.
Hic ex frutetis proximis
Infeſtus alarum ſono,
Oculóſque pennis verberans
Exegit immanem lupum.
Quis perfidorum credere
Auſit, rapacem belluam
E Tantis paratam congredi,
Ceſſiſſe plumis mollibus?
Ibat malignum murmurans,
Leui volatu exterritus,
Prædamque viſam fugerat
Cuſtodis imbellis minis.
Quis audiendi talia
Datiane tunc ſenſus tibi?
F Quantis gementem ſpiculis
Figebat occultus dolor?
Quum te perempti corporis
Virtute victum cerneres,
Ipſis & impar oſſibus,
Vacuisque iam membris minor?
Sed quis tyranne pertinax
Hunc impotentem ſpiritum
G Determinabit exitus,
Nullúſne te franget modus?
Nullus, nec vnquam deſinam:
Nam ſi ferina immanitas
Manſueſcit, & clementia
Coruos voraces mitigat,
Mergam cadauer fluctibus.
Inſana numquam naufragis
H Ignoſcit vnda, & ſpumeum
Noſcit profundum parcere.
Aut ſemper illic mobilis
Incerta per ludibria
Auſtris feretur flatibus;
Squamoſa paſcens agmina.
Aut ſub fragoſis rupibus
Scabri petrarum murices
Inter receſſus ſcrupeos
Diſciſſa rumpent viſcera.
Et quis virorum ſtrenuè
Cymbam peritus pellere
Remo, rudente & carbaſo,
Secare qui pontum queas?
Rapias paluſtri è ceſpite
Corpus, quod intactum iacet,
Leuique vectum lembulo

Amplum per æquor auferas.
Sed complicatum ſparteus
Claudat cadauer culleus,
Quem fune connexus lapis
Præceps in altum deprimat.
At tu per vadas emices
Rorante præceps palmula,
Donec relictum longior
Abſcondat aſpectus ſolum.
Hæc iuſſa quidam militum,
Eumorphio nomen fuit,
Violentus, audax, barbarus,
Furore feruens arripit.
Funale textum conſerit,
Suto quod implet corpore,
Emenſus & multum freti,
Inter procellas excutit.
O præpotens virtus Dei,
Virtus creatrix omnium,
Quæ turgidum quondam mare
Gradiente Chriſto ſtrauerat,
Vt terga calcans æquoris
Siccis mearet paſſibus,
Plantas nec vndis tingeret:
Vaſti viator gurgitis.
Hæc ipſa virtus iuſſerat
Rubrum ſalum dehiſcere,
Patente dum profundo aridum
Secura plebs inceſſerit.
Nec non & ipſa nunc iubet
Seruire ſancto corpori
Pontum quietis lapſibus
Ad curua pronum littora.
Saxum molaris ponderis
Vt ſpuma candens innatat,
Tantique cuſtos pignoris
Fiſcella fertur fluctibus.
Cernunt ſtupentes nauitæ
Vectam remenſo marmore,
Labi retrorſum leniter
Aeſtu ſecundo & flamine.
Certant & ipſi concito
Pontum phaſelo ſcindere,
Longè ſed artus præuolant
Telluris ad mollem ſinum.
Prius relatus denique
Humus quieta ſuſcipit,
Quàm pulſa ſummis niſibus
Carina portum tangeret.
Felix amœni littoris
Receſſus ille, qui ſacra
Fouens harenis viſcera
Vicem ſepulchri præbuit.
Dum cura ſanctorum pia
Deflens adornat aggerem,
Tumulóque corpus creditum
Vitæ reſeruat poſteræ.
Sed mox ſubactis hoſtibus
Iam pace iuſtis reddita,
Altar quietem debitum
Præſtat beatis oſſibus,
Subiecta nam ſacrario,
Imámque ad aram condita,
Cœleſtis auram muneris
Perfuſa ſubter hauriunt.
Sic corpus eſt ipſum Dei
Sedes receptum continet,
Cum Maccabæis fratribus
Secto Iſaiæ proximum.
Simplex ſed illis contigit
Corona pœnarum, quibus
Fidem malorum præſtitit
Mortis ſupremus exitus.
Quid tale ſector auſus eſt?
Truncata nunquid corporis,
Segmenta poſt ſerram feris
Obiecit, aut vndis dedit?
Nam Maccabæi martyris
Linguam tyrannus erutam,
Raptámue pellem verticis
Auibus cruentis obtulit.
Tu ſolus ò bis inclyte,
Solus brauij duplicis
Palmam tuliſti, tu duas
Simul paraſti laureas.
In morte victor aſpera,
Tum deinde poſt mortem pari
Victor triumpho proteris
Solo latronem corpore.
Adeſto nunc, & percipe
Voces precantum ſupplices,
Noſtri reatus efficax
Orator ad thronum patris.
Per te, per illum carcerem,
Honoris augmentum tui,
Per vincla, flammas, vngulas,
Per carceralem ſtipitem.
Per fragmen illud teſteum,
Quo parta creuit gloria,
Per quem trementes poſteri
Exoſculamur lectulum.
Miſerere noſtrarum precum,
Placatus vt Chriſtus ſuis
Inclinet aurem proſperam,
Noxas nec omnes imputet.
Si ritè ſolennem diem
Veneramur ore & pectore,
Si ſub tuorum gaudio
Veſtigiorum ſternimur:
Paulisper huc tu illabere,
Chriſti fauorem deferens,
Senſu grauati vt ſentiant
Leuamen indulgentiæ.
Sic nulla iam reſtet mora,
Quin excitatam nobilis
Carnem reſumat ſpiritus,
Virtute perfuncta pari,
Vt quæ laborum particeps
Commune diſcrimen tulit,
Sit & coheres gloriæ
Cunctis in æuum ſeculis.

HYMNVS BEATISSIMORVM martyrum Fructuoſi, epiſcopi eccleſiæ Tarraconenſis & Augurij, & Eulogij diaconi.

FElix Tarraco Fructuoſe veſtris
Attollit caput ignibus coruſcum
Leuitis geminis procul relucens.
Hiſpanos Deus aſpicit benignus,
Arcem quandoquidem potens Hiberam
Trino martyre Trinitas coronat.
Ardens Augurius capeſſit æthram,
Necnon Eulogius ſimul ſupernum
Chriſti lucidus ad ſedile tendit.
Dux & præuius, & magiſter illis
Ad tantum decus, ex Epiſcopali
Clarus nomine Fructuoſus ibat.
Accitus quia præſidis repentè
Iuſſu, venerat ad forum ſacerdos
Leuitis comitantibus duobus.
Inde ad carceream viros catenam
Poſtus ſanguine carnifex trahebat:
Gaudete ſurgere Fructuoſus vltro,

Ac ne quis ſocios minor feriret,
Præceptor vehemens eundo firmat,
Incenditque fidem calore Chriſti.
Mecum ſtate viri, vocat cruentus
Ad pœnam coluber Dei miniſtros,
Ne mors terreat, eſt parata palma.
Carcer Chriſticolis gradus coronæ eſt,
Carcer prouehit ad ſuperna cœli,
Carcer conciliat Deum beatis.
His dictis, adeunt ſpecum reorum,
Exercent ibi myſticum lauacrum,
Et purgamina quæ ſtupent tenebræ.
Sex hic continuis latent diebus,
Tandem ſtant trucis ad tribunal hoſtis,
Fratres tergeminos tremunt cataſtæ.
Iudex Emilianus imminebat,
Atrox, turbidus, inſolens, profanus,
Aras dæmonicas coli iubebat.
Tu qui doctor, ait, ſeris nouellum
Commenti genus, vt leues puellæ
Lucos deſtituant, Iouem relinquant:
Damna, ſi ſapias, anile dogma.
Iuſſum eſt Cæſaris ore Gallieni:
Quod princeps colit, hoc colamus omnes.
Hæc ſanè placidus refert ſacerdos:
Æternum colo principem, dierum
Factorem, dominúmque Gallieni.
Et Chriſtum patre proſatum perenni,
Cuius ſum famulus, gregiſque paſtor.
Subridens ait ille: Iam fuiſti.
Nec differt furor aut refrenat iram,
Sæuis deſtinat ignibus cremandos,
Exultant, prohibéntque flere vulgum.
Quoſdam de populo videt ſacerdos
Libandum ſibi poculum offerentes:
Ieiunamus, ait, recuſo potum.
Nondum nona diem reſignat hora,
Nunquam conuiolabo iuadicatum,
Nec mors ipſa meum ſacrum reſoluet.
Sic Chriſtus ſitiens crucis ſub hora
Oblatum ſibi poculum recuſans,
Nec libare volens, ſtatim peregit.
Intrans interea locum rotunda
Concluſum cauea, madens ferarum
Multo ſanguine quem furor frequentat,
Quum ſpectacula perſtrepunt cruenta,
Ac vilis gladiator enſe duro
Percuſſus cadit, & fremit voluptas.
Hic flammante pyra, niger miniſter
Ardens ſupplicium parare iuſſus,
Conſtruxit facibus rogum ſupremis.
Qui dum corpora concremanda ſoluit,
Feruentes animas amore lucis
Fracto carceris expediuit antro.
Certant officiis pij ſodales,
Plantis calciamenta diſſolutis,
Pronus detrahere ſtudebat vnus.
Sed ſanctus vetat, ora Fructuoſus
Inclinata premit. Faceſſite, inquit,
Ne noſtram grauet obſequela mortem,
At quin ipſe meos pedes reſoluam,
Ne veſtigia præpedita vinclis
Tardis greſſibus inruant in ignem.
Cur lamenta rigant genas madentes?
Cur veſtri memor vt ſiem rogatis?
Cunctis pro populis rogabo Chriſtum.
Vix hæc ediderat, relaxat ipſe
Indumenta pedum, velut Moyſes
Quondam feceret ad rubum propinquans,
Non calcare ſacram cremationem,
Aut adſtare Deo prius licebat,
Quàm veſtigia pura figerentur.

A Stabat calce mera, reſultat ecce
Cœlo ſpiritus, & ferit loquelam
Quæ cunctos tremefecit audientes.
Non eſt, credite, pœna quam videtis,
Quæ puncto tenui citata tranſit:
Nec vitam rapit illa, ſed reformat.
Felices animæ, quibus per ignem
Celſa ſcandere contigit Tonantis.
B Quas olim fugiet perennis ignis.
Hæc inter, rapidis focos crepantes
Intrant paſſibus, & minantur ipſis
Flammarum trepidantibus caminis.
Nexus denique, qui manus retrorſus
In tergum reuocauerant reuinctas,
Intacta cute decidunt aduſti.
Non auſa eſt cohibere pœna palmas
C In morem crucis ad patrem leuandas,
Soluit brachia quæ Deum precentur.
Priſcorum ſpecimen trium putares,
Quos olim Babylonicum per ignem
Cantantes ſtupuit tremens tyrannus.
Illis ſed pia flamma tum pepercit,
Nondum tempore paſſionis apto,
D Nec mortis decus inchoante Chriſto.
Hos quum deſugeret vaporus ardor,
Orant, vt celer ignis aduolaret,
Et finem daret anxiis periclis.
Exorata ſuos obire tandem
Maieſtas famulos iubet caducis
Miſſis corporibus, ſibique reddi.
Vidit Præſidis ex domo ſatelles
E Cælum martyribus patêre apertum,
Inſignéſque viros per aſtra ferri.
Quin & filiolæ monens herili
Oſtendit ſceleris notam paterni,
Cælo viuere, quos forum peremit.
Hæc tum virginitas palam videre
Per ſudum meruit, patente cœlo,
Vt crimen domini domus timeret.
F Tum de corporibus ſacris fauillæ,
Et perfuſa mero leguntur oſſa,
Quæ raptim ſibi quiſque vindicabat.
Fratrum tantus amor domum referre
Sanctorum cinerem dicata dona,
Aut geſtare ſinu fidele pignus.
Sed nec relliquias reſuſcitandas,
Et mox cum Domino ſimul futuras,
G Diſcretis loca diuidant ſepulchris:
Cernuntur niueis ſtolis amicti
Mandant reſtitui, cauóque claudi
Mixtim marmore, puluerem ſacrandum.
O triplex honor, ô triforme culmen,
Quo noſtræ caput excitatur vrbis,
Cunctis vrbibus eminens iberis.
Exultare tribus libet patronis,
H Quorum præſidio fouentur omnes
Terrarum populi Pyrenearum.
Circumſtet chorus ex vtroque ſexu,
Heres, virgo, puer, ſenex, anicla,
Veſtrum pſallite ritè Fructuoſum.
Laudans Augurium reſultet hymnus,
Miſtis Eulogium modis coæquans,
Reddamus paribus pares camœnas.
I Hinc aurata ſonent in arce tecta,
Blandum littoris extet inde murmur,
Et carmen freta feriata pangant.
Olim tempus erit ruente mundo,
Quum te Tarraco Fructuoſus acri
Soluet ſupplicio, tegens ab igni.
Fors dignabitur & meis medelam
Tormentis dare, proſperante Chriſto,
Dulces Hendecaſyllabos reuoluens.

Hymnus

Hymnus Quirini Martyris, & Epiſcopi Eccleſiæ Siſcianæ.

INſignem meritis virum,
Quirinum placitum Deo
Vrbis mœnia Siſciæ
Conceſſum ſibi martyrem
Complexu patrio fouent.
Hic ſub Galerio duce,
Qui tunc Illyricos ſinus
Vrgebat ditionibus,
Fertur catholicam fidem
Illuſtraſſe per exitum.
Non illum gladij rigor
Non incendia, non feræ
Crudeli interitu necant,
Sed lymphis fluuialibus
Gurges dum rapit, abluit.
Nil refert vitreo æquore,
An de flumine ſanguinis
Tingat paſſio martyrem:
Æquè gloria prouenit
Fluctu quolibet vuida.
Summo pontis ab ardui
Sanctæ plebis Epiſcopus
In præceps fluuio datur,
Suſpenſum laqueo gerens
Ingentis lapidem molæ.
Deiectum placidiſſimo
Amnis vertice ſuſcipit,
Nec mergi patitur ſibi,
Miris vaſta natatibus
Saxi pondera ſuſtinens.
Spectant eminus è ſolo
Doctorem pauidi greges:
Nam Chriſti populus frequens
Riparum ſinuamina
Stipato agmine ſepſerat.
Sed Quirinus vt eminens
Os circuntulit, heu ſuos
Exemplò trepidos videt,
Nil ipſe proprij memor
Inter ſtagna periculi,
Confirmat pia pectora,
Verbis mirificis rogans,
Ne quem talia terreant,
Ne conſtans titubet fides,
Aut pœnam putet emori.
Dicentem fluitantibus
Amnis terga vehunt vadis,
Nec ſubſtrata profunditas
Saxóque & laqueo & viro
Audet ſponte dehiſcere.
Senſit martyr Epiſcopus
Iam partam ſibi præripi
Palmam mortis & exitus,
Aſcenſumque negarier
Æterni ad ſolium patris.
Ieſu cunctipotens, ait,
Haudquaquam tibi gloria
Hæc eſt inſolita, aut noua,
Calcare fremitum maris,
Prona & flumina ſiſtere.
Scimus diſcipulum Petrum,
Quum veſtigia tingeret
Mortali trepidus pede,
Dextræ ſubſidio tuæ
Subieciſſe ſalum ſolo.
Iordanem quoque nouimus
Tortis verticibus vagum,
Dum fertur rapido impetu,
Ad fontem tenuis retrò,
Confugiſſe meatibus.

A Hæc miracula ſunt tuæ
Virtutis Domine, vt modò
Suſpendat leue prænatans
Summo gurgite fluminis,
Cum collo ſcopulum traham.
Iam plenus titulus tui eſt,
Et vis prodita nominis,
Qua gentilis hebet ſtupor:
B Abſoluas precor optime
Huius nunc animæ moras.
Quid poſſis, probat amnicus
Qui vectat ſilicem liquor.
Hoc iam quod ſupereſt cedo,
Quo nil eſt pretioſius
Pro te Chriſte Deus mori.
Orantem ſimul halitus
C Et vox deſerit, & calor,
Scandit ſpiritus ardua:
Fit pondus graue ſaxeum,
Corpus ſuſcipiunt aquæ.

Locus vbi martyres paſſi ſunt, quod nunc Baptiſterium appellatur.

ELectus Chriſto locus eſt, vbi corda probata
Prouehat ad cœlum ſanguine, purget aqua.
D Hic duo purpureum Domini pro nomine cæſi,
Martyrium pulchra morte tulêre viri.
Hic etiam liquido fluit indulgentia fonte,
Ac veteres maculas diluit amne nouo.
Qui cupit æternum cœli conſcendere regnum,
Huc veniat ſitiens, ecce parata via eſt.
Antè coronati ſcandebant ardua teſtes
Acria, nunc lotæ celſa petunt animæ.
E Spiritus æterno ſolitus deſcendere lapſu,
Vt dederat palmam ſic tribuit veniam.
Haurit terra ſacros aut fonte, aut ſanguine rores,
Exundátque ſuo iugiter vnda Deo.
Ipſe loci eſt dominus, laterum cui vulnere vtroque
Hinc cruor effuſus fluxit, & inde latex.
Ibitis hinc, vt quiſque poteſt per vulnera Chriſti,
Deuectus gladiis alter, & alter aquis.

F *Paſſio Caſſiani martyris in foro Corneliano.*

SYlla forum ſtatuit Cornelius, hoc Itali vrbem
Vocant ab ipſo conditoris nomine.
Hic mihi quum peterem te rerum maxima Roma,
Spes eſt oborta proſperum Chriſtum fore.
Stratus humi tumulo aduoluebar, quem ſacer ornat
Martyr, dicato Caſſianus corpore.
Dum lacrymans mecū reputo mea vulnera, & omnes
G Vitæ labores, ac dolorum acumina:
Erexi ad cœlum faciem, ſtetit obuia contrà
Fucis colorum picta imago martyris,
Plagas mille gerens, totos lacerata per artus,
Ruptam minutis præferens punctis cutem.
Innumeri circum pueri, miſerabile viſu,
Confoſſa paruis membra figebant ſtylis.
Vnde pugillares ſoliti percurrere ceras,
H Scholare murmur adnotantes ſcripſerant.
Æditus conſultus ait: Quod proſpicis hoſpes,
Non eſt inanis aut anilis fabula.
Hiſtoriam pictura refert, quæ tradita libris,
Veram vetuſti temporis monſtrat fidem.
Præfuerat ſtudiis pueriliЬus, & grege multo
Septus magiſter literarum ſederat.
Verba notis breuibus comprendere cuncta peritus,
Raptimque punctis dicta præpetibus ſequi.
I Aſpera nonnunquam præcepta, & triſtia viſa,
Impube vulgus mouerant ira & metu.
Doctor amarus enim diſcenti ſemper ephebo,
Nec dulcis vlli diſciplina infantiæ eſt.
Ecce fidem quatiens tempeſtas ſæua, premebat
Plebem dicatam Chriſtianæ gloriæ.
Extrahitur cœtu è medio moderator alumni

Gregis, quod aris ſupplicare ſpreuerat.
Pœnarum artifici quærenti, quod genus artis
Vir noſſet, alto tam rebellis ſpiritu?
Reſpondent: agmen tenerum ac puerile gubernat,
Fictis notare verba ſignis imbuens:
Ducite conclamat, captiuum ducite, & vltro
Donetur ipſis verberator paruulis.
Vt libet illudans, lacerent impunè, manúſque
Tingant magiſtri feriatas ſanguine.
Ludum diſcipulis volupe eſt vt præbeat ipſe
Doctor ſeuerus, quos nimis coercuit.
Vincitur poſt terga manus, ſpoliatus amictu,
Adeſt acutis agmen armatum ſtilis.
Quantum quiſque odij tacita conceperat ira,
Effudit ardens felle tandem libero.
Coniiciunt alij lapides, atque ora tabellas
Frangunt, relisa fronte lignum diſſilit.
Buxa crepant cerata, genis impacta cruentis,
Rubétque ab ictu curua humens pagina.
Inde alij ſtimulos, & acumina ferrea vibrant,
Qua parte aratis ſcribitur ſulcis cutis.
Et qua ſcalpti apices abolentur, & æquoris hirti
Rurſus niteſcens innouatur area.
Hinc foditur Chriſti confeſſor, & inde ſecatur,
Pars viſcus intrat molle, pars ſcindit cutem.
Omnia membra manus pariter fixere cruentæ,
Totidémque guttæ vulnerum ſtillant ſimul.
Maior tortor erat, qui ſumma pupugerat infans
Quàm qui profunda perforarat viſcera.
Ille leuis, quoniam percuſſor morte negata
Sæuire ſolis ſcit dolorum ſpiculis.
Hic quanto interius vitalia condita pulſat,
Plus dat medelæ dum necem prope applicat.
Eſte precor fortes, & vincite viribus annos:
Quod deſit æuo, ſuppleat crudelitas.
Sed male conatus tener, infirmúſque laborat,
Tormenta creſcunt dum fatiſcit carnifex.
Quid gemis, exclamat quidam, tute ipſe magiſter
Iſtud dediſti ferrum, & armaſti manus.
Reddimus ecce tibi tam millia multa notarum,
Quæ ſtando, flendo, te docente, excepimus.
Non potes iraſci quod ſcribimus, ipſe iubebas,
Nunquam quietum dextera vt ferret ſtilum:
Non petimus toties te præceptore negatas
Auare doctor, iam ſcholarum ferias.
Pangere puncta libet, ſulcóſque intexere ſulcos,
Flexas catenis impedire virgulas.
Emendes licet inſpectos longo ordine verſus,
Mendoſa forte ſi quid errauit manus,
Exerce imperium: ius eſt tibi plectere culpam,
Si quis tuorum te notarit ſegnius.
Talia ludebant pueri per membra magiſtri,
Nec longa feſſum pœna ſoluebat virum.
Tandem luctantis miſeratus ab æthere Chriſtus,
Iubet reſolui pectoris ligamina.
Difficileſque moras animæ, ac retinacula vitæ
Relaxat artus, & latebras expedit.
Sanguis ab interno venarum fonte patentes
Vias ſecutus, deſerit præcordia.
Tótque foraminibus penetrati corporis exit,
Fibrarum anhelans ille vitalis calor.
Hæc ſunt quæ liquidis expreſſa coloribus hoſpes
Miraris, iſta eſt Caſſiani gloria.
Suggere ſi quod habes iuſtum vel amabile votum,
Spes ſi qua tibi eſt, ſi quid intus æſtuas.
Audit, crede, preces martyr proſperrimus omnes,
[illegible] videt probabiles.
Pareo, cõplector tumulum, lacrymas quoq; fundo,
[illegible]
Tunc arcana mei percenſeo cuncta laboris.
Tunc quod petebam, quod timebam murmuro.
Et poſt terga domum dubia ſub ſorte relictam,

A Et ſpem futuri forte nutantem boni.
Audior, vrbem adeo, dextris ſucceſſibus vtor.
Domum reuertor, Caſſianum prædico.

Romani Martyris ſupplicium.

ROmane Chriſti fortis aſſertor Dei,
Elinguis oris organum fauor moue,
Largire comptum carmen infantiſſimo,
Fac vt tuarum mira laudum concinam:
B Nam ſcis & ipſe poſſe mutos eloqui.
Plectrum palati, & faucium ſæuus tibi
Tortor reuulſit: nec tamen ſilentium
Indixit ori, quo fatebaris Deum,
Vox veritatis teſtis extingui nequit,
Nec ſi receſſis palpitet meatibus.
Hic noſter hærens ſermo linguæ debili
Balbutit, & modis laborat abſonis:
C Sed ſi ſuperno rore reſpergas iecur,
Et ſpiritali lacte pectus irriges,
Vox impeditos rauca laxabit ſonos.
Euangeliſta ſcripſit ipſum talia
Præcepta Meſſiam dediſſe Apoſtolis,
Nolite verba, quum ſacramentum meum
Erit canendum, prouidenter quærere:
Ego imparatis, quæ loquantur, ſuggeram,
D Sum mutus ipſe, ſed potens facundiæ,
Mea lingua Chriſtus luculenter diſſeret,
Ipſe explicabit quos ſupremo ſpiritu
Dæmon tumultus, dum domatur, mouerit,
Furore peſtis peior in nouiſſimo.
Sic vulneratus anguis ictu ſpiculi
Ferrum remordet, & dolore ſæuior,
Quaſſando preſſis immoratur dentibus,
E Haſtile fixum ſed manet profundius
Nec caſſa ſentit morſuum pericula.
Galerius vrbis forte Romanæ ſtatum
Ductor regebat, vt refert antiquitas,
Immitis, atrox, aſper, implacabilis,
Edicta latè mundum in omnem miſerat,
Chriſtum negaret quiſque mallet viuere.
F Hæc ille ſerpens ore dicta regio,
Qui mortuorum de ſepulchris exiens
Clamat: Quid ante tempus aduentu cito
Mea regna ſoluis? parce fili altiſſimi,
Vel poſſidere corda porcorum iube.
Præfectus iſtis imminens negotiis
Aſclepiades, ire mandat milites
Eccleſia tenus quæ de ſacrariis
Raptare plebem, mancipandam vinculis,
G Ni diſciplinam Nazarenam reſpuat.
Mox ipſe templum cogitans irrumpere,
Et diſſipare ſancta ſanctorum ſtudens,
Armis profanus præparabat impius
Altaris aram funditus peſſundare,
Foréſque & ipſas in ruinam ſoluere.
Præcurrit index his repentè cognitis
Romanus, ſacræ heros excellentiæ,
H Venire in armis perduelles nunciat,
Animos pauentum præſtruens hortatibus,
Stent vt parati, néve cedant turbini.
Conſpirat vno fœderatus ſpiritu
Grex Chriſtianus, agmen imperterritum,
Matrum, virorum, paruulorum, virginum:
Fixa & ſtatuta eſt omnibus ſententia
Fidem tueri, vel libenter emori.
I Refert repulſus miles ad ſubſellia,
Plebis rebellis eſſe Romanum ducem,
Flagrare cunctos peruicaci audacia,
Iugulos retectos obſtinatè opponere,
Quo glorioſa morte fortes oppetant.
Præceps iubetur, inde Romanus rapi,
Solúſque, vt incitator & fax omnium,
Pro contumaci plebe cauſam dicere,

It non reſiſtens, ſéque vinciri petit,
Flexas & vltrò torquet in tergum manus.
Amor coronæ penè præuenit trucem
Lictoris artem, ſponte nudas offerens
Coſtas biſulcis execandas vngulis:
Irrumpit altum limen, & præconibus
Stupore mutis, ipſe tortorem trahit.
Aſtanti ob ora ſic tyrannus incipit:
Infame monſtrum, vilis, inceſtabilis,
Tu ventilator vrbis, & vulgi leuis
Procella, mentes inquietas mobiles,
Ne ſe imperita turba dedat legibus.
Populare quiddam ſub colore gloriæ,
Illiterata credidit frequentia,
Et ſe per æuum conſecrandos autument,
Si bella diuis ceu gigantes inferant,
Victíque flammis obruantur montium.
Hoc tu paraſti perdite ſpectaculum
Cladis cruentæ de necandis ciuibus,
Quos vt profanos impiati ſeculi
Reos neceſſe eſt te magiſtro interfici:
Tu cauſa mortis, tu malorum ſignifer.
Ni fallor, æquum eſt vt quod auctor improbus
Tolerare multos compuliſti, vt carnifex
In te recurrat, próque cunctis cædibus
Quæ mox futuræ, primus exitium luas,
Feras & ipſe quod ferendum ſuaſeras.
His ille contrà reddit ore libero:
Amplector ô præfecte, nec me ſubtraho,
Vt pro fideli plebe ſolus immoler
Dignus ſubire cuncta ſi me conſulas,
Quæcunque veſtra inſerit crudelitas.
Intrare ſeruis idolorum ac dæmonum
Sanctam ſalutis non licet noſtræ domum,
Ne polluatur purus orandi locus:
Confido ſancto Spiritu nunquam tibi
Dandum, vt beatum limen attingas pede.
Niſi fortè noſter factus, in noſtrum gregem
Merea͏re ſumi, quod pater faxit Deus.
Incenſus his Aſclepiades iuſſerat
Euiſcerandum corpus eculeo eminus
Pendere, & vncis, vinculiſque creſcere.
Apparitores ſed furenti ſuggerunt
Illum vetuſta nobilem proſapia
Meritiſque multis eſſe primum ciuium,
Iubet amoueri noxialem ſtipitem,
Plebeia clarum pœna ne damnet virum.
Tundatur, inquit, tergum crebris ictibus,
Plumbóque ceruix verberata extuberet:
Perſona quæque competenter plectitur,
Magnique refert vilis, an ſit nobilis
Gradu reorum, forma tormentis datur.
Pulſatus ergo martyr illa grandine,
Poſtquam inter ictus dixit hymnum plumbeos,
Erectus infit: Abſit vt me nobilem
Sanguis parentum præſtet, aut lex curiæ,
Generoſa Chriſti ſecta nobilitat viros.
Si prima noſtris quæ ſit in cunabulis
Origo textu ſtemmatis recenſeas:
Dei parentis eſſe ab ore cœpimus,
Cui quiſque ſeruit, ille verè eſt nobilis,
Patri rebellis, inuenitur degener.
Honos deinde ſtemmati accedit nouus,
Et ſplendor ingens vt magiſtratus venit,
Si confitendi nominis teſtem probum
Signent inuſta ferri & ignis vulnera,
Et vim dolorum mors ſequetur inclyta.
Caue benignus eſſe peruerſe velis
Nec mi remiſſus leniter pepercerit,
Incumbe membris tortor, vt ſim nobilis:
Illa ampliatus ſi fruar ſucceſſibus,
Genus patris, matriſque floccifecero.

A Hæc ipſa veſtra dignitatum culmina
Quid eſſe cenſes? nonne curſim tranſeunt
Faſces, ſecures, ſellæ, prætextæ, togæ,
Lictor, tribunal, & trecenta inſignia
Quibus tumetis, móxque detumeſcitis?
Quum conſulatum initis, vt vernæ ſolent,
(Pudet fateri) farre pullos paſcitis,
Aquila ex eburna ſumit arrogantiam
B Geſtator eius, ac ſuperbit bellua
Inflatus oſſe, cui figura eſt alitis.
Iam ſi ſub aris ad ſigillorum pedes
Iaceatis, intra ſectilem quercum ſiti,
Quid eſſe vobis æſtimem proiectius?
Nudare plantas, ante carpentum ſcio
Proceres togatos, matris Idææ ſacris.
C Lapis nigellus euehendus eſſedo,
Muliebris oris clauſus argento ſedet:
Quem dum ad lauacrum præeundo ducitis,
Pedes remotis atterentes calceis
Almonis vſque peruenitis riuulum.
Quid illa turpis pompa? nempe ignobiles
Vos eſſe monſtrat, quum luperci curritis,
Quem ſeruulorum non rear viliſſimum,
D Nudus plateas ſi per omnes curſitans,
Pulſet puellas verbere ictas ludicro?
Miſeret tuorum me ſacrorum, & principum,
Morúmque Roma ſeculi ſummum caput.
Age explicemus, ſi placet, myſteria
Præfecte veſtra, iam neceſſe eſt audias,
Nolis velis, nequid ſolatis ſordium.
Nec terret iſta qua tumes veſania,
E Quod vultuoſus, quòd ſupinus, quòd rigens,
Tormenta lethi comminaris aſperi:
Si me mouere rebus vllis niteris,
Ratione mecum, non furore dimica.
Iubes relictis patris & Chriſti ſacris,
Vt tecum adorem fœminas, mille ac mares,
Deos, deaſque, deque ſexu duplici
Natos, nepotes, abnepotes editos,
F Ac tot ſtuprorum ſordidam proſapiam.
Nubunt puellæ, ſæpe luduntur dolis,
Amaſionum comprimuntur fraudibus:
Inceſta feruent, furta mœchorum calent,
Fallit maritus, odit vxor pellicem,
Deos catenæ colligant adulteros.
Oſtende quæſo, quas ad aras præcipis
Vertice cæſo tumet vt ceſpes meus:
G Delphóſne pergam? ſed vetat palæſtrici
Corrupta ephebi fama, quem veſtet Deus
Effœminauit Gymnadis licentia.
Mox fleuit imparatus occiſum graui
Diſco, & dicauit floſculentum ſuccubam.
Conductus idem pauit alienum pecus,
Furem deinde perditi paſſus gregis,
Segnis bubulcus, tela & ipſa perdidit.
H An ad Cybellis ibo lucum pineum?
Puer ſed obſtat Gallus ob libidinem,
Per triſte vulnus, perque ſectum dedecus
Ab impudicæ tutus amplexu deæ:
Per multa matri ſacra plorandus ſpado.
Sed credo magni limen amplectar Iouis,
Qui ſi cietur legibus veſtris reus,
Laqueis minacis implicatus Iuliæ,
I Luat ſeueram victus & Scatiniam,
Te cognitore dignus ire in carcerem.
Quid autem? cum cognitorem temporum
Cœles colem iam? quem fugacem non negas
Latuiſſe furtim, ſum rei timidus malum:
Quem ſi beate viuere audit Iuppiter,
Plectat neceſſe eſt occulendi conſcius.
Quid inter aras diſſidentum numinum
Putas agendum? Martis indignabitur

Offenſa

Offenſa virtus, ſi colatur Lemnius.
Iunonis iram ſentiet, quiſque vt Deum
Signu, at ſacello conſecrarit Herculem.
Dicis licenter hæc Poetas fingere,
Sed ſunt & ipſi talibus myſter::s
Tecum dreati: quódque deſcribunt, colunt.
Tu cur piaclum tam libenter lectitas?
Cur in theatris te vidente id plauditur?
Cycnus ſtuprator peccat inter pulpita,
Saltat tunantem taurieornem Lydius,
Spectator horum pontifex ſummus ſedes,
Rideſque & ipſe nec negando diluis,
Quum fama tanti polluatur numinis.
Cur tu ſacrate per cachionos ſolueris
Quum ſe maritum fingit Alcmenæ Deus?
Meretrix Adonin vulneratum ſcenita
Libidinoſa plangit affectu palam,
Nec te lupanar Cypridis ſanctè mouet?
Quid quod ſub ipſa veritas ſignis patet,
Pormata in ære criminum veſtigiis?
Quid vult ſigillum ſemper adfixum Ioui
Auis miniſtræ? nempe velox armiger
Leno exclorum qui tyranno pertulit.
Facem recincta veſte prætendit Ceres,
Cur ſi deorum nemo rapuit virginem,
Quam nocte quærens mater errat peruigil,
Fuſos rotantem cernimus Tyrinthium?
Cur ſine ære non fuit ludibrio?
Quid ruſticorum mo ſtra deteſtor Deum?
Faunos, Priapos, fiſtularum præſides,
Nymphas natantes, incoláſque aquatiles,
Sitas ſub alto more ranarum lacu,
Diuinitatis iura in algis vilibus?
Ad hæc colenda me vocas cenſor bone?
Poteſne quicquam tale ſi ſanum ſapis,
Sanctum putare? nónne pulmonem mouet
Deriſus, iſtas intuens ineptias,
Quas vinolentæ ſomniis fingunt anus?
Aut ſi quid vſquam eſt vanitatis myſticæ,
Nobis cólendum eſt, ipſe primus incipe,
Pronúſque adora quicquid in terris ſacri eſt,
Deos Latinos, & deos Ægyptios,
Quis Roma libat, quis Canopus ſupplicat.
Venerem precaris? comprecare & ſimiam.
Placet ſacratus aſpis Æſculapij?
Crocodilus, ibis, & canes cur diſplicent?
Appone toris religioſas arulas,
Venerare acerbum cepe, mordax allium.
Fuligi noſi thure placantur Lares,
Et reſpuuntur conſecrata holuſcula:
Aut vnde maior eſſe maieſtas focis,
Quàm nata in hortis ſarculatis creditur,
Si numen ollis, numen & porris ineſt?
Sed pulchra res eſt forma in ære ſculptilis.
Quid imprecabor officina Græciæ,
Quæ condiderunt gentibus ſtultis deos?
Forceps Myronis, Polycleti malleus
Natura veſtrum eſt, at que orig cœlitum:
Ars ſeminan lus efficax erroribus,
Barbam rigentem dum Iouis circumplicat,
Dum defluentem leniter flectens comam,
Limat capillos, & rymbos Liberi,
Et dum Mineruæ pec s hy lis aſperat,
Inie it atram is ſu i ihem,
Vt f lmen ac is u T nan s horreant,
Tremant ten nun ſib lant s G gonæ.
Putent ephebū m p ſt triu p os ſudicus
Perire Thyrſo poſſe, quum ſit ebrius.
Tum quo Di n molli tu nctam vident,
Venantis arcum p me ſunt virginis,
Si forte vult m i ſtiori Herculis,
Liquore criſp maſſa ſinxit fuſilis,

A Clauam minaci, ni colatur, creditur.
Iam quis parentum corda terror occupat:
Iunonis iram ſi politè expreſſerit,
Velut retortis intuens obtutibus,
Auertat ora delitantis hoſtia,
Lapis ſeuera fronte mentitur minas.
Miror quod ipſum non ſacratis Mencotem,
Nec templum & aras ipſe Phidias habet
B Fabri deorum, vel parentes numinum:
Qui ſi caminis inſtitiſſent ſegnibus,
Quum condiderunt gentibus ſtultis Deos,
Non eſſet vllus Iuppiter conflatilis.
Non erubeſcis ſtulte, pago dedite,
Te tanta ſemper perdidiſſe obſonia:
Quæ diis ineptus obtuliſti talibus,
Quos trulla, peluia, cantharus, ſartagines,
C Fracta & liquata contulerunt vaſcula.
Ignoſco fatuis hæc tamen vulgaribus,
Quos lana terret diſcolor in ſtipite,
Quos ſæpe falſus circulator decipit:
Quibus omne ſanctum eſt, quod pauendum vanulæ
Edentularum cantilenæ ſuaſerint.
Vos eruditos miror, & doctos viros,
D Perpenſa vitæ quos gubernat regula,
Neſcire vel diuina vel mortalia
Quo iure conſtent: quanta maieſtas regat,
Quicquid creatum eſt, quæ creauit omnia.
Deus perennis, res inæſtimabilis,
Non cogitando, non videndo clauditur,
Excedit omnem mentis humanæ modum:
Nec comprehendi viſibus noſtris valet,
E Extráque & intus implet ac ſuperfluit.
Intemporalis antè quàm primus dies
Eſſe & fuiſſe ſemper vnus obtinet,
Lux ipſe vera, veri & auctor lum nis:
Quum lumen eſſet, lumen effu lit ſuum:
Ex luce fulgor natus hic eſt filius.
Vis vna patris, vis & vna eſt filij,
Vnuſque ab vno lumine ſplendor ſatus,
F Pleno refulſit claritatis lumine,
Natura ſimplex pollet vnius Dei:
Et quicquid vſquam eſt, vna virtus condidit.
Cœlum ſolúmque vim marini gurgitis,
Globos dierum, noctiúmque præſides,
Ventos, procellas, fulgura, imbres, nubila,
Septentriones, heſperos, æſtus, niues,
Fontes, pruinas, & metalla, & flumina,
Prærupta, plana, montium conuallia,
G Feras, volucres, reptiles, natatiles,
Iumenta, pecus, ſubiugales belluas,
Flores, fruteta germina, herbas, arbores,
Quæ ſunt odori, quæque vernant eſui.
Hæc non labore & arte moliens Deus,
Sed iuſſione, quam poteſtas protulit,
Mandauit eſſe facta ſunt quæ non erant,
Verbo creauit omniformem machinam,
H Virtus paterna ſemper in verbo fuit.
Cognoſtis ipſum, nunc colendi agnoſcite
Ritum, modúmque, quale ſit templi genus,
Quæ dedicari ſanxerit donaria,
Quæ vota poſcat, quos ſacerdotes velit,
Quod mandet illic nectar immolarier.
Ædem ſibi ipſe mente in hominis condidit
Viuam, ſerenam, ſenſualem ſtabilem,
I Solui incapacem poſſe, nec deſtruct lem,
Pulchram, venuſtam, præminentem culmine,
Diſcriminatis illitam coloribus,
Illic ſacerdos ſtat ſacrato in limine,
Foréſque primas virgo cuſtodit Fides,
Innexa crines vinculis regal us,
Poſcit litari victimas Chriſto, & patri,
Quas ſcit placere, candidatas, ſimplices:

Frontis pudorem, cordis innocentiam,
Pacis quietem, caſtitatem corporis,
Dei timorem, regulam ſcientiæ,
Ieiuniorum parcitatem ſobriam,
Spem non iacentem, ſemper & largam manum.
Ex his amœnus hoſtiis ſurgit vapor,
Vincens odorem balſami, thuris, croci,
Auras madentes Perſicorum aromatum,
Sublatus inde, cœlum adúſque tollitur,
Et proſperatum dulce delectat Deum.
Hanc diſciplinam quiſquis inſenſus vetat,
Vetat probatum viuere, & ſanctum ſequi,
Vetat vigorem mentis altè intendere:
Noſtrique acumen ingeni ad serram vocas,
Nec excitari vim ſinit prudentiæ:
O merſa limo cæcitas gentilium,
O carnulenta nationum pectora
O ſpiſſus error, ô tenebroſum genus:
Terras amicum, deditum cadaueri,
Subiecta ſemper intuens, nunquam ſuprà,
Furórne ſummus, vltima & dementia eſt
Deos putare, qui creantur nuptiis?
Rem ſpiritalem terrulentè quærere,
Elementa mundi conſecrare altaribus,
Id quod creatum eſt conditorem credere?
Deaſciato ſupplicare ſtipiti,
Verris cruore ſcripta ſaxa ſpargere,
Aras offellis obſecrare bubulis:
Homines fuiſſe quum ſcias, quos conſecras,
Vrnas reorum morticinas lambere?
Deſiſte iudex ſeculi, tantum nefas
Viris iubere, fortibúſque & liberis:
Nil eſt amore veritatis celſius,
Dei perennis numen aſſerentibus:
Nihil eſt pauori, & mors ipſa ſubiacet.
Dudum coquebat diſſerente martyre
Aſclepiades intus iram ſubdolam,
Stomachatus alto felle, dum longum ſilet,
Bilémque tectis concipit præcordiis,
Tandem latentis vim furoris euomit:
Prò Iuppiter quid eſt, quod ex hoc audio?
Stat inter aras & deorum imagines,
Et quod fateri cogor in medio foro,
Tacente memet hic perorat perditus,
Quicquid ſacrorum eſt ore fœdans impio.
O fas priorum, moris ô priſci ſtatus,
Inuenta regum pro ſalute publica
Pompiliorum noſtra carpunt ſecula:
Quis hos ſophiſtas error inuexit nouus,
Qui non colendos eſſe diuos diſputent?
Nunc dogma nobis Chriſtianum naſcitur,
Poſt euolutos mille demum Conſules
Ab vrbe Roma, ne retexam Neſtores.
Quicquid nouellum ſurgit, olim non fuit.
Vis ſummam rerum noſſe? Pyrrham conſule.
Vbi iſte veſter tunc erat ſummus Deus,
Diuûm fauore quum puer Mauortius
Fundaret arcem ſepticollem Romulus?
Quod Roma pollet auſpicatò condita,
Ioui Statori debet, & diis cæteris.
Hoc ſanctum ab æuo eſt, hoc ab auis traditum,
Placanda nobis pro triumphis principis
Delubra, fauſtus vt ſecundet gloriam
Procinctus, vtque ſubiugatis hoſtibus
Ductor quietum frenet orbem legibus.
Accingere ergo quiſquis es nequiſſime,
Pro principali rite nobiſcum deos
Orare vita: vel quod hoſtem publicum
Pati neceſſe eſt, ſolue pœnam ſanguine.
Spreuiſſe templa, reſpuiſſe eſt principem.
Tunc ille, nunquam pro ſalute, & maximis
Fortiſſimiſque principis cohortibus

A Aliter precabor, quàm fidele vt militent,
Chriſtique lymphis vt renaſcantur patri,
Capiant & ipſum cœlitùs paraclitum.
Vt idolorum reſpuant caliginem,
Cernant & illud lumen æternæ ſpei,
Non ſucculentis influens obtutibus,
Nec corporales per feneſtras emicans,
Puris ſed intus quod relucet mentibus.
B Pupilla carnis craſſa craſſum perſpicit,
Et res caduca quod reſoluendum eſt videt,
Liquidus videndis aptus eſt animæ liquor,
Natura feruens ſola feruentiſſimæ
Diuinitatis vim coruſcantem capit.
Hoc opto lumen Imperator nouerit
Tuus, meuſque ſi velit fieri meus:
Nam ſi reſiſtit Chriſtiano nomini,
C Meus ille talis Imperator non erit,
Scelus iubenti, crede, nunquam ſeruiam.
Statis miniſtri, clamitans iudex ait,
Statis, manúſque continetis vindices?
Non rupta ſulcis diſſecatis viſcera?
Animam nec intus abditam rimamini,
Erumpit vnde vox profana in principem?
Scindunt vtrumque milites teterrimi
D Mucrone biulco penſilis latus viri,
Sulcans per artus longa tractim vulnera,
Obliqua rectis, recta tranſuerſis ſecant,
Et iam retectis pectus albet oſſibus.
Nitendo anhelant, diffluunt ſudoribus,
Quum ſit quietus heros in quem ſæuiunt,
Hæc inter addit ſponte Romanus loqui:
Si quæris ô præfecte verum noſcere,
E Hoc omne quicquid lancinamur, non dolet.
Dolet quod error pectori inſidet tuo,
Populos quod iſtos tecum trahis perditos,
Currunt frequentes vndique ad ſpectaculum
Gentile vulgus, heu gemenda corpora,
Crudúmque noſtræ ſortis exemplum tremunt.
Audite cuncti, clamo longè, ac prædico,
Emitto vocem de cataſta celſior,
F Chriſtus paternæ gloriæ ſplendor, Deus
Rerum creator, noſter idem particeps
Spondet ſalutem perpetem credentibus.
Animæ ſalutem, ſola quæ non occidit,
Sed iuge durans, diſpares caſus ſubit,
Aut luce fulget, aut tenebris mergitur,
Chriſtum ſequuta patris intret gloriam,
Diſiuncta Chriſto mancipatur tartaro.
G Curanda mercis qualitas quænam mihi
Contingat olim perpetis ſubſtantiæ:
Nam membra paruipendo quo pacto cadant,
Caſura certè lege naturæ ſuæ,
Inſtat ruina quod reſoluendum eſt ruat.
Nec diſtat, ignis & fidiculæ ſæuiant,
An corpus ægrum languor aſper torqueat,
Quum ſæpe morbos maior armet ſæuitia.
H Non vngularum tanta vis latus fodit
Mucrone, quanto dira pulsat pleureſis.
Nec ſic inuſta laminis ardet cutis,
Vt febris atro felle venas excoquit,
Vel ſummam pellis ignis obductus coquit,
Papuláſque feruor æſtuoſus excitat,
Credas cremari ſtridulis cauteribus.
Miſerum putatis quòd retortis pendeo
I Extentus vlnis, quòd reuelluntur pedes,
Compago neruis quòd ſonat crepantibus:
Sic eiulantes oſſa clamant diuidi,
Nodoſa torquet quos podagra & artheſis.
Horretis omnes haſce carnificum manus,
Num mitiores ſunt manus medentium?
Laniena quando ſæuit Hippocratica?
Viuum ſecatur viſcus, & recens cruor

Scalpella

Scalpella tingit,dum putredo abraditur.
Putatur ferrum triſte chirurgoa meis
Inſerre coſtis,quod ſecat ſalubriter.
Non eſt amarum quo reformatur ſalus:
Videntur iſti carpere artus tabidos,
Sed dant medelam rebus intus viuidis.
Quis neſcit autem quanta corruptela ſit
Contaminatæ carnis ac ſolubilis?
Sordet,tumeſcit,liquitur,fœtet,dolet,
Inflatur ira,ſoluitur libidine:
Plerunque felle tincta liuores trahit.
Aurum tegeſtum nónne carni adquiritur?
Inluſa veſtis,gemma,bombyx,purpura,
In carnis vſum mille quæruntur dolis,
Luxus vorandi carnis animam fouet,
Carnis voluptas omne per nefas ruit.
Medere quæſo carnifex tantis malis,
Concide,carpe fomitem peccaminum,
Fac vt reſecto debilis carnis ſitu
Dolore ab omni mens ſuperſit libera,
Ne geſtet vltrà quod tyrannus amputet.
Nec terrearis turba circumſtantium,
Hoc prædo ſolum quod peribit omnibus
Regi,clienti,pauperique & diuiti:
Sic vernularum,ſic ſenatorum caro
Tabeſcit,imò cum ſepulchro condita eſt.
Iactura vilis mordet,& damnum leue,
Si quo carendum eſt,perdere extimeſcimus:
Cur quod neceſſe eſt,non voluntas occupat?
Natura cur non vertit in rem gloriæ?
Legale damnum deputemus præmiis.
Sed præmiorum forma quæ ſit ſortibus
Videamus,illa nempe quæ nunquam perit,
Cœlo refuſus ſubuolabit ſpiritus,
Dei parentis perfruetur lumine,
Regnante Chriſto ſtans in arce regia.
Quandoque cœlum ceu liber plicabitur,
Cadet rotati ſolis in terram globus,
Sphæram ruina menſtrualem deſtruet,
Deus ſuperſtes ſolus,& iuſti ſimul
Cum ſempiternis permanebunt angelis.
Contemnet prætens vtile o prudens homo,
Quod terminandum,quod relinquendum eſt tibi
Omitte corpus,tetin ſepulchri & funeris,
Tende ad futuram gloriam perge ad Deum:
Agnoſce qui ſis,vince mundum & ſeculum.
Vix dum eloquutus martyr hanc peregerat
Orationem,quum furens interſerit
Aſclepiades,vertat ictum carnifex
In os loquentis,inque maxillas manum,
Sulcóſque acutos & fidiculas transferat.
Verboſitatis ipſe rumpatur locus,
Scaturientes perdat vt loquacitas
Sermonis auras,perforatis follibus,
Quibus ſonandi nulla lex ponit modum,
Ipſa & loquentis verba torqueri volo.
Impler iubentis dicta lictor improbus,
Charaxat ambas vngulis ſcribentibus
Genas cruentis & ſecat faciem tenus,
Hirſuta barbis ſoluitur carptim cutis,
Et mentum adusque vultus omnis ſcinditur.
Martyr fluentem ſatur inter ſanguinem:
Grates tibi ò præfecte magnas debeo,
Quòd multa pandens ora,iam Chriſtum loquor,
Arctabat ampli nominis præconium
Meatus vnus,impar ad laudes Dei.
Rimas patentes inuenit vox edita,
Multiſque fuſa riſibus reddit ſonos
Hinc inde plures,& profatur vndique
Chriſti patriſque ſempiternam gloriam
Tot ecce laudant ora,quot ſunt vulnera.
Tali repreſſus cognitor conſtantia,

A Ceſſare pœnam præcipit,tunc ſic ait
Per Solis ignes iuro,qui noſtros dies
Reciprocatis admoderat circulis,
Cuius recurſu lux & annus ducitur,
Ignis parandus iam tibi triſtis rogi,
Qui fine digno corpus iſtud deuoret,
Quod perſeuerans tam reſiſtit acriter
B Sacris vetuſtis,nec dolorum ſpiculis
Victum ſatiſcit,ſitque pœnis fortius.
Quis hunc rigorem pectori iniecit ſtupor?
Mens obſtinata eſt,corpus omne obcalluit,
Tantus nouelli dogmatis regnat furor:
Hic nempe veſtet Chriſtus haud olim fuit,
Quem tu fateris ipſe ſuffixum cruci.
Hæc illa crux eſt omnium noſtrûm ſalus,
Romanus inquit,hominis hæc redemptio eſt,
C Scio incapacem te ſacramenti impie,
Non poſſe cæcis ſenſibus myſterium
Haurire noſtrum:nil diurnum nox capit.
Tamen tenebris proferam claram facem,
Sanus videbit,lippus oclos obteget,
Remouete lumen,dicet inſanabilis:
Iniurioſa eſt nil videnti claritas,
Audi profane quod grauatus oderis.
D Regem perennem Rex perennis protulit,
In ſe manentem,nec minorem tempore,
Quia tempus illum non tenet:nam fons retrò
Exordiorum eſt,& dierum & temporum,
Ex patre Chriſtus,hoc patet quod filius.
Hic ſe videndum præſtitit mortalibus,
Mortale corpus ſumpſit immortalitas:
Vt dum caducum portat æternus Deus,
E Tranſire noſtrum poſſet ad cœleſtia:
Homo eſt peremptus,& reſurrexit Deus.
Congreſſa mors eſt membra geſtanti Deo,
Dum noſtra tentat,ceſſit immortalibus.
Stultum putatis hoc ſophiſtæ ſeculi:
Sed ſtulta mundi ſummus eligit pater,
Vt ſtultus eſſet ſeculi,prudens Dei.
Antiquitatem Romuli,& Mauortiam
F Lupam renarras primùm,& omen vulturum.
Si res nouellas reſpuis,nil tam recens:
Vix mille faſtis implet hanc ætatulam,
Curſus dierum conditore ab augure.
Sexcenta poſſum regna pridem condita
Proferre toto in orbe,ſi ſit otium,
Multo antè clara,quàm capellam Gnoſiam
Suxiſſe fertur Iuppiter,Martis pater,
G Sed illa non ſunt,hæc & olim non erant.
Crux iſta Chriſti,quam nouellam dicitis,
Naſcente mundo factus vt primùm eſt homo
Expreſſa ſignis,expedita eſt literis,
Aduentus eius mille per miracula
Prænunciatus ore vatum conſono.
Reges,prophetæ,iudicéſque & principes
Virtute,bellis,cultibus ſacris,ſtilo,
H Non deſtiterunt formam pingere crucis.
Crux prænotata,crux adumbrata eſt prius,
Crucem vetuſta combiberunt ſecula.
Tandem retectis vocibus propheticis,
Ætate noſtra comprobata antiquitas,
Coràm refulſit ore conſpicabili,
Ne fluctuaret veritas dubia fide,
Si non pateret teſte viſu cominus.
Hinc nos & ipſum non perire credimus
I Corpus ſepulchro quod vorandum traditur
Quia Chriſtus in ſe mortuum corpus cruci
Secum excitatum vexit ad ſolium patris,
Viámque cunctis ad reſurgendum dedit,
Crux illa noſtra eſt,nos patibulum aſcendimus,
Nobis peremptus Chriſtus,& nobis Deus,
Chriſtus tenet ſus,ipſe qui moriens homo eſt:

Natura

Natura duplex moritur,& mortem domat,
Reditque in aliud quod perire neſciat.
Dixiſſe pauca ſit ſatis de myſticis
Noſtræ ſalutis,déque proceſſu ſpei:
Iamiam ſilebo,margaritas ſpargere
Chriſti vetamur inter immundos ſues,
Lutolenta ſanctum ne terant animalia.
Sed quia profunda non licet luctarier,
Ratione tecum conſulamus proxima:
Interrogetur ipſa naturalium
Simplex ſine arte ſenſuum ſententia,
Fuci imperitus fac vt adſit arbiter.
Da ſeptuennem circiter puerum,aut minus,
Qui ſit fauoris liber,& non oderit
Quenquam,nec vllùm mentis in vitium cadat,
Periclitemur quid recens infantia
Dicat ſequendum,quid nouus ſapiat vigor.
Hanc ille ſancti martyris vocem libens
Amplexus,vnum de caterua infantium
Paruum,nec olim lacte depulſum,capi,
Captúmque adeſſe præcipit:quid vis roga,
Inquit,ſequamur quod probarit puſio.
Romanus ardens experiri innoxiam
Lactantis oris indolem:Filiule,ait,
Dic quid videtur eſſe verum,& congruens,
Vnúmne Chriſtum colere,& in Chriſto patrem,
An comprecari mille formarum deos?
Arriſit infans,nec moratus retulit:
Eſt quicquid illud quod ferunt homines Deum
Vnum eſſe oportet,quod vni eſt vnicum.
Quam Chriſtus hoc ſit,Chriſtus eſt verus Deus,
Genera deorum multa nec pueri putant.
Stupuit tyrannus ſub pudore fluctuans,
Nec vim decebat innocenti ætatulæ
Inferre legis,nec loquenti talia
Furor ſinebat efferatus parcere:
Quis auctor,inquit,vocis eſt huius tibi?
Reſpondit ille:Mater,& matri Deus.
Illa ex parente ſpiritu docta imbibit,
Quo me mater ipſa paſceret cunabula:
Ego vt gemellis vberum de fontibus
Lac paruus hauſi,Chriſtum & hauſi credere.
Ergo ipſa mater adſit,exclamat tedo
Aſclepiades,diſciplinæ & exitum
Triſtem ſuæ magiſtra ſpectet impia,
Malè eruditi torqueatur funere
Infantis orba:quemque corrupit,fleat.
Abſit miniſtros vilis vt muliercula
Noſtros fatiget.quantulus autem dolor
Vexabat artus,mortis auxilio breuis:
Oculi parentis puniuntur acrius,
Quàm ſi trucentæ membra carpant vngulæ.
Vix hæc profatus,puſionem præcipit
Sublimè tollant,& manu pulſent natos,
Mox & remota veſte virgis verberent,
Tenerúmque duris ictibus tergum ſecent,
Plus vnde lactis quàm cruoris defluat.
Quæ cautes illud perpeti ſpectaculum,
Quis ferra poſſit æria aut ferri rigor?
Impacta quoties corpus attigerat ſalix,
Tenui rubebant ſanguine vda vimina,
Quem plaga fecerat ruſcidis liuoribus.
Ferunt minaces verberantium genas
Inlacrymaſſe , ſponte dimanantibus
Guttis per ora barbarùm frementia,
Scribas & ipſos & coronam plebium,
Proceréſque ſiccis non ſteriſſe viſibus.
At ſola mater hiſce lamentis caret,
Soli ſereno frons renidet gaudio,
Stat in piorum corda pietas fortior,
Amore Chriſti contumax doloribus,
Pietáſque ſenſum mollis indulgentiæ.

A Sitire ſeſe paruus exclamauerat,
Animæ æſtuantis ardor in cruciatibus
Hoc exigebat,lymphæ vt hauſtum poſceret,
Quem torua mater eminus triſtè intuens
Vultu,& ſeueris vocibus ſic increpat:
Puto imbecillo one turbaris metu,
Et te doloris horror afflictum domat:
Non hanc meorum viſcerum ſtirpem fore
B Deo ſpopondi,non in hanc ſpem gloriæ
Te procreaui,cedere vt letho ſcias.
Aquam bibendam poſtulas,quum ſit tibi
Fons ille viuus præſto,qui ſemper fluit,
Et cuncta ſolus irrigat viuentia,
Intus foriſque ſpiritum & corpus ſimul,
Æternitatem largiens potantibus.
Venies ad illud mox fluentum, ſi modò
C Animo ac medullis ſolus ardor æſtuet
Videre Chriſtum,quod ſemel potum affatim
Sic ſedat omnem pectoris flagrantiam,
Vita vt beata iam ſitire neſciat.
Hic hic bibendus nate nunc tibi eſt calix,
Mille in Bethleem quem biberunt paruuli,
Oblita lactis,& papillarum immemor
Ætas amaris,mox deinde dulcibus
D Refecta poclis, mella ſumpſit ſanguinis.
Exemplum ad iſtud nitere, ô fortis puer,
Generoſa proles matris , & potentia,
Omnes capaces eſſe virtutum pater
Mandauit annos , neminem excepit diem,
Ipſis triomphos annuens vagitibus.
Scis, ſæpe dixi, quum docenti adluderes,
Et garrulorum ſigna verborum dares,
E Iſaac fuiſſe paruulum patri vnicum,
Qui quum immolandus aram & enſem cerneret,
Vltro ſacranti colla præbuerit ſeni?
Narraui & illud nobile ac memorabile
Certamen,vna matre quod ſeptem editi
Geſſere pueri,ſed tamen factis viri,
Hortante eadem matre,in ancipiti exitu
Pœnæ & corônæ, ſanguini vt ne parcerent.
F Videbat ipſos apparatus funerum
Præſens ſuorum, nec mouebatur pareus,
Lætata quoties aut olino ſtridula
Sartago frixum torruiſſet puberem,
Dira aut cremaſſet laminarum impreſſio.
Comam,cutémque verticis reuulſerat
A fronte tortor,nuda teſta vt tegmine
Ceruicem aduſque dehoneſtaret caput.
G Clamabat illa;Patere,gemmis veſtiet
Apicem corona regio ex diademate.
Linguam tyrannus amputari iuſſerat:
Vni ex ephebis,mater aiebat:Satis
Iam parta nobis gloria eſt,pars optima
Deo immolatur,ecce noſtri corporis
Digna eſt fidelis lingua quæ ſit hoſtia.
Interpres animi,enunciatrix ſenſuum,
H Cordis miniſtra,præco operti pectoris,
Prima offeratur in ſacramentum necis,
Et ſit redemptrix prima membrorum omnium,
Ducem dicatam mox ſequentur cætera.
His Macchabæos incitans ſtimulis parens,
Hoſtem ſubegit ſubiugatum ſepties,
Quot fœta natis,tot triumphis inclyta,
Me partus vnus vt feracem gloriæ
I Mea vita præſter, in tua eſt ſitum manu.
Per huius alui fida conceptacula,
Per hoſpitalem menſe biſquino larem:
Si dulce noſtri pectoris nectar tibi,
Si molle gremium,grata ſi crepundia,
Perſiſte,& horum munerum auctorem adſere.
Quánam arte nobis vinere ineus cœperis,
Nihilúmque & illud,vnde corpus,neſcio,

Nouit.

Nouit animator ſolus,& factor tui:
Impendere ipſi,cuius ortus munere es:
Bene in datorem quod dedit, refuderis.
Talia canente matre,iam lætus puer
Virgas ſtrepentes,& dolores verberum
Ridebat.hic tum cognitor pronunciat:
Claudatur infans carcere,& tanti mali
Romanus auctor torqueatur acrius.
Illum recentes per cicatricum vias
Denuò exarabant,quàque acutum traxerant
Paulò antè ferrum,mox recrudeſcentibus
Plagis apertas perſequebantur notas,
Quos iam ſuperbus victor ignauos vocat.
O non virile robur,ó molles manus,
Vnam labantis diſſipare tandiu
Vos non poteſſe fabricam corpuſculi?
Vix iam cohæret,nec tamen penitus cadit,
Vincens lacertos dexterarum inertiam.
Citius cadauer dentibus carpunt canes,
Longéque morſus vulturum efficacior
Ad deuorandas carnis offas mortuæ.
Languetis imbelli fame,ac fatiſcitis:
Gula eſt ferina,ſocors eſt edacitas.
Exarſit iſtis turbida ira iudicis,
Séque in ſupremam concitat ſententiam:
Si te morarum pœnitet,finem citum
Subeas licebit,ignibus vorabere
Damnatus,& fauilla iam tenuis fies.
Abiens at ille,quum foro abriperent virum
Truces miniſtri,pone reſpectans ait:
Appello ab iſta perfide ad Chriſtum meum
Crudelitate,non metu mortis tremens,
Sed vt probetur eſſe nil quod iudicas.
Quid differo,inquit ille,vtroſque perdere,
Puerum ac magiſtrum,complices ſectæ impiæ?
Gladius recidat vile vix hominis caput
Infantis,iſtum flamma vindex concremet,
Sit his ſub vno fine diſpar exitus.
Peruentum ad ipſum cædis implendæ locum,
Natum gerebat mater amplexu & ſinu,
Vt primitiuum crediderit fœtum gerit
Deo offerendum ſancti Abelis ferculo,
Lectum ex ouili puriorem cæteris.
Puerum popoſcit carnifex,mater dedit,
Nec immorata eſt fletibus,tantum oſculum
Impreſſit vnum:Vale,ait,dulciſſime:
Et quum beatus regna Chriſti intraueris,
Memento matris,iam patrone ex filio.
Dixit:deinde dum ferit ceruiculam
Percuſſor enſe,docta mulier pſallere,
Hymnum canebat carminis Dauidici:
Precioſa ſancti mors ſub aſpectu Dei,
Tuus ille ſeruus,proles ancillæ tuæ.
Talia retexens explicabat pallium,
Manuſque tendebat ſub ictu & ſanguine
Venarum,vt vndam profluam manantium,
Et palpitantis oris exciperet globum:
Excepit,& charo applicauit pectori.
At parte campi ex altera,inmanem pyram
Texebat vſtor fumidus pinu arida,
Sarmenta miſtim ſubdita & fœni ſtruem
Spargens,liquato roſe feruentis picis,
Quo flamma paſtu creſceret ferocius.
Etiam retortis brachiis furca eminus
Romanus actus ingerebatur rogo:
Scio,inquit ille,non futurum vt concremor,
Nec paſſionis hoc genus datum eſt mihi,
Sed reſtat ingens quod fiat miraculum.
Hæc eius oſſa ſequitur immenſus fragor
Nubis ruentis,nimbus vndatim nigro
Præceps aquarum fulmine ignes obruit,
Aluit oliuo ſemicombuſtas faces,

A Sed vincit imber iam madentem fomitem.
Trepidare cœpit carnifex,rebus nouis
Turbatus,& qua poſſet arte inſiſtere,
Verſare torres cum fauillis humidis,
Prunas maniplis confouere ſtupeis,
Et ſemen ignis inter vndas quærere.
Quod quum tumenti nunciatum eſt iudici,
Commouit iram fellis implacabilis:
B Quouſque tandem ſummus hic nobis magus
Illudit, inquit,Theſſalorum carmine
Pœnam peritus vertere in ludibrium?
Fortaſſe ceruix,ſi ſecandam iuſſero
Flecti ſub enſem,non patebit vulneri:
Vel amputatum plaga collum diuidens,
Rurſus coibit,ac reglutinabitur,
C Humeriſque vertex eminebit additus.
Tentemus igitur antè partem quampiam
Truncare ferro corporis ſuperſtitis,
Ne morte ſimpla criminoſus multiplex
Cadat,vel vna perfidus cæde oppetat:
Quot membra geſtat,tot modis pereat volo.
Libet experiri Lerna,ſicut traditur,
Vtrum renatis pulluleſcat artubus,
D Ac ſe imminuti corporis damnis nouum
Inſtauret:ipſe præſto tunc erit Hercules,
Hydrina ſuetus vſtum ire vulnera.
Iam nunc ſecandi doctus adſit artifex,
Qui cuncta norit viſcerum confinia,
Vel nexa neruis diſparare vincula,
Date huuc reuulſis qui medetur oſſibus,
Aut fracta nodis ſauciens compaginat.
E Linguam priorem detrahat radicitus,
Quæ corpore omni ſola viuit nequior:
Illa & procaci peſſima in noſtros deos
Inuecta motu,fas profanauit vetus,
Audax & ipſi non pepercit principi.
Ariſto quidam medicus accitus venit,
Proferre linguam præcipit:profert ſtatim
Martyr retectam,& pandit ima faucium:
F Ille & palatum tractat,& digito exitum
Vocis pererrans,vulneri explorat locum.
Linguam deinde longè ab ore protrahens,
Scalpellum in vſque guttur inſertans agit:
Illo ſecante fila ſenſim ſingula,
Nunquam momordit martyr, aut os dentibus
Compreſſit arctis,nec cruorem ſorbuit,
Immotus & patente rictu conſtitit,
G Dum ſanguis extra defluit ſcaturiens,
Perfuſa pulcher menta ruſſo ſtemmate
Fert,& cruenti pectoris ſpectat decus,
Fruitúrque & oſtro veſtis vt iam regiæ.
Præfectus ergo ratus elinguem virum
Cogi ad ſacrandum poſſe,quum verbis carens
Nil in deorum oblateraret dedecus
Iubet reduci iam tacentem & debilem,
H Multo loquentis turbine olim territus.
Repouit aras ad tribunal denuò
Et thus,& ignem viuidum in carbonibus,
Taurina & exta,vel ſuilla abdomina:
Ingreſſus ille,vt bos paratus perſpicit,
Inſufflat,ipſos ceu videret dæmonas.
Irridet hoc Aſclepiades lætior.
Addit deinde:Nunquid inclementius,
I Sicut ſolebas,es paratus dicere?
Effare quoduis,ac per ora ediſſere,
Permitto vocem liberè vt exerceas.
Romanus alto corde ſuſpirans diu,
Gemitu querelam traxit,& ſic orſus eſt:
Chriſtum loquenti lingua nunquam defuit,
Nec verba quæras quæ rogantur organo,
Quum prædicatur ipſe verborum dator.
Qui fecit vt vis vocis expreſſa intimo

Pulmo

Pulmone,& oris torta ſub teſtudine,
Nunc ex palato det repercuſſos ſonos,
Nunc temperetur dentium de pectine,
Sitque his agendis lingua plectrum mobile:
Si mandet idem,faucium ſic fiſtulas
Spirare flatu concinentes conſono,
Vt verba in ipſis expliceant meatibus,
Vel exitu oris cymbalis profarier,
Nunc preſſa parce labra,nunc hiantia:
Dubitas ne verti poſſe naturæ ſtatum?
Cui facta forma eſt,qualis eſſet primitus,
Hanc nempe factor vertere,vt libet,poteſt,
Poſitáſque leges texere ac retexere,
Linguam loquela ne miniſtram poſtulet.
Vis ſcire noſtri numinis potentiam?
Fluctus liquentis æquoris preſſit pede,
Natura fluxa ac tenuis in ſolidum coit.
Quid diſpar illis legibus,quia condita eſt,
Solet natatus ferre,ferre veſtigia.
Habet vſitatum munus hoc diuinitas,
Quæ vera nobis colitur in Chriſto & Patre,
Mutis loquelam,peritum ſlaudis gradum,
Surdis fruendam reddere audientiam,
Donare cæcis lucis inſuetæ diem.
Hæc ſi quis amens fabuloſa exiſtimat,
Vel ipſe tute,ſi parum fidelia
Rebare pridem,vera cognoſcas licet
Habes loquentem, cuius amputaueras
Linguam,probatis cede iam miraculis.
Horror ſtupentem perſequutorem ſubit,
Timórque,& ira pectus in caliginem
Vertere,neſcit vigilet an ne ſomniet,
Miratur hærens quod ſit oſtenti genus.
Formido frangit,armat indignatio.
Nec vim domare mentis effrenæ poteſt,
Nec quò furoris tela vertat inuenit.
Poſtremò medicum ſæuus inſontem iubet
Reum citari,nundinatum hunc arguit
Mercede certa pactus vt colluderet.
Aut ferrum in ore nil agens,& irritum
Verſaſſe fruſtra,ſeu retunſis tactibus,
Aut arte quadam vulnus illatum breue,
Quod ſauciata parte linguam læderet,
Neruos nec omnes vſquequaque abſcinderet.
Manere ſaluam vocis harmoniam probæ,
Non poſſe inani concauo verba exprimi,
Quæ concrepare lingua moderatrix facit:
Eſto vt reſultet ſpiritus vacuo ſpecu,
Echo ſed exeat inde,non oratio.
Veris refutat medicus hanc calumniam,
Scrutare vel tu nunc latebras faucium,
Intráque dentes curioſum pollicem
Circumfer,hauſtus vel patentes inſpice,
Lateátne quicquam quod tegat ſpiramina.
Quanquam foraſſem fortè ſi puncto leui,
Tenuine linguam contigiſſem vulnera,
Titubante plectro ſatus eſſe debilis,
Nam quum magiſtra vocis in vitium cadit,
Vſus neceſſe eſt & loquendi intercidat.
Fiat periculum,ſi placet,cuiuſmodi
Edat querelam quadrupes,lingua eruta,
Elinguis & quem porca grunnitum ſtrepat,
Cui vox fragoſa,clamor eſt inconditus,
Probabo mutam nil ſonare ſtridulum.
Teſtor ſalutem principis,me ſimplici
Functum ſecantis arte,iudex optime,
Seruiſſe iuſſis abſque fraude publicis,
Sciat hic quis illi verba ſuggilet Deus:
Ergo vnde mutus ſit diſertus neſcio.
His ſeſe Ariſto purgat.At contra impium
Nil hæc latronem Chriſtianorum mouent,
Magis magiſque fertur in veſaniam,

A Quærit num alienus ſanguis illum aſperſerit
Virum,ſuóne fluxerit de vulnere.
Reſpondit his Romanus.Eccum præſto ſum,
Meus iſte ſanguis verus eſt,non bubulus:
Agnuſcis illum, quem loquor miſerrime
Pagane,veſtri ſanguinem ſacrum bouis,
Cuius litata cæde permadeſcitis.
B Summus ſacerdus nempe ſub terram ſcrobe
Acta in profundum conſecrandus mergitur,
Mirè infulatus,feſta vittis tempora
Nectens,coronatum repexus aurea,
Cinctu Gabino ſericam fultus togam.
Tabulis ſupernè ſtrata texunt pulpita,
Rimoſa rari pegmatis compaginibus,
Scindunt ſubinde vel terebrant aream,
C Crebróque lignum perforant acumine,
Pateat minutis vt frequens hiatibus.
Huc taurus ingens fronte torua & hiſpida,
Sertis reuinctus,aut per armos floreis,
Aut impeditus cornibus deducitur,
Necnon & auro frons coruſcat hoſtiæ,
Setáſque fulgor bracteatis inficit.
Hic vt ſtatuta eſt immolanda bellua,
D Pectus ſacrato diuidunt venabulo,
Eructat amplum vulnus vndam ſanguinis
Feruentis,inque texta pontis ſubditi
Fundit vaporum flumen, & latè æſtuat.
Tum per frequentes mille rimarum vias
Illapſus imber, tabidum rorem pluit.
Defoſſus intus quem ſacerdos excipit,
Guttas ad omnes turpe ſubiectans caput,
E Et veſte & omni putrefactus corpore.
Qui nos ſupinat,obuias offert genas,
Supponit aures,labra,nares obiicit,
Oculos & ipſos perluit liquoribus,
Nec iam palato parcit,& linguam rigat,
Donec cruorem totus atrum combibat.
Poſtquam cadauer ſanguine egeſto rigens,
F Compage ab illa flamines retraxerint,
Procedit inde pontifex viſu horridus,
Oſtentat vdum verticem,barbam grauem,
Vittas madentes,atque amictus ebrios,
Hunc inquinatum talibus contagiis,
Tabo recentis ſordidum piaculi,
Omnes ſalutant atque adorant eminus,
Vilis quod illum ſanguis,& bos mortuus
G Fœdis latentem ſub cauernis lauerint.
Addamus illum,vis, hecatonben tuam?
Centena ferro quum cadunt animalia,
Variáque abundans cæde teſtagnat cruor,
Vix vt cruentis augures natatibus
Poſſint meare per profundum ſanguinem.
Sed quid macellum pingue puluinarium,
H Quid maximorum lacinatores gregum,
Euiſcerata carne crudos criminor?
Sunt ſacra,quando voſmetipſi exciditis,
Votiuus & quum membra detruncat dolor.
Cultrum in lacertos exerit fanaticus,
Sectiſque Matrem brachiis placat deam,
Furere ac rotari ius putatur myſticum,
Parca ad ſecandum dextera fertur impiis,
Cœlum meretur vulnerum crudelitas.
Aſt hic metenda dedicat genitalia,
I Numen reciſo mitigans ab inguine,
Offert pudendum ſemiuir donum deæ,
Illam reuulſa maſculini germinis
Vena effluenti paſcit auctam ſanguine.
Vterque ſexus ſanctitati diſplicet,
Medium retentat inter alterum genus,
Mas eſſe ceſſat ille,nec fit fœmina.
Felix deorum Mater imberbes ſibi
Parat miniſtros leuibus nouaculis.

Quid quum ſacrandus accipit ſphragitidas
Acus minutas ingerunt fornacibus.
His membra pergunt vrere, vt igniuerint
Quacunque partem corporis feruens nota
Stigmarit, hunc ſic conſecratum prædicant.
Functum deinde quum reliquit ſpiritus,
Et ad ſepulcrum pompa fertur funeris,
Partes per ipſas imprimuntur bracteæ,
Inſignis auri lamina obducit cutem,
Tegitur metallo, quod peruſtum eſt ignibus.
Has ferre pœnas cogitur gentilitas,
Hac dij coercent lege cultores ſuos:
Sic dæmon ipſe ludit hos, quos ceperit,
Docet execrandas ferre contumelias,
Tormenta iuuri mandat infelicibus.
At noſter iſte ſanguis ex veſtra fluit
Crudelitate, vos tyrannide impia
Exulceratis innocentum corpora.
Si vos ſinatis, incruentè viuimus:
At ſi cruentè puniamur, vincimus.
Sed iam ſilebo, finis inſtat debitus,
Finis malorum, paſſionis gloria:
Iam non licebit improbe, vt licuit modò,
Torquere noſtra, vel ſecare viſcera:
Cedas neceſſe eſt victus, & iam deſinas.
Ceſſabit equidem terror & ſector dehinc,
Iudex minatur, ſed peremptoris manus
Succedet illis ſtrangulatrix ſaucium,
Aliter ſilere neſcit oris garruli
Vox inquieta, quàm tubam ſi ſtringero,
Dixit, foroque protrahi iuſſit virum,
Truſi in tenebras noxialis carceris,
Elidit illic fune collum martyris
Lictor nefandus, ſic peracta eſt paſſio:
Anima abſoluta vinculis, cœlum petit.
Geſta intimaſſe cuncta fertur principi
Præfectus, addens ordinem voluminum,
Seriémque tantæ digerens tragœdiæ:
Lætatus, omne crimen in faſces refert
Suum tyrannus, chartulis viuentibus.
Illa ſed ætas conficit diutina,
Fuligo fuſcat, puluis obducit ſitis,
Carpit ſenectus, aut ruinis obruit,
Inſcripta Chriſto pagina immortalis eſt,
Nec obſoleſcit vllus in cœlis apex:
Excepit adſtans angelus coram Deo,
Et quæ loquutus martyr, & quæ pertulit
Nec verba ſolùm diſſerentis condidit,
Sed ipſa pingens vulnera expreſſit ſtylo,
Laterum, genarum pectoriſque & faucium.
Omnis notata eſt ſanguinis dimenſio,
Vt quamque plagam ſolens exarauerit.
Altam, patentem, proximam, longam, breuem,
Quæ vis doloris, quiue ſegmenti modus,
Guttam cruoris ille nullam perdidit.
Hic in regeſtis liber eſt cœleſtibus,
Monimenta ſeruans laudis indeleſcilis,
Relegendos olim ſempiterno iudici
Libramine æquo, qui malorum pondera,
Et præmiorum comparabit copias.
Vellem ſiniſter inter hœdorum greges
Ve ſum futurus, eminus dignoſcerer:
Atque hoc precante diceret rex optimus,
Romanus orat, transfer hunc hœdum mihi,
Sit dexter agnus, induatur vellere.

PASSIO HIPPOLYTI MARTYris ad Valerianum Epiſcopum.

INnumeros cineres ſanctorum Romula in vrbe
Vidimus ô Chriſti Valeriane ſacer.
Inciſos tumulis titulos, & ſingula quæris,
Nomina difficile eſt vt replicare queam.
Tantos iuſtorum populos furor impius hauſit,
A Quum coleret patrios Troia Roma deos.
Plurima litterulis ſignata ſepulchra loquuntur
Martyris aut nomen, aut epigramma aliquod.
Sunt & muta tamen tacitas claudentia tumbas,
Marmora quæ ſolum ſignificant numerum.
Quanta virum iaceant congeſtis corpora aceruis
Noſſe licet, quorum nomina nulla legas.
Sexaginta illic de foſſa mole ſub vna
B Reliquias memini me didiciſſe hominum.
Quorum ſolus habet comperta vocabula Chriſtus,
Vt pote quos propriè iunxit amicitiæ,
Hæc dum luſtro oculis & ſicubi fortè latentes
Rerum apices veterum per monumenta ſequor:
Inuenio Hippolytum, qui quondam ſchiſma Nouati
Presbyter attigerat, noſtra ſequenda negans:
Vſque ad martyrij prouectum inſigne tuliſſe
C Lucida ſanguinei præmia ſupplicij.
Nec mirere ſenem peruerſi dogmatis olim
Munere ditatum catholicæ fidei,
Quum iam veſano victor raperetur ab hoſte
Exultante anima carnis ad exitium,
Plebis amore ſuæ multis comitantibus ibat,
Conſultus, quænam ſecta foret melior.
Reſpondit: Fugite ô miſeri execranda Nouati
D Schiſmata, catholicis reddite vos populis.
Vna fides vigeat, priſco quæ condita templo eſt,
Quam Paulus retinet, quámque cathedra Petri.
Quæ docui, docuiſſe piget: venerabile martyr
Cerno, quod à cultu rebar abeſſe Dei.
His vbi detorſit læuo de tramite plebem,
Monſtrauitque ſequi quà via dextra vocat:
E Séque ducem recti ſpretis anfractibus idem
Præbuit, erroris qui prius auctor erat,
Siſtitur inſano rectori Chriſticolas tunc
Oſtia vexanti per Tyberina viros.
Illo namque die Roma ſeceſſerat, ipſos
Peſte ſuburbanos vt quateret populos.
Non contentus humum celſæ intra mœnia Romæ
Tingere iuſtorum cædibus aſſiduis:
Ianiculum quum iam madidum, fora, roſtra, ſuburram
F Cerneret eluuie ſanguinis aſſluere.
Protulerat rabiem Tyrrheni ad littoris oram,
Quæque loca æquoreus proxima portus habet.
Inter carnifices, & conſtipata ſedebat
Officia, extructo celſior in ſolio.
Diſcipulos fidei, deteſtandique rebelles
Idolij, ardebat dedere perfidiæ:
Carcereo crinita ſitu ſtare agmina contra
G Iuſſerat horrendis excrucianda modis.
Inde catenarum tractus, hinc lorea flagra
Stridere, virgarum concrepitare fragor.
Vngula fixa cauis coſtarum cratibus altius
Pandere ſeceſſus, & lacerare iecur.
Ac iam laſſatis iudex tortoribus ibat
In furias, caſſa cognitione fremens.
Nullus enim Chriſti ex famulis per tanta repertus
H Supplicia, auderet qui vitiare animam.
Inde furens quæſitor ait, iam tortor ab vno
Deſine: ſi vana eſt quæſtio, morte agito.
Huic abſcinde caput, crux iſtum tollat in auras,
Viuentéſque oculus offerat alitibus.
Hos rape præcipites, & vinctos coniice in ignem,
Sit pyra quæ multos deuoret vna reos.
En tibi quos properes rimoſæ imponere cymbæ,
Pellere & in medij ſtagna profunda freti
Quos vbi ſuſceptos rapidum maleſuta per æquor
Vexerit, & tumidis cæſa labarit aquis,
Diſſocians putrem laxent tabulata carinam,
Conceptumque bibant vndique naufragium.
Squamea cœnoſum præſtabit ventre ſepulchrum
Bellua conſumptis cruda cadaueribus.
Hæc perſultanti, celſum ſubitò ante tribunal
Offertur

Offertur ſenior nexibus implicitus.
Stipati circum iuuenes clamore ferebant,
Ipſum Chriſticolis eſſe caput populis.
Si foret extinctum properè caput, omnia vulgi
Pectora Romanis ſponte ſacranda deis.
Inſolitum lethi poſcunt genus, & noua pœna
Inuenta, exemplo quo trepident alij.
Ille ſupinata reſidens ceruice: Quis, inquit,
Dicitur? affirmant, dicier Hippolytum.
Ergo ſit Hippolytus, quatiat, turbétque iugales,
Intereátque feris dilaceratus equis.
Vix hæc ille, duo cogunt animalia freni
Ignara inſueto ſubdere colla iugo,
Non ſtabilis, blandiue manu palpata magiſtri,
Imperiúmque equitis antè ſubacta pati:
Sed campeſtre vago nuper pecus è grege captum,
Quod pauor indomito corde ferinus agit.
Iámque reluctantes ſociarant vincula bigas,
Oráque diſcordi fœdare nexuerant.
Temonis vice funis ineſt, qui terga duorum
Diuidit, & medius tangit vtrunque latus.
Deque iugo in longum ſe poſt veſtigia retrò
Protendens trahitur, tranſit & ima pedum.
Huius ad extremum ſequitur qua puluere ſummo
Cornipedum refugas orbita trita vias.
Crura viri innectit laqueus, nodóque tenaci
Aſtringit plantas, atque rudente ligat.
Poſtquam compoſito ſatis inſtruxere paratu
Martyris ad pœnam, verbera, vincla, feras:
Inſtigant ſubitis clamoribus, atque flagellis,
Iliaque infectis perfodiunt ſtimulis.
Vltima vox audita ſenis venerabilis hæc eſt:
Hi rapiant artus, tu rape Chriſte animam.
Prorumpunt alacres, cæco & terrore feruntur,
Quà ſonus atque tremor, quà furor exagitant.
Incendit feritas, rapit impetus, & fragor vrget,
Nec curſus volucer mobile ſentit onus.
Per ſyluas, per ſaxa ruunt, non ripa retardat
Fluminis, aut torrens oppoſitus cohibet.
Proſternunt ſepes, & cuncta obſtacula rumpunt,
Prona, fragroſa petunt, ardua tranſiliunt.
Sciſſa minutatim labefacto corpore fruſta
Carpit ſpinigeris ſtirpibus hirtus ager.
Pars ſummis pendet ſcopulis pars ſentibus hæret.
Parte rubent frondes, parte madeſcit humus.
Exemplar ſceleris paries habet illitus, in quo
Multicolor fucus digerit omne nefas.
Picta ſuper tumulum ſpecies liquidis viget vmbris,
Effigians tracti membra cruenta viri.
Rorantes ſaxorum apices vidi optime Papa,
Purpureáſque notas vepribus impreſſas.
Docta manus virides imitando effingere dumos,
Luſerat & minio roſcolam ſaniem.
Cernere erat ruptis compagibus ordine nullo
Membra per incertos ſparſa iacere ſitus,
Addiderat charos greſſu, lacrymiſque ſequentes
Deuia quà fractum ſemita monſtrat iter.
Mœrore attoniti, atque oculis rimantibus ibant,
Implebántque ſinus viſceribus laceris.
Ille caput niueum complectitur, ac reuerendam
Canitiem molli confouet in gremio.
Hic humeros, truncáſque manus, & brachia, & vlnas,
Et genua, & crurum fragmina nuda legit.
Palliolis etiam bibulæ ſiccantur harenæ,
Ne quis in infecto puluere ros maneat.
Si quis & in ſudibus recalenti aſpergine ſanguis
Inſidet, hunc omnem ſpongia preſſa rapit.
Nec iam denſa ſacro quicquam de corpore ſylua
Obtinet, aut plenis fraudat ab exequiis.
Cúmque recenſitis conſtaret partibus ille
Corporis integri qui fuerat numerus:
Nec purgata aliquid deberent inuia toto

A Ex homine, extersis frondibus, & ſcopulis,
Metando eligitur tumulo locus, Oſtia linquunt:
Roma placet, ſanctos quæ teneat cineres.
Haud procul extremo culta ad pomœria vallo
Merſa latebroſis crypta patet foueis.
Huius in occultum gradibus via prona reflexis
Ire per anfractus luce latente docet.
Primas namque fores ſummo tenus intrat hiatu,
Illuſtrátque dies limina veſtibuli.
B Inde vbi progreſſu facili nigreſcere viſa eſt
Nox obſcura loci per ſpecus ambiguum,
Occurrunt celſis immenſa foramina tectis,
Quæ iaciunt claros antra ſuper radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde receſſus,
Arcta ſub vmbroſis atria porticibus:
Attamen excisi ſubter caua viſcera montis
C Crebra terebrato fornice lux penetrat.
Sic datur abſentis per ſubterranea ſolis
Cernere fulgorem, luminibúſque frui.
Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis,
Propter vbi appoſita eſt ara dicata Deo.
Illa ſacramenti donatrix menſa, eadémque
Cuſtos fida ſui martyris appoſita,
D Seruat ad æterni ſpem iudicis oſſa ſepulchro,
Paſcit item ſanctis Tybricolas dapibus.
Mira loci pietas, & prompta precantibus ara,
Spes hominum placida proſperitate iuuat.
Hic corruptelis, animique & corporis æger
Oraui quoties ſtratus opem merui.
Quod lætor reditu, quod te venerande ſacerdos
Complecti licitum eſt, ſcribo quod hæc eadem.
E Hippolyto ſcio me debere, Deus cui Chriſtus
Poſſe dedit, quod quis poſtulet annuere.
Ipſa illas animæ exuuias, quæ continet intus
Ædicula argento fulgurat ex ſolido.
Præfixit tabulas diues manus æquore leui,
Candentes recauum, quale nitet ſpeculum.
Nec Pariis contenta aditus obducere ſaxis,
Addidit ornando clara talenta operi.
F Mane ſalutatum concurritur omnis adorat
Pubis: eunt, redeunt, ſolis adúſque obitum.
Conglobat in cuneum Latios ſimul, ac peregrinos
Permiſtim populos, relligionis amor.
Oſcula perſpicuo figunt impreſſa metallo,
Balſama diffundunt, fletibus ora rigant.
Iam cum ſe renouat decurſis menſibus annus,
Natalémque diem paſſio feſta refert:
G Quanta putas ſtudiis certantibus agmina cogi,
Quæue celebrando vota coire Deo?
Vrbs Auguſta ſuos vomit, effunditque Quirites,
Vnà & Patricios ambitione pari.
Confundit plebeia phalanx vmbonibus æquis
Diſcrimen procerum, præcipitante fide.
Nec minus Albanis acies ſe candida portis
Explicat, & longis ducitur ordinibus.
H Exultant fremitus variarum hinc inde viarum,
Indigena & Picens, plebs & Ethruſca venit.
Concurrit Samnitis atrox habitator, & altæ
Campanus Capuæ, iámque Nolanus adeſt.
Quiſque ſua lætus cum coniuge, dulcibus & cum
Pignoribus, rapidum carpere geſtit iter.
Vix capiunt patuli populorum gaudia campi,
Hæret & in magnis denſa cohors ſpatiis.
I Anguſtum tantis illud ſpecus eſſe cateruis,
Haud dubium eſt, ampla fauce licet pateat.
Stat ſed iuxta aliud quod tanta frequentia templum
Tunc adeat cultu nobile regifico,
Parietibus celſum ſublimibus, atque ſuperba
Maieſtate potens, muneribúſque opulens.
Ordo columnarum geminus laquearia tecti
Suſtinet, auratis ſuppoſitus trabibus.
Adduntur graciles tecto breuiore receſſus,

Qui laterum ſeriem iugiter exſinuent.
At medios aperit tractus via latior alti
Culminis exurgens editiore apice.
Fronte ſub aduerſa gradibus ſublime tribunal
Tollitur, antiſtes prædicat vnde Deum.
Plena laborantes ægrè domus accipit vndas,
Arctáque confertis æſtuat in foribus.
Maternum pandens gremium quo condat alumnos,
Ac foueat fœtos accumulata ſinus.
Si bene commemini, colit hunc pulcherrima Roma
Idibus Auguſti menſis, vt ipſa vocat,
Priſco more diem quem te quoque ſancte magiſter
Annua feſta inter dinumerare velim.
Crede ſalutigeros feret hic venerantibus ortus,
Lucis honoratæ præmia reſtituens.
Inter ſolennes Cypriani, vel Chelidonij,
Eulaliæque dies currat & iſte tibi.
Sic te pro populo, cuius tibi tradita vita eſt,
Orantem Chriſtus audiat omnipotens.
Sic tibi de pleno lupus excludatur ouili,
Agna nec vlla tuum capta gregem minuat.
Sic me gramineo remanentem denique campo
Sedulus ægrotam paſtor ouem referas.
Sic cum lacteolis caulas compleueris agnis,
Raptus & ipſe ſacro ſis comes Hippolyto.

PASSIO BEATORVM APOSTOLORVM Petri & Pauli.

PLus ſolito coeunt ad gaudia, dic amice quid ſit,
Romam per omnem curſitant, ouantque.
Feſtus Apoſtolici nobis redit hic dies triumphi,
Pauli atque Petri nobilis cruore.
Vnus vtrunque dies, pleno tamen innouatus anno
Vidit ſuperba morte laureatum.
Scit Tyberina palus, quæ flumine labitur propinquo
Binis dicatum ceſpitem trophæis.
Et crucis & gladij teſtis, quibus irrigans eaſdem
Bis fluxit imber ſanguinis per herbas.
Prima Petrum rapuit ſententia legibus Neronis,
Pendere iuſſum præminente ligno.
Ille tamen veritus celſæ decus æmulando mortis
Ambire tanti gloriam magiſtri:
Exigit vt pedibus merſum caput imprimant ſupinis,
Quo ſpectet imum ſtipitem cerebro.
Figitur ergo manus ſubter, ſola verſus in cacumen:
Hoc mente maior, quo minor figura.
Nouerat ex humili cœlum citius ſolere adiri,
Deiecit ora, ſpiritum daturus.
Vt teres orbis iter flexi rota percucurrit anni,
Diémque eundem Sol reduxit ortus:
Euomit in iugulum Pauli Nero feruidum furorem,
Iubet feriri gentium magiſtrum.
Ipſe prius ſibimet finem citò dixerat futurum:
Ad Chriſtum eundum eſt, iam reſoluor, inquit:
Nec mora protrahitur, pœnæ datur, immolatur enſe,
Non hora vatem, non dies fefellit.
Diuidit oſſa duûm Tybris, ſacer ex vtraque ripa,
Inter ſacrata dum fluit ſepulchra.
Dextra Petrum regio tectis tenet aureis receptum,
Canens oliua, & murmurans fluento.
Namque ſupercilio ſaxi liquor ortus, excitauit
Fontem perennem chriſmatis feracem.
Nunc precioſa ruit per marmora, lubricátque cliuum,
Donec virenti fluctuet Colymbo.
Interior tumuli pars eſt vbi lapſibus ſonoris
Stágnum niuali voluitur profundo.
Omnicolor vitreas pictura ſupernè tingit vndas,
Muſci relucent & vireſcit aurum.
Cyaneúſque latex vmbram trahit imminentis oſtri,
Credas moueri fluctibus lacunar.
Paſtor oues alit, ipſe illic gelidi rigore fontis,
Videt ſitire quas fluenta Chriſti.
Parte alia titulum Pauli via ſeruat Oſtienſis,

A Qua ſtringit amnis ceſpitem ſiniſtrum.
Regia pompa loci eſt, princeps bonus has ſacrauit arces,
Luſitque magnis ambitum talentis.
Bracteolas trabibus ſubleuit, vt omnis aurulenta
Lux eſſet intus, ceu iubar ſub ortu.
Subdidit & Parias fuluis laquearibus columnas,
Diſtinguit illic quas quaternus ordo.
Tum camyros hyalo inſigni variè cucurrit arcus,
B Sic prata vernis floribus renident.
Ecce duas fidei ſummo patre conferente dotes,
Vrbi colendas quas dedit togatæ:
Aſpice, per biſidas plebs Romula funditur plateas,
Lux in duobus feruet vna feſtis.
Nos ad vtrunque tamen greſſu properemus incitato
Et his & illis perfruamur hymnis.
Ibimus vlterius qua fert via pontis Hadriani,
C Læuam deinde fluminis petemus.
Transtyberina prius ſoluit ſacra peruigil ſacerdos,
Mox huc recurrit, duplicátque vota.
Hæc didiciſſe ſat eſt Romæ tibi: tu domum reuerſus,
Diem bis feſtum, ſi colas, memento.

PASSIO CYPRIANI MARTYRIS & Epiſcopi Carthaginenſis.

PVnica terra tulit, quo ſplendeat omne quicquid
D vſquam eſt,
Inde domum Cyprianũ, ſed decus orbis & magiſtrũ.
Eſt proprius patriæ martyr, ſed amore & ore noſter,
Incubat in Libya ſanguis, ſed vbique lingua pollet:
Sola ſuperſtes agit de corpore, ſola obire neſcit,
Dum genus eſſe hominum Chriſtus ſinet, & vigere mundum,
Dum liber vllus erit, dum ſcrinia ſacra literarum,
E Te leget omnis amãs Chriſtum, tua Cypriane diſcet.
Spiritus ille Dei, qui fluxerat auctor in Prophetas
Fontibus eloquij te cœlitùs actus irrigauit,
O niue candidius linguæ genus, ô nouum ſaporem,
Vt liquor ambroſius cor mitigat, imbuit palatum,
Sedẽ animæ penetrat, mentẽ fouet, & pererrat artus,
Sic Deus interius ſentitur, & inditur medullis.
Vnde bonum ſubitum terris dederis pater reuela.
F Deerat Apoſtolicis ſcriptis opulentus executor,
Eligitur locuples facundia, quæ doceret orbem,
Quæque voluminibus Pauli famulata diſputaret,
Quo mage cruda hominũ præcordia perpolita noſtẽt,
Siue timoris opus, ſeu myſtica vel profunda Chriſti:
Vnus erat iuuenum doctiſſimus, artibus ſiniſtris,
Fraude pudicitiam perfringere, nil ſacrum putare:
Sæpe etiam magicum cantamen inire per ſepulchra,
G Quo geniale tori ius ſolueret æſtuante nupta.
Luxuriæ rabiem tantæ cohibet repentè Chriſtus,
Diſcutit & tenebras de pectore, pellit & furorem,
Implet amore ſui, dat credere, dat pudere facti.
Iámque figura alia eſt, quàm quæ fuit oris & nitoris:
Exuitur tenui vultus cute, tranſit in ſeueram,
Deflua cæſaries compeſcitur ad breues capillos:
Ipſe modeſta loqui, ſpem quærere, regulam tenere,
Viuere iuſtitiæ Chriſti, & penetrare dogma noſtrum.
H His igitur meritis digniſſimus vſque epiſcopale.
Prouehitur ſolium doctor, capit & ſedile ſummum,
Valerianus opum princeps erat, atque Gallienus,
Conſtituêre ſimul pœna capitis Deum fatenti,
Millia terrigenum ſpurciſſima ſuſſerant ſacrari.
Contrà animos populi doctor Cyprianus incitabat,
Ne quis ab egregiæ virtutis honore diſcreparet,
Neu fidei precium quis ſumere degener timeret:
I Eſſe leuem cruciatum, ſi modò conferas futura,
Quæ Deus ipſe viris interminã fortibus ſpopondit:
Merce doloris emi ſpem luminis, & diem perennem,
Omne malum volucri cũ tempore tráſuolare curſim,
Nil graue quod peragi finis facit, & quiete donat:
Se fore principium pulchræ necis, & ducem cruoris,
Séque caput gladio ſubmittere, ſanguinem dicare:

Qui

Qui ſociare animã Chriſto velit vt comes ſequatur.
His vbi corda virûm Chriſto calefacta præparauit,
Ducitur ante alios Proconſule perfurente vinctus.
Antra latent Tyriæ Carthaginis abditis repoſta,
Conſcia tartareæ caliginis abdicata ſoli:
Clauſus in his ſpecubus ſanctus Cyprianus & catena
Nexus vterq; manu, nomen patris inuocat ſupremi:
Omnipotẽs genitor, Chriſti deus, & creator orbis,
Chriſte parens hominis, quem diligis & vetas perire:
Ille ego vipereis, quem tu bonus oblitum venenis
Criminibus variis tinctum miſeratus abluiſti,
Iamque tuum fieri mandas, ſio Cyprianus alter.
Et nouus ex veteri, nec iam reus, aut nocens, vt antè,
Si luteum facili chariſmate pectus expiaſti
Viſe libens tenebris ergaſtula cæca diſſipatis,
Eripe corporeo de carcere, vinculiſque mundi
Hanc animam, liceat fuſo tibi ſanguine immolari.
Ne qua ferum reprimat clementia iudicem tyranni,
Neu ſciat inuidia miteſcere, gloriam negare.
Da quoq; ne quis iners ſit de grege, quem tuũ rege-
Ne cadat impatiens pœnæ, titubẽtve quis tuorũ, (bã:
Incolumẽ vt numerum reddã tibi, debitũmq; ſoluã:
Vocibus his Dominũ permouerat: influebat inde
Spiritus in populum Carthaginis, auctor actionis
Ingenij ſtimulis, vt pectora ſubditis calerent
Ad decus egregium diſcrimine ſanguinis petendum,
Non trepidare docens, nec cedere, nec dolore vinci,
Laudis amore rapi, Chriſtum ſapere, & fidem tueri.
Fama refert, foueam campi in medio patẽte tuſſam,
Calce vaporifera, ſummos propè margines refertam:
Saxa recocta vomũt ignem, niueusque puluis ardet,
Vrere tacta potens, & mortifer ex odore flatus.
Appoſitam memorat aram fouea ſtetiſſe ſumma
Lege, ſub hac ſalis aut micam iecur, & ſuis litarẽt
Chriſticolæ, aut mediæ ſpõtè irruerẽt in ima foſſæ.
Proſiluêre alacres curſu rapido ſimul trecẽti,
Gurgite puluereo merſos liquor aridus vorauit,
Præcipitẽmque globũ fundotenus implicauit imo.
Corpora eãdẽ habet, eãdẽ vehit ad ſupna mẽtes,
Candida maſſa dehinc dici meruit per omne ſecum.
Lætior interea iam Thaſcius ob diem ſuorum
Siſtitur indomiti Proconſulis eminus futuri.
Dogmatis, atq; loci iuſſus genus, Chriſtianus inquit:
Trado ſalutiferi myſteria conſecrata Chriſti.
Ille ſub hæc: Satis eſt iam criminis, ipſe confitetur
Thaſcius, ipſe Iouis fulmen negat expedire fertum,
Carnificis gladio pœnam luat hoſtis idolorum.
Ille Deo meritas grates agit, & canit triumphans.
Plenit obire virum mœſta Africa quo docente facta
Cultior eloquio, cuius ſibi docta gloriatur. (eſt
Mox tumulũ lacrymãs ſtruxit, cineresq; cõſecrauit.
Deſine flere bonum tantum, tenet ille regna cœli,
Nec minus inuoluitat terris, nec ab hoc recedit vrbe,
Diſſerit, eloquitur, tractat, docet, inſtruit, prophetat
Nec Libyæ populos tantum regit, exitũſq; in ortum
Solis, & vſque obitũ, Gallos fouet, imbuit Brytãnos,
Præſidet Heſperiæ, Chriſtum ſerit vltimis Hyberis.
Deniq; doctor humi eſt, idẽ quoq; martyr in ſupnis,
Inſtruit hic homines, illic pius dona dat patronus.

PASSIO AGNETIS MARTYRIS.

AGnes ſepulchrum eſt Romulea in domo
Fortis puellæ, martyris inclytæ,
Conſpectum, in ipſo condita turrium
Seruat ſalutem virgo Quiritium
Nec non, & ipſos protegit aduenas,
Puro ac fideli pectore ſupplices.
Duplex corona eſt præſtita martyri,
Intactum ab omni crimine virginali.
Mortis deinde gloria liberæ.
Aiunt iugali vix habilem toro,
Primis in annis fortè puellulam
Chriſto calentem, fortiter impiis

A Iuſſis reniſam, quo minus idolis
Addicta, ſacram deſereret fidem.
Tentata multis nam prius artibus,
Nunc ore blandi iudicis illice,
Nunc ſæuientis carnificis minis,
Stabat feroci robore pertinax,
Corpúſque duris excruciatibus.
B Vltrò offerebat, non renuens mori.
Tum trux tyrannus Si facile eſt, ait,
Pœnam ſubactis ferre doloribus,
Et vita vilis ſpernitur, at pudor
Charus dicatæ virginitatis eſt.
Hanc in lupanar trudere publicum
Certum eſt, ad aram ni caput applicet,
Ac de Minerua iam veniam roget,
C Quam virgo pergit temnere virginem.
Omnis iuuentus irruat, & nouum
Ludibriorum mancipium petat.
Haud, inquit Agnes, immemor eſt ita
Chriſtus ſuorum, perdat vt aureum
Nobis pudorem, nos quoque deſerat.
Præſtò eſt pudicis, nec patitur ſacræ
Integritatis munera pollui.
D Ferrum impiabis ſanguine, ſi voles.
Non inquinabis membra libidine.
Sic elocutam, publicitus iubet
Flexu in plateæ ſiſtere virginem.
Stantem refugit mœſta frequentia,
Auerſa vultus, ne petulantius
Quiſquam verendum conſpiceret locum
Intendit vnus fortè procacitet
E Os in puellam, nec trepidat ſacram
Spectare formam lumine lubrico
En ales ignis fulminis in modum
Vibratur ardens, atque oculos ferit,
Cæcus coruſco lumine corruit,
Atque in plateæ puluere palpitat.
Tollunt ſodales ſemineceem ſolo,
Verbiſque deflent exequialibus.
F Ibat triumphans virgo, Deum patrem
Chriſtũmque ſacro carmine concinens,
Quod ſub profani labe periculi
Caſtum lupanar nec violabile
Experta victrix virginitas foret.
Sunt qui rogatam retulerint preces
Fudiſſe Chriſto, redderet vt reo
Lucem iacenti: tum iuuenis halitum
G Vitæ innouatum viſibus integris.
Primum ſed Agnes hunc habuit gradum
Cœleſtis aulæ, mox alius datur
Aſcenſus. iram nam furor incitat
Hoſtis cruenti: Vincor, ait gemens.
Aſtringe ferrum miles, & exere
Præcepta ſummi regia principis.
Vt vidit Agnes ſtare trucem virum
H Mucrone nudo, lætior hæc ait:
Exulto, talis quòd potius venit
Veſanus, atrox, turbidus, armiger,
Quàm ſi veniret languidus ac tener,
Molliſque ephebus tinctus aromate,
Qui me pudoris funere perderet.
Hic hic amator iam fateor placet,
Ibo irruentis greſſibus obuiam,
Nec demorabor vota calentia:
I Ferrum in papillas omne recepero,
Pectúſque ad imum vim gladij traham.
Sic nupta Chriſto tranſiliam poli
Omnes tenebras, æthere celſior.
Æterne rector diuide ianuas
Cœli obſeratas terrigenis prius,
Ac te ſequentem Chriſte animam voca,
Quum virginalem, tum patris hoſtiam.

Supplex adorat, vulnus vt imminens
Ceruix ſubirer prona paratius.
Ait ille tantam ſpem peragit manus:
Vno ſub ictu nam caput amputat,
Senſum doloris mors cita præuenit.
Exutus inde ſpiritus emicat,
Liberque in auras exilit. Angeli
Sepſere euntem tramite candido.
Miratur orbem ſub pedibus ſitum,
Spectat tenebras ardua ſubditas,
Ridétque ſolis quod rota circuit,
Quod mundus omnis voluit, & implicat,
Rerum quod atro turbine viuitur,
Quod vana ſecli mobilitas rapit,
Reges, tyrannos, imperia, & gradus,
Pompasque honorum ſtulta tumentium,
Argenti & auri vim rabida ſiti
Cunctis petitam per varium nefas,
Splendore multo ſtructa habitacula,
Illuta pictæ veſtis inania,
Iram, timorem, vota, pericula:
Nunc triſte longum, nunc breue gaudium,
Liuoris atri fumificas taces,
Nigreſcit vnde ſpes hominum & decus:
Et quod malorum tetrius omnium eſt,
Gentilitati ſordida nubilæ.
Hæc calcat Agnes, ac pede proterit,
Stans, & draconis calce premens caput,
Terrena mundi qui ferus omnia
Spargit venenis, mergit & inferis.
Nunc virginali perdomitus ſolo,
Criſtas cerebri deprimit ignei,
Nec victus audet tollere verticem.
Cingit coronis interea Deus
Frontem duabus martyris innubæ,
Vnam decemplex edita ſexies
Merces perenni lumine conficit:
Centenus extat fructus in altero.
O virgo felix, ô noua gloria,
Cœleſtis arcis nobilis incola,
Intende noſtris colluuionibus
Vultum gemello cum diademate,
Cui poſſe ſoli cunctiparens dedit,
Caſtum vel ipſum reddere fornicem.
Purgabor oris propitiabilis
Fulgore noſtrum ſi iecur impleas.
Nil non pudicum eſt, quod pia viſere
Dignaris, albo vel pede tangere.

AVRELII PRVDENTII

CLEMENTIS VIRI CONSVLAris, ἀποθέωσις, id eſt, de Diuinitate.

EST tria ſumma Deus, trinum ſpecimen, vigor vnus.
Corde patris genita eſt Sapientia, filius ipſe eſt.
Sanctus ab æterno ſubſiſtit ſpiritus ore:
Tempore nec ſenior pater eſt, nec numine maior:
Nam ſapiens retrò ſemper Deus, edidit ex ſe
Per quod ſemper erat gignenda ad ſecula Verbum,
Flere ſed verbum patris eſt ac extera Verbi,
Adſumptum geſtire hominem, reparare peremptum,
Conciliare patri, dextraque in ſede locare.
Spiritus iſta Dei complet, Deus ipſe fideles
In populos hauſtus ſuum diffundere promptus,
Et patris & Chriſti virtutem in corpora transfert.

A *Hymnus in infideles.*

EST vera ſecta? te magiſter conſulo.
Rectamne ſeruamus fidem?
An viperina non cauemus dogmata,
Et neſcienter labimur?
Arctam ſalutis vix viam diſcernere eſt
Inter refluxas ſemitas.
Tam multa ſurgunt perfidorum compita,
B Tortis polita erroribus,
Obliqua quæ ſe conſerunt diuortia,
Hinc inde textis orbitis.
Quas ſi quis errans ac vagus ſectabitur
Rectum relinquens tramitem,
Scrobis latentis pronus in foueam ruet,
Quam fodit hoſtilis manus.
C Manus latronum, quæ viantis obſidet
Iter, ſequentis deuium.
Quid non libido mentis humanæ ſtruat?
Quid non malorum parturiat?
Statum laceſſunt omnipollentis Dei
Calumnioſis litibus,
Fidem minutis diſſecant ambagibus,
Vt quiſque lingua nequiit.
D Soluunt, ligántque quæſtionum vincula
Per ſyllogiſmos plectiles.
Væ captioſis ſycophantarum ſtrophis,
Væ verſipelli aſtutiæ.
Nodos tenaces recta rumpit regula,
Infeſta diſſertantibus,
Idcirco mundi ſtulta delegit Deus,
Vt concidant ſophiſtica.
E Déque imbecillis ſubiugauit fortia,
Simplex vt eſſet credere.
Lapis ecce noſtro fixus offenſaculo eſt,
Impingat in quem vanitas.
Signum cauenti, non cauenti ſcandalum:
Hunc ſternit, illum dirigit.
Dum plura tentat cæcus incerto gradu,
Incurrit id quod obuium eſt.
Fax ſola fidei eſt præferenda greſſibus,
F Vt recta ſint veſtigia.
Quis in tenebris hoſtis errantes tamen
Pulſat, trahitque & proterit.
Qui ſparſa ad ipſum commeantem tranſitum
Frumenta ſæuus deuorat:
Qui læta Chriſti culta fur interpolat,
Addens auenas æmulas,
Quas de veneni lacte in herbam fertilem
G Pariter colonus creſcere:
Ne forte culmum fibra inanis ſpiceum
Simul reuulſa internecet.
Expectat ergo dum doloſa & farrea
Feruens coquat maturitas.
Dat ventilabri lecta quæque vt horreis
Vrat recrementum fecis.
H Refert ſed ipſa noſſe, quæ meſſem necant
Zizaniorum ſemina.

Contra hæreſin quæ patrem paſſum affirmat.

PLurima ſunt, ſed pauca loquar, ne dira relatu
Dogmata catholicâ maculent malè prodita linguam
Ille patrem pellens ſolio detrudit in arctum
Corporis humani geſtamen, nec pudet ipſum
Obrectare neci, ſurúque adfigere ligno.
Paſſibilisne Deus? cuius ſpecies, & imago
Nulli viſa vnquam nec enim comprendier illa
Maieſtas facilis, ſenſuue, oculiue, manuue.
Ioannis magni celebris ſententia præſtò eſt.
Haud vnquam teſtata Deum potuiſſe videri.
Ille pater, quem nulla acies violenta tuendo

Eminus ardentis penetrauit acumine viſus
Qui ſe formam hominis non induit,& deitatis
Immenſum adſumpto non temperat ore,modoue,
Aut Euangelici pietas ſpernenda libelli
Iam blaſpheme tibi eſt?aut nunquam viſa beati
Vis intacta patris,nun admiſcenda caducis?
Sed tamen & patris eſt ſpecimen,quod cernere fas ſit
Humanis aliquando oculis concurrere promptum.
Quod quamuis hebes intuitus ſpeculamine glauco,
Humentique acie potuit nebuloſus adire,
Quiſque hominum vidiſſe Deum memoratur,ab ipſo
Infuſum vidit gnatum.nam filius hoc eſt,
Quod de patre micans ſe præſtitit inſpiciendum,
Per ſpecies quas poſſet homo comprendere viſu.
Nam mera maieſtas eſt infinita,nec intrat
Obtutus,aliter ni ſe moderamine formet.
Hoc vidit princeps generoſi ſeminis Abram,
Iam tunc dignati terras inuiſere Chriſti
Hoſpes homo in triplicem numen radiaſſe figuram.
Hoc conluctantis tractarunt brachia Iacob,
Ipſe dator legis diuinæ accedere coràm
Iuſſus amicitiæ conlato qui ſtetit ore
Comminus,& ſacris coniunxit verba loquelis,
Carnis in effigie Chriſtum ſe cernere ſenſit.
Sed maiora petens,animum per vota tetendit
Inconceſſa homini,plus quam mortale laborans,
Ipſum quantus erat ſine corpore viſere Chriſtum.
Denique poſt multi ſermonis mutua,poſtque
Conſpectum præſentis heri,& conſortia lunga,
Quæro,ait,vt liceat te nunc Deus optime noſſe.
Reſpondit Dominus:Mea,non me cernere,iuſtus
Poſteriora dabo.quid apertius,abſque aliena
Quam ſumat facie Verbum non poſſe videri?
Poſſe tamen,quum malit idem nunquam patre viſo
Terrenis oculis,habitu ſe oſtendere noſtro:
Sæpe & in angelicas vel mortales memoratum eſt
Induei ſpecies,queat vt ſub imagine cerni.
Hoc verbum eſt,quòd vibratum patris ore benigno
Sumpſit virgineo fragilem de corpore formam.
Inde figuram hominis,nondum ſub carne Moyſi
Obiecta,effigiem noſtri ſignauerat oris,
Quod quandoque Deus verbi virtute coactum
Sumpturus corpus,faciem referebat eandem.
Sed tamen & ſentum viſa eſt exeſſa cremare
Flamma rubum,Deus in ſpinis volitabat acutis,
Vulnificáſque comas innoxius ignis agebat,
Eſſet vt exemplo,Deus inlapſurus in artus
Spiniferos,ſudibus quos rerum crimina denſis,
Et peccata malis hirſuta doloribus implent.
Inculto nam ſtirpe frutex vitioſus iniquis
Luxuriem virgis inhoneſto effondere ſucco
Cœperat,& nodos per acumina crebra ligabat,
Cernere erat ſteriles ſubito ſplendeſcere frondes,
Accenſiſque citum foliis magno impete late
Conlucere Deum,nec ſpinea lædere texta.
Lambere ſanguineos fructus,& poma cruenta,
Stringere morciferi vitalia germina ligni.
Quandoquidem triſtes purgantur ſanguine culpæ,
Quem contorta rubus denſis cruciatibus edit.
Ergo nihil viſum,niſi quod ſub carne videndum
Lumen,imago Dei,Verbum Deus,& Deus ignis,
Qui ſentum noſtri peccamen corporis implet.
Nam lucis genitor,Verbi ſator,auctor,& ignis
Creditur extra oculos,vt Apoſtolus edocet,auctor,
Qui negat intuitu fontem Deitatis adiri.
Credite,nemo Deum vidit,mihi credite,nemo.
Viſibilis de fonte Deus,non ipſe Dei fons
Viſibilis.cerni potis eſt,qui naſcitur,at non
Innatus cerni potis eſt.latet os patris illud,
Vnde Deus qui viſibilem ſe præſtitit ultro,
Tale aliquid formans in ſeſe,quale ſequuta eſt
Paſſio,quæ corpus ſibi vendicat.ardua nam vis

A Fit impaſſibilis,quoniam natura ſuperni
Ignis ad horrificas nefert deſcendere pœnas,
Nec capit humanis angoribus excruciari,
Pura,ſerena,micans,liquido prælibera motu,
Subdita nec cuiquam,dominatrix vtpote rerum:
Cui non principium de tempore,ſed ſuper omne
Tempus,& ante diem maieſtas,cum patre ſummo,
Imo animus patris,& ratio,& via conſiliorum,
B Quæ non facta manu,nec voce creata iubentis, 160
Protulit imperium patrio ructata profundo,
Hanc igitur non flagra ſecant,non ſputa ſaliuis
Aſpergunt,alapæ,non pexat palma reliſis:
Nec perfixa cruci clauorum vulnera figunt.
His affecta caro eſt hominis,quam fœmina prægnans
Enixa eſt ſub lege vteri ſine lege mariti.
Ille famem patitur,fel potat,& haurit acetum,
C Ille pauet mortis faciem,tremit ille dolorem.
Dicite ſacrilegi doctores qui patre ſummo
Deſertum vacuiſſe thronum contenditis,illo
Tempore quo fragiles Deus eſt inlapſus in artus. 170
Ergo pater paſſus?quid non malus audeat error?
Ille puellari conceptus ſanguine creuit,
Ipſe verecundæ diſtendit virginis aluum,
D Et iam falſiloqua eſt diuini pagina libri,
Quæ verbum in carnis loquitur fluxiſſe figuram?
At non qui verbi pater eſt,caro factus habetur:
Fige gradum ſcriptura tuum,nil mobile & anceps
Adfirmaſſe decet:pater eſt,quem cernere nulli
Eſt licitum:pater eſt, qui nunquam viſus in orbe eſt.
Nec mundana inter radiauit lumina coràm, 180
Verbum conſpicuum miſit,miſſúmque recepit
E Quum voluit,verbo præſtrinxit viſcera puræ
Virginis,& verbo ſtruxit puerilia membra.
Ipſe quidem in terris virtute & numine præſens
Semper adeſt quocunque loci,nec pars vacat vlla
Maieſtate patris,nuſquam eſt genitor Deus abſens,
Per verbum,ſed ſemper adeſt:atque inde Philippo
Chriſtus ait.Tanto tecum iam tempore verſor,
Et patrem te noſſe negas.quem perſpicis in me?
F Eſt inuiſibilis domum patris,edere natum 190
Viſibilem per quem valeat pater ipſe videri.
Nec ſolis ſanctorum oculis,ſed lumine caſſis,
Cæcorum cæcos loquor,atra ſocordia quos tum
Corde tenebroſo verum perpendere neſcit,
Quem ſi perſpicuum mortalibus inficiaris,
Fare age,quem videat Babylonis ab arce tyrannus
Innocuas inter flammas procul exſpatiantem,
G Calcantem rapidos inadultis fratribus ignes:
Nempe ait,ô proceres,tres vaſta incendia anhelis
Accepêre viros fornacibus,additus vnus 200
Ecce vaporiferos ridens interſecat ignes,
Filius ille Dei eſt,fateor,quem victus adoro:
Irriſas remouete faces,tedáſque repentes
Subtrahite,en friget ſuccenſi ſulphuris ardor.
Filius haud dubium eſt,Regis hæc miracula rerum,
H Quem video Deus ipſe,Dei certiſſima proles,
Imperat immenſis ardoribus,& domat iras,
Inſultans famulante rogo,piceóſque furores
Comprimit & rabiem flammarum algeſcere cogit,
Barbaricos calida aura ſinus non tangere iuſſa 210
Præterit,& tenues ſtridens tranſcurrit amictus.
Ipſe per Aſſyrias meruit vaporare tyaras,
Ne coma fuſa humentis fumo obſordeſcat amaro.
I Hæc ait,& varius iubet obmuteſcere cantus,
Organa,ſambucas,citharas,calamóſque tubáſque,
Stulta ſuperſtitio tacuit,vox feſta quieuit,
Quæ male conſpicuæ celebrabat imaginis aurum.
Carmina ſanctorum tenant iam ſola virorum,
Concentu triplici regem laudantia cœli:
Qui mare,qui terras,qui lucida ſidera fecit, 220
Ignibus,& mediis ſeruos texit alumnos,
Semper in auxilium ſermo patris omnipotentis

Deſcendit, ſeruando homini, mortalia ſemper
Admiſcenda ſibi proprio curauit amore,
Vt ſocianda caro, dominóque implenda perenni,
Degeneres vitam, quam tunc animalis agebat,
Exemplo melior ter heri, ſimileſque per artus
Cernere conſortem terreni adſueſceret oris,
Participémque ſuum viſu velut obſide noſſe,
Et conſanguineo paulatim accedere Chriſto.
Ergo animalis homo quondam, nunc ſpiritus illum
Tranſtulit ad ſuperi naturam ſeminis, ipſum
Infundendo Deum, mortalia viuificantem.
Nunc noua materies ſolidata intercute ſtatu,
Materies ſed noſtra tamen de virgine tracta
Exuit antiquæ corrupta exordia vitæ,
Immortale bonum proprio ſpiramine ſumens.
Filius ille hominis, ſed filius ille Tonantis,
Iam ſolus vultum patris aſpicit, & videt ipſum.
Nemo patrem nouit niſi filius, & cui monſtrat
Filius, & noſtri mediator, & omnipotentis.
Denique concludam breuis vt compendia ſummæ:
Non pater in carnem deſcendit, ſed patris arcem
Sumpta caro aſcendit, natus per vtrumque cucurrit.

CONTRA VNIONITAS, ID EST, Sabellianos hæreticos.

Cede profanator Chriſti, iam cede Sabelli,
Depoſitórque patris, natique inſane negator.
Nónne patrem violas, dum natum ſerre recuſas?
Quandoquidem non eſt genitor, niſi filius extet:
Nec vocitare patrem potis es, quem germine fraudas.
Sed fortaſſe velis patriæ pietatis honore
Diſpoliare Deum, contentus nomine nudo,
Quod Deus, eſt adimáſq; decus patris, & generis vim.
Et quis in idolio recubans, inter ſacra mille,
Ridiculóſque deos venerans ſale, ceſpite, thure,
Non putat eſſe Deũ ſummum, & ſuper omnia ſolum,
Quamuis Saturnis, Iunonibus & Cytheræis,
Portentiſque aliis fumantes conſecret aras:
Attamen in cœlum quoties ſuſpexit, in vno
Conſtituit ius omne Deo, cui ſeruiat ingens
Virtutum ratio variis inſtructa miniſtris.
Quæ gens tam ſtolida eſt animis? quã barbara linguis?
Quæue ſuperſtitio tam ſordida? quæ caniformem,
Latrantémque throno cœli præponat Anubim?
Nemo Cloacinæ, aut Tiphonæ ſuper aſtra dealbus
Dat ſolium, quamuis ſolidam perſoluat acerram,
Sacrilegiſque molam manibus terat & exta.
Conſule barbati deliramenta Platonis,
Conſule & hircoſos Cynicos, quos ſomniat & quos
Texit Ariſtoteles torta vertigine neruos:
Hos omnes quamuis anceps labyrinthus & error
Circunflexus agat, quamuis promittere & ipſi
Gallinam ſoleant, aut gallum clinicus vt ſe
Dignetur præſtare Deus morientibus æquum,
Quum ventum tamen ad normam rationis & artis,
Turbidulos ſenſus & litigioſa fragoſis
Argumenta modis concludunt numen in vnum.
Cuius ad arbitrium ſphæra mobilis atque rotunda
Voluatur, ſeruentque ſuos vaga ſidera curſus.
Non recipit natura hominis, modò quadrupes ille
Non ſit, & erecto ſpectet cœleſtia vultu:
Non recipit, neget vt regimen pollere ſupremum.
Iſtud & ipſe Numæ tacitus ſibi ſenſit aruſpex,
Semifer & Gothus ſentit caue mitte peror.
Sed nos qui Dominum librum, & corpore iam bis
Vidimus, antè fide, mox carne, & ſanguine coràm,
Quinque voluminibus vatum cruce teſte probatis
Rimantes digitor coſtarum in vulnera cruda
Merſimus, & manuum viſu dubitante lacunas
Scrutati, æternum regem cognouimus Ieſum,
Abiurare Deo titulum, nomênque paternum
Credimus eſſe nefas, qui regem protulit ex ſe:

A Non regem populi Parthorum aut Romulidarum,
Sed regem ſummæ & mediæ rationis & imæ,
Atq; ideo rerum dominum, & ſuper omnia regem.
Carnis habet medium, ſummum patris, & ſtygis imũ.
Definit his gradibus, rurſuſque reuoluitur in ſe:
Eſt Deus, eſt & homo, & fit mortuus, & Deus idẽ eſt,
Omnia percurrit naturæ munia pronæ,
Vt rurſum patris in gremium replicata reportet
B Mortua quæ fuerant, ipſos quoque ſubuehat artus.
Hæc fore quum veterum cecinissent organa vatum,
Nos oculis, manibus, congreſſu, voce, loquela
Experti, horum tandem intellexìmus ora
Priſcorum, & viſo patefacta oracula Chriſto.
Hæc eſt noſtra ſalus, hinc viuimus, hinc animamur,
Hoc ſequimur, nunquam detracto nomine nati
Appellare patrem, patris & ſine nomine nunquam
C. Natum noſſe Deum, nunquam niſi ſanctus & vnus
Spiritus interſit natúmque patremque vocare:
Sic tamen hæc conſtare tria, vt ne ſeparet ductu
Tres faciam, tribus his ſubſiſtat ſed Deus vnus.
Nec pater ipſe autem qui filius, vt quia natum
Scimus ab innato, verè pater, & ſata verè
Sit ſuboles, nec ſit genitor ſibi filius ipſe,
Siue pater natus fuerit, ſiue ipſe repentè.
D Perquam ridiculum eſt, & futile, natus vt ex ſe
Naſcendi nona materies, ne ſe Deus vltrò
Ediderit, natúmque ſibi ſe fecerit ipſum.
Nil falſum aut mendax diuina vocabula fingunt.
Qui pater eſt, gignendo pater, iam filius ex hoc
Filius, autore vt genitus quòd ſit patre ſummo,
Summus & ipſe tamen: nec.n. minor aut patre diſpar.
Vnde in vtroque operis forma indiſcreta, niſi omnem
E Vim maieſtatis patriæ generoſus haberet
Filius, idque Deus genitor quod filius eſſet.
Pergunt vlterius ſcrutantes, quid ſit idipſum
Gignere, ſi fas eſt humanos tendere ſenſus
Vſquè ad ſecretum, quod tempora cuncta, diéſque
Præuenit antiquos, & principium ſuper ipſum
Eminet, & quodcunque poteſt homo quærere tranſit,
Quum ſit difficilis via noſcere principiorum
F Semina, cui dabitur mortali exquirere, quidnam
Vltra principium Deus egerit? aut quo pacto
Ediderit verbum, quod principio caret omni?
Hoc ſolum ſcimus, quod traditur eſſe Deus, quem
Non genitus genitor generauerit, vnus & vnum,
Integer integrum: non cœptum, ſed tamen ortum,
Et compertetuum patris, retrò ſed patre natum.
Sed nec deciſus pater eſt, vt pars patris eſſet
G Filius, extendens nec ſe ſubſtantia tractim
Produxit, minuitue aliquid de numine pleno.
Dum mutata nouum procludit portio natum.
Non conuertibilis nec demutabilis vnquam
Eſt Deus, nec gignendo aliquid ſibi detrahit: atqui
Totus & ex toto Deus eſt, de lumine lumen.
Quando autem lumen ſine lumine, quando refulgens
Lux fulgore caret, quando eſt vt proditus ignis
H Ignem deminuat, quando pater & Deus & lux,
Non lucis Deus, at pater eſt, qui ſi pater olim
Non fuit, & ſerum genuit poſt tempora natum,
Fit nouus, inque nouum ius proficit: abſit vt vnquam
Plenus proficiat, qui non eget incremento.
Et Deus, & genitor, lumenque & gloria ſemper
Ille fuit, nec poſt ſibi contulit vt pater eſſet.
Sic fit vt æternum credamus cum patre Chriſtum,
I Illo auctore ſatum, cui nullus præfuit auctor.
Hæc ro ſi dubitans nati myſteria Chriſti
Perdite, catholica noſtres de plebe, ſed vnus
De grege churitero veneratus Deucalionum
Deuotus cippo, ficulni & ſtipitis vnctor.
Quin potius ſcrutare Dei ſignacula in ipſo
Fonte vetuſtatis, percurre ſcrinia primi
Scriptoris, quem non bardus pater, aut auus augur,

Fabula

Fabula nec veterũ ſanctæ, nec garrula nutrix,
Nec ſago clangore loquax & ſtridula cornix
Rem docuêre Dei: ſed corám proditus ipſe,
Ipſe Deus trepidum mortalem mitis amico
Imbuit alloquio: ſeque ac ſua ſumma retexit.
Nimirum meminit ſcriptor doctiſſimus illo
Orbis principio non ſolùm, ne ſine Chriſto
Informaſſe patrem facturæ plaſma nouellæ.
Fecit, ait, condens hominem Deus, & dedit olli
Ora Dei. quid nam eſt aliud, quàm dicere, ſolus
Non erat? atque Deo Deus adſiſtebat agenti,
Quũ Dominus faceret Domini ſub imagine plaſma?
Chriſtus forma patris, nos Chriſti forma & imago,
Condimur in faciem Domini bonitate paterna,
Venturo in noſtram faciem poſt ſecula Chriſto.
Poſſum multa ſacris exampla excerpere libris,
Ne refugis, quæ te doceant, non in patre ſolo
Vim maieſtatis poſitam, ſed cum patre Chriſtum
Eſſe Deum, velut ille ait genealogus idem:
A Domino Dominus flammas pluit in Sodomitas.
Quis Dominus? de quo Domino? Ni ſolus ab arce
Siderea ſpectat pater, aut ardeſcit in iras?
Filius armatam Domini patris ignibus iram
Spargebat Dominus: ſunt vnum fulmen vtraque.

Aduerſus Iudæos.

HÆc ſi Iudaicos ſic intellecta rigaſſent
Auditus, ſtupidas vt poſſent tangere fibras,
Audiſſent Dominum virtutum, qui pereuntes
Venerat vt ſeruaret oues: ſed ab auribus omnis
Fluxerat ornatus, caput & iam ductile Bahal
Finxerat, auriculáſque ſuo ſpoliarat honore.
Dux populi peccantis adeſt de monte coruſci
Luminis, alloquióque Dei, tabuláſque tremendo.
Inciſas digito cæca ad tentoria defert:
Sed cadit in faciem plebs non vſura, profundæ
Legis in effigie ſcriptum per ænigmata Chriſtum.
Infelix, quæ luce oculos præſtricta pauentes
Texerit, & preſſa faciem velarit amictu.
At nos reiecto Chriſtum velamine corám
Cernimus, atque Deum vultu ſpeculamur aperto:
Nec ſub lege graui depreſſa fronte iacemus,
Sed legis radium ſublimi agnoſcimus ore.
Heu frondoſa prius ramis felicibus arbor,
Pinguibus heu quondam radix oleagina baccis,
Ecce tibi inſerto reuireſcit nunc oleaſtro
Truncus, & externi veſtitur cortice libri:
Iam miſerere tui. non ſe ſylueſtris oliui
Surculus, exultans alieno ſtipite iactat:
Sed monet vt generis proprij memor, vnguine amarè
Contriſtare comas deueſcas, ſtirpe nec imo
Inuideas, miſſis in celſa cacumina virgis.
Blaſphemas dominum gens ingratiſſima Chriſtum.
Paſcha tuum dic, dic cuius de ſanguine feſtum
Tam ſolenne tibi eſt? quis tandem cæditur agnus
Anniculus, ſacer ille tibi redeuntibus annis?
Sed ſacer, in pecude ſtultum eſt ſic credere ſacrum
Sanguine balantis ſummos contingere poſtes,
Laſciuire choris, ſimulaginis azymon eſſe,
Quum fermentati turgeſcant crimine mores.
Non ſapis imprudens noſtrum te effingere paſcha?
Legis & antiquæ productis pingere ſulcis,
Omne ſacramentum, retinet quod paſſio vera,
Paſſio quæ noſtram defendit ſanguine frontem,
Corporeámque domum ſignato continet ore.
Hanc fugit excluſis Aegypti plaga flagellis,
Hæc regis Pharij regnum ferale reſoluit,
Déque poteſtatis mundanæ grandine denſa
Eripit Abraham cum ſtirpe & gente fideli.
Abrahæ genus eſt verum, cui ſanguis in ore
Credentis, inſcriptuſque rubet cui viſus in orbe.
Haud dubitante fide Deus eſt, Deus ex patre verus,
Ille Deum vidit, viſum mox credidit. At tu

A Poſteritas carnis, carnaliter omnia cernens,
Carnis opus ſub lege gens, quam ſpiritus implet
Inferior: nec enim lex cælo carnea fluxit,
Quam tu carne colis: ſed Chriſto fixa, nec unquam
Spem paritura vtero, quam ſpem niſi numinis almi
Lumen & aduentum Domini quem viderat Abræ
Prima fides, noſtriſque patri promiſerat olim
Perſpiciendum oculis, & legis voce probandum:
B Nec ſolùm legis: nam quæ iam litera Chriſtum
Non habet, aut quæ non ſcriptorum armaria Chriſti
Laude referta, nouis celebrant miracula libris?
Hebræus pangit ſtilus, Attica copia pangit,
Pangit & Auſoniæ facundia tertia linguæ.
Pilatus iubet ignorans: tu ſcriba tripictis
Digere verſiculis, quæ ſit ſuffixa poteſtas.
Fronte crucis titulus ſit triplex, triplice lingua.
C Agnoſcat Iudæa legens & Græcia norit,
Et venerata Deum percenſeat aurea Roma,
Quicquid in ære cauo reboans tuba curua remugit,
Quicquid in arcano vomit ingens ſpiritus hauſtu,
Quicquid caſta chelys, quicquid teſtudo reſultat,
Organa diſparibus calamis quod conſona miſcent,
Æmula paſtorum quod reddunt vocibus antra,
Chriſtũ cõcelebret, Chriſtum ſonet, omnia Chriſtũ
D Muta etiam fidibus ſanctis animata loquantur.
O nomen prædulce mihi, lux, & decus, & ſpes,
Præſidiúmque meum, requies ô certa laborum,
Blandus in ore ſapor, fragrans odor, irriguus fons,
Caſtus amor, pulchra ſpecies, ſincera voluptas.
Si gens ſurda negat ſibi tot præconia de te,
Tam multas rerum voces, elementáque tantæ
Nuncia lætitiæ, ſtolidas intrare per aures,
E Audiat inſanum bacchantis energia monſtri,
Quòd rabidus clamat capta inter viſcera dæmon,
Et credat miſeranda ſuis. torquetur Apollo
Nomine percuſſus Chriſti, nec fulmina verbi
Ferre poteſt: agitant miſerum tot verbera linguæ,
Quot laudata Dei reſonant miracula Chriſti.
Intonat antiſtes Domini: Fuge callide ſerpens
F Exue te membris, & ſpiras ſolue latentes,
Mancipium Chriſti fur corruptiſſime vexas:
Deſine, Chriſtus adeſt humani corporis vltor.
Non licet vt ſpolium rapias, cui Chriſtus inhæſit.
Pulſus abi ventoſe liquor, Chriſtus iubet, exi.
Has inter voces medias Cyllenius ardens
Eiulat, & notos ſuſpirat Iuppiter ignes.
Ecce Geraſſenos legio ruit effera porcos,
Et poſt multiplices buſti ſub rupe catenas.
G Pœnarum gemitus longis grunnitibus edit.
Clamârat, ſed ab ore hominis Cognoſcimus Ieſu
Nate Deo, nate ſceptris & germine Dauid,
Quis ſis, quid venias, qua nos virtute repellas
Nouimus, aduentuſque tui terrore iacemus.
Hæc Iudæa tuas vox non peruenit ad aures?
Peruenit: mentem ſed non penetrauit egenam
Lucis, & à primis foribus diſ̄ luſa refugit.
H Audiit aduentum Domini, quem ſolus Hiberi
Veſper habet roſeus, & quem nouus excipit ortus,
Laxauit Scythicas verbo penetrante pruinas
Vox Euangelica, Hircanas quoque feruida brumas
Soluit, vt exutus glacie iam mollior amnis
Caucaſea de cote fluat Rhodopeius Hebrus,
Manſuéuere Getæ, feritáſque cruenta Geloni
Lacte mero ſitiens exanguia pocula miſcet,
I Libatura ſacros Chriſti de ſanguine potus.
Nouit & Atlantis pridem plaga perfida Mauri,
Dedere crinitos ad Chriſti altaria reges,
Ex quo mortalem præſtrinxit ſpiritu aluum:
Spiritus ille Dei, Deus, & ſe corpore matris
Induit, atque hominem de virginitate creauit.
Delphica damnatis tacuerunt ſortibus antra,
Non tripodas Cortyna regit. non ſpumat anhelus

Fata Sibyllinis fanaticus edita libris.
Perdidit inſanus mendax Dodona vapores,
Mortua iam mutæ lugent oracula Cumæ,
Nec reſponſa refert Libycis in ſyrtibus Ammon:
Ipſa ſuis Chriſtum Capitolia Romula mœrent
Principibus lucere Deum,deſtructáque templa
Imperio cecidiſſe ducum:iam purpura ſupplex
Sternitur Æneadæ rectoris ad atria Chriſti,
Vexillumque crucis ſummus dominator adorat.
Principibus tamen è cunctis non defuit vnus
Me puero,vt memini,ductor fortiſſimus armis,
Conditor & legum,celeberrimus ore manúque
Conſultor patriæ,ſed non conſultor habendæ
Religionis amans tercentum millia diuûm.
Perfidus ille Deo,quamuis non perfidus vrbi,
Auguſtum caput ante pedes curuare Mineruæ
Fictilis,& ſoleas Iunonis lambere,plantis
Herculis aduolui,genua incuruare Dianæ.
Quin & Apollineo frontem ſubmittere gypſo,
Aut Pollucis equum ſuffire ardentibus extis.
Fortè litans Hecaten placabat ſanguine multo,
Pontificum feſtis ferienda ſecoribus illis
Agmina vaccarum ſteterant,vituláſque recincta
Fronte coronatas vmbrabat torta cupreſſus.
Iamque inſertato reſerabat viſcera cultro
Vittatus de more ſenex,manibúſque cruentis
Tractabat trepidas lethali frigore fibras,
Poſtremóſque animæ pulſus in corde tepenti
Callidus interpres numeris & fine notabat:
Quum ſubitò exclamat media inter ſacra ſacerdos
Pallidus:En quid agor? maius rex optime,maius
Neſcio quod numen noſtris interuenit aris,
Quàm ſufferre queat ſpumantia cymbia lacte
Cæſarum ſanguis pecudum,verbena,coronæ.
Accitas video longè diſpergier vmbras,
Territa Perſephone vertit veſtigia retro,
Extinctis facibus tracto fugitiua flagello.
Nil agit arcanum murmur,nil Theſſala proſunt
Carmina,turbatos reuocat nulla hoſtia manes.
Nónne vides vt thuribulis frigentibus ignis
Marceat?vt canis pigreſcat pruna fauillis?
Ecce Palatinus pateram retinere miniſter
Non valet,eliſa diſtillant balſama dextra.
Flamen & ipſe ſuas miratur vertice laurus
Cedere,& incertum fruſtratur victima ferrum.
Neſcio quis certè ſubrepſit Chriſticolarum
Hic iuuenũ,genus hoc hominũ tremit inſula,& om-
Puluinar diuûm:lotus procul abſit,& vnctus. (ne
Pulchra reformatis redeat Proſerpina ſacris.
Dixit,& exanguis conlabitur:ac velut ipſam
Cerneret exerto minitantem fulmine Chriſtum,
Ipſe quoque exanimis poſito diademate princeps
Pallet,& aſtantes circunſpicit:ecquis alumnus
Chriſmatis inſcripto ſignaret tempora ligno?
Qui Zoroaſtræos turbaſſet fronte ſuſurros,
Armiger è cuneo puerorum flauicomantum.
Purpureicuſtos lateris deprenditur vnus.
Nec negat,& geminos gemmata haſtilia ferro
Proiicit,ac ſignum Chriſti ſe ferre fatetur.
Proſilit pauidus deiecto antiſtite princeps,
Marmoreum fugiens nullo comitante ſacellum.
Dum tremefacta cohors,Dominique oblita,ſupinas
Erigit ad cœlum facies,atque inuocat Ieſum.
Iámne piget facti?iam pœnitet?eu tibi Chriſtum
Infelix Iudæa Deum,qui ſabbata ſoluens
Terrea,mortales æterna in ſabbata ſumpſit.
Gentilis emicuit,præfeſſis regibus,orbem
Poſſidet,imperijs dum ſinam ſibi credere Romam
Compulit,& ſimulachra deum Tarpeia ſubegit.
Diſce tuis miſeranda malis,quo vindice tandem
Vana ſuperſtitio,lex & carnaliter acta
Plectatur,cuius virtus te proterat vltrix.

A Deſtructóne iacent Salomonia ſaxa metallo
Ædificata manu,iacet illud nobile templum.
Cur iacet?artificis quia dextra ſolutus illud
Cœmentum ſtruxit reſolubile:iure ſoluturum eſt,
Et iacet,in nihilum quoniam redit omne ſolubile,
Quod fieri recipit,recipit quandoque perire.
Si noſtrum contra quod ſit vis diſcere templum:
Eſt illud,quod nemo opifex fabriliter aptans
B Compoſuit,quod nulla abies,pinuſve dolata
Texuit,exciſo quod nunquam marmore creuit.
Cuius onus nullis fultum ſublime columnis
Fornice curuato tenui ſuper arce pependit.
Sed verbo factum Domini,non voce ſonora:
Sed verbo,quod ſemper erat,verbum caro factũ eſt.
Hoc tẽplum æternum eſt,hoc finẽ non habet,hoc tu
C Expugnare volens,flagris,cruce,felle petiſti.
Deſtructum iacuit pœnis vexantibus,eſto:
Matris enim ex vtero,quod deſtrueretur,habebat.
Sed quod morte breui materna ex parte ſolutũ eſt,
Maieſtate patris viuum lux tertia reddit.
Vidiſti angelicis comitatum cœtibus altè
Ire meum cuius feruet munimine templum:
Illius æteroæ ſuſpendunt culmina portæ,
D Ac per inacceſſis ſcalarum gloria turres
Tollitur,& gradibus lucet via candida ſummis.
At tua congeſtæ tumulant holocauſta ruinæ:
Quid mereare Titus docuit,docuere ſupinis
Pompeianæ acies,quibus extirpata per omnes
Terrarum pelagique plagas tua membra feruntur.
Exiliis vagus hoc illuc fluitantibus errat
Iudæus,poſtquam patria de ſede reuulſus,
E Supplicium pro cæde luit,Chriſtique negati
Sanguine reſperſus commiſſa piacula ſoluit.
En quo priſcorum virtus defluxit auorum?
Seruit ab antiquis delapſa fidelibus hæres
Nobilitas,ſed iam non nobilis:illa recentem
Suſpectat captiua fidem:vis tanta nouellæ
Credulitatis ineſt,Chriſtum confeſſa triumphat
Gens infida prius,Chriſti ſed victa negatrix
Subditur imperio,dominos ſortita fideles.

Contra Homuncionitas.

SVnt qui Iudaico cognatum dogma furori
Inſtituunt,media Chriſtum ratione ſequuti,
Hoc tantum quòd verus homo eſt,at cœlitus illum
Adfirmant non eſſe Deum,pietate fatentur,
Maieſtate negant:morum pro laude ſacratum
Concelebrant,adimunt naturæ ſumma ſupernæ.
G Omne opus egregium,per quod ſolertia pollens
Emicat,ingenij eſt,vt roboris illud acuto
Corde viget,duris accellet viribus iſtud.
Mortale eſt ſed vtrunque homini:nã cana ſeneſcunt
Ingenia,& validos conſumunt ſecla lacertos.
Hæc nos in Domini virtute,& laude perenni
Non ſequimur ſequimur,nullo quod ſemine terræ
Germinat immundum,quod non de labe virili
Sumit principium tener illum ſeminat ignis,
H Non caro,nec ſanguis patrius,nec fœda voluptas.
Intactam thalami virtus diuina puellam
Sincero afflatu per viſcera caſta maritat:
Incomperta virtus nouitas,iubet vt Deus eſſe
Credatur Chriſtus ſic conditus.innuba virgo
Nubit ſpiritui,vitium nec ſentit amoris.
Pubertas ſignata manet,grauis intus,& extrà
Incolumis,florens de fertilitate pudica.
Iam mater,ſed virgo tamen,maris inſcia mater.
I Quid renuis? quid inane caput nunc credule quaſſas?
Angelus hoc ſancto pronunciat ore:placétne
Credere,& angelicis aurem reſerare loquelis?
Ipſa coruſcantis munitum ſacra virgo miniſtri
Credidit,atque vteo concepit credula Chriſtum:
Credentes nam Chriſtus adit,dubitabile pectus
Sub titubante fide,refugo contemnit honore.

Virginitas & prompta fides Christum bibit aluo
Cordis, & intactis condit paritura latebris,
Credie quòd emiſſus ſolio patris angelus inſit,
Vel ſi concretus liquidam, le ſidere vocem
Non capit auditus, mulier quæ de coniuge prægnans
Clamet anus credens, & tandem ſobrius audi.
Mira fides, vtero puer interceptus anili,
Virgineum Dominum materno ex ore ſalutat,
Primus & infantem non natus nunciat infans,
Iam noſtrum vagire ſibi nam puſio nondum
Norat, & ora Deo reſerabat garrula Chriſto.
Promite ſecretus faſtus, date, pandite librum,
Euomuit ſpirante Deo quem ſanctus Eſaias,
Percenſete libec, calamique reſoluete ſulcos,
Sidereis quos illa notis manus aurea duxit.
Ite hinc, dum rutilos apices ſubmiſſus adoro,
Dum lacrymâs veneror, dúmque oſcula dulcia figo,
Gaudia concipiunt lacrymas, dant gaudia fletum.
Aduenit promiſſa dies, quam dixerat iſte
Adfore verſiculus, quum virgo puerpera teſte
Haud dubiè ſponſo, pacti cui cura pudoris
Edidit, Emanuelque meum me ee nere feci.
Eſtne Deus iam noſter homo, verſatur & adſtat
Nobiſcum, noménque probat, verſúmque vetuſtis
Obſcurum ſeclis præſenti inluminat ipſe?
Eſtne Deus, cuius cunas veneratus Eous
Lancibus auratis regalia fercula ſupplex
Virginis ad gremium pannis puerilibus offert?
Quis tam pennatus, rapidóque ſimillimus auſtro
Nuncius, Auroræ populos, atque vltima Bactra
Attigit, inluxiſſe diem lactantibus horis,
Qua tener innupto penderet ab vbere Chriſtus?
Vidimus hunc, aiunt, puerum per ſidera ferri,
Et ſuper antiquos ſignorum ardeſcere tractus.
Diriguit trepidans Chaldeo in vertice pernox
Aſtrologus, ceſſiſſe anguem, fugiſſe leonem,
Contraxiſſe pedes lateris manco ordine cancrum,
Cornibus infractis domitum mugire iuuencum,
Sidus & hircinum laceris marceſcere villis.
Labitur hinc pulſu puer Hydrius, inde ſagittæ,
Palantes geminos fuga ſeparat, improba virgo
Prodit amatores tacitos in fornice mundi.
Quique alij horrificis pendent in nubibus ignes,
Luciferum timuere nouum: tota lurida ſolis
Hæret, & excidium ſenſit iam iamque futurum,
Seque die medio velandam tegmine glauco,
Splendorémque poli periturum nocte diurna
Orbe repentinis caput obnubente tenebris.
Hunc ego non cumulé, myrrhæque & thuris & auri
Muneribus? ſeu quem videam, quæ dona rependam?
Hunc ego nun venerer? qui cœlo viſus, humique
Inuentus rex atque Deus moderatur vtrunque,
Naturæ ſpeciem, tumulóque inferna refringens
Regna, reſurgentes ſecum iubet ire ſepultos:
Cælum habitabat, terris interuenit, abdita rumpit
Tartara: vera fides Deus eſt, qui totus vbique eſt,
Nunquid vana vitos aut mens, aut lingua feſellit?
Nunquid fortuitis fruſtrantia dona dederunt
Caſibus? aut cæco votum ſub honore dicatum?
Quæ porrò cauſa aut ratio ſubmittere colla
Ante pedes Mariæ, puerique crepundia parui?
Si tantum mortalis erat, nec ſumma poteſtas
Implebat teneros diuini flatibus artus?
Sed iam tolle Magos? thus, aurum, myrrhea dona,
Quæ verum docuere Deum: piæ ſepta, pannus,
Matris adoratum gremium, fax ſideris ardens,
Ipſa Deum virtus tactorum, & vita loquantur.
Inſanos video ſubito muteſcere ventos
Quum iubeat Chriſtus, video lactantia magnis
Æquora turbinibus tranquillo marmore tendi
Imperio Chriſti: video calcatus eundem
Quum patitur gurges tergum ſolidante liquore,

A Ipſe ſuper fluidas plantis hærentibus vndas
Ambulat, & preſſo firmat veſtigia fluctu.
Increpat ipſe notos, & flatibus ocius ma...
Quis iubeat ſæuis Aquilonibus: Ite, ſilete,
Carceribus veſtris, amplóque facello ... ponto.
Sit niſi cælipotens, Aquilonum ... imperio.
Ningnidus agnoſcit Boreas, atque imbrifer Eurus
Nimborum Dominum tempeſtatumque potentem
B Exorcíſmque hyemem ... ſerenum.
Qui pelagi calcare aquas? quis per vada glauca
Greſſibus impreſſis ... erit vdum
Non ſubmerſus ... pendulus, & pede ſicco,
Æquoreæ niſi factor aquæ? qui ſpiritus olim
Ore ſuperfuſus patrio volitabat in vndis
Nondum diſcretis, necdum certo litore clauſis.
Suſtinuit greſſum domini famulus liquor, ac ſe
C Mobilitate carens ſolidos ſubſtrinxit ad vſus.
Quid diuerſa Dei memorem facta inclyta Chriſti?
Altius inſpecta, qua maieſtate negaret
Haud dubitans hominem, tute ipſe fatebere numen,
Inſeuit cæcis oculos, & lumina limo
Reddidit, humectam ſacro ſputamine terram
Contrectans digitis, luteum medicamen operis
D Nox habuit, tenebras obducta caligo remouit
Inſuper oſtendit quónam caligo lauacro
Expurganda foret, vacuis Syloa refundit
Momentis latices, nec ductum ſemper anhelat:
Sed vice diſtincta largos lacus accipit hauſtus.
Agmina languentum ſitiunt ſpem fontis auari,
Membrorum maculas puro abluitura natatu.
Certatim interea rorantis pumice raucas
E Expectant ſcatebras, & ſicco margine pendent.
Hoc limum iubet impoſitum de fonte lauari
Chriſtus, & infuſa vultum ſplendeſcere luce.
Norat enim limo ſeſe informaſſe figuram
Ante tenebroſam, proprij medicamen & oris
Adieciſſe nouo, quem primum finxerat, Adæ.
Nam ſine diuino Domini perflamine ſummi
Arida terra fuit, nulli prius apta medelæ,
F Sed poſtquam liquido cœleſtis ſpiritus ore
Virgineam reſperſit humum, medicabilis illa eſt.
Inde trahit ſuccum, lentóque humore ſalutem
Inlinit, infundítque ... baptiſmate ipſa.
Cæcus adeſt oculis ... Chriſti ... retectis,
Seque luto & nitidis ... ſumpſiſſe fluentis
Clamat, & autorem ſtupefacta per oppida monſtrat,
Autorem lucis, largitorémque dierum,
Nun dedignatum medicæ purgamina aquai
G Corpore ſub proprio monſtrare errantibus ægris.
Millibus ex multis pauciſſima quæque retexam,
Summatim relegens totus quæ non capit orbis.
Quinque in deſerto panes iubet, & duo piſces
Apponi in paſtum populis, qui forte magiſtrum
Non reuocanitque ſtipabant vndique ſeptum,
Immemoréſque cibi, vicos, caſtella, macellum,
Oppida, mercatus, & conciliabula, & vrbes
H Reſpuerent, largo contenti dogmate veſci.
Multa virûm ſtrato fervent conuiuia fœno,
Centenos ſimul accubitus inter ſodales,
Seque per innumeras infundunt agmina menſas.
Puſculis iam crede Deum ſaltem ... duobus,
Et paucis creſcente cibo per fragmina cruſtis,
Ambeſis dapibus cumulatim aggeſta redundant
Fercula, ... p...
I Poſt cœnam cop... ſudat
Congeſtum ... emit & ... miniſter.
Quis cumulare ... paruas:
...s, niſi qui ... omnem
Condens ex nihilo nulla extante creauit
Mundum materia? non ſic ut ſculptor ... æris
Rudere decoctam conſueuit fingere ... altam.
Sed Deus omnipotens orbem ſine ſemine finxit.

Nihil erat omne quod eſt: nil ad procedere & eſſe,
Atque nouum fieri, mox & grandeſcere iuſſum eſt.
Paruum de nihilo primum fuit, addita paruo
Incrementa modis auxerunt omnia plenis.
Ergo ego qui non vſdeam manifeſtius ſic creſcere Chriſti
Parua alimenta hominum, poſſum dubitare per ipſū
Exiguas rerum ſpecies, elementáque mundi
Ex nihilo primum modica, & mox grandia ſenſim
Creuiſſe, ex modicis quæ conſummata videmus.
Ac ne poſt hominum paſtus calcata perirent,
Neve relicta lupis, aut vulpibus, exiguiſve
Muribus in terram nullo cuſtode iacerent:
Bis ſex appoſitis cum alatim qui bona Chriſti
Seruarent grauidis procul oſtentata caniſtris.
Sed quid ego hæc autem titubanti voce retexo,
Indignus qui ſancta canam? Procede ſepulchro
Lazare, dic cuius vocem tellure ſub ima
Audieris, quæ vis penetrauerit intima lethi.
Quod quum te Chriſtus penitus migrante profundo
Immerſum vocat, vt redeas, ceu proximus audis,
Nec remoratus ades, qui etiam vicina Charybdis
Regna tenebrarum tenui diſtantia fine
Contingit ſupereis: vbi fenestra triſtia vaſto
In præceps deiectu Chaos latebroſus & ille
Amnis inexpletis voluens incendia ripis.
Ante fores tumuli, quas ſaxa immania duro
Obiice damnata te, ſcopulis ſubſtructa cauatis
Stat Dominus, nomenque ciet frigentis amici.
Nec mora, ſune e is reuolutis cuſtodibus horror
Euomit exequiis gemente cadauere vanas.
Soluite iam lætæ e ſolentia vincla ſorores,
Solus odor ſparſi ſpiramen aromatis efflat,
Nec de corpore eo nidorem ſordida tabo
Aura rete tuculos lanie ſtillante ſolutos
Priſtinus in ſpeculum decor excitat, & putrefactas
Tincta rubore genas paulatim purpura veſtit.
Quis potuit fluidis animam ſuffundere membris?
Nimirum qui membra dedit, qui fictilis vluæ
Perflauit venam madidam, qui tabida gleba
Traxit ſanguineos infecto humore colores.
O mors audiris iam miris legibus, ô mors
Surda prius, iam docta ſequi quæcunque iubetur,
Cui tantum de te licuit? conuicta fatere
Eſſe Deum ſolum qui me tibi præripit Ieſum.
Abde negatores Chriſti, nemo inuidet, abde,
Vtere ſorte tua blaſphemis nocte tenendis,
Perpetuum plebem iniſtorum capta reſolue,
Qui norunt hominē atque Deum ſic dicere Chriſtū,
Vt verus ſummúſque Deus mortalia geſtet.
Ipſe gerit quod ſtruxit opus, nec ferre pudeſcit
Factor quod peperit. corpus liquor, atq; animæ vim,
Finxerat hoc digitis, animam ſufflauerat ore:
Totū hominē Deus aſſumit, quia totus ab ipſo eſt,
Et totum redimit quem ſumpſerat, omne reducens
Quicquid homo eſt, iſtud tumulis, aſt iſtud abyſſo.

De natura animæ.

OCcurrit dubitans hic diſſertator, & illud
Obiicit, ánne ſibi ſumpſerit, vt ſubſtantia flatu
Inſpirata Deo cruciatum ſentiat, atque
Inferni patiatur ima p..., barathróque coquatur?
Crede animam non eſſe Deum, ſed crede creatis
Maiorem cunctis, ipſam quoque crede creatam.
Formata eſt nam ... Dei, quæ non erat antè,
Sed ... tmata hæc ... ma, pictáque rebus
Diuinis, & ... que creauit:
Non tamen ... Deus, quoniam generatio non eſt,
... fact... De... eſt ... de ... parentis
Pa... Deus ... iſtud
Conſ... animæ ſubito, vt quæ non erat, eſſet.
Ille ... eſt, & ſemper in ipſo eſt,
Nec factus, ſed natus, habet quodcunq; paternū eſt,

A Hæc ſimilis velut vmbra Dei eſt, ſic ipſe loquutus
Factor, vtroque hominem meditās de ſigmine iunctū
Ædificare ſui ſimilem, ſed non habet vmbra
Quod corpus ſolidum, cuius imitatio in vmbra eſt,
Atque aliud verum eſt, aliud ſimulatio veri.
Eſt ſimilis, ſectis quod non conſumitur illis,
Quod ſapiens, iuſtique capax, regináque rerum
Imperat, ante videt, perpendit, prædicet, t.. fit,
B Verborum, rerumque opifex, inſtructáque mille
Artibus, & cælum ſenſu percurrere docta.
His animam ſimilem ſibi conditor effigiauit,
Cætera diſſimilē, quippe hanc cōprendere prōpiū eſt
Quam modus & ſpecies determinat: at Deus ingens
Atque ſuperfuſus trans omnia, nil habet in ſe
Extremum, vt claudi valeat, ſeu iure teneri.
C Incomprenſa manet virtus, cui linea deſit
Vltima, quam ſpacium non menſurabile tendit.
Ergo animam factam, magno & factore minorem,
Maioremque aliis, atque omnibus imperitantem,
Corruptela putris naſcentem turbida carnis
Concipit, ac membris tabentibus interfuſam
Participat de fæce ſua, ſit miſta deinde
Peccandi natura luto cum ſimplice fluens.
D Sed fortaſſe animam, Domini quia fluxit ab ore
Compoſitam, factámque neges, velut ipſa Dei pars,
Quod dictu ſcelus eſt, terras errabat oblita culpas,
Et preſſum damnata ruens chaos ... opertum.
Sit res illa Dei, non abnuo: pars tamen illa
Haudquaquam dicenda Dei eſt, quæ tempore cœpit.
Nec prior aut ſenior, quā primū plaſma putanda eſt.
Tunc etenim factam video, quum cordis amici
E Intrauit germana domum, limique recentis
Hoſpita, & ipſa recens fraterna ſedit in aula.
Illa quidem flatus Domini eſt, ſed ſpiritus & vis
Non eſt plena Dei, tanto moderamine miſſa,
Quanto flans voluit flandi ſeruare tenorem.
Eſt impoſſibile ſpectare profunda Sabaoth,
Sed ſpeculum deitatis homo eſt, in corpore diſcas
Rem non corpoream ſolers interprete Chriſto,
F Qui patrem proprium mortali in corpore monſtrat.
Perſpice quàm varios fundamus ab ore vapores,
Spiramus quoties animæ ſufflabilis auras.
Nunc flatum tepidum calor exhalatus anhelat,
Rorantes nebulas vdis de faucibus efflans,
Quum libet in gelidum flabrali frigore ventum
Spiritus exiſtit tenuis, & ſibilat aer.
Adde & diſtinctum quem muſica tibia flatum
G Concipit, aut ille eſt preſſo modulamine parcus,
Aut tumidum largo ſublimat flamine bombum,
Aut raucos frangit modulos, aut lene ſuſurrat,
Aut exile trahens ſonitus producit acutos,
Aut murmur tenerum ſublidit voce minuta.
Hæc quum te videas mortali in corpore poſſe,
Cur non æternum potuiſſe infundere credas
Qualem animā voluit? præcipitis quā quia condens
H Efflauit ſubitque modis, ſit facta neceſſe eſt.
Denique multa ſapit, ſed non ſapit omnia, noſtræ
Vis animæ certum ſapere ac prænoſcere iuſſ... .
Iam cui certus ineſt modus, & cui noſſe negatum eſt
Omnia factura eſt iam condita & aucta probatur.
Collige de ſimili ſit ne hæc factura, creauit
Nempe manus Domini corpus mortale, lutúmque
Compoſuit digitis. nunquid manus articulatim
I Eſt digeſta Dei? nunquid vola? nunquid & vngues
Claudere flexibiles? patulam ſeu tendere palmam?
Iſta figura manus noſtræ eſt. quam non habet in ſe
Incircumſcriptus Dominus: ſed eiſdem forma eſt,
Humanis quæ nota animis daret intellectum:
Vt per corpoream ſpeciem plaſmaſſe feratur
Corporis effigiem, ſic eſt plaſmata viciſſim
Flatu incorporeo res flabilis, oris & eſſe
Fertur opus, tenuis per quod conſtructa refulſit

Forma.

Forma animæ, atque rudi factam ſe munere ſenſit.
Si non eſt factura manus caro noſtra, nec oris
Eſt factura anima, flatu & ſpiramine cœpta,
Inque locū deducta aliquem. nāque omne quod hora
Natalis profert, locus accipit, & locus vllus (ſum:
Quod cohibere poteſt, modicū eſt, nec in omnia fu-
Et quod tam modicum eſt, vt certa ſede locetur,
Iam titubare poteſt, & quod titubauerit, intra
B Naturam vitij eſt, vitioſum denique triſtem
Recidit in pœnam, Deus hoc mihi credite non eſt.
Aut ſi maieſtas animæ eſt, oſtendite quid ſit,
Quod lapſam Chriſtiq; inopem noua gratia mūdat.
Spiritus & ſanctus baptiſmate iuſtificatam
Nobilitat, famulæque decus quod defuit, addit.
Quod quis præſtatur meritis, meritiſque negatur,
Abſurdè fertur Deus, aut pars eſſe Dei, quæ
C Diuinum ſummúmque bonum de fonte perenni
Nunc bibit obſequio, nunc culpa aut crimine perdit.
Et modò ſupplicium recipit, modò libera calcat.
Miraris peccare animam, quæ carne coactam
Sortita eſt habitare domum, quum peccet & ipſe
Angelus, hoſpitium qui neſcit adire caducum,
Craſis tabifluæ, peccat, quia factus & ipſe eſt,
Non genitus. quocunque modo ſit factus, id vnus
D Scit factor Dominus, factum mihi credere ſat ſit.
Solus labe caret peccati conditor orbis,
Ingenitus, genitúſque Deus pater, & patre natus,
Solus & exceptus tormentum admittere triſte
Inuiolatus agit, nec quicquam ſentit acerbi.
Exuttem dic eſſe animam crucis atque doloris,
Si culpæ immunem, vacuámque à crimine noſti,
Quæ peccare valet, valet & ſuccumbere pœnæ.
E Ipſa quidem ſincera fuit cum conditor olim,
Quæ conlata rudem fecit viueſcere limum:
Vtpote de liquido oatntæ ſemine primos
Accipiens habitus, ſuperóque expreſſa ſereno.
Sed mox vt grauido inſſa eſt innectier aruo,
Suauibus illecebris nimium blandita refrixit,
Deque volutabria precioſum polluit ignem,
Dum tranſgreſſa Dei poſitum ſas improba calcat.
F Hæc prima eſt natura animæ, ſic condita ſimplex,
Decidit in vitium per ſurdida fœdera carnis.
Exin tincta malo peccamine principis Adæ,
Infecit genus omne hominum quod pullulat inde,
Et tenet ingenitas animarum infantia in ortu
Primi hominis maculas, nec quiſquā naſcitur inſōs.
Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis
Tranſfundi in ſobolem credatur fons animarum
G Sanguinis exemplo, cui texta propagine vena eſt.
Non animas animæ pariunt, ſed lege latenti
Fundit opus natura ſuum, quo paruula anhelent
Vaſcula, vitaliſque adſit ſcintilla coactis.
Quæ quamuis infuſa nouum penetret noua ſemper
Figmentum, vetus illa tamen de crimine auorum
Ducitur, illo quoniam concreta veterno eſt.
Inde ſecunda redit generatio, & inde lauatur
H Naturæ iniuries, iterúmque renaſcimur intus
Perfuſi, vt veterem ſplendens anima exuat Adam.
Quæ quia materiam peccati ex fomite carnis
Conſociata trahit, nec non ſimul ipſa ſodalis
Eſt incentiuum peccaminis, impleat ambas
Vindex pœna reas, peccantes mente ſub vna
Peccandique cremae ſocias cruciatibus æquis.
His cruciatibus Chriſtus nos liberat, incorruptæ
I Matris, & innocui geſtator corporis, vnus
Naturam pœnæ expoſitam, ſed non vitiorum
Naturam expoſitam contactibus induit Ieſus.
Atque ideo pœnæ nil debuit, intemeratus,
Fraude carens, omni culparum aſpergine liber.
Quid peccatorum proſapia corpore in illo,
Quid Chriſti in membris peccati ſæua ſatelles
Pœna ageret? quid mors homini ſine crimine poſſet?

A Nimirum caſſis conatibus, & ſine neruis
Concideret ſterilis peccati fomite nullo.
Mors alitur culpa: culpam qui non habet, ipſo
Paſtus defectu mortem conſumit inanem.
Sic mors in domini conſumpta eſt corpore Chriſti,
Sic periit ſolitum dum non habet arida paſtum.
Suſpice quapropter ſolum inculpabile numen,
Virtutem patris, & Chriſti: & iam deſine noſtræ
B Inuidiam conflare animæ, quod ſit Deus, aut quod
Portio parua Dei, quū Chriſto abſcindere quicquā,
Et reſecare Deo partem, vel carpere tantum
Numen non liceat, plenum ſibi ſemper, & in ſe.

Aduerſus Phantaſmaticos, qui Chriſtum negant verum hominis corpus habuiſſe.

Est operæpretium nebuloſi dogmatis vmbram
Prodere, quam tenues atomi compage minuta
C Inſtituunt: ſed caſſa cadit, ventóque liqueſcit
Aſſimilis, fluxu nec ſe ſuſtentat inani.
Aerium Manichæus ait, ſine corpore vero
Peruolitaſſe Deum, mendax phantaſma, cauámque
Corporis effigiem, nil contrectabile habentem.
Ac primum ſpecta an deceat quicquam ſimulatum
Adſignare Deo, cuius mera gloria falſi
Nil recipit, membris hic ſe fallacibus aptans
D Pingeret eſſe hominem ventoſa ſubdolus arte?
Mentitus toties, quum diceret: Inueteratis
Do veniam morbis, ſimul & peccata remitto.
Filius eſt hominis, peſtem qui pellere carnis,
Et ſcelerum nexus lanare, & ſoluere poſſit.
Surge valens, ſurge innocuus, iam tolle grabatum,
Filius hoc hominis iubeo: dignus ne videtur
Qui teſtis ſibi ſit, ſeſe ac ſua carnea norit?
E Quid, quum diſcipulos hominis quid filius eſſet
Paſſurus, fido iam præſcius ore monebat?
Nónne fatebatur ſecum virtute paterna
Eſſe hominem verum? quòd ſi non, credo feſellit.
Si natura Dei quæ ſit Manichæe requiris,
Omne quod eſt, verum eſt: nā ſi mēdoſus agit quid,
Nec Deus eſt, mendum diuinus non capit vſus.
Obiicis æterno Domino, quod lubricus ad nos
F Venerit adſimulans aliud quàm verus habebat.
Obmuteſce furor, linguam cauis imprube morde
Ipſe tuam, lacero conſumens verba palato.
Latranti obſiſtet Matthæus, rabiémque refellet,
Qui notat omne genus carnalis ſtirpis, adúſque
Corporeum Chriſtum, per ſex ſeptena virorum
Nomina deſcendens: & venam ſanguinis olim
Ex atauis longo texens per ſtemmata filo.
Septimus hebdomadæ venit ſuperaddere ſextæ,
G Hunc numerū Chriſtus, placidū qui conficit annum
Cuncta remittentem connitactibus inlaqueata
Multimodis, hominemq; hominis de morte leuantē:
Imperfectus enim limus mortalis erat tunc:
Vt ſolus perfectus adeſt, atque integer Ieſus,
Cui nihil ex ſeptem ſeptenis defuit, ex quo
Perficeret mortale genus virtute perenni.
H Hic ille eſt, nobis qui ſeptima ſabbatha complet,
Vt cato noſtra Deo tandem ſociata quieſcat,
Quam bis terna malis vexabant ſabbata noxis.
Curramus notis gradibus, regúmque ſequamur
Progeniem: Chriſtum inuenies de carne paternam
Eduxiſſe hominum, qui ſit de ſemine Dauid,
Stirpe recenſita numerandus ſanguinis hæres.
Quid quum ſanctiloquus reuoluto ſanguine Lucas
Surſum verſus agit ſeriem, ſcandente nepotis
I Corpore, pérque atauna curſum relegente vetuſtos,
Septenos decies conſcendit Chriſtus in ortus,
Et duo: nam totidem doctores miſit in orbem:
Deſcenſus naſcendo gradus, redeundo retexit
Actus adúſque apicem terreni corporis Adam.
Inde parens deitas recipit ſua, noſtráque miſtim,
Fitque Dei ſummi per Chriſtum filius Adam.

Restat

Reſtat vt aëtiam pingas ab origine gentem,
Aerios proceres, Leuin, Iudam, Simeonem,
Aerium Dauid, magnorum corpora regum
Aeria, atque ipſam fœcundæ virginis aluum
Aere fallaci, nebuliſque & nube tumentem.
Vaneſcat ſanguis perflabilis, oſſa liqueſcant
Mollia, neruorum pereat textura volantum.
Omne quod eſt geſtum notus auferat irritus, auræ
Diſpergant tenues, ſit fabula quod ſumus omnes.
Et quid agit Chriſtus ſi me non ſuſcipit? aut quem
Liberat infirmum ſi dedignatur adire
Carnis onus, manuúmque horret monimẽta ſuarum?
Indignúmne putat luteum conſciſcere corpus?
Qui non indignum quondam ſibi credidis ipſum
Pertractare lutum, quum vas componeret aruo,
Nondum viſcereo, ſed inertis glutine limi,
Impreſſóque putres ſub pollice duceret artus.
Tantus amor terræ, tanta eſt dilectio noſtri.
Dignatur præpinguis humi comprendere mollem
Diuinis glebam digitis, ne ſordida cenſes
Herentis maſſæ contagia iuſſerat vt lux
Conficeret, facta eſt vt iuſſerat, omnia iuſſu
Imperitante nouas traxerunt edita formas:
Solus homo emeruit Domini formabile dextera
Os capere, & flabro deitati ſfigmine nalci.
Quorſum igitur limo tanta indulgentia noſtro
Contigit, vt Domini manibus tractatus honora
Arte ſacer fieret, tactu iam nobilis ipſo?
Decreuerat quoniam Chriſtum Deus incorrupto
Admiſcere ſolo, ſanctis quod fingere vellet
Dignum habuit digitis, & charum condere pignus,
Deſtituit natura quidem deſtructa euactæ
Telluris formam, mortique obnoxia ceſſit:
Sed natura Dei nunquam ſoluenda, caducam
Tellurem noſtro vitiatum primitùs vſu
Eſſe ſuam voluit, ne iam vitiabilis eſſet.
Chriſtus noſtra caro eſt, mihi ſoluitur, & mihi ſurgit:
Soluor morte mea, Chriſti virtute reſurgo.
Quum moritur Chriſtus, quum flebiliter tumulatur,
Me video: è tumulo quum iam remeabilis adſtat,
Cerno Deum: ſi membrorum phantaſma meorũ eſt,
Et phantaſma Dei eſt, mendax in vtraque neceſſe eſt
Sit Chriſtus ſpecie, ſi Chriſtus, fallere nouit.
Si nõ verus homo eſt, quẽ mors hominẽ probat ipſa,
Nec verus Deus eſt, operis quem gloria prodit
Eſſe Deum, vel crede mori, vel adeſſe refelle,
Et gemina verum Chriſtum ratione negato.
Nam quid magnificum, ſi non eſt mortuus Ieſus?
Et redit illa Dei virtus: memorabilis eſt, vt
Occiſus redeat ſuperis, ſurgátque ſepultus.
Quiſque Deum Chriſtum vult dicere, dicat eundem
Eſſe hominem, ne maieſtas ſua fortia perdat.

De Reſurrectione Carnis humanæ.

NOſco meũ in Chriſto corpus cõſurgere, quid me
Deſperare iubes? veniam, quibus ille reuenit
Calcata de morte viis, quod credimus. hoc eſt:
Et totus veniam: nec enim minor, aut alius quàm
Nunc ſum reſtituar. vultus, vigor, & color idem
Qui modò viuit, erit: nec me vel dente, vel vngue
Fraudatum reuomet patefacti foſſa ſepulchri.
Qui iubet vt redeam, non reddet debile quicquam:
Nam ſi debilitas redit, inſtauratio non eſt,
Quod caſus rapuit, quod morbus, quod dolor hauſit,
Quod truncauit edax ſenium populante veterno,
Omne renaſcenti reparata in membra redibit.
Debet enim mors victa ſi lem. ne fraude ſepulchri
Reddat curtum aliquid, quamuis iam curta vorarit
Corpora: debilitas tamen & violentia morbi
Virtus mortis erat, reddat quod particulatim
Sorbuerat, quodcunque modo ne mortuus omnis
Non redeat, ſi quid pleno de corpore deſit.
Pellite corde metum mea mẽbra, & credite voſmet

A Cum Chriſto reditura Deo. nam vos gerit ille,
Et ſecum reuocat, morbos ridete minaces:
Inflictos caſus contemnite, & atra ſepulchra
Deſpicite: exurgens quò Chriſtus prouocat, ite.

B AVRELII PRVDENTII CLEMENTIS VIRI CONSVLARIS,
ἁμαρτιγένεια.

FRatres ephebi foſſor & paſtor duo,
Quos fœminarum prima primus procreat,
Siſtunt ad aram de laborum fructibus,
Deo ſacranda munerum primordia,
Hic terrulentus, ille viuis ſanguitur,
C Certante voto diſcrepantes immolant,
Fœtum bidentis alter, at alter ſcrobis.
Deus minoris comprobauit hoſtiam,
Reiecit illam quam parabat grandior.
Vox ecce ſummo miſſa perſultat throno,
Cain quieſce. námque ſi rectè offeras,
Oblata nec tu lege recta diuidas,
Peruerſa nigram vota culpam traxerint,
D Armat deinde parricidalem manum
Frater, probatæ ſanctitatis æmulus,
Germana curuo colla frangit ſarculo,
Mundum recentem cæde tingit impia.
Serò expiandum iam ſeneſcentem ſacro
Cruore Chriſti, quo peremptor concidit,
Mors prima cœpit innocentis vulnere,
Ceſſit deinde vulneratu innoxio.
E Per crimen orta, diſſoluta eſt crimine:
Abel quod antè pertulit, Chriſtum dehinc,
Finita & ipſa eſt, ſinis exurtem petens,
Ergo ex futuris priſca cœpit fabula,
Factóque primo res notata eſt vltima,
Vt ille mortis inchoator ruſticus
Inſulſa terræ deſerens libamina,
Deúmque rerum mortuarum deputans
Raſtris redacta digna ſucris crederet.
F Viuentis atrox æmulator hoſtiæ,
Agnoſco nempe quem figura hæc denotet.
Quis parricida, quis peremptor inuidus
Prauè ſacrorum diſciplinam diuidit,
Mactare dum ſe vota cenſet rectius
Marcion arui forma corruptiſſimi,
Docet duitas diſcrepare à ſpiritu
Contaminatæ dona carnis offerens.
G Et ſegregatim numen æternum colens,
Qui ſi quieſcat, nec monentem negligat,
Pacem quietam deligat germanitas,
Vnum atque viuum laſſa viſorum Deum.
Hic ſe caduco dedicans myſterio,
Hic qui caduci rem laboris offerens
Summam profanus diuidit ſubſtantiam,
Malum bonumque ceu duorum ſeparans
H Regnum diuorum, ſceptra committit duo,
Deum eſſe credens quem fatetur peſſimum,
Cain cruentus, vnitatis inuidus,
Mundi colonus, immolator ſqualidus,
Cuius ſtamen ſordet, & terram ſapit,
Terram caduci corporis, venam putrem,
Humore denſo conglobatam, & puluere,
Natura cuius fraude floret fertili,
Fœcunda fundens noxiorum criminum,
I. Animæque vitam labe carnis enecat,
Caro in ſororem tela mentem dirigit,
Mens inlecebra ventilatur ebrio,
Ex quo furores ſucculentos colligit
Madens veneno corporis lymphatico.
Deum perennem findit in duos deos,
Audet ſecare numen inſecabile,

Cadet

Cadet peremptor denegans vnum Deum,
Cain, triumphat morte fratris altius.

Aduerſus Marcionitas, qui duos deos eſſe affirmant.

QVò te præcipitat rabies tua perfide Cain?
Diuiſor blaſpheme Dei? tibi conditor vnus
Non liquet, & biſulæ caligant nubila lucis.
Inſincera acies duo per diuortia ſemper
Spargitur, in geminis viſum fruſtrata figuris.
Ceterorum tibi forma duplex ubludit, vt excors
Dualitatem regnare Deum ſuper æthera credas.
Bina boni atque mali glomerat diſcrimina ſordens
Hic mundus, Domino ſed cœlum obtemperat vni.
Non ideirco duos retinent cœleſtia reges,
Quod duo ſint opera humanas agitantia curas:
Exterior terrenus humo eſt, qui talia cernens
Coniicit eſſe duo variarum numina rerum,
Dum putat eſſe Deum, qui parua effinxerit olim,
Et qui cetera itidem condens induxerit, ambos
Autumat eſſe deos natura diſpare ſummus.
Quæ tandem natura poteſt conſiſtere duplex?
Aut regnare diu, quam ſons diuiſus ab arce
Separat, alteráque apicum ditione recidit.
Aut vnus Deus eſt, rerum cui ſumma poteſtas:
Aut quæ iam duo ſunt, minuuntur diſpare ſummo.
Porro nihil ſummum, niſi plenis viribus vnum:
Diſtantes quoniam proprium dum quiſque reuulſo
Vindicat imperio, nec ſumma, nec omnia poſſunt.
Ius varium non eſt plenum, quia non habet alter
Quicquid diſpar habet, cumulum diſcretio carpit.
Nos plenum ſine parte Deum teſtamur, & vnum,
In quo Chriſtus ineſt idem quoque plenus, & vnus,
Qui viget, & viguit ſuper omnia, quique vigebit,
Participem nullum conlato fœdere paſſus,
Summa poteſtatum, ſimplex dominatio rerum,
Virtutum ſublime caput, fons vnicus oris,
Naturalis apex, generiſque & originis auctor,
Ex quo cuncta fluunt, & lux, & tempora, & anni,
Et numerus, qui poſt aliquid dedit eſſe ſecundum:
Vnus enim princeps numeri eſt, nec dinumerari
Tantum vnus potis eſt. ſic quum pater, ac Deus alter
Non ſit, item Chriſtus non ſit genitore ſecundus,
Anterior numero eſt, cui filius vnicus vni eſt,
Ille Deus, meritóque Deus, quia primus & vnus,
In virtute ſua primus, tum primus in illo
Quem genuit: quid enim differt generatio ſimplex?
Vnum ſemper erit gignens, atque vnus ab vno
Ante Chaos genitus, numeróque & tempore liber,
Quis dixiſſe duos rem maieſtate ſub vna
Regnantem, propriámque ſibi, terróque perennem
Auſit? & vnius naturæ ſcindere vires?
Numquid adoptiuum genitor ſibi ſumpſit, vt alter
Externi generis numerum præſtare deuotum
Debeat, & geminum diſtans inducere numen?
Forma patris veri verus ſtat filius, ac ſe
Vnum ritè probat, dum formam ſeruat eandem:
Non amor adſcitus ſociat, nec iungit vtrunque
Coniurata fides, pietas ſed certa, genúſque
Vnum, quod Deus eſt, ſummam reuocatus ad vnam.
Hæc tibi Marcion vita diſplicet, hæc tua damnat,
Secta fidem, dominis cœlum partita duobus.
Quæ te confundunt nebulæ? quis ſomnus inerti
Incubuit ingenio? cui per phantaſmata duplex
Occurrit ſpecies, biuio diſperſa ſuperno.
Si vim mentis hebes ſtupor obſidet, aſpice ſaltem
Obuia terrenis oculis elementa, quibus ſe
Res occulta Dei dignata eſt prodere ſignis.
Hanc hæreſim præſaga patris præuiderat olim
Maieſtas ſuæ, quæ rectorem lucis & orbis
Scinderet in partes, geminatum ſegrege regno.
Idcirco ſpecimen poſuit ſpectabile noſtris
Exemplúmque oculis, ne quis duo numina credat

A Imperitare vagas mundi per inania formas.
Vna per immenſam cœli caueam reſolutos
Præbet flamma dies, texit ſol vnicus annum,
Triplex ille tamen nullo diſcrimine, trina
Subnixus ratione viget, ſplendet, volat, ardet,
Motu agitur, feruore cremat, tum lumine fulget,
Sunt tria nempe ſimul, lux, & calor, & vegetamen,
Vna eadémque tamen rota ſideris indiſcreti
B Fungitur his, vno ſeruat tot munera ductu.
Et tribus vna ſubeſt miſtim ſubſtantia rebus,
Non conferre Deo velut æquiparabile quicquam
Auſim, nec Domino famulum componere ſignum:
Ex minimis ſed grande ſuum voluit pater ipſe
Coniectare homines, quibus ardua viſere non eſt.
Paruorum ſpeculo non intellecta notamus,
Et datur occultum per proxima quærere verum.
C Nemo duos ſoles niſi ſub glaucomate vidit:
Aut ſi fuſca polum ſuffundit palla ſerenum,
Oppoſitus quoties radiorum ſpicula nimbus
Igne repercuſſo mentitos ſpargit in orbes.
Sunt animis etiam ſua nubila, craſſus & aer:
Eſt glaucoma, aciem quod tegmine velat aquoſo,
Libera ne tenerum penetret meditatio cœlum,
D Néve Deum rapidis comprendat ſenſibus vnum.
Spargitur in binas maleſana intentio luces,
Et duplices geminis auctoribus extruit aras.
Si duo ſunt igitur, cur non ſunt multa deorum
Millia? cur numero deitas contenta gemello eſt?
Annon in populos diſperſa examina diuum
Fundere erat melius, mundumque implere capacem
Semideis paſſim nullo diſcrimine monſtris?
E Quis fera barbaries peritûros mactat honores,
Diſſona diſcretum retineat ſi numina cœlum:
Conuenit & nebulis, & fontibus, & reboanti
Oceano, & ſyluis, & collibus, & ſpeluncis,
Fluminibus, venis, fornacibus, atque metallis
Aſſignare deos proprios, ſua cuique iura:
Vel ſi gentiles ſordet venerarier vmbras,
Et placet eſſe duos ſceptris ſocialibus æquos,
F Dic age quis terras diuinis ſorte retentet?
Quis regit æquoreas æterna lege procellas?
Ede cohæredum diſtinctum ius dominorum,
Vnus an is triſti reſidet ſublimis in arce,
Auctor nequitiæ, ſcelerum Deus, aſper, iniquus,
Qui, quodcunque malum vitioſo feruet in orbe,
Seuit, & anguineo medicans noua ſemina ſucco,
Rerum principium mortis de fomite traxit.
Ipſe opifex mundi, terram, mare, ſidera fecit,
G Condidit ipſe hominem, lutulenta & mẽbra coegit,
Effigians quod morbus edat, quod crimine multo
Sordeat, informi tumulus quod tabe reſoluat.
Aſt alij pietatis amor, placidúmque medendi
Ingenium, recreans homines, mortalia ſeruans:
Teſtamenta duo fluxerunt principe vtroque,
Tradidit iſte nouum melior, vetus illud acerbus.
Hæc tua Marcion grauis & dialectica vox eſt?
H Imó hæc attoniti phreneſis manifeſta cerebri.
Nouimus eſſe patrem, ſcelerum ſed nouimus ipſum
Haudquaquam tamen eſſe Deum, quin imó gehẽnæ
Mancipium, Stygio qui ſit damnandus auerno.
Marcionita Deus, triſtis, ferus, inſidiator,
Vertice ſublimis, cinctum cui nubibus atris
Anguiferum caput, & fumo ſtipatur, & igni,
Liuentes oculos ſubfundit felle peruſto.
I Inuidia impatiens iuſtorum gaudia ferre,
Hirſutos iuba denſa, humeros errantibus hydris
Obtegit, & virides alļambunt ora ceraſtæ.
Ipſe manu laqueos per lubrica fila reflexos
In nodum renouat, facilique ligamine tortas
Innectit pedicas, neruóſque in vincula tendit.
Ars olli captare feras, animalia bruta
Irretire plagis, retinacula denique cæcis

Indepreuſa locis erranti opponere prædæ.
Hic ille eſt venator atrox,qui cæde frequenti
Incautas animas non ceſſat plectere Nebroth.
Qui mundum curuis anfractibus,& ſyluoſis
Horrentem ſcopulis,verſuto circuit aſtu,
Fraude alios,rectiſque dolis innectere adortus:
Porrò giganteis aliua luctando lacertis
Frangere,funereos latè exercere triumphos,
Improba mors quid non mortalia pectora cogis?
Ipſe ſuam (pudet heu contempto principe vitæ)
Perniciem veneratur homo,colit ipſe cruentum
Carnificem,gladiique aciem iugulandus adorat.
In tantum miſeris peccati nectare captis
Dulce mori eſt, tanta in tenebris de peſte voluptas:
Qui mala principiò genuit,Deus eſſe putatur,
Quique bona infecit vitiis,& candida nigris.
Par furor illorum,quos tradit fama dicatis
Conſecraſſe deas Febrem Scabiémque ſacellis.
Inuentor vitij non eſt Deus,angelus illud
Degener infami conceptum mente creauit.
Qui prius Auguſtum radiabat ſidus,& ingens
Ex nihilo ſplendor nutrito ardebat honore:
Ex nihilo nam cũcta tenrò, factũmq; quod vſquã eſt.
At non ex nihilo Deus,& ſapientia vera,
Spiritus & ſanctus,res ſemper viua,nec vnquam
Cœpta,ſed aërios etiam molita miniſtros.
Horum de numero quidam pulcherrimus ore,
Maieſtate ferox,nimiis dum viribus auctus
Inflatur,dum grauida tumens ſeſe altius effert,
Oſtentátque ſuos licito iactantius ignes,
Perſuaſit propriis genitum ſe viribus,ex ſe
Materiam ſumpſiſſe ſibi,qua primitus eſſe
Inciperet,naſciqne ſuum ſine principe cœptum.
Hinc ſchola ſub tacitam meditatur gignere ſectam,
Quæ docet è tenebris ſubitum micuiſſe tyrannum,
Qui velut æterna latitans ſub nocte retrorſum
Vixerit,& recto ſemper regnauerit æuo,
Æmulus,vt memorant, opera ad diuina repentè
Corrumpenda,caput caligine protulit atra.
Hoc ratio ſed noſtra negat,cui non licet vnam
Infirmare fidem,ſacro quæ tradita libro eſt.
Nil agit abſque Deo factum,ſed cuncta per ipſum,
Cuncta,nec eſt alius quiſquam ni factus ab ipſo.
Sed factus de ſtirpe bonus,bonitatis in vſum
Proditus,& primo generis de fonte ſerenus,
Deterior mox ſponte ſua,dum decolor illum
Inficit inuidia ſtimuliſque inſtigat amaris:
Arſit enim ſcintilla odij de fomite zeli,
Et dolor ingentum ſubitus conflauit iniquum.
Viderat argillam ſimulachrum & ſtructile,datu
Concaluiſſe Dei,Dominum quoque conditioni
Qui cunctum proprio regeret moderamine mundũ,
Impoſitum natura ſoli,pelagique,polique,
Vt famulans homini locupletem fundere partum
Noſſet,& effuſum terreno addicere regi,
Inflauit fermento animi ſtomachante tumorem
Beſtia,déque acidis vim traxit acerba medullis,
Beſtia ſorde carens,cui tunc ſapientia longi
Corporis eoodem ſeruabat recta iuuentam,
Complicat ecce nouós ſinnoſo pectore nexus,
Inuoluens nitidam ſpiris torquentibus aluum:
Simplex lingua prius,varia micat arte loquendi,
Et diſciſſa dolis reſonat ſermone triſulco.
Hinc natale caput vitiorum, principe ab illo
Fluxit origo mali,qui ſe corrumpere primum
Mox hominem didicit,nullo informante magiſtro.
Vltimus exitium ſubuerſo prælic mundus
Sortitur, mundique omnis labefacta ſupellex.
Non aliter quàm quum incautum ſpoliare viatorem
Fortè latro aggreſſus prædæ prius immemor,ipſum
Enſe ferit dominum,pugnæ nodúmque,morámque;
Quo pereunte trahat captiuos victor,amictus,

A Iam non obſtanti locuples de corpore prædo:
Sic hominis ſubiecta domus,ditiſſimus orbis
Scilicet in facilem domino peccante ruinam
Lapſus,herile malum iam tunc vitabilis hauſit.
Tunc lolium, lappáſque leues per adultera culta
Ferre malignus ager glebis malè pinguibus auſus,
Triticeam vacuis ſegetem violauit auenis.
Tunc etiam innocuo vitulorum ſanguine paſci,
B Iámque iugo edomitos rictu laniare iuuencos
Occiſo paſtore truces didicêre leones:
Nec non & querulis balatibus irritatus
Plenas nocte lupus ſtuduit perrumpere caulas.
Omne animal diri callens ſolertia furti
Imbuit,& tortos acuit fallacia ſenſus.
Quamuis maceries florentes ambiat hortos,
Sepibus & denſis valleutur vitea rura,
C Aut populator edit gemmantia germina bruchus,
Aut auibus diſcerpta feris lacerabitur vua.
Quid loquar herbarum fibras, medicante veneno
Tinctas,lethiferi fudiſſe pericula ſucci?
Noxius in teneris ſapor æſtuat ecce fruteris,
Quum prius innocuas tulerit natura cicutas,
Roſcidus & viridem qui veſtit flus rhododaphnen
Pabula laſciuis dederit ſincera capellis.
D Ipſa quoque appoſitum diſtructo fœdere certo
Tranſcendunt elementa modũ, rapiuntque,ruuntq;
Omnia legirupis quaſſantia viribus orbem,
Frangunt vmbriferos Aquilonum prælia lucos,
Et cadit immodicis ſylua extirpata procellis.
Parte alia violentus aquis torrentibus amnis
Tranſilit obiectæ præſcripta repagula ripæ,
Et vagus euerſis latè dominatur in agris.
E Nec tamen his tantam rabiem naſcentibus ipſe
Conditor inſtituit,ſed laxa licentia rerum
Turbauit placidas rupto moderamine leges.
Nec mirum,ſi membra orbis concuſſa rotantur,
Si vitiis agitata ſuis mundana laborat
Machina,ſi terras lues incentiua fatigat.
Exemplum dat vita hominum quo cætera peccent
Vita hominum,cui quicquid agit,veſania,terror
F Suppeditant,vt bella fremant,vt fluxa voluptas
Diffluat,impuro ferueſcat vt igne libido,
Sorbeat vt cumulos numorum faucibus amplis
Gurges auariciæ,finia quam nullus habendi
Temperat,aggeſtis addentem vota talentis.
Auri namque fames parto fit maior ab auro:
Inde ſeges ſcelerum,radix & ſola malorum.
Dum ſcatebras fluuiorum omnes , & operta metalla
G Eliquat ornatus ſoluendi leno pudoris:
Dum venas ſqualentis humi ſcrutatur inepta
Ambitio,ſcalpens naturæ occulta latentis,
Si quibus in foueis radiantes fortè lapillos
Rimata inueniat:nec enim contenta decore
Ingenito,externam mentitur fœmina formam.
Ac velut artificis domini manus imperfectum
Os dederit,quod adhuc res exigat,aut hiacynthis
H Pingere ſculptilibus redimitæ frontis in arce,
Colla vel ignitis ſincera incingere ſertis,
Auribus aut grauidis virides ſuſpendere baccas,
Nectitur & nitidis concharum calculus albens
Crinibus, aureoliſque riget coma texta catenis.
Tædet ſacrilegas matrum percurrere curas,
Muneribus dotata Dei,quæ plaſmata fuco
Inficiunt,vt figmentis cutis illita perdat
I Quod fuerat,falſo non agnoſcenda colore.
Hæc ſexus malefortis agit,cui pectore in arcto
Mens fragilis,facili vitiorum fluctuat æſtu.
Quid quòd & ipſe caput muliebris corporis,& rex
Qui regit inualidam propria de carne refectam
Particulam,qui vas tenerum ditione gubernat,
Soluitur in luxum?cernas molleſcere cultu
Heroas veteres,opifex quibus aſpera membra
Finxerat,

Finxerat, & rigidos durauerat oſſibus artus.
Sed pudet eſſe viros: quærunt vaniſſima quæque
Quîs niteant. genuina lues, vt robora ſoluant
Vellere non ouium, ſed Eoo ex orbe petita
Ramorum ſpoliis fluitantes ſumere amictus
Gaudent, & durum ſcutulis perfundere corpus.
Additur ars, vt fila herbis ſaturata recoctis
Inludant varias diſtincto ſtamine formas.
Vt quæque eſt lanugo ferè molliſſima tactu,
Pectitur, hunc videas laſciuas præpete curſu
Venantem tunicas, auium quoque verſicolorum
Indumenta nouis texentem plumea telis:
Illum pimentis redolentibus, & peregrino
Puluere fœmineas ſpargentem turpiter oras.
Omnia luxus habet noſtræ vegetamina vitæ,
Senſibus in quinque ſtatuens quæ condidit autor
Auribus atque oculis, tum naribus atque palato
Quæritur infectus vitioſis artubus vſus.
Ipſe etiam toto pollet qui corpore tactus,
Palpamen tenerum blandis ex fotibus ambit.
Prô dolor ingenuas naturæ occumbere leges,
Captiuáſque trahi regnante libidine dotes.
Peruerſum ius omne viget, dum quicquid habendum
Omnipotens dederat, ſtudia in contraria vertunt.
Idcircóne rogo ſpeculatrix pupula molli
Subdita palpebræ eſt, vt turpia ſemiuirorum
Membra theatrali ſpectet vertigine ferri,
Inceſtans miſerum fœdo oblectamine viſus?
Aut ideo ſpirant, mediáque ex arce cerebri
Demittunt geminas ſociata foramina nares,
Vt bibat inlecebras malè conciliata voluptas,
Quas pigmentato meretrix iacit improba crine?
Num propter Lyricæ modulamina vana puellæ,
Neruorúmque ſonos, & conuiuale calentis
Carmen nequitiæ, patulas Deus addidit aures?
Pérque cauernoſum iuſſit penetrare meatus
Vocis iter? quodue quod madido ſapor inditus ori
Viuit ob hanc cauſam, medicata vt fercula pigram
Ingluuiem, vegetámque gulam ganeonis inertent?
Per varios guſtus inſtructa vt prandia ducat
In noctem? laſſetque grauem ſua crapula ventrem?
Quid durũ, quid molle foret, quid lene, quid horrês,
Quid calidum, gelidúmve, Deus cognoſcere noſmet
Ad tactum voluit palpandi interprete ſenſu.
At nos delicias plumarum, & linea texta
Sternimus, atque cute fulcro attenuante polimus.
Felix qui indultis potuit mediocriter vti
Muneribus, parcúmque modum ſeruare fruendi.
Quem locuples mundi ſpecies, & amœna venuſtas,
Et nitidis fallens circumflua copia rebus
Non capit vt puerum, nec inepto addicit amori,
Qui ſub adumbrata dulcedine triſte venenum
Deprendit latitare boni mendacis operto.
Sed ſunt id quondam nobis ſanctúmque bonúmque,
Principio rerum Chriſtus quum conderet orbem:
Vidit enim Deus eſſe bonum, velut ipſe Moyſes
Hiſtoricus mundi naſcentis teſtificatur:
Vidit, ait, Deus eſſe bonum quodcumque creauit.
Hoc ſequar, hoc ſtabili conceptum mente tenebo
Inſpirante Deo, quod ſanctus vaticinator
Prodidit, antiquæ recolens primordia lucis,
Eſſe bonum quicquid Deus & ſapientia fecit.
Conditor ergo boni pater eſt, & cum patre Chriſtus.
Nam Deus, atque Deus pater, eſt & filius vnum:
Quippe vnum natura facit, quæ conſtat vtrique
Vna voluntatis, iuris, virtutis, amoris.
Non tamen idcirco duo numina, nec duo rerum
Artifices: quoniam generis diſſenſio nulla eſt.
Atque ideo nulla eſt operis diſtantia nulla
Ingenij, peperit bona omnia conditor vnus.
Nil luteum de fonte fluit, nec turbidus humor
Naſcitur, aut primæ violatur origine venæ:

A Sed dum liuentes liquor incorruptos harenas
Prælambit, putrefacta inter contagia ſordent.
Nunquid equus, ferrum, taurus, leo, funis, oliuum,
In ſe vim ſceleris cum formarentur habebant?
Quod iugulatur homo, non ferrum cauſa furoris,
Sed furians eſt: nec equum veſania feruida circi
Autorem leuitatis habet, rapidiue fragoris.
B Mens vulgi rationis inops, non curſus equorum
Perfurit, infanti ſtudio perit vtile donum.
Sic Lacedæmonicas oleo maduiſſe palæſtras
Nouimus, & placidum feruiſſe ad crimina ſuccum.
Inde per aerium pendens audacia funem,
Ardua ſecuris ſcandit proſcenia plantis.
Inde feras volucres temeraria corpora ſaltu
Tranſiliunt, mortiſque inter diſcrimina ludunt.
C Sanguinis humani ſpectacula publicus edit
Conſeſſus, lege quæ iubent venale parari
Supplicium, quo membra hominũ diſcerpta cruentis
Morſibus oblectent hilarem de funere plebem.
Mille alia ſtolidi bacchantia gaudia mundi
Percenſere piget, quæ veri oblita Tonantis
Humanum miſeris voluunt erroribus æuum.
Nemo animum ſummi memorem genitoris in altum
D Excitat, ad cœlum mittit ſuſpiria nemo:
Nec recolens apicem ſolij natalis ad ipſum
Reſpicit autorem, nec ſpem ſupra æria librat.
Sed mentem grauidis contentus ſternere curis
Indigno ſubdit domino, perituráque pronus
Diligit, & curuo quærit terreſtria ſenſu.
Hoc pulchrũ quod terra parit, quod gloria confert
Ludrica, commendat quod pernicioſa voluptas,
E Quod velut excitus diſſlatu puluere ventus
Præterit, exemplo tenuis quod tranſuolat vmbræ.
His ægras animas morborum peſtibus vrget
Prædo potens, tacitis quem viribus interſutum
Corda bibunt hominum. ſerit ille medullitus omnes
Nequitias, ſpargítque ſuos per membra miniſtros.
Námque illic numeroſa cohors ſub principe tali
Militat, horrendiſque animas circumſidet armis,
F Ira, ſuperſtitio, mœror, diſcordia, luxus,
Sanguinis atra ſitis, vini ſitis & ſitis auri,
Liuor, adulterium, dolus, obtrectatio, furtum.
Informes horrent facies, habitúque minace
Ambitio ventoſa tumet, doctrina ſuperbit,
Perſonat eloquium, nodos fraus abdita nectit.
Inde canina foro latrat facundia toto,
Hinc gerit Herculeam vilis ſapientia clauam,
G Oſtentátque ſuos vicatim gymnoſophiſtas.
Incitat lapides fumoſus idololatria
Relligio, & ſurdis pallens aduoluitur aris.
Heu quatis mortale premit genus improb. hoſtis
Armigeris, quanto ferrata ſatellite ductor
Bella gerit, quanta victos ditione triumphat?
Surgit in auxilium Chananeus, atque agmina denſat
H Caſſide terribilis ſetarum pondera mento
Concutiens, dextrámque graui cũ cuſpide quaſſans.
Aſt alia de parte furens exercitus ardet
Regis Amorrhæi, tum millia Gergeſæorum
Effundunt aciem toto volitantia campo:
Eminus hi ſeruiunt, confligunt comminus illi.
Ecce Gebuſaicæ feruent ad prælia turmæ,
Aurea tela quibus de ſanguine tincta draconis
Mortifero ſplendore micant, radiántque, micántque.
I Nec non te Pherezæas piſis armare catervas
Te Cethæe iuuat: ſed gens Fetezæa ſagittis
Inſultat virtute pari, ſed diſpare ferro.
Poſtremum cuneum rex præmouet Aeueorum,
Squamoſum thoraca gerens de pelle colubri.
His ſubnixa viris ſcelerum peruerſa poteſtas
Edomat inualidas mentes, quæ ſimplicitate
Indociles, bellique rudes ſub fœdere falſo
Triſtis amicitiæ primum ſocia agmina credunt,

Tutis amicitiæ primùm ſocis agmina credunt,
Mammoneámque fidem pacis ſub amore ſequuntur.
Mox faciles ad vincla rapi iuga dura volentes
Addictis ſubeunt ceruicibus, & nebulonum
Spirituum iuſſis ſeruire ferocibus optant.
Ille ſuperuacuis augens patrimonia fundis,
Finitimiſque inhians contemplo limite agellis,
Ducitur innexus manicis, & mille catenis
Ante triumphales currus, poſt terga reuinctus,
Nec ſe barbaricis addictum ſentit habenis:
Hic qui ventoſæ ſcandit faſtigia famæ,
Inflatúrque cauo pompæ popularis honore,
Qui ſummum ſolidúmque bonum putat ambitionis
Creſcere ſucceſſu, præconum voce trementes
Exanimare reos, miſerorum in corpore faſces
Frangere, terribiles legum exercere ſecures:
In laqueum iam colla dedit, iam compede dura
Nectitur, & pedibus ſeruilia vincula limat.
Credite captiui mortales, hoſtica quos iam
Damnatos cohibent ergaſtula, quos famulatu
Pœnarum virens non intellecta coercet.
Hæc illa eſt Babylon, hæc tranſmigratio noſtræ
Gentis, & horribilis victoria principis Aſſur:
Carmine luctifico quam deflens Hieremias,
Orbatam propriis vlulauit ciuibus vrbem.
Num latet, aut dubium eſt animas de ſemine Iacob
Exilium gentile pati, quas Perſica regna
Captiuas retinent, atque in ſua fœdera cogunt?
Illic natali deſueſcunt viuere ritu:
Moribus & patriis exutæ, in barbara iura
Degenerant, linguámque nouam, veſtemq; ſequuntur
Déque profanato diſcunt ſordeſcere cultu,
Nutricémque abolent petulanti è pectore Sion.
Iam patriæ meminiſſe piget, iam myſtica frangunt
Organa, & extremi laudant anathemata regni.
Nónne fuit melius ſæuum Memphitidis aulæ
Imperium toleraſſe patres, penitúſque ſiniſtris
Adſediſſe focis? poſitos Pharaonis iniqui
Sub pedibus, limo & paleis ſeruire paratos,
Carnis & immodicæ ſpurco ructamine crudos?
Quo tantum auxilij per prodigialia ſigna
Effudit dominus, populum dum forte rebellem
Seruat ope immerita, vinclis dum ſubdita colla
Soluit, & Aegyptum virga ſerpente coercet?
Quid iuuat æquoreum pelago cedente profundum
Puluerea calcaſſe via, quum conſcia ponti
Saxa ſub ignoto patuerunt prodita cœlo,
Aruit & medio ſitiens ſub gurgite limus?
Si victor virtute Dei, mediaſque tenebras
Luce columnari ſcindens exercitus olim,
Perdidit inuenti vallem botryonis opimam?
Si neſcit verſare ſolum, cui melle perenni
Gleba fluens niueos permiſcet lactes riuos?
Si domitam Hierichon lituis, atque ære canoro
Rurſus in antiquos patitur conſurgere muros?
Si riuis reflui Iordani pellitur, & iam
Deſerit adſcriptam dimenſa in iugera ſortem?
Denique ſi ſtructam tantis ſudoribus vrbem,
Et qui nubigenas tranſcendunt culmina nimbos,
Defenſare nequit, ſi neſcit, quis lapis ille eſt
Hoſtibus obſiſtens, & inexpugnabile turris
Præſidium, quem non fragor hoſtilis arietis, aut quē
Vis impacta quatit, non æris machina roſtro
Arietat inſiliens, nec ferrea verbera quaſſant.
Angulus hic poſitus in capite eſt, hic continet omnem
Saxorum ſeriem, conſtructáque limina firmat,
Quem qui ritè ſuis per propugnacula muris
Nouerit inſertum, ſéque ac ſua mœnia vallo
Præcingat triplici, celſa ſtans eminus arce
Fretus amore petræ, caſtis & peruigil armis.
Non illum regina Tyri, non accola magni
Euphratis Parthus rapiet, non decolor Indus.

A Tempora pennatis redimitus nigra ſagittis.
Quin ſi fulmineos cogens ad bella gigantes
Allophylus tua caſtra velit delere tyrannus,
Tutus eris, nec te firma ſtatione mouebit
Ipſe Charon mundi, numen Marcionis ipſe,
Qui regit aërio vanas ſub ſole tenebras:
Nam vanum quicquid ſol aſpicit, ex elementis
B Cuncta ſolubilibus, fluxóque examine conſtant.
Fallor, creaturam niſi doctor Apoſtolus omnem
Subiectam vanis non ſponte laboribus orſus,
Periuro ingemuit miſerans ſeruire latroni:
Errat, ait, qui luctamen cum ſanguine nobis,
Et carne, & venis feruentibus, & vitioſo
Felle putat, eliſiſque animam peccare medullis,
Non mentem ſua membra premunt, nec terrea virtus
C Oppugnat ſenſus liquidos, bellóve laceſſit:
Sed cum ſpiritibus tenebroſis, nocte diéque
Congredimur, quorum dominatibus humidus iſte
Et pigris denſus nebulis obtemperat aer.
Scilicet hoc medium, cœlum inter, & infima terræ,
Quod patet, ac vacuo nubes ſuſpendit hiatu
Frena poteſtatum variarum ſuſtinet, ac ſub
D Principe Belial rectoribus horret iniquis:
His colluctamur prædonibus, vt ſacra nobis
Oris Apoſtolici teſtis ſententia prodit.
Nemo habitum naturæ, aut irritamina peccati
Corporis accuſet, facile eſt frenare rebelles
Affectus carnis, nimióſque retundere pulſus
Materiæ fragilis, & viſcera victa domare:
Quippe animus longè præſtantior, vtpote ſummo
E Aethere demiſſus ſubiectos ſi velit artus
Imperio quaſſare graui, iuſſiſque ſeueris
Dedere, regnanti Domino vis nulla reſiſtit.
Maior ineſt vis illa homini, quæ flatile virus
Ingerit, & tenuem tenui ferit aere mentem:
Parthica non æquè ventos tranſcurrit harundo,
Cuius iter nullus potis eſt comprendere viſus.
Præpes enim volucris dum penna tranſuolat auras,
F Improuiſa venit, nec ſtridor nunciat ante
Aduentum lethi, quàm pectoris abdita rumpit,
Securam rapiens medicato vulnere vitam.
Sed magis aligera eſt, magis & medicata ſagitta
Quam iacit vmbroſi dominatio lubrica mundi,
Eludens excuſſa oculos, calamique volantis
Præpete tranſcurſu cordis penetralia figens.
G Nec ſegnis natura animæ eſt, vt tarda cauendi
Vulneris, ignitum quoniam Deus indidit olli
Ingenium purum, ſapiens, ſubtile, ſerenum,
Mobile ſollicitum, velox, agitabile, acutum.
Factorem modò facta ſuum veneretur, & ipſi
Militet, ac victum proculcet ſobria mundum:
Nil de peſtiferis opibus, aut falſificatis
Terrarum ſpoliis ſtulto oblectamine libans,
H Ne ſub faſce iacens alieno, & dedita regno
Non queat argutas hoſtis vitare ſagittas. (ligni
Sed quid ego omne malū mundiq; hominūq; ma-
Hoſtis ad inuidiam detorqueo, quum mala noſtra
Ex noſtris concreta animis genus, & caput, & vim
Quid ſint, quid valeant, ſumant de corde parente?
Ille quidem fomes noſtrorum, & cauſa malorum eſt.
Sed tantum turbare poteſt, aut fallere, quantum
I Nos volumus, qui decrepito ſuggeſta leoni
Armamenta damus, friget fera futile frendens,
Hominis generis ni per ſuffragia gliſcat.
Gignimus omne malum proprio de corpore noſtro,
Vt genuit Dauid, aliàs pater optimus, vnum
Crimen Abeſſalon terrum: pater ille, ſed vnum
Innocuas inter ſoboles genuit patricidam:
Auſus in auctorem generis qui ſtringere ferrum,
Ah pietas, ſignis contraria ſigna paternis
Egit, & vanos commiſit ſanguinis arma.
Noſtra itidem durus ventre propagine natus

Pectora parturiunt, verſis qui protinus in nos
Moribus inſueſcunt gignentum viuere pœnis:
Depopulantur enim nimium fœcunda parentum
Viſcera,& interitu genitalis ſtirpis aluntur.
Progeniem verùm ille ſuam rex vpote ſummus,
Atque Dei vates, pariturę & virginis auctor,
Triſtibus atque piis variauerat, vt Salomonis
Frater Abeſſalon miſceret crimina iuſtis
Pignoribus, dulcémque domum turbaret amaris,
Nos dignum Salomone nihil, nos degener implet
Solus Abeſſalon, laterans pia viſcera ferro.
Si licet ex Ethicis quicquam præſumere, vel ſi
De phyſicis exempli aliquid, ſic vipera (vt aiunt)
Dentibus emoritur fuſæ per viſcera prolis.
Mater morte ſua, non ſexu fertilis, aut de
Concubitu diſtenta vterum: ſed cum calet igni
Percita fœmineo, moriturum obſcœna maritum
Ore ſitit patulo, caput inſerit ille trilingue
Coniugis in fauces, atque oſcula feruidus intrat,
Inſinuans oris coitu genitale venenum.
Nupta volúptatis vi ſaucia, morditus hauſtum
Frangit amatoris blanda inter fœdera guttur,
Infuſáſque bibit caro pereunte ſaliuas.
His pater illecebris conſumitur, at genitricem
Clauſa necat ſoboles: nam poſtquam ſemine adulto
Incipiunt calidis corpuſcula parua latebris
Serpere, motatúmque vterum vibrata ferire,
Aeſtuat interno pietatis crimine mater,
Carnificémque gemit damnati conſcia ſexus,
Progeniem ſepti rumpentem obſtacula partus.
Nam quia naſcendi nullus patet exitus, aluus
Fœtibus in lucem nitentibus excruciata
Carpitur, atque viam lacerata per ilia pandit.
Tandem obitu altricis prodit grex ille dolorum
Ingreſſum vitæ vix eluctatus,& ortum
Per ſcelus exculpens, lambunt natale cadauer
Reptantes catuli proles dum naſcitur orba
Haud experta diem, miſeræ niſi poſthuma matri.
Non diſpar noſtræ conceptus mentis, ab ore
Vipereo infuſum ſic combibit illa venenum
Coniuge Beliadæ, ſic oſcula deuorat hauſtu,
Interiúſque rapit, ſic felle libidinis ardens
Impletur vitiis, perituro miſta marito,
Tunc prægnans lethale genus concepta maligni
Fert opera ingenij, de ſemine complicis hydri,
Quem pœnis penſare prius ſua facta neceſſe eſt
Corruptæ pro ſtupro animæ, próque orbe perempto.
Ipſam porrò animam crudelia vulnera carpunt
Mille puerperiis, ſoboles dum parturit, ex ſe
Contra naturam genitas, peccamina crebra
Scilicet,& partos materno funere natos.
Hinc illa eſt Domini iuſta obiurgatio Chriſti:
Nónne pater dæmon, vos increpo peccatores,
Concubitu carnis ſemen ſitientis iniquum
Vos genuit? ſanctum lector percenſe volumen,
Quod loquor inuenies dominum dixiſſe profanis
Vera obiectantem mortalibus: ex patre nam vos
Eſſe meo genitos, pietas ait ipſa probaret,
At pietatis opus, prò cæca libido, quid hoc eſt?
Quod quum ſe thalamis deſponſam mēs bona iuſtis
Nouerit, inque thronum regis nuptura venerit,
Et regis ſemper iuuenis, ſenióque repulſo
Diuinum decus æterno ſeruantis in ore,
Malit adulterium, furuo & ſe munere vilem
Vendat nocticolæ ſpurcis complexibus Indi,
Aſpernata Dei fuſam per virginis artus
Progeniem, dulceſque vocans in fornice natos?
Sentio quàm contra moueat pellacia litem,
Quo dente obnitens ſpinoſa calumnia pugnet,
Noſque laceſſito vocet ad luctamina vero.
Si non vult Deus eſſe malum, cur non vetat, inquis,
Nil refert auctor fuerit, factórque malorum:

A Anne opera in vitium ſceleris pulcherrima verti,
Quum poſſit prohibere, ſinat? quod ſi velit omnes
Innocuos agere omnipotens, nec ſancta voluntas
Degeneret, nec ſe facto manus inquinet vllo.
Condidit ergo malum Dominus, quod ſpectat ab alto
Et patitur, fieríque probat, tanquam ipſe crearit.
Ipſe creauit enim, quod quum diſcludere poſſit,
Non abolet, longóque ſinit craſſarier vſu.
Damna aures pater alme meas,& claude meatus
B Obbruteſcentis capitis, ne peruia tales
Concipiat flexura ſonos, eſt perdere tanti
Exclnctum vitæ officium de parte terebri,
Immunem modò ſeſe anima, expertémque nefandi
Auditus felix, ſtolida conſeruet ab aure.
Quis feras hæc iniecta Deo conuitia? qui ſe
Diuinis meminit præcellere nobilitatum
Muneribus? multa vt taceam, vel ſola benignum
C Res probat eſſe Deum, veriti quod amore peremptos
Excitat è tumulis homines, regnique per æuum
Participes iubet eſſe ſui: qui ſi foret auctor,
Seruatórque mali, nunquam poſt damna ſalutis,
Peccantúmque obitus, redimitam ferre medelam
Vellet,& amiſſos opere inſtaurare ſecundo.
D Laus hominis ſeruare Dei eſt: meritis perit iſte,
Ille abolet pereuntis opus, meritúmque reſoluit.
Argumentum ingens, dominum qui talia præſtet,
Nolle malum, nec quod pòſt abluit, antè probare.
Inuitóne aliquis potis eſt peccare Tonante?
Cui facile eſt in corde hominis componere ſenſus
Quos libeat, fibráſque omnes animare pudicis
Pulſibus,& totum venis infundere honeſtum.
Neſcis ſtulte tuæ vim libertatis ab ipſo
E Formatore datam? neſciſque ab origine quanta
Sit conceſſa ſibi famulo ſuper orbe poteſtas?
Et ſuper ingenio proprio, laxéque ſoluto
Iure poteſtatis, liceat cui velle, ſequique
Quod placitum, nollique animū ſubiungere vinclo?
An quum te dominum cunctis quæcunque crearat
Præficeret, mundúmque tuis ſeruire iuberet
F Imperiis, quuḿque arua polū, mare, flumina, ventos
Dederet, arbitrium de te tibi credere auarus
Nollet vt indigno, libertatemque negaret?
Quale erat, electus magni rex orbis vt eſſet,
Non rex ipſe ſui curto fœdatus honore.
Nam quis honos domini eſt, cuius mens libera nō eſt,
Vna ſed impoſitæ ſeruit ſententia legi?
Quæ laus porrò hominis, vel quod meritū, ſine certo
G Inter vtranque viam diſcrimine viuere iuſtè?
Non fit ſpontè bonus, cui non eſt prompta poteſtas
Velle aliud flexóſque animi conuertere ſenſus.
Atqui nec bonus eſt, nec conlaudabilis ille
Qui non ſponte bonus: quoniam probitate coacta
Gloria nulla venit, ſordétque inglorıa virtus.
Nec tamen eſt virtus, ni deteriora refutans
Emicet,& meliore viam petat indole rectam.
H Vade, ait ipſe parens, opiféxque & conditor Adæ,
Vade homo,& adflatu noſtri prænobilis oris,
Inſubiecte, potens, rerum arbiter, arbiter idem,
Et iudex mentis propriæ, mihi ſubdere ſoli
Sponte tua, quo ſit ſubiectio & ipſa ſoluto
Libera iudicio, non cogo, nec exigo per vim,
Sed moneo iniuſtum fugias, iuſtúmque ſequaris.
Lux comes eſt iuſti, comes eſt mors horrida iniqui.
I Elige rem vitæ, tua virtus temet in æuum
Prouehat, æternum tua damnet culpa viciſſim,
Præſtet & alterutram permiſſa licentia ſortem.
Hac pietate vigens,& tanto munere abundans,
Tranſit propoſitum fas,& lethalia prudens
Eligit, atque volens magis vtile dum ſibi credit,
Quod prohibente Deo perſuaſit callidus anguis.
Perſuaſit certè hortatu, non impulit acri
Imperio, hoc mulier rea criminis exprobranti

Reſpondit domino, ſuadelis ſe maleſabris
Illectam, ſuaſiſſe viro: vir & ipſe libenter
Conſenſit, licuit namque hortantem ſpernere recti
Libertate animi: licuit, namque & Deus antè
Suaſerat, vt meliora volens ſequeretur: at ille
Spernens euolſum, ſæuo plus credidit hoſti.
Nunc inter vitæ dominum, mortiſque magiſtrum
Conſiſtit medius: vocat hinc Deus, inde tyrannus
Ambiguum, atque ſuis ſe motibus alternantem.
Accipe geſtarum monimenta inſignia rerum:
Præluſit quibus hiſtoria ſpectabile ſignum.
Loth fugiens Sodomis ardentibus, omnia ſecum
Pignora chara domus properabat ſede relicta
Nubibus vibratis ſubducere, ſulphure quum iam
Nimboſo ignitus cœlum ſubtexeret aer,
Flagrantémque diem crepitans incenderet imber.
Angelus hanc hoſpes legem præſcripſerat ollis,
Emiſſus vltore Dei ſub imagine dupla:
Omnis vt è portis iret domus, vtque in apertum
Dirigeret conſtans oculos, nec ponè reflexo
Lumine regnantes per mœnia cerneret ignes.
Nemo memor Sodomæ, quæ mundi forma cremandi
Vt ſemel è mutis greſſum promouerit, ore ... eſt,
Poſt tergum verſo, reſpectet funera rerum.
Loth monitis ſapiens obtemperat: at leuis vxor
Mobilitate animi, torſit muliebre retrorſus
Ingenium, Sodomiſque ſuis reuocabilis hæſit.
Traxerat Eua virum diræ ad conſortia culpæ.
Hæc peccans ſibi ſola perit, ſolidata metallo
Diriguit fragili, ſaxúmque liquabile facta.
Stat mulier ſicut ſteterat prius, omnia ſeruans
Cautè, ſigillati longum ſalis effigiata
Et decus, & cultum, frontémque, oculóſq;, comámq;,
Et flexam in tergum faciem, paulúmque relata
Mente retrò, antiquæ monimenta rigentia noxæ.
Liquitur illa quidem ſalſis ſudoribus vda,
Sed nulla ex fluido plenæ diſpendia formæ
Sentit deliquio, quantúmque armenta ſaporum
Attenuant ſanum, tantum lambentibus humor
Sufficit, attritámque cutem per damna reformat.
Hoc meruit titulo peccatrix fœmina ſiſti,
Infirmum fluidúmque animum per lubrica ſoluens
Conſilia, & fragilis iuſſa ad cœleſtia voti
Propoſitum contra non commutabile ſeruat.
Loth ingreſſus iter, nec mœnia reſpicit, alto
In cinerem conlapſa rogo, populúmque peruſtum,
Et mores populi, tabularia, iura, forúmque,
Balnea, propolas, meritoria, templa, theatra,
Et circum cum plebe ſua, madidáſque popinas.
Quicquid agunt homines Sodomorum, incendia iuſtis
Ignibus inuoluunt, & Chriſto iudice damnant.
Hæc fugiſſe ſemel ſatis eſt, non reſpicit vltrà
Loth noſter: fragilis ſed coniunx reſpicit, & quæ
Fugerat incœſſu mutabilis ore reuiſit,
Atque inter patrias perſtat durata fauillas.
En tibi ſignatum libertatis documentum,
Quod voluit nos ſcire Deus, quocunq; ſequendū eſt,
Sub noſtra ditione ſitum, paſſúmque remiſſum
Alterutram calcare viam. duo cedere iuſſi
De Sodomis, alter ſe præripit, altera muſſat,
Ille gradum celerat fugiens, contrà illa tenatat:
Liber vterque animus, ſed diſpar vtrique voluntas,
Diuidit huc illuc rapiens ſua quenque libido.
Talem multa ſacris ſpeciem notat vbita libris.
Aſpice Ruth generis Moabitidis, & ſimul Orpham,
Illa ſocrum Noemin fido comitatur amore,
Deſerit hæc: atqui thalamis, & lege iugali
Exutæ, Hebræáſque thoris, ſacriſque vacantes,
Iure fruebantur proprio, ſed priſtinus Orphæ
Fanorum ritus prauuſua barbara ſuaſit
Malle, & ſemiferi ſtirpem nutrire Goliæ.

A Ruth dum per ſtipulas agreſtis amburitur æſtu,
Fulcra Booz meruit, caſtóque adſcita cubili
Chriſtigenam fœcunda domum, & Dauidica regna
Edidit, atque Deo mortales miſcuit ortus.
Sæpe egomet memini fratres geminos ad hiulcum
Peruenisse ſimul biuium, nutante iuuenta,
Et dubitaſſe diu bifido ſub tramite, quod nam
Eſſet iter melius: quum dextram ſpinea ſylua
B Sentibus arctaret, ſcopuloſáque ſemita longè
Duceret arduum cliuoſo margine callem.
At læuum, nemus vmbriferum per amœna vireta
Diuitibus ornaret pomis, & lenè iacentem
Planities daret ampla viam, ſqualentibus vnum
Contentum ſpinis repeaſſe per ardua ſaxa.
Porrò alium campo ſeſe indulſiſſe ſiniſtro,
Illum ſideribus caput immiſcere propinquis,
C Hunc in cœnoſas ſubitò cecidiſſe paludes.
Omnibus vna ſubeſt natura: ſed exitus omnis
Non vnus peragit placitorum ſegrege ſurma.
Haud ſecus, ac ſi olim per ſudum lactea fortè
Lapſa columbarum nubes, deſcendat in aruum
Ruris frugiferi, laqueos vbi callidus anceps
Prætendit, lentóque inleuit vimina viſco,
D Sparſit & inſidias ſiliquis, vel farre doloſo,
Inliciunt altas fallentia grana, gulámque
Innectunt auidam tortæ retinacula ſetæ,
Molle vel implicitas gluten circumligat alas.
Aſt aliæ quas nullus amor pellectat edendi,
Greſſibus innocuis ſterili ſpaciantur in herba,
Suſpectámque cauent oculos conuertere ad eſcam.
Mox vbi iam cœlo reuolandum pars petit æthram
Libera ſyderiam, plaudens ſuper aera pennis:
E Pars captiua iacet, laceris & ſaucia plumis
Pugnat humi, & volucres nequicquā ſuſpicit auras.
Sic animas cœli de fontibus vnicolores
Infundit natura ſolo: ſed ſuauibus iſtis
Deuinctæ illecebris retinentur, & æthera paucæ
Conſcendunt reduces, multas viſcoſus ineſcat
Paſtus, & ad ſuperas percurrere non ſinit auras.
Præſcius inde pater liuentia tartara plumbo
F Incendit liquido, piceáſque bitumine foſſas
Infernalis aquæ, furno ſuffudit aueno,
Et Phlegethonteo ſub gurgite ſanxit edaces
Perpetuis ſcelerum pœnis inoleſcere vermes.
Norat enim flatu ex proprio vegetamen ineſſe
Corporibus noſtris, animámque ex ore perenni
Formatam non poſſe mori, non poſſe vieiſſim
Pollutam vitiis ſurſum ad conuexa reuerti,
G Merſandam penitus puteo feruentis abyſſi,
Vermibus & flammis, & diris cruciatibus, æuum
Immortale dedit, ſenſu ne pœna periret
Non pereunte animæ: carpunt tormenta ſouentque
Materiem ſine fine datam, mors deſerit ipſa
Aeternos gemitus, & flentes viuere cogit.
At diuerſa procul regionibus in paradiſi
Præmia conſtituit, maieſtas gnara futuri
H Spiritibus puris, & ab omni labe remotis,
Quique Gomorrhæas non reſpexêre ruinas,
Auerſis ſed ritè oculis poſt terga tenebras
Liquerunt miſeri properanda pericula mundi.
Ac primum facili referuntur ad aſtra volatu:
Vnde fluens anima ſtructum vegetauerat Adam.
Nam quia naturam tenuem decliuia vitæ
Pondera non reprimunt, nec tardat ferrea compes,
I Concretum celeri relegens ſecat aera lapſu,
Exuperátque polum feruens ſcintilla remenſum,
Carcereos exoſa ſitus, quibus hæſerat exul.
Tunc poſtliminio redeuntem, ſuſcipit alto
Caſta fides gremio, teneriſque oblectat alumnam
Deliciis, multos poſt diuerſoria carnis,
Ore renarrantem querulo quos paſſa labores,
Illic purpureo latus exporrecta cubili

Floribus

Floribus æternis ſpirantes libat odores,
Ambroſiumque bibit roſeo de gramine rorem.
Aſt aliæ quas dira lues, errórque malignus
Immerſit tenebris, vaſtóque obſedit auerno,
Haud impunè pij ab ſemet abeſſe fatentur
Conſilijs, meritas ferre & per ſecula pœnas.
Quis patris antiqui aut ægri ceuacentis abyſſo
Excluſis, mundique bonis cum morte potitis
Ditibus, & longo fumantibus interuallo,
Fluminaque & totos cœli ſitientibus imbres
Implorata, negat digitum inſertare palato,
Flammarúmque apices humenti extingere tactu.
Nec mirere locis longè diſtantibus inter
Damnatas, iuſtáſque animas concurrere viſus
Conſpicuos, meritáſque vices per magna notari
Interualla, polus medio quæ diuidit orbe.

De integritate viſionis animæ.

ERrat, quiſque animas noſtrorum ſine oculorum
Aeſtimat, inuoluit vitreo quos lucida palla
Obiice, quis ſpeculum concreta coagula texunt,
Impediuntque vagas obducto humore feneſtras.
Numne animatum oculi de vi vegetamina guttæ
Voluuntur teretes? aut palpebralibus extra
Horreſcunt ſetis? ciliòve vmbrante teguntur?
Illis viua acies, nec pupula parua, ſed ignis
Traiector nebulæ, vaſti & penetrator operti eſt.
Nil ferrugineum, ſolidúmue tuentibus obſtat,
Nocturnæ cedunt nebulæ, nigrantia cedunt
Nubila, prætenti cedit teres area mundi.
Nec tantum aerios viſu tranſmittit hiatus
Spiritus: oppoſitos ſed tranſit lumine montes,
Oceani fines, atque vltima littora Thyles
Tranſadiit, voluerésque oculos in tartara mittit.
Noſtris nempe omnes pereunt ſub nocte colores
Viſibus, & cæco delentur tempore formæ.
Nunquid & exuti membris, ac viſcere, perdunt
Agnitione notas, rerum, vel greſſibus errant?
Vna animas ſemper facies habet, & color vnus
Aeris, vt cuique eſt meritorum ſumma, ſiniſtri
Seu dextri, alternas nec commutabile tempus
Conuertit, variátque vices. longum atque perenne eſt
Quicquid id eſt, vnus voluit ſua ſecula curſus.
Expertos dubitas animas percurrere viſus?
Abdita corporeis oculis, cum ſæpe quietis
Rore ſoporatis, cernat mens viua remotos
Diſtantéſque locos, aciem per rura, per aſtra,
Per maria intendens: nec enim ſe ſegregat ipſa
Ante obitum viuis ex artubus, aut fugit caul
Sanguinis & carnis penetralia, ſéque medullis
Exuit, abductámue abigit de pectore vitam,
Viſcerea ſed ſede manens, ſpeculatur acutis
Omnia luminibus: & qua circuntulit aerem
Naturæ leuis intuitum, nullo obiice rerum
Diſcluſa, ante oculos ſubiectum proſpicit orbem,
Atque orbis ſub mole ſitum ſordens elementum.
Obiacet interea tellus, nec viſibus obſtat,
Quin ſi ſtelligerum vultus conuertat ad axem,
Nil intercurrens obtutibus, impedit ignem
Peruigilis animæ, quamuis denſata grauentur
Nubila, & oppoſito nigreſcat vellere cœlum.
Sic arcana videt tacitis cooperta futuris,
Corporeus Ioannes adhuc: nec carne ſolutus,
Munere ſed ſomni paulíſper carne ſequeſtra
Liber ad intuitum, ſenſuque oculiſque peragrans,
Ordine diſpoſitos venturis ſolibus annos,
Procinctum videt angelicum, iam iámque tremendi
Orbis in excidium, raucos & percipit ante
Mugitus, grauium mundi ſub fine tubarum.
Hæc ille ante obitum, membrorum carcere ſeptus.
Secedente anima, non diſcedente videbat
Nónne magis flatus ſine corpore cuncta notabit,

A Corporis inuolucris tumulo ſtigente repoſtis?
Certa fides, tabidos ſub terra nocte caminos,
Qui pollutam animam per ſecula longa perenni
Igne coquunt, oculis longum per inane remotis
Pauperis expoſitos: nec ſecius aurea dona
Iuſtorum dirimente Chao, rutiláſque coronas
Eminus oſtendi pœnarum carcere merſis.
Hinc paradiſicolæ poſt vlcera dira beato
B Proditur infelix vlulans in peſte tenatus
Spiritus, inque vicem meritorum mutua cernunt.

Peroratio poëta.

ODee cunctipatens animæ dator, ô dee Chriſte,
Cuius ab ore Deus ſubſiſtis ſpiritus vnus,
Te moderante regor, te vitam principe duco,
Iudice te pallens trepido, te iudice eodem
C Spem capio, fore quicquid ago, veniabile apud te,
Quamlibet indignam venia faciamque, loquárque,
Confiteor, dimitte libens, & parce fatenti:
Omne malum merui, ſed tu bonus arbiter aufer
Quod merui, meliora fauens largire precanti,
Dona animæ quandoque meæ, quum corporis huius
Liquerit hoſpitium, neruis, cute, ſanguine, felle,
Oſſibus extructum, corrupta quod incola luxu
D Heu nimium complexa fouet, quum flebilis hora
Clauſerit hos orbes, & conclamata iacebit
Materies, oculiſque ſuis mens nuda fruetur,
Ne cernat truculentum aliquē de gente latronum,
Immitem, rabidum, vultúque & voce minacem
Terribilem, qui me maculoſum aſpergine morum
In præceps vt prædo trahat, nigriſque ruentem
E Immergat ſpecubus, cuncta exacturus aduſque
Quadrantem minimum damnoſæ debita vitæ.
Multa in theſauris patris eſt habitatio Chriſte,
Diſparibus diſcreta locis non poſco beata
In regione domum, ſint illic caſta virorum
Agmina, puluereum quæ dedignantia cenſum
Diuitias petiere tuas, ſit flore perenni
Candida virginitas, animum caſtrata reciſum.
At mihi Tartarei ſatis eſt ſi nulla miniſtri
F Occurrat facies, auidæ nec flamma gehennæ
Deuoret hanc animam, mersam fornacibus imis.
Eſto, cauernoſi quia ſic pro labe neceſſe eſt
Corporeâ, triſtis me ſorbeat ignis auerno,
Saltem mitificos incendia lenta vapores
Exhalent, æſtúque calor languente tepeſcat:
Lux immenſa alios, & tempora vincta coronis
Glorificent, me pœna leuis clementer adurat.

G

A.VR. PRVDENT. CL. VIRI CONSVLARIS, IN LIBRVM CONTRA SYMMAchum, Præfectum vrbis, Præfatio.

H PAulus præco Dei, qui fera gentium
Primus corda ſacro perdomuit ſtylo,
Chriſtum per populos ritibus aſperis
Immanes, placido dogmate ſeminans,
Immanſueta ſuas vt cerimonias
Gens pagana Deo ſperneret agnito,
Actus turbinibus forte niger ...
I Hybernum pelagus iam rate de...,
Et vim naufragi pertulerat noti.
Sed cum cærulei prælia gurgitis
Iuſſiſſet Domini dextra quieſcere
Ad portum fluitans cymba relabitur,
Exponitque ſolo littoris vuidi
Contractos pluuio frigore remiges.
Tunc de littoreis ſepibus algidi

Arcutum properè brachia palmitum
Conuectant, cupidos vnde focos ſtruant:
Faſcem quiſque ſuum congerit ignibus,
Expectans calidi luxuriam rogi.
Paulus, dum fragiles cogere ſurculos
Et denſare foci congeriem ſtudet,
Incautam cumulis inſeruit manum,
Torpebat glacie pigra vbi vipera,
Sarmentis laqueatus corporis implicans.
Quæ poſtquam intepuit fomite fumeo,
Laxauitque ferox colla rigentia,
Iam flecti facilis, rettulit ad manum
Vibrato capite ſpicula dentium.
Hærentem digiti vulnera mordens,
Pendentemque gerens Paulus inhorruit.
Exclamant alij, quod cute liuida
Virus mortiferum ſerpere crederent.
At non intrepidum terret Apoſtolum
Triſtis tam ſubiti forma periculi,
Attollens oculos ſidera ſuſpicit,
Chriſtum ſub tacito pectore murmurans,
Excuſſumque procul decutit aſpidem.
Abiectus coluber verberat aëra,
Atque oris patuli ſoluit acumina.
Mox omnis ſanies deſerit, & dolor,
Ceu nullo laceram vulnere dexteram,
Siccatúſque perit vipereus liquor.
Hydrum præcipitem dum rotat impetus,
Ardentum medijs intulit ignibus.
Sic nunc poſt hyemem, vimque trucis freti,
Quo iactata ratis tunc ſapientiæ eſt,
Quum ſub ſacricolis territa regibus,
Vix panſo poterat currere carbaſo
Afflictóſque ſuos turbine ſeculi
Vectarat, rabidis fluctibus innatans.
Morſum vulnificum lex pia pertulit:
Occultabat enim ſe prius abditum
Virus, nec grauidum protulerat caput,
Contentum inuolueris, atque cubilibus,
Subter quo premeret clauſa ſilentia.
Sed dum fortè latens impietas tiget,
Dextram iuſtitiæ pigra momordetat
Succenſi ſtomacho fellis inæſtuans.
Heu quàm catholicam nil prope profuit
Puppim naſſe ſacri remigio ſtyli,
Quem Paulus variis gentibus edidit:
Vix partu placido tuta quieuerat
Victrix, edomitis nulle furoribus:
Vix adſtricta ſuis iam retinaculis
Vectores ſtabili condiderat ſolo,
Erumpit ſubitò triſte periculum.
Nam dum præcalidos igniculos ſibi
Soluendis adolant, & ſenio & gelu,
Dum virgas ſteriles, atque ſuperfluas
Flammis de fidei palmite concremant,
Vt concreta vagis vinea crinibus
Syluoſi inluuiem poneret idoli,
Palpauit nimius peiniciem tepor,
Spes inſueta ſubit, ſerpere flexibus,
Et vibrare ſagax eloquij caput.
Sed dextra impatiens vulneris, irritos
Oris rhetorici depulit halitus,
Effuſum ingenij virus inaniter,
Summa Chriſticolis In cute ſubſtitit.
Saluator generis Romulei precor,
Qui cunctis veniam das pereuntibus,
Qui nullum ſtatuis non operis tui
Mortalem facili quem releues manu:
Huius, ſi potis eſt, iam miſereſcito,
Præruptam in foueam præcipitis viri,
Spirat ſacrilegis flatibus inſcius,
Errorésque ſuos indocilis fouet.

A Obteſtor iubeas, ne citus impetus
Arſurum medijs inferat ignibus.

Aurelij Prudentij viri conſularis aduerſus Symmachum, Præfectum vrbis, Liber prior.

CRedebam vitiis ægram gentilibus vrbem
Iam ſatis antiqui pepuliſſe pericula morbi,
B Nec quicquam reſtare mali, poſtquam medicina
Principis immodicos ſedaret in arce dolores.
Sed quoniam renouata lues turbare ſalutem
Tentat Romulidum, patris imploranda medela eſt,
Ne ſinat antiquo Romam ſqualere veterno,
Néne togas procerum fumóque & ſanguine tingi.
Inclytus ergo parens patriæ moderator, & orbis,
Nil egit, prohibendo vagas ne priſtinus error
C Crederet eſſe Deum nigrante ſub aere formas,
Aut elementorum naturam, quæ patris ars eſt
Omnigeni, ſumma pro maieſtate ſacraret:
Vir ſolus, cui cura fuit, ne publica morum
Plaga, cicatricem ſumma leuitee cute clauſam
Duceret, & latebram tabentis vulneris altè
Impreſſam, penitúſque putri de pure pereſam,
Iuncta ſuperficies medico fallente foueret.
D Sed ſtuduit quo pars hominis generoſior intus
Viueret: atque animam lethali peſte piatam
Noſſet ab interno tutam ſeruare veneno.
Illa tyrannorum fuerat medicina, videre
Qui ſtatus ante oculos præſentibus, ac perituris
Competeret rebus, nec curam adhibere futuris:
Heu malè de populo meriti, malè patribus ipſis
Blanditi, quos præcipites in tartara mergi
E Cum Ioue ſiuerunt, multa & cum plebe deorum.
Aſt hic imperium protendit latius æuo
Poſteriore, ſuis cupiens ſancire ſalutem:
Nimirum pulchrè quidam doctiſſimus: Eſſet
Publica res, inquit, tunc fortunata ſatis, ſi
Vel reges ſaperent, vel regnarent ſapientes.
Eſtne ille è numero paucorum, qui diadema
Sortiti, æthereæ coluerunt dogma ſophiæ?
F Contigit ecce hominum generi, gentique togatæ
Dux ſapiens felix noſtræ Reſpublica Romæ
Iuſtitia regnante viget: parete magiſtro
Sceptra gubernanti, monet vt determinus error
Vt ſuperſtitio veterum procul abſit auorum,
Nec putet eſſe Deum, niſi qui ſupet omnia ſummus
Emineat, magnique immenſa creauerit orbis.

G *De Saturno.*

NVm melius Saturnus auos rexiſſe Latinos
Creditur? edictis qui talibus informauit
Agreſtes animos, & barbara corda virorum?
Sum Deus, aduenio fugiens præbete latebras,
Occultate ſenem, nati feritate tyranni
Deiectum ſolio placet his fugitiuus: & exul
H Ve lateam genti atque loco Latium dabo nomen,
Vitibus incuruum, ſi qua eſt cura, putandis
Procudam chalybem, necnon & mœnia veſtri
Flaminis in ripa ſtatuam Saturnia vobis,
Vos nemus, appoſitáſque meo ſub honore ſacrantes,
Sum quia nam cœlo genitus, celebrabitis aras.
Inde deos, quorum patria ſpectata ſepulchra
Scimus, in ære hebetes informauere minores.
I Aduena quos profugus gignens, & equina libido
Intulit Italiæ. Thuſcis nanque ille puellis
Primus adhinniuit ſimulato numine mœchus.

De Ioue.

MOx patre deterior ſyluoſi habitator olympi
Iuppiter inceſtus ſpurcauit labe Lacænas:
Nunc boue ſubuectam rapiens ad crimen amatam,
Nunc tenera pluma leoiur blandóſque ſuſurros
In morem recinens ſuauc immorientis oloris,
Capta

Capta quibus voluetem virguncula ſerret amorem.
Nunc foribus ſurdis,ſerâ quas, vel peſſulus arctis
Firmarat cuneis, per tectum diues amator
Imbricibus ruptis,vndantis deſuper auri
Infundens pluuiam,gremio excipientis amicæ,
Armigero modò ſordidulam curante rapinam,
Compreſſu immundo miſcetum cupiens catamithum,
Pellice iam puero magis indignante ſorore.
Hæc cauſa eſt,& origo mali,quòd ſecla vetuſto
Hoſpite regnante,crudus ſtupor antea finxit:
Quódque nouo ingenio verſutus Iuppiter,aſtus
Multiplices varióſque dolos texebat,vt illum,
Vertere quum vellet pellem faciémque,putarent
Eſſe bouem,prædari aquilam,confingere cycnum.
Et nummos fieri,& gremium penetrare puellæ.
Nam quid ruſticitas non crederet indomitorum
Stulta virûm,pecudes inter,rictúſque ferinos
Dedere ſueta animum,diuæ rationis egenum?
In quamcunque fidem nebulonis callida traxit
Nequitia,infelix facilem gens præbuit aurem.

De Mercurio.

SVcceſſit Iouis imperio corruptior ætas,
Quæ docuit rigidos vitiis ſeruire colonos
Expertes furandi homines hac imbuit arte
Mercurius Maia genitus:nunc magnus habetur
Ille Deus,cuius dedit experientia fures:
Nec non Theſſalicæ doctiſſimus ille magiæ
Traditur extinctas ſumptæ moderamine virgæ
In lucem reuocaſſe animas,Cocytia lethi
Iura reſignaſſe ſurſum reuolantibus vmbris.
Aſt alias damnaſſe neci,penitúſque latenti
Immeriſiſſe Chao.facit hoc ad vtrunque peritus
Vt fuerit,geminóque armarit crimine vitam:
Murmure nam magico tenues excire figuras,
Atque ſepulchrales ſcitè incantare fauillas,
Vita itidem ſpoliare alios,ars noxia nouit.
Artificem ſcelerum ſimplex mirata vetuſtas
Supra hominem coluit,ſimulans per nubila ferri,
Aligeriſque leues pedibus tranſcurrere ventos.

De Priapo.

ECce Deûm in numero formatus,& æneus adſtat,
Graius homo , auguſtáque Numæ præfulget in arce.
Strenuus exculti dominus quondam fuit agri,
Hortorúmque opibus memutabilis. hic tamen idem
Scortator nimius,multáque libidine ſuetus
Ruſticolas vexare lupas,intérque ſalicta
Et denſas ſepes obſcœna cubilia inire:
Indomitum intendens animum, ſempérque paratum
Ad facinus,nunquam calidis dabat ocia venis.
Hic Deus è patrio prænobilis Helleſponto
Venit adúſque Italos ſacris cum turpibus hortos,
Sinum lactis,& hæc votorum liba quotannis
Accipit,ac ruris ſeruat vineta Sabini,
Turpiter ad fixo pudeat quem viſere ramo.

De Hercule.

HErculeus mollis pueri famoſus amore
Ardor,& in tranſtris iactata effetbuit argo,
Nec maris erubuit Nemeæa pelle fouere
Concubitus,& Hylan pereuntem quærere cæiebs:
Nunc Saliis,cantúque domus,Pinaria templum
Collis Auentini conuexa in ſede frequentat.

De Libero qui & Bacchus.

THebanus iuuenis ſuperatis fit Deus Indis,
Succeſſu dum victor ouans laſciuit,& aurum
Captiuæ gentis reuehit,ſpoliiſque ſuperbus
Diffluit in luxum cum ſemiuiro comitatu,
Atque auidus vini,multo ſe proluit hauſtu
Gemmatis pateræ ſpumis,multóque falerno
A Perfundens biiugum rorantia terga ferarum.
His nunc pro meritis,Baccho caper omnibus aris
Ceditur,& virides diſcindunt ore chelydros
Qui Bromium placare volunt:quod & ebria iā tunc
Ante oculos regis Satyrorum inſania fecit:
Et feciſſe reor ſtimulis furialibus ipſas
Mænadas,inflammante mero in ſcelus omne rotatas,
Hoc circumſaltante choro, temulentus adulter
Inuenit expoſitum ſecreti in littoris acta
B Corporis egregij ſcortum,quod perfidus illic
Liquerat,inceſto iuuenis ſatiatus amore.
Hanc iubet aſſumptam ſeruans poſt vina Neæram,
Secum in deliciis fluitantis ſtare triumphi,
Regalémque decus capitis geſtare coronam.
Mox Ariadnæas ſtellis cœleſtibus ignis
Additur,hoc precium noctis perſoluit honore
C Liber,vt æthereum meretrix illuminet axem,
Tantum poſſe omnes illo ſub tempore reges,
Inducebat fatui dûcebar ineptia vulgi,
Vt tranſire ſuis cum ſordibus induperator
Poſſit in æternum cœli ſuper ardua regnum.
Regia tunc omnis vim maieſtatis,& omnis
Parua licet,cœli imperium retinere poteſtas
D Credita,thure etiam ducibus,paruóque ſacello
Impertitus honos. quem dum metus,aut amor , aut ſpes
Accumulant,longum miſeris proceſſit in æuum
Mos patrius,cœpit falſæ pietatis imago
Ire per ignarus nebuloſo errore nepotes:
Tum quia quæ viuis veneratio regibus antè
Contigerat,functis eadem iam munere lucis
E Ceſſit,& ad nigras altaria tranſtulit vmas.
Inde puellarum ludibria,pignora,partus,
Et furtiuus amor iuuenum,& deprenſa iugalis
Curruptela thori:quoniam regalibus aula
Feruere tunc vitiis ſolita eſt,nec perdita luxu
Diuturum ſoboles ſancti meminiſſe pudoris.

De Marte,Venere,Iunone & Cybele.

F ATqui vt Roma tuos cœleſti ex ſede parentes,
Quis te ſemideam iactant auctoribus ortam,
Perſtringam breuiter:Gradiuum,vel Cytheream,
Ille ſacerdotem viulat,contra illa marito
Succumbit Phrygio,coitus fuit impar vtrique.
Nec terreſtre deam decuit mortale ſubire
Coniugium,nec cœlicolam deſcendere ephebum
Virginis ad vitium,furtiuóque igne calere:
G Sed Venus auguſto de ſanguine fœmina,vilis
Priuatóque viro vetitum per dedecus hæſit,
Et ſi Rhea ſacram laſciui Martis amore
Luſa pudicitiam,fluuiali amiſit in vlua:
Crediderim generoſæ aliquem ſtirpis,ſed eundem
Moribus infamem,compreſſa virgine per vim
Se dixiſſe Deum,ne ſtuprum numinis vllus
Obiicere auderet turpi miſeræque puellæ.
H Hæc Italos induxit auos vel fama,vel error,
Martia Romuleo celebrarent vt ſacra campo,
Vtque Palatinis Capitolia condita ſaxis
Signarent titulo proaui Iouis,atque Pelaſgæ
Palladis,& Libyca Iunonem ex arce vocarent.
Cognatus de Marte deos,Veneris quoque nudum
Accirent proceres Hericinu è vertice ſignum:
Vtque deûm mater Phrygia veheretur ab Ida,
I Bacchica de viridi peterentur vt orgia Naxo,
Facta eſt terrigenæ domus vnica maieſtatis,
Et tot templa deûm Romæ,quot in vrbe ſepulchra
Heroum numerare licet,quos fabula manca
Nobilitat,noſter populus veneratus adorat.
Hos habuêre deos Ancus,Numitor,Numa,Tullus,
Talia Pergameas fugerunt numina flammas,
Sic Veſta eſt,ſic Palladium,ſic vmbra penatum,
Talis & antiquum terror ſeruauit aſylum.

Vnde error inualuerit.

VT ſemel obſedit gentilia pectora patrum
Vana ſuperſtitio, non interrupta cucurrit
Aetatum per mille gradus, tenet horruit hæres,
Et coluit quicquid ſibimet venerabile cani
Monſtrarant atavi, puerorum infantia prima
Errorem cum lacte bibit, guſtauerat inter
Vagitus, de farre molæ ſaxa illita ceris
Viderat, vnguentóque lares humeſcere nigros,
Formatam fortunæ habitum cum diuite cornu,
Sacratúmque domi lapidem conſiſtere paruus
Spectarat, matrémque illic pallere precantem.
Mox humeris poſitus nutricis, triuit & ipſe
Impreſſis ſilicem labris, puerilia vota
Fudit, opéſque ſibi cæca de rupe popoſcit,
Perſuaſumque habuit, quod quis velit inde petendum.
Non qui oculos, animumq; leuans rationis ad arcem
Rettulit, inſulſum tenuit ſed credulus vſum,
Priuatos celebrans agnorum ſanguine diuos:
Iámque domo egrediens, vt publica feſta, dieſque,
Et ludos ſtupuit, celſa & Capitolia vidit:
Lanigeróſque deûm templis aſtare miniſtras,
Ac ſacram reſonare viam mugitibus antè.

De ſimulachro Romæ.

DElubrum Romæ, colitur nam ſanguine & ipſa
More deæ, nomenque loci ceu numen habetur,
Atque vrbis, Venerisque pari ſe culmine tollunt
Templa, ſimul geminis adolentur thura deabus.
Vera ratus, quæcunque ſenatu auctore probentur.
Contulit ad ſimulachra fidem, dominóſque putauit
Aetheris, horrifico qui ſtant ex ordine vultu.
Illic Alcides, ſpoliatis Gadibus huſpes
Arcadiæ fuluo ære riget. Gemini quoque fratres
Corrupta de matre nothi, Ledeia proles.
Nocturnique equites, celſæ duo numina Romæ
Impendent retinente ſolo, magnique triumphi
Nuncia, ſuffuſo figunt veſtigia plumbo.
Aſſiſtunt etiam priſcorum inſignia regum,
Dux Italus, Ianuſque bifrons, genitórque Sabinus,
Saturnuſque ſenex, maculoſo & corpore Picus,
Coniugis epotum ſparſus per membra venenum.
Omnibus ante pedes poſita eſt ſua cuique vetuſta
Arula, Iano etiam celebri de menſe litatur
Auſpiciis, epuliſque ſacris, quas inueterato
Heu miſeri ſub honore agitant, & gaudia ducunt
Feſta calendarum: ſic obſeruatio crevit,
Ex atauis quondam malè cœpta, deinde ſequutis
Tradita temporibus, ſeriſque nepotibus aucta,
Traxerunt longam corda inconſulta catenam
Móſque tenebroſus vitioſa in ſecula fluxit.

De ſimulachro Auguſti.

HVnc morem veterum docili iam ætate ſequuta
Poſteritas, menſe atque adytis, & flamine, & aris
Auguſtum coluit, vitulo placauit, & agno.
Strata ad puluinar iacuit, reſponſa popoſcit.
Teſtantur tituli, produnt conſulta ſenatus,
Cæſareum Iouis ad ſpeciem ſtatuentia templum.

De ſimulachro Liuiæ Auguſtæ.

ADiecêre ſacrum, fieret quo Liuia Iuno,
Non minus infamis thalami ſortita cubile.
Quàm quam fraterno caluit Saturnia lecto.
Nondum maternam partu vacuauerat aluum,
Conceptamque viri ſobolem paritura gerebat
Pronuba, iam grauidæ ſulcrum geniale parabat,
Iam ſponſus, tumente vtero nubentis, amicos
Aduocat, haud ſterilem certus fore iam ſibi pactam.
Vi… ius antè venit tardum præferuidus ortum
Pinguis nondum geniti, mox editur inter

A Feſcennina, nouo proles aliena marito.
Idque deûm ſortes & Apollinis antra dederunt
Conſilium: nunquam melius nam cedere tædas
Reſponſum eſt, quam cum prægnans noua nupta iungatur.
Hanc tibi Roma deam oculis, & honore ſacratam
Perpetuò ſlotas iſtet, Veneréſque creaſti.
B Nec mirum: quis enim ſapiens dubitauerit illas
Mortali de ſtirpe ſatas vixiſſe, & eaſdem
Laude venuſtatis claras, in amoribus vſque
Ad famæ excidium formæ nituiſſe decore?

De Ælio Hadriano, & Catamito eius.

QVid loquar Antinoum cœleſti ſede locatum?
Illum delicias nunc diui Principis, illum
Purpureo in gremio ſpoliatum ſorte virili?
C Adrianique Dei Ganymedem, non cyathos dis
Porgere, ſed medio recubantem cum Ioue fulcro,
Nectaris Ambroſij ſacrum potare Lyæum,
Cumque ſuo in templis vota exaudire marito.
Ergo his auſpicibus, Traianus, Nerua, Seuerus,
Et Titus, & fortes geſſerunt bella Nerones:
Quos terrena viros illuſtres gloria fecit,
Et virtus fragilis prouexit in ardua famæ
D Adſcitæ terris, ſub relligione iacentes.
Quàm pudet hoc illis perſuaſum, talibus vt ſe,
Romanáſque acies cenſerent Martis amore
Poſſe regi, dum ſe Paphiæ male blandus adulter
Venditat, Aeneadáſque ſuos ſucceſſibus auget.
Felices, ſi cuncta Deo ſua proſpera Chriſto
Principe diſpoſita ſciſſent, qui currere regna
Certis ducta modis, Romanorumque triumphis
E Creſcere, & impletis voluit ſe infundere ſeclis.
Sed caligantes animas, & luce carentes,
In Iouis, Auguſtique adytis, templiſque duarum
Iunonum, Martiſque etiam, Veneriſque ſacellis
Mactatas, tetro lethi immerſere baratro,
Supremum regimen craſſis in partibus orbis
Eſſe rati, merſóque poli conſiſtere fundo.

De cultu elementorum ſub ſpecie quorundam non deorum, ſed dæmonum.

F QVicquid humus, pelagus, cœlum mirabile gignunt,
Id duxere deos: colles, freta, flumina, flammas.
Hæc ſibi per varias formata elementa figuras
Conſtituere patres, hominumque vocabula mutis
Scripſerunt ſtatuis, vel Neptunum vocitantes
Oceanum, vel Cyaneas caua flumina Nymphas,
G Vel ſyluas Dryadas, vel denſa rura Napæas.
Ipſe ignis, noſtrum factus qui ſeruit ad vſum,
Vulcanus perhibetur, qui virtute ſuperna
Fingitur, ac delubra Deus & numine & ore
Aſſimilatus habet, necnon regnare caminis
Fertur, & Aeoliæ ſummus faber eſſe, vel Aetnæ.

De cultura Solis quem credunt Apollinem.

ESt qui conſpicuis ſupercos quæſiuit in aſtris,
H Auſus habere Deum ſolem, cui tramite certo
Conditio impoſita eſt, vigilem tolerare laborem,
Viſibus obiectum mortalibus, orbe rotundo
Præcipitem, teretique globo per inane volantem,
Et quod nemo negat, mundo cœlóque minorem.
Area maior enim, quam qui percurrit in illa:
Et longè campi ſpacium diffuſius, in quo
Emicat, ac volucri feruens tota voluitur axe.
I Quamuis nonnullis placeat, terram breuiorem
Dicere circuitu, quàm ſit pulcherrimus ille
Circulus, & flammas immenſi ſideris vltra
Telluris normam porrecto extendere gyro.
Númne etiam cœli minor & contractior orbis?
Cuius planiciem longo tranſmittere tractu
Circinus excurrens meta interiore laborat?

Ille

A Ille Deus verus, quo non eſt grandior vlla
Maieſtas, qui fine caret, qui præſidet omni
Naturæ, qui cuncta ſimul concludit & implet.
Sol enim certa tenet regio, plaga certa coercet,
Temporibus variis diſtinguitur: aut ſubit ortu,
Aut ruit occaſu, latet aut ſub nocte recurrens,
Non torquere facem potis eſt ad ſigna Trionum,
Orbe nec obliquo portas Aquilonis adire,
B Nec ſolitum conuerſus iter renocare retrorſum.
Hic erit ergo Deus præſcriptis lege ſub vna
Deditus officiis? Libertas latior ipſi
Conceſſa eſt homini, formam cui flectere vitæ
Atque voluntatis licitum eſt, ſeu tramite dextro
Scandere, ſeu læuum malit decurrere campos,
Sumere ſeu requiem, ſeu continuare laborem,
Seu parêre Deo, ſiue in contraria verti.
C Iſta miniſtranti regimen ſolenne dierum,
Haudquaquam ſoli datur à factore poteſtas:
Sed famulus ſubiectus agit quodcunque neceſſe eſt.
Hoc ſidus, currum, rapidáſque agitare quadrigas
Commenti, & radios capitis, & verbera dextræ,
Et frenos, phaleráſque & equorum pectora anhela
Aeris inaurati, vel marmoris, aut orichalci,
Iuſſerunt nitido fulgere polita metallo.
D Poſt trabeas, & eburnam aquilam, ſellamque curulé,
Cernuáque ora ſenex barbarus, & oſcula figit
Cruribus æripedum, ſi fas eſt credere, equorum:
Immotáſque rotas & flecti neſcia lora,
Aut ornat redimita roſis, aut thure vaporat.

De cultu Lunæ, quam & Dianam credunt.

HOc tamen vtcunque eſt tolerabile. quid, quod & iſtos
E Dant tibi Roma deos, inferni gurgitis vmbræ?
Eumenidum domina Stygio caput exerit antro,
Rapta ad tartarei thalamum Proſerpina regis.
Et ſi quando ſuos dignatur adire Quirites,
Placatur vaccæ ſterilis ceruice recîſa,
Et regnare ſimul cœlóque ereboque putatur:
Nunc bigas frenare boues, nunc ſæua ſororum
F Agmina, vipereo ſuperis immittere flagro.
Nunc etiam volucres caprearum in terga ſagittas
Spargere, réque ſuas eadem variare figuras.
Denique quum luna eſt, ſublustri ſplendet amictu:
Quum ſuccincta iacit calamos, Latonia virgo eſt:
Quum ſubnixa ſedet ſolio, Plutonia coniunx,
Imperitat Furiis, & dictat iura Megeræ.
Si verum quæris: Triuiæ ſub nomine dæmon
G Tartareus colitur, qui te modò raptat ad æthram,
Sidereúmque Deum venerandum ſuadet in aſtro.
Per ſyluas modò morteferi diſcurrere mundi,
Erroréſque ſequi ſubigit, nemorúmque putare
Eſſe deam, quæ corda hominum pauitantia figat,
Quæque feras perimat lethali vulnere mentes.
Depreſſos modò ſubter humum formidine ſenſus
Obruit, implorent vt numina lucis egena,
H Séque poteſtati committant noctis opertæ.

In ſpectaculis quot ſint venerati.

REſpice terrifici ſcelerata ſacraria Ditis,
Cui cadit infauſta fuſus gladiator harena.
Heu malè luſtratæ Phlegetontia victima Romæ.
Nam quid veſani ſibi vult ars impia ludi?
Quid mortes iuuenũ? quid ſanguine paſta voluptas?
I Quid puluis caueæ ſemper funebris? & illa
Amphitheatralis ſpectacula triſtia pompæ?
Nempe Charon, iugulis miſerorum ſe duce dignas
Accipit inferias, placatus crimine ſacro.
Hæ ſunt deliciæ Iouis infernalis, in iſtis
Arbiter obſcuri placidus requieſcit auerni.
Nónne pudet regem, populis ſceptriſque potentem
Talia pro patria cenſere litanda ſalute?

A Religionis opem ſubternis poſcere ab antris?
Euocat heu pœnis tenebroſa ex ſede miniſtrum
Interitus, ſpecioſa hominum cui funera ſoluat.
Iniuſtum arguere iam Taurica ſacra ſolemus:
Funditur humanus latiali in munere ſanguis,
Conſeſſúſque ille ſpectantum ſoluit ad aram
Plutonis fera vota ſui. quid ſanctius ara,
Quæ bibit egeſtum per myſtica tela cruorem?
B Anne fides dubia eſt tibi, ſub caligine cæca
Eſſe Deum, quem tu tacitis timeris in vmbris?
Ecce deos Manes cur inficiaris haberi?
Ipſa patrum monumenta probant, diis Manibus illic
Marmora ſecta lego, quæcunque Latina vetuſtas
Cuſtodit cineres, denſiſque ſalaria buſtis.

Romam alloquutur.

DIc quibus hunc ſcribis titulũ? niſi quòd truces
C Imperium, veræ ceu maieſtatis adoras? (orci
En quibus implicita ſqualebat regia ſummi
Imperij, tractis maiorum ab origine ſacris,
Quum princeps gemini bis victor cæde tyranni
Pulchra triumphali reſpexit mœnia vultu,
Nubibus obſeſſam nigrantibus aſpicit vrbem,
Noctis obumbratæ caligine, turbidus aer
Arcebat liquidum ſeptena ex arce ſerenum.
D Ingemuit miſerans, & ſic ait: Exue triſtes
Fida parens habitus, equidem prædiuite cultu
Illuſtrata cluis, ſpoliiſque inſigne ſuperbis
Attollis caput, & multo circumfluis auro.
Sed nebulis propter volitantibus, obſitus alti
Verticis horret apex, ipſas quoque liuida gemmas
Lux habet, ſpiſſúſque dies, & fumus ab ora
Suffuſus, rutilum frontis diadema retundit.
E Obſcuras video tibi circumferrier vmbras,
Cæruleáſque animas, & nigra idola volare.
Cenſeo ſublimem tollas ſuper aera vultum.
Sub pedibúſque tuis, nimboſa elementa relinquas.
Omne quod ex mundo eſt, tibi ſubiacet: hoc Deus (ipſe
Conſtituit, cuius vultu dominaris, & orbi
Imperitas, & cuncta potens mortalia calcas.
Non decet, vt ſubmiſſa oculos regina caducum
F Contemplere ſolum, maieſtatémque requiras,
Circa humiles rerum partes, quibus ipſa ſuperſtas.
Non patiar veteres teneas vt me duce nugas,
Vt carioſorum venereris monſtra deorum.
Si lapis eſt, ſenio diſſoluitur, aut crepat ictu
Percuſſus tenui: mollis ſi bractea gypſum
Texerit, infido rareſcit glutine ſenſim.
Si formam ſtatuæ laminis commiſit ahænis,
G Lima terens, aut in partem caua membra grauata
Pondere curuantur, ſcabra aut ærugo peredam
Conficit effigiem, crebróque foramine rumpit:
Nec tibi terra Deus, cœli nec ſit Deus aſtrum,
Nec Deus Oceanus, nec vis quæ ſubter operta eſt,
Infernis triſte ob meritum damnata tenebris:
Sed nec virtutes hominum Deus, aut animatum,
Spiritus inve, vagæ tenui ſub imagine formæ.
H Abſit vt vmbra Deus tibi ſit, genius ve, locúſve,
Aut Deus aerias volitans phantaſma per auras.
Sint hæc Barbaricis gentilia numina pagis,
Quos penes omne ſacrum eſt, quicquid formido tremendum
Suaſerit, horrificos quos prodigialia cogunt
Credere monſtra deos, quos ſanguinulentus edendi
Mos iuuat, vt pinguis luco lambatur in alto
I Victima, viſceribus multa inter vina vorandis.
At te, quæ domitis leges ac iura dediſti
Gentibus, inſtituens magnus quà tenditur orbis,
Armorum, morúmque feros manſueſcere ritus:
Indignum ac miſerum eſt in religione tenenda
Id ſapere, immanes populi de more ferino
Quod ſapiunt, nulláque rudes ratione ſequuntur.
Seu vos procinctus maneat, ſeu pace quietas

Dictemus leges,ſeu debellata duorum
Colla tyrannorum,media calcemus in vrbe,
Agnoſcas regina libens mea ſigna neceſſe eſt,
In quibus effigies crucis,aut gemmata refulget,
Aut longis ſolido ex auro præfertur in haſtis.

De potentia Crucis.

HOc ſigno inuictus tranſmiſſis alpibus vltor
Seruitium ſoluit miſerabile Conſtantinus,
Quum te peſtifera premeret Maxentius aula,
Lugebas longo damnatos carcere centum,
Vt ſcis ipſa,patres aut ſponſus fœdera pactæ
Intercepta gemens,diróque ſatellite rapta,
Immerſus tenebris,dura inter vincla luebat.
Aut ſi nupta thorum regis conſcendere iuſſa,
Cœperat impurum Domini obl?ctate furorem,
Morte maritalis dabat indignatio pœnas.
Plena puellarum patrúmque ergaſtula ſæui
Principis,abducta genitor ſi virgine muſſans
Triſtius ingemuit,nun ille impunè dolorem
Prodidit,aut confeſſa nimis ſuſpiria traxit,
Vim libertatis nimiæ,patriúmque dolorem.
Teſtis Chriſticolæ ducis aduentantis ad vrbem
Muluius,exceptum Tyberina in ſtagna tyrannum
Præcipitans,quánam victricia viderit arma
Maieſtate regi,quod ſignum dextera vindex
Prætulerit,quali radiarint ſtemmate pila.
Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum,clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat,ardebat ſummis crux addita criſtis.
Ipſe ſenatorum meminit clariſſimus ordo,
Qui tunc concreto proceſſit crine,catenis
Squalens carcereis,aut nexus compede vaſta,
Complexuſque pedes victoris,ad inclyta flendo
Procubuit vexilla iacens. Tunc ille ſenatus
Militiæ vltricis titulum,Chriſtique verendum
Nomen adorauit,quod collucebat in armis.
Ergo taue egregium caput orbis, inania poſt hæc
Prodigia,eſſe deos ſolito tibi figere cultu,
Atque experta Dei virtutem ſpernere veri:
Deponas iam feſta velim puerilia ritus
Ridiculos,tantóque indigna ſacraria regno,
Marmora tabenti reſpergine tincta lauate
O proceres,liceat ſtatuas conſiſtere puras
Artificum magnorum opera,hæc pulcherrima noſtræ
Ornamenta cluant patriæ,nec decolor vſus
In vitium verſæ monumenta coinquinet artis.
Talibus edictis vrbs informata
Errores veteres & turbida ab ore vieto
Nubila diſcuſſit,iam nobilitate parata
Æternas tentare vias,Chriſtúmque vocantem
Magnanimo ductore ſequi, & ſpé mittere in æuum.
Tunc primum ſenio docilis,ſua ſecula Roma
Erubuit:pudet exacti iam temporis,odit
Præteritos fœdis cum relligionibus annos.
Mox vbi contiguos fuſſis mutalibus agros
Sanguine iuſtorum innocuo maduiſſe recordans,
Inuidioſo videt tumulorum millia circum
Triſtis iudicij mage pœnitet,ac ditionis
Effrenis,nimiæque ſacris pro turpibus iræ,
Compenſare cupit teterrima vulnera læſæ
Iuſtitiæ,ſero obſequio,veniáque petenda,
Ne tanto imperio maneat,pietate repolla,
Crimen ſæuitiæ monſtrata piacula quærit,
Inque fidem Chriſti pleno transfertur amore.
Laurea victoris Marij minus vtilis vrbi,
Quú traheret Numidá populo plaudente Iugurthá.
Nec tantum Arpinas conſul tibi Roma medelæ
Contulit,extincto inſta inter vincla Cethego,
Quantum præcipuus noſtro ſub tempore princeps
Præſtitit,tribuitque boni:multos Catilinas
Ille domo pepulit,non ſæua incendia tectis,

A Aut ſicas patribus,ſed tartara nigra animabus,
Internoque hominum ſtatui tormenta parantes.
Errabant hoſtes per templa,per atria paſſim,
Romanumque forum & Capitolia celſa tenebant,
Qui coniuratas ipſa ad vitalia plebis
Moliti inſidias,intus ſerpente veneno
Conſuerant tacitis peſtem miſcere medullis.
Ergo triumphator latitante ex hoſte togatus,
B Clara trophæa refert ſine ſanguine, rémque Quirini
Adſueſcit ſupero pollere in ſecula regno.
Denique nec metas ſtatuit,nec tempora ponit:
Imperium ſine fine docet,ne Romula virtus
Iam ſit anus,norit ne gloria parta ſenectam.

Romanorum ſenatum conuerſum ad Chriſtum.

EXultare patres videas,pulcherrima mundi
Lumina,conciliúmque ſenum geſtire Catonum,
C Candidiore toga niueum pietatis amictum
Sumere,& exuuias deponere pontificales.
Iámque ruit,paucis Tarpeia in rupe relictis
Ad ſincera virum penetralia Nazareorum,
Atque ad Apoſtolicos Euandria curia fontes,
Anniadum ſoboles,& pignora clara Proborum.
Fertur enim ante alios generoſus Anitius vrbis
D Illuſtraſſe caput:ſic ſe Roma inclyta iactat.
Quin & Olibriaci generiſque & nominis hæres,
Adiectis faſtis,palmata inſignis ab aula
Martyris ante fores,Bruti ſubmittere faſces
Ambit,& Auſoniam Chriſto inclinare ſecurim.
Non Paulinorum,non Baſſorum dubitauit
Prompta fides dare ſe Chriſto,ſtirpémque ſuperbam
Gentis patriciæ venturo attollere ſeclo.
E Iam quid plebicolas percurram carmine Gracchos,
Iure poteſtatis fultos,& in arce ſenatus
Præcipuos,ſimulachra deûm iuſſiſſe reuelli?
Cúmque ſuis pariter lictoribus omnipotenti
Suppliciter Chriſto ſe conſecraſſe regendos?
Sexcentas numerare domos de ſanguine priſco
Nobilium licet,ad Chriſti ſignacula verſas,
Turpis ab idoli vaſto emerſiſſe profundo.
F Si perſona aliqua eſt,aut ſi ſtatus vrbis,in his eſt:
Si formam patriæ facit excellentior ordo,
Hi faciunt,iuncta eſt quoties ſententia plebis,
Atque vnum ſapiunt plures,ſimul ac potiores.
Reſpice ad illuſtrem, lux eſt vbi publica, cellam,
Vix pauca inuenies gentilibus obſita nugis
Ingenia,obſtrictus ægrè retinentia cultus.
Et quibus exactas placeat ſeruare tenebras,
G Splendentémque die medio non cernere ſolem.

Plebem Romanam in Chriſtum credidiſſe.

POſt hinc ad populum conuerte oculos: quis in vrbe eſt,
Qui Iouis infeſtam ſanie non deſpuat aram?
Omnis qui celſa ſcandit cœnacula vulgus,
Quique terit ſilicem variis diſcurſibus atram,
H Et quem panis alit gradibus diſpenſus ab altis,
Aut Vaticano tumulum ſub monte frequentat,
Quo cinis ille latet genitoris amabilis obſes,
Cœtibus aut magnis Lateranas currit ad ædes,
Vnde ſacrum referat regali chriſmate ſignum.
Et dubitamus adhuc,Romam tibi Chriſte dicatam
In leges tranſiſſe tuas?omnique volentem
Cum populo & ſummis cum ciuibus,ardua magni
I Iam ſuper aſtra poli terrenum extendere regnum?
Nec moueor, quòd pars hominum rariſſima clauſos
Non aperit ſub luce oculos,& greſſibus errat.
Quamlibet illuſtres meritis,& ſanguine clari,
Præmia virtutum titulis & honoribus ancti
Ardua retulerint,faſtorúmque arce potiti
Annales proprio ſignarint nomine chartas,
Atque inter veteres cera numerentur & ære

Atta

Attamen in paucis iam deficiente caterua,
Nec perſona ſita eſt patriæ, nec curia conſtat.
Et quodcunque ſuæt ſtudij priuata voluntas,
Ac iam rara tenet, ſed publica vota reclamant,
Diſſenſu celebri trepidum damnante murmur.
Sic conſulta Patrum ſubſiſtere conſcriptorum,
Non aliter licitum priſco ſub tempore, quàm ſi
Ter centum ſenſiſſe ſenes legerentur in vnum:
Seruemus leges patrias, infirma minoris
Vox cedat numeri, paruáque in parte ſileſcat.

Apoſtrophe ad Symmachum.

ASpice quàm plena ſubſellia noſtra ſenatu
Decernant infame Iouis puluinar, & omne
Idolum, longè purgata ex vrbe fugandum:
Quà vocat egregij ſententia principis, illuc
Libera tum pedibus, tum corde frequentia tranſit.
Nec locus inuidiæ eſt, nullum vis aſpera terret,
Ante oculos ſic velle patet, cunctique probatum,
Non iuſſum, ſola capti ratione ſequuntur.
Denique pro meritis terreſtribus æqua rependēs
Munera ſacricolis, ſummos impertit honores
Dux bonus, & certare ſinit cum laude ſuorum,
Nec pago implicitos per debita culmina mundi
Ire viros, prohibet, quoniam cœleſtia nunquam
Terrenis ſolitum per iter gradientibus obſtant.
Ipſe magiſtratum tibi conſulis, ipſe tribunal
Contulit, auratúmque togæ donauit amictum,
Cuius relligio tibi diſplicet, ô peruerſum
Adſertor diuûm, ſolus qui reſtituendos
Vulcani, Martiſque dolos, Veneriſque perones,
Saturnique ſenis lapides, Phœbique furores,
Iliacæ matris Megaleſia, Bacchica Nyſi,
Iſidis amiſſum ſemper plangentis Oſirim
Mimica, ridendáque ſuis ſolennia caluis,
Et quaſcunque ſolent Capitolia claudere laruas.
O lingua miro verborum fonte fluentem,
Romani decus eloquij, cui cedat & ipſe
Tullius, has fundis diues facundia gemmas.
Os dignum æterno tinctum quod fulgeat auro,
Si mallet laudare Deum, cui ſordida monſtra
Prætulit, & liquidam temerauit crimine vocem.
Haud aliter, quàm ſi raſtris quis tentet eburnis
Cœnoſum verſare ſolum, limóque madentes
Excolere aureolis ſi forte ligonibus vlnas,
Splendorem dentis nitidi ſcrobis inquinat atra,
Et precioſa acies ſqualenti ſordet in arua.
Non vereor, ne me nimium confidere quiſquam
Arguat, ingeniique putet luctamen inire.
Sum memor ipſe mei, ſatis & mea friuola noui,
Non auſim conferre pedem, nec ſpicula tanta
Indocilis ſandi coniecta laceſſere linguæ.
Illæſus maneat liber, excellénſque volumen
Obtineat partam dicendi fulmine famam.
Sed liceat tectum ſeruare à vulnere pectus,
Oppoſitáque volans iaculum depellere parma.
Nam ſi noſtra fides ſeclo iam tuta quieto,
Viribus infeſtis, hoſtilique arte petita eſt:
Cur mihi fas non ſit lateris ſinuamine flexi
Ludere ventoſas iactu pereunte ſagittas?
Sed iam tempus, iter longi cohibere libelli,
Ne tractum ſine fine ferunt faſtidia carmen.

Aurelij Prudentij viri conſularis, in poſteriorem contra Symmachum librum, Præfatio.

SImon, quem vocitant Petrum,
Summus diſcipulus Dei
Lucis fortè ſub exitu,
Quum veſper croceus rubet,
Curuam vulſerat ancoram,
Captans flamina lintei.
A Et tranſnare volens fretum,
Nox ventum mouet obuium
Fundo qui mare miſceat
Iactatam quatiat ratem:
Clamor nauticus æthera
Plangens, atque vlulans ferit,
Cum ſtridore rudentium:
B Nēc quicquam ſuberat ſpei,
Mergendis propè naufragis.
Quum Chriſtum procul aſpicit
Pallens turba periculis,
Calcantem pedibus mare,
Ac ſi per ſolidam viam
Siccum littus obambulet.
Hæc miracula cæteri
C Vectores pauidi ſtupent.
Solus non trepidus Petrus
Agnoſcit Dominum poli,
Terræque, & maris inuij:
Cuius omnipotentiæ eſt
Plantis æquora ſubdere.
Tendit ſuppliciter manus,
Notum ſubſidium rogat.
D Aſt ille placidè annuens,
Puppi vt deſiliat iubet.
Iuſſis obſequitur Petrus,
Sed veſtigia fluctibus
Summis tingere cœperat,
Et lapſante gradu pedes
Peſſum mergere lubricos.
Mortalem Deus increpat,
E Qui ſit non ſtabili fide,
Nec calcare fluentia,
Nec Chriſtum valeat ſequi.
Tum dextra famulū leuat
Siſtitque, & docet ingredi
Tergum per tumidum freti.
Sic me tuta ſilentia
F Egreſſum dubijs loquax
Infert lingua periculis:
Non vt diſcipulum Petrum
Fidentem & merito & fide:
Sed quem culpa frequens, leuem
Voluat per freta naufragum.
Sum planè temerarius,
Qui noctis mihi conſcius,
G Quam vitæ in tenebris ago
Puppem credere fluctibus
Tanti non timeam viri:
Quo nunc nemo diſertior,
Exultat, fremit, intonat,
Ventiſque eloquij tumet.
Cui merſare facillimum eſt
Tractandæ indociles ratis:
Ni tu Chriſte potens, manum
H Dextro numine porrigas,
Facundi oris vt impetus
Non me fluctibus obruat
Sed ſenſim gradiens, vadis
Inſiſtam fluitantibus.

Aurelij Prudentij Viri Conſularis contra Symmachum liber poſterior.

I HActenus & veterum cunabula prima deorum,
Et cauſas, quibus error hebes conflatus in orbe eſt,
Diximus, & noſtro Romam iam credere Chriſto.
Nunc obiecta legam, nunc dictis dicta refellam.
Vnde igitur cœpiſſe ferunt, aut ex quibus ortum,
Quo mage ſancta ducum corda illic flecteret arte.
ARmorum dominos, vernantes flore iuuentæ
Inter caſtra patris genitos, ſub imagine auita
Eductos,

Eductos,exempla domi congeſta tenentes,
Orator catus inſtigat,ceu claſſica belli
Clangeret,exacuitque animos,& talia iactat:
Si vobis vel parta viri victoria cordi eſt,
Vel pariendi dehinc:templum dea virgo ſacratum
Obtineat,vobis regnantibus:ecquis amicus
Hoſtibus, hanc ſanctè veſtro negat eſſe colendam
Imperio?cui ſemper adeſt, quod laudibus implet.
Hæc vbi dicta dedit,reddunt placidiſſima fratrum
Ora ducum,Scimus quàm ſit Victoria dulcis
Fortibus,Auſoniæ vir facundiſſime linguæ:
Sed quibus illa modis, qua ſit ratione vocanda
Nouimus:hac primùm pueros pater imbuit arte,
Hanc genitore ſuo didicit puer ipſe magiſtro.
Non aris,non farre molæ Victoria felix
Exorata venit:labor impiger aſpera virtus,
Vis animi,excellens ardor,violentia,cura,
Hanc tribuunt,durum tractandis robor in armis.
Quæ ſi defuerint bellantibus,aurea quamuis
Marmoreo in templo rutilas Victoria pennas
Explicet,& multis ſurgat formata metallis,
Non aderit,verſiſque offenſa videbitur haſtis.
Quid miles propriis diffiſus viribus,optas
Irrita fœmineæ tibimet ſolatia formæ?
Nunquam penniger am legio ferrata puellam
Vidit,anhelantum regeret quæ tela virorum.
Vincendi quæris dominam?ſua dextera cuique eſt,
Et Deus omnipotens:non pexo crine virago,
Nec nudo ſuſpenſa pede,ſtrophioque recincta,
Nec tumidas fluitante ſinu veſtita papillas.
At vos pictorum docuit manus,aſſimulatis
Iure poëtarum numen componere monſtris:
Aut lepida ex veſtro ſumpſit pictura ſacello,
Quod variis imitata notis,ceráque liquenti
Duceret in faciem,ſociiſque poematis arte
Aucta,coloratis auderet ludere fucis.
Sic vnum ſectantur iter,ſic inania rerum
Somnia concipiunt & Homerus & acer Apelles,
Et Numa,cognatúmque malum pigmenta Camœnæ.
Idola conflauit fallendi docta poteſtas.
Hæc ſi non ita ſunt,edatur,cur facia vobis
Ex tabulis,ceriſque poëtica fabula præſtet,
Cur Berecynthiacus perdat truncata ſacerdos
Inguina,quum pulcher ſeſe caſtrauerit Attys?
Cur etiam templo Triuiæ,luciſque ſacratis
Cornipedes arceantur equi,quum Phædra pudicum
Raptarit iuuenem volucri per littora curru?
Idque etiam paries tibi verſicolorus adumbret?
Deſine,ſi pudor eſt,gentilis ineptia,tandem
Res incorporeas ſimulatis fingere membris.
Deſine,terga hominis plumis obducere fruſtra:
Fertur auis mulier,magnúſque eadem dea vultur?
Vis decorare tuum ditiſſima Roma Senatum?
Suſpende exuuias armis & ſanguine captas
Congere cæſorum victrix diademata regum,
Frange repulſorum fœda ornamenta deorum:
Tunc tibi non terris tantum victoria parta,
Sed ſuper aſtra etiam media ſeruabitur æde.
Talia principibus dicta intereſſantibus,ille
Proſequitur, magniſque tubam concentibus inflat,
Altercat morem veterum,nil dulcius eſſe
Adfirmat ſolitis,populóſque hominéſque teneri
Lege ſui [illegible] nouare naſcentibus, inquit,
Con[illegible]nt p[illegible]s animæ ſi vrbibus adſere
Hora[illegible]eſque ſuum, quum primum mœnia ſurgunt,
Aut fatum,aut genium , cuius moderamine regnent,
A[illegible]e & arcanum rerum,verúque latebras
Pro[illegible] [illegible]are aliqua d[illegible] en[illegible] poſſe,ſecundi
P[illegible] boni,ſi ſin[illegible] feli[illegible] quæ quis
F[illegible] pubes,ceſſiſſe parentibus omne
I[illegible] ſ[illegible] caret,& pede dextero.
En[illegible] merat longæuum temporis,excitat ipſam

A Crinibus albentem niueis,& fronte vietam,
Ore repoſcentem querulo tua numina Romam.
Libera ſum,liceat proprio mihi viuere more.
Et quis erit,qui mille meos reprehenderit annos?
Vno omnes ſub ſole ſiti,vegetamur eodem
Aere,communis cunctis viuentibus aura.
Sed qui ſit,qualiſque Deus,diuerſa ſequuti
Quærimus,atque viis longè diſtantibus vnum
B Imus ad occultum,proprius genti cuique eſt mos.
Per quod iter properás,? est ad tã grande profundũ.
His tam magnificis,tantáque fluentibus arte,
Reſpondit vel ſola fides doctiſſima primum
Pandere veſtibulum veræ ad penetralia ſectæ,
Nam quum diuinis agimus de rebus,& illum
Qui vel principio caruit,vel fine carebit,
Quique Chao anterior fuerit,mundúmque crearit,
C Conſectare animo contendimus,exigua eſt vis
Humani ingenij,tantóque anguſta labori:
Quippe minor natura,aciem ſi intendere tentet
Acrius,ac penetrare Dei ſecreta ſupremi
Quis dubitet victu fragilem laceſſere viſu,
Vimque fatigatæ mentis ſub pectore paruo
Turbari, inualidiſque hebetem ſuccumbere curis?
D Sed facilis fidei via prouocat omnipotentem
Credere,qui bona non tantum præſentia donat,
Sed ventura etiam,longiſque interminia ſeclis
Promittit,nec totus eam reſolutus inane
In nihilum,pereámque breuem poſt luminis vſum
Muneris autores ipſo de munere pendas.
Æterna æternus tribuit,mortalia confert
Mortalis,diuina Deus,peritura caducus.
E Omnia quæ tempus peragit,quæque exitus aufert,
Vilia ſunt breuitate ſui,nec digna perenni
Largitore,cui propria eſt opulentia,nunquam
Deſinere,idq; homini dare, quod nõ deſinet vnquã.
Nam ſi corruptum,curtumpendumve Deus quid
Præſtat,habétque nihil quod ſit precioſius iſtis:
Pauper,& infirmus, & ſummo indignus honore,
Et non omnipotens,ſed inanis numinis vmbra eſt.
F Hac ratione fides ſapienter coniicit,imò
Non dubitat verum eſſe Deum, quæ quod ſumus, &
Viuimus,illæſum ſemper fore,ſi mereamur, (quod
Nos ſperare iubet:Cœleſtia ſi placet,inquit,
Scandere,terrenas animo depellite curas.
Nãm quantum ſubiecta ſitu tellus iacet infrà,
Diuiditúrque ab humo conuexi regia cœli,
Tantum veſtra meis diſtant mundana futuris,
Dira bonis,ſcelerata piis,tenebroſa ſerenis.
G Quicquid obire poteſt , fugiaris cenſeo:quicquid
Naturæ ratione capit vitium,atque ſeneſcit,
Pro nihilo,in nihilum quia ſunt reditura,putetis.
Cuncta quidẽ quæ gignit humus,quæ cõtinet,ipſe
Principiò inſtitui, nitidóque inſignia mundo
Ornamenta dedi,ſpacioſaque ſemina finxi.
Sed tamen eſſe modum volui,parciſque fruenda
Moribus indulſi,quantum moribundus & æger
H Corporis,& vitæ volucris ſibi poſceret vſus:
Non vt captus homo ſtudiis,& inaniter ardens,
Duceret omne bonum poſitum in dulcedine rerum,
Et ſpecie tenui,quas currere tempore iuſſi,
Atque æuum ſtatui,ſub quo generoſa probarem
Pectora,ne torpens,& non exercita virtus,
Robur eneruatum gereret ſine laude palæſtræ,
Eneruare ſuum corrupta per ocia robur
I Poſſet,& in nullo luctamine pigra iaceret.
Illecebroſus enim ſapor eſt,& peſtifer horum,
Quæ dum prætereunt,miro obſectamine mentes
Implicitas,vinctáſque tenent.Vincenda voluptas,
Elaqueanda animi conſtantia,ne retinaclis
Mollibus ac lentis nexa & captiua premamur.
Nitendum ſummis conatibus,inter acerba
Sectandum virtutis iter,ne ſuauia fluxæ

Conditionis amet nimium ne congerat aurum,
Nec varios lapidum cupidè ſpectare colores
Ambitioſa velit, ne ſe popularibus auris
Oſtentet, pulchróque inflata tumeſcat honore:
Ne natale ſolum patrij nec iugera ruris
Tendat, & externos animum diffundat in agros:
Et ne corporeis additat ſenſibus omne
Quod vult, aut quod agit: ne præferat vtile iuſto,
Spémque in me omnem ſtatuat, nunquam peritura
Quæ dedero ſunt, æternum mea dona manebunt.
Hæc igitur ſpondente Deo, quis fortis & acer,
Virtutiſque capax, breue quique parentibus in ſe
Prætulerit? vel quis ſapiens putiora putarit
Gaudia membrorum, quàm viuæ præmia mentis?
Nónne hominem ac pecudem diſtantia ſeparat vna?
Quod bona quadrupedum ante oculos ſita ſunt, ego contrà
Spero, quod extra aciem longum ſeruatur in æuum.
Nam ſi tota mihi cum corpore vita peribit,
Nec poterit ſupereſſe meum poſt funera quicquam,
Quis mihi regnator cæli? quis conditor orbis?
Quis Deus? aut quæ iam meritò metuenda poteſtas?
Ibo per impuros feruente libidine luxus,
Inceſtabo thoros, ſacrum calcabo pudorem,
Inficiabor habens aliquod ſine teſte propinqui
Depoſitum, tenues auidus ſpoliabo clientes,
Longæuam perimam magico cantamine matrem.
Tardat anus dominum dilata morte ſecundam:
Nec formido malum, falluntur publica iura.
Lex armata ſedet, ſed neſcit crimen opertum,
Aut ſi res pateat, iudex corrumpitur auro.
Rara reos iuſta percellit pœna ſecuri.
Sed quid ego hæc meditor? reuocat Deus, ecce ſeuera
Maieſtate minax, negat interitura meorum
Per mortē monimenta operum: Nō occidit, inquit,
Interior qui ſpirat homo: luet ille perenne
Supplicium, quòd ſubiectos malè texerit artus.
Nec mihi difficile eſt liquidam circundare flammis
Naturam, quamuis perflabilis illa feratur
More Noti: capiam tamen, & tormenta adhibebo
Ipſe incorporeus, ac ſpirituum ſator vnus.
Quin & corporibus parilis conſortia pœnæ
Decernam, poſſum quoniam renouare fauillas
Antiquam in faciem, nec deſperanda poteſtas:
Qui potui formare nouum, reparabo peremptum.
Non deſunt exempla mea virtutis in ipſis
Seminibus natura docet reuireſcere cuncta
Poſt obitum, ſiccantur enim pereunte vigore
Quo vixêre prius, tunc ſicca & mortua ſulcis,
Aut foueis mandata lateant, & more ſepulchri
Obruta, de tumulis rediuiuo germine ſurgunt.
Nunquid noſſe potes, vel coniectare, quis iſtud
Tam ſolers opifex ſtruat? aut quæ vis agat intus?
Ne vos ô miſeri Phyſicorum dogmata fallant.
En ego gignendi Dominus, ac reſtituendi
Quod periit, fluxiſque potens ſicciſſima quæque
In veteres formas aut flore aut fronde reduco.
Idque ipſum quandoque homini facturus, inani
Surgat vt ex cinere, ſtructuráque priſtina conſtet,
Quæ mihi pro meritis, vel per tormenta rependat
Crimina, vel ſummæ virtutis in arce coruſcet,
Non peritura dehinc quæcunque in ſorte manebit.
Interea, dum mixta viget ſubſtantia in vnum,
Sit memor auctoris proprij, veneretur & oret
Artificem ſubmiſſa ſuum. Non condidit alter
Halantis animæ figmentum, & corporis alter,
Nec bona præſentis vitæ numeroſa gubernant
Nomina, non alius ſegetes & ſpicea ſerta
Suppeditat Deus, haud alius dat muſta racemis,
Purpureúmque graui fundit de palmite ſuccum.
Ipſe ego ſum, virides oleas pingueſcere baccis
Qui facio, Graia quas Pallade fingitis ortas,

A Et qui Lucinas tribuo naſcentibus horas.
Duplex lege mea per mutua fœdera ſexus
Gignere amat ſobolem, generiſq; propagine gaudet,
Quem vos laſciuis violatis amoribus ignem.
Et ſtupra veſtra deæ Veneris prætexitis vmbra.
Vnus ego elementa rego, nec mole laboris
Vt miſer, infirmuſve aliquis, fragiliſve fatigor
Lux immenſa mihi eſt, nec morte ſolubilis ætas,
B Senſibus & veſtris haud intellecta vetuſtas.
Inde miniſteriis ad tot moderamina mundi
Non egeo, nec participes, ſociòſque requiro.
Porrò autem angelicas legiones, quas mea fecit
Dextera, noſſe meum eſt, & quæ natura creatis
Subſiſtat, qualéſque mihi ſequentur ad vſus.
Tu me præterito meditaris numina mille,
Quæ ſimiles parêre meis virtutibus, vt me
C Per varias partes minuas, cui nulla recidi
Pars aut forma poteſt, quia ſum ſubſtantia ſimplex,
Nec pars eſſe queo. Solis diuiſio rebus
Compoſitis, factiſque ſubeſt: me nemo creauit,
Vt ſcindi valeam, cunctorum conditor vnus.
Crede, quod ex nihilo formaui, pars mea non eſt.
Quare age mortalis, ſoli mihi conſtrue templum,
Meque vnum venerare Deum: cæmenta remitte,
D Et quæ ſaxa Paros ſecat, & quæ Punica rupes,
Quæ viridis Lacedæmon habet, maculoſaq; Synna,
Natiuum nemo ſcopuli mihi dedicet oſtrum:
Templum mentis amo, non marmoris, aurea in illo
Fundamenta manent fidei, ſtructura niuali
Conſurgit pietate nitens, tegit ardua culmen
Iuſtitia, interius ſpargit ſola picta rubenti
Flore pudicitiæ pudor almus, & atria ſeruat.
E Hæc domus apta mihi eſt, hæc me pulcherrima ſedes
Accipit, æterno cœleſtique hoſpite digna.
Nec nouus hic locus eſt, finxit mea gloria in artus,
Vt lux vera Dei, Deus illuſtrauit alumnam
Materiem, corpúſque parens habitabilè fecit
Ipſe ſibi, placito vt poſſet requieſcere templo.
Condideram perfectum hominē, ſpectare ſuperna
F Mandaram, totis conuerſum ſenſibus in me
Recto habitu, celſóque ſitu, & ſublime tuentem:
Sed deſpexit homum, ſeque inclinauit ad orbis
Diuitias, pepuliteque meum de pectore numen.
Reſtituendus erat in humer, ſubmiſſus in illum
Spiritus ipſe meus deſcendit, & edita limo
Viſcera diuinis virtutibus informauit.
Iámque hominē aſſumptū ſummus Deus in deitatē
Tranſtulit, ac noſtro docuit recaleſcere cultu.
G Scire velim præceptis patris quibus auſibus hęc tu
Accipias, Italæ cenſus doctiſſime gentis.
An veterum tantummodo rem ratione relicta
Eligis, & dici id patitur ſapientis acumen,
Ingeniúmque viri? potior mihi priſtinus eſt mos,
Quàm via iuſtitiæ, pietas quàm prodita cælo,
Quémque fides veri, rectæ quàm regula ſectæ.

H SI quicquid rudibus mundi naſcentis in annis
Mos habuit, ſanctè colere ac ſeruare neceſſe eſt:
Omne reuoluamus ſua per veſtigia ſeclum
Vſque ad principium, placeat damnare gradatim
Quicquid poſterius ſucceſſor repperit vſus.
Orbe nouo nulli ſubigebant arua coloni,
Quid ſibi aratra volunt? quid cura ſuperflua raſtri?
Ilignis melius ſaturaſſet glandibus aluas.
I Primi homines cuneis ſcindebant fiſſile lignum,
Decoqu at In maſſam feruens ſtrictura ſecures
Rurſus, & ad proprium ſeſtillet vena metallum.
Induuias cæſæ pecudes, & frigida paruas
Præbebat ſpelunca domos, redeamus ad antra,
Pellibus inſutis hirtos ſumamus amictus.
Immanes quondam populi feritate ſubacta
Edomiti, iam triſte fremant, iterúmque ferinos

In

In mores redeant, atque ad ſua priſca recurrant,
Præcipitet Scythica iuuenis pietate, vietum
Votiuo de ponte patrem, ſic mos fuit olim.
Cædibus infantum fument Saturnia ſacra,
Flebilibúſque truces reſonent vagitibus aræ.
Ipſa caſas fragili texat gens Romula culmo,
Sic tradunt habitaſſe Remum, regalia fœno
Fulcra ſuperſternant, aut pelle Libyſtidis vrſæ
Compoſitam chlamydem villoſam corpora geſtent.
Talia Trinacrius ductor vel Theſeus habebat.
Roma antiqua ſibi non conſtat, verſa per æuum,
Et mutata ſacris, ornatu, legibus, armis
Multa colit, quæ non coluit ſub rege Quirino:
Inſtituit quædam melius, nonnulla refugit:
Et morem variare ſuum non deſtitit, & quæ
Pridem condiderat iura, in contraria vertit.
Quid mihi tu ritus ſolitos Romane Senator
Obiectas? quum ſcita patrum, populique frequenter
Inſtabilis placiti ſententia flexa nouarit?
Nunc etiam quoties ſolitis decerpere prodeſt,
Præteritóſque habitus cultu damnare recenti
Gaudemus compertum aliquid, tandemque retectū,
Quod latuit: tardis ſemper proceſſibus aucta
Creſcit vita hominis, & longo proficit vſu.
Sic æui mortalis habet ſe mobilis ordo,
Sic variat natura vices, infantia repit,
Infirmus titubat pueri greſſuſque animúſque,
Sanguine prævalido feruet neruoſa iuuenta,
Mox ſtabilita venit maturi roboris ætas.
Vltima conſiliis melior, ſed viribus ægra,
Corpore ſuccumbit, mentem purgata ſenectus.
His genus humanum per diſſona tempora fluxit
Curriculis æuum mutabile: ſic hebes inter
Primitias, merſumque ſolo titubauit, & inſtat
Quadrupedis pueri lactentia viſcera traxit.
Mox tenerum docili ingenio, támque artibus aptū
Noſcendis, varia rerum nouitate politum eſt.
Inde tumens vitiis, calidos adoleuit in annos,
Donec decoctu ſolidaret robore vires.
Tempus adeſt, vt iam ſapiat diuina, ſerenæ
Mentis conſilio, viuacius abdita ſolers
Quærere, & æternæ tandem inuigilare ſaluti.
Quanquam ſi tantum ſtudium eſt, & cura vetuſti
Moris, & a priſco placet haud diſcedere ritu,
Extat in antiquis exemplum nobile libris,
Iam tunc diluuij ſub tempore, vel prius, vni
Inſeruiſſe Deo gentem, quæ prima recentes
Incoluit terras, vacuóque habitauit in orbe,
Vnde genus ducit noſtræ porrecta propago
Stirpis, & indigenæ pietatis iura reformat.
Sed quia Romanis loquimur de cultibus, ipſum
Sanguinis Hectorei populum, probo tempore longo
Non multos coluiſſe deos, rarſique ſacellis
Contentum, paucas poſuiſſe in collibus aras.
Innumeros pòſt deinde deos virtute ſubactis
Vrbibus, ex claris peperit ſibi Roma triumphis,
Inter fumantes templorum armata ruinas
Dextera victoris ſimulachra hoſtilia cepit,
Et captiua domum venerans ceu numina vexit.
Hoc ſignum rapuit bimaris de ſtrage Corinthi,
Illud ab incenſis in prædam ſumpſit Athenis,
Quaſdam victa dedit capitis Cleopatra canini
Effigies, quaſdam domitis Ammonis harenis.
Syrtica cornutas facies habuere trophæa.
Roma triumphantis quoties ducis inclyta currum
Plauſibus excepit, toties altaria diuûm
Addidit, & ſpoliis ſibimet noua numina fecit:
Numina, quæ patriis cum mœnibus eruta, nullum
Præſidium potuere ſuis afferre ſacellis.
Cernis vt antiqui ſemper veſtigia muris
Greſſibus incertis variè titubaſſe probentur,
Aſciſcendo deos maioribus incompertos,

A Séque peregrina ſub relligione dicaſſe?
Nec ritus ſeruaſſe ſuos? quodcunque ſacrorum eſt,
Exulat, æternumque inimicam vidit in vrbem.
Fruſtra igitur ſolitis praua obſeruatio inhæres.
Non eſt mos patrius quem diligis, improba, non eſt.
At ſolers orator ait: Fatalites vrbem
Sortitam, quónam Genio proprium exigat æuum.
Cunctis nam populis, ſeu mœnibus inditur, inquit,
B Aut fatum, aut Genius noſtrarum more animarum,
Quæ ſub diſparili ſubeunt noua corpora ſorte.

Prudentius.

IAm primùm qui ſit Genius, vel qui ſtatus illi
Competat, ignoto, & quid poſſit, & vnde oriatur,
Spiritus informis, ſiue corpore, formáve, an vlla
Sit ſpecies, & quid ſapiat, quæ munera curet:
C Contrà, animas hominum venis vitalibus intus
Sic interfuſas intelligo, ſanguis vt ex his
Accipiat motumque leuem, teneramque vaporem
Vnde peterratis vegetet præcordia membris,
Frigida ſuccendat, riget arida, dura relaxet.
Sic hominis vitam ſibi temperat atque gubernat
Viuida mens, quam tu ficto componere tentas
Membrorū Genio, qui nuſquā eſt, nec fuit vnquam.
D Quin & corporibus verſat mens viua regendis
Summum conſilium, fida vt tutacula nudis
Inualidiſque paret, metuenda pericula vitet:
Vtile proſpiciat, varias agitetur ad artes,
Conſulrè cui ſe domino ſubmittat, & orbis
Quem putet autorem, quæ rerum ſumma ſequatur.
At tuus hic vrbis Genios, dictas volo, quando
Cœpit adhuc paruæ primum ſe infundere Romæ,
E Fluxit ab vberibus nemoroſa in valle lupinis,
Infantéſque aluit dum naſcitur ipſe gemellos?
An cum vulturibus volitans ignota per auras
Vmbra, repentinam traxit de nube figuram?
Culminibus ſummis ſedet, an penetralia ſeruans,
Inſtituit mores, & iura forenſia condit?
An caſtrorum etiam, foſſis interuenit? acres
Cogit ad arma viros, lituis ciet, vrget in hoſtem?
F Quæ quis non videat ſapientum digna cachinno?
Pingamus tamen eſſe aliquam, quæ talia curet
Vmbram ſiue animam, per quam Reſpublica fatum
Hauſerit, & calidis animetur tota medullis:
Cur non hæc eadem de relligione colenda
Conſultat? cur non proſpectat libera cœlum?
Cur ſibi præſcriptum non commutabile fatum
Vt captiua putat? geneſis cur vincula fingis?
G Cur iam nolle licet, quod tunc voluiſſe licebat,
Erroréſque abolere ſuos, ac flectere ſenſus?
Sic ſeptingentis errauit circiter annis,
Lubricáque & ſemper dubitans, quæ forma placeret
Imperij, & quæ regnandi foret æqua poteſtas.
Regius exortam iam tunc habuit ſtatus vrbem,
Non ſine grandæuis curarum in parte locatis,
Mox proceres de ſtirpe ſenum tractaſſe videmus
Clauum conſilij, plebeias inde cateruas
H Collatas patribus miſtim ditionibus æquis,
Imperitaſſe diu, belloque & pace regendis.
Conſule nobilitas viguit, plebs fiſa Tribuno eſt.
Diſplicet hic ſubitò ſtatus, & biſquina creantur
Summorum procerum faſtigia, quos duodeni
Circunſtant faſces: ſimul & ſua quenque ſecuris.
Rurſus ſe geminis reddit ductoribus, omnis
Publica res, & Conſulibus dat condere faſtos.
I Vltima ſanguineus turbauit ſecla triumuir.
Fluctibus his olim, Fatum, Geniuſve, animúſve
Publicus errauit: tandem deprendere rectum
Doctus iter, caput auguſtum diademate cinxit,
Appellans patrem patriæ, populi atque Senatus
Rectorem, qui militiæ ſit ductor, & idem
Dictator, Cenſórque bonus, morúmque magiſter,
Tutor opum, vindex ſcelerum, largitor honorum.

Quòd

Quòd ſi tot rerum gradibus toties variatis
Conſiliis, ægrè tandem peruenit ad illud
Quod probet, ac ſancta reuerentia publica ſeruet
Fœdere: quid dubitat diuina agnoſcere iura,
Ignorata prius ſibimet, tandémque retecta?
Gratemur, iam non dubitat: nam ſubdita Chriſto
Seruit Roma Deo, cultus exoſa priores.
Romam, dico viros quos mentem credimus vrbis,
Non Genium, cuius fruſtra ſimulatur imago.
Quamquam cur Genium Romæ mihi fingitis vnum?
Quum portis, domibus, thermis, ſtabulis ſoleatis
Adſignare ſuos Genios? pérque omnia membra
Vrbis, pérque locos, Geniorum millia multa
Fingere, ne propria vacet angulus vllus ab vmbra.
Reſtat vt & fatum ſimilis dementia cunctis
Ædibus imponat, paries vt quiſque ſub aſtro
Fundatus, ſtructúſque ſuo, qua ſorte maneret:
Quando autem rueret, primis acceperit horis.
Adſcribunt ſaxis, Lacheſis malè fortia fila,
Tectorúmque trabes, fuſis pendere rotatis
Credunt, atque ipſis tribuunt decreta ſigillis:
Ceu diſtet, cuius ſtellæ ſit fraxinus ortu
Eruta, quæ ſummum conſcenderet ardua culmen.
Deniq; nulla hominum res eſt, nulla actio müdi,
Cui non fatalem memorent incumbere ſortem.
Quæ quia conſtituunt, dicant cur condita ſit lex
Bis ſex in tabulis: aut cur rubrica minetur,
Quæ prohibet peccare reos, quos ferrea fata
Cogunt ad facinus, & ineuitabile mergunt.
Quin & velle adigunt, prauum inſinuantia votum,
Ne liceat miſeris vetitum committere nolle.
Cedite ſi pudor eſt, gladiúmque retundite veſtrum:
Aſpera nil meritos pœnis plectentia iura,
Atrum carcereum diſſoluite, corpora ſub quo
Agminis innocui fato peccante tenetis.
Nemo nocens, ſi fata regunt quod viuitur, ac ſit:
Imò nocens, quicúnque volens, quod non licet, audet.
Alterutrum quia velle ſuum eſt, nec fata reatum
Imponunt homini, ſed ſit reus ipſe ſuopte
Arbitrio, plectitúque nefas & facta rependit
Impia ſuppliciis, merito non ſorte per tempus.
Qui fato putat eſſe locum, ſciat omni parentem
Eſſe Deum, nullis vetitum fatalibus aſtris,
Nec præſcripto aliquo pellit pia vota matheſis.
Spirat enim maiora animus, ſeque altius effert
Sideribus, tranſitque vias, & nubila fati
Et momenta premit pedibus, quæcunque putantur
Figere propoſitá natali tempore ſortem. (& vrbes,
Huc ades omne hominum genus, huc concurrite
Lux immenſa vocat, factorem noſcite veſtrum,
Libera ſecta patet: nil ſunt fatalia: vel ſi
Sunt aliqua, oppoſito vaneſcunt irrita Chriſto.

SEd multi donere Dei per proſpera Romam,
Quos colit ob meritum magnis donata triumphis.
Ergo age bellatrix, quæ vis ſubiecerit eſſe
Europam, Libyámque tibi: dic nomina diuûm,
Iuppiter vt Cretæ dominetur, Pallas vt Argis,
Cynthius vt Delphis, tribuerunt omine dextro
Iſis Nilicolas, Rhodios Venus alma reliquit.
Venatrix Epheſum virgo, Mars dedidit Hebrum.
Deſtituit Thebas Bromius, conceſſit & ipſa
Iuno ſuos Phrygiis ſeruire nepotibus Aphros:
Et quam ſubiectis dominam dea gentibus eſſe
Si qua fata ſinant, iam tum tenditque fouétque,
Iuſſit Romuleis addictam viuere frenis.
Perfidiáne deûm Indigenum cecidere tot vrbes?
Deſtructæque iacent ipſis prudentibus aræ?
O pietas, ò ſancta fides, tradunt alumnos
Maieſtas infida locos, & creditur iſtis
Numinibus, quæ transfugio meruere ſacrari?
An voluit ſeruare ſuos, luctatáque multum

A Relligio, infeſtas tentauit pellere turmas
Romanis obnixa globis? ſed fortior illam
Virtus luctifico camporum in puluere fregit?
Imò ita eſt, armis & viribus indiga veri
Victa ſuperſtitio eſt, & inanem gloria fugit.
Sed nec difficilis fuit, aut ſatis ardua genti
Laræ ad procinctos victoria frangere inertes,
Molliáque omnigenum colla inclinare deorum.
B Nunc cum Dictæis bellum Corybantibus aſper
Samnitis, Marſuſque leui ſudore gerebat.
Tum Maſtigophoris, oleóque & gymnadis arte
Vnctis pugilibus, miles pugnabat Etruſcus,
Nec petaſo inſignis poterat Lacedæmone capta
Mercurius ſeruare ſuas de clade palæſtras.
Apenninicolam peditem, Cybeleius hoſtis
Congreſſu excipiens, Aſiam, defendere & Idam
C Qui potuit, cogente acies in prælia Gallo?
Idalias niſi forte roſas, laurum citharœdi
Vatis, Syluicolæ calamus, arcúmque puellæ
Dedere ſeruitio, calcatáque ſacra domare
Difficilis operis fuit immenſique laboris.
Fluctibus Actiacis ſignum ſymphonia belli
Ægypto dederat, clangebat buccina contrà
Illiterant tenuis cymbæ, fragiliſque faſell
D Inter turritas Memphitica roſtra liburnas:
Nil potuit Serapis Deus, & latrator Anubis.
Stirpis Ioleæ ductor, exercitus ardens
Præualuit, gelido quem miſerat Alcidus axe,
Non armata Venus, non tunc clypeata Minerua
Venère auxilio, non diuum degener ordo,
Et patria exortis, Romanis adiuit armis.
E Victus & ipſe prius, inimica nec agmina iuuit,
Si tamen antiquum putat retinere dolorem.
Sed dicis legiſſe deos, vbi ſanctiut vſus
Templorum cultu celebris ſine fine maneret.
Æneadúmque vlrtu victricia ſigna virorum
Regis amore Numæ nullo cogente ſecutos.
Num Diomedis item rentoria, & acris Vlyxi
Caſtra volens Pallas cæſis cuſtodibus vltrò
Legit, vbi humenti ſudaret mœſta ſigillo?
F Aut quoties ductor Macedum fortiſſimus altos
Templorum cineres victis cumulauit Amyclis:
Optarunt prædæ Domini ſe nomina cspia
Miſceri, Aſſyriæque vrbi Babylonis ad arcem?
Non fero Romanum nomen, ſudatáque bella,
Et titulos tanto quæſitos ſanguine carpi.
G Detrahit inuictis legionibus, & ſua Romæ
Præmia diminuit, qui quicquid fortiter actum eſt
Adſcribit Veneri, palmam victoribus aufert.
Fruſtra igitur currus ſummo miramur in arcu
Quadriiuges, ſtantéſque duces in curribus altis
Fabricios, Curios, hinc Druſos, inde Camillos,
Sub pedibúſque ducum captiuos poplite flexo
Ad iuga depreſſos, manibuſque in terga retortis,
Et ſuſpenſa graui telorum fragmina trunco:
H Si Brennum, Antiochum, Perſen, Pyrrhû, Mithrydaté,
Flora, Matuta, Ceres & Laurentina ſubegit.
His tamen auſpicibus ſucceſſus dextra dederunt
Omina lætificos, & felix adfuit ales.
Quid ſibi vult virtus? quid gloria? ſi Corninum
Coruus Apollineus penna vel gutture iuuit?
Sed tamen hic xoramus cur deſunt exitiali
Fortè die, infauſtas tegerent quum funera Cannas,
I Oppeteréque ſuper congeſta cadauera Conſul?
Cum Cremeræ in campis, cornice vel oſcine parra,
Nemo Deûm mouit perituros Marte ſiniſtro
Tercentum Fabios, vix ſtirpe ſuperſtite in vna?
Nulláne teſtificis Tritonia noctua Carris
Aduolitans, peſtò eſſe deam prænuncia Craſſo
Prodidit? aut Paphium currum vexere columbæ,
Cuius inauratum tremeret gens Perſica lembum?
Sed videas quæ te moueant exempla vetuſtæ

Virtutis: dices domitum terráque marique
Orbem, res lætas & proſpera quæque retexis,
Mille triumphorum memoras ex ordine pompas,
Ductáque per mediam ſpoliorum fercula Romam.
Vis dicam quæ cauſa tuos Romane labores
In tantum extulerit? quæ gloria fortibus aucta
Sic cluat, impoſitis vt mundum frenet habenis?
Diſcordes linguis populos, & diſſona cultu
Regna volens ſociare Deus, ſubiungier vni
Imperio, quicquid tractabile moribus eſſet,
Concordique iugo retinacula mollia ferre
Conſtituit, quo corda hominum coniuncta teneret
Religionis amor: nec enim fit copula Chriſto
Digna, niſi implicitas ſociet mens vnica gentes.
Sola Deum nouit concordia, ſola benignum
Ritè colit tranquilla patrem, placidiſſimus illum
Fœderis humani conſenſus proſperat orbi.
Seditione fugat, ſæuis exaſperat armis:
Munere pacis alit, retinet pietate quieta.
Omnibus in terris, quas euotinet occidualis
Oceanus, roſeóque aurora inluminat ortu,
Miſcebat Bellona furens mortalia cuncta,
Armabátque feras in vulnera mutua dextras.
Hanc frenaturus rabiem Deus, vndique gentes
Inclinare caput docuit, ſub legibus hiſdem,
Romanóſque omnes fieri, quos Rhenus & Iſter,
Quos Tagus auriſluus, quos magnus inundat Hiberus,
Corniger Heſperidum quos interlabitur, & quos
Ganges alit, tepidique lauant ſeptem oſtia Nili.
Ius fecit commune pares, & nomine eodem
Nexuit, & domitos fraterna in vincla redegit.
Viuitur omnigenis in partibus, haud ſecus ac ſi
Ciues congenitos concludat mœnibus vnis
Vrbs patria, atque omnes lare conciliemur auito,
Diſtantes regione plagæ, diuiſáque ponto
Littora, conueniunt nunc per vadimonia ad vnum,
Et commune forum nunc per commercia & artes
Ad cœtum celebrem, nunc per genialia fulcra
Externi aditus connubij: nam ſanguine miſto
Texitur alternis ex gentibus vna propago.
Hoc actum eſt tantis ſucceſſibus atque triumphis
Romani imperij. Chriſto iam tunc venienti,
Crede, parata via eſt, quam dudum publica noſtræ
Pacis amicitia ſtruxit moderamine Romæ.
Nam locus eſſe Deo quis poſſet in orbe feroci,
Pectoribúſque hominum diſcordibus, & ſua iura
Diſſimili ratione tuentibus, vt fuit olim?
Sic incompoſitos humano in pectore ſenſus,
Diſiunctaſque animi turbato fœdere partes,
Nec liquida inuiſit ſapientia, nec Deus intrat.
At ſi mentis apex regnandi iure potitus,
Pugnacis ſtomachi pulſus, fibraſque rebelles
Frenet, & omne iecur ratione coerceat vna,
Fit ſtabilis vitæ ſtatus, & ſententia certa
Haurit corde Deum, Domino & ſubiungitur vni.
En ades omnipotens, concordibus indue terris:
Iam mundus te Chriſte capit, quem congrege nexu
Pax & Roma tenent: capita hæc & culmina rerum
Eſſe iubes, nec Roma tibi ſine pace probatur.
Et pax vt placeat, facit excellentia Romæ,
Quæ motus varios ſimul & ditione coercet,
Et terrore premit: nec enim ſpoliata prioris
Robore virtutis ſenuit, nec ſecula ſenſit,
Nec tremulis quum bella vocant capit arma lacertis:
Nec tam degeneri venerandis ſupplicat ore
Principibus, quàm vult prænobilis ille Senator,
Orandi arte potens, & callida fingere doctus,
Mentitámque grauis perſonæ inducere pondus,
Vt Tragicus cantor ligno tegit oſſa cauato,
Grande aliquod cuius per hiatum crimen anhelet.

A SI vocem ſimulare licet, nempe ſpirior iſta
Vox Romæ eſt, quam nunc eius ſub nomine promam.
Quæ quia turpe putat templorum flere repulſam,
Ægidáque in dubiis pro ſe pugnaſſe periclis
Dicere, téque grauem ſenio inclinante fateri,
Ductores compleua ſuos, ſic læta profatur:
B O clari ſaluete duces, generoſa propago
Principis inuicti, ſub quo ſenium omne renaſcens
Depoſui, vidique meam flaueſcere rurſus
Caniciem: nam quum mortalia cuncta vetuſtas
Imminuat, mihi longa dies aliud parit æuum,
Quæ viuendo diu didici contemnere finem.
Nunc nunc iuſta meis reuerentia competit annis,
Nunc meritò dicor venerabilis & caput orbis,
C Quum galeam ſub fronde oleæ, criſtáſque rubentes
Concutio, viridi velans fera cingula ſerto,
Atque armata Deum ſine crimine cædis adoro.
Crimen enim piget, heu crimen perſuaſerat atrox
Iuppiter, vt ſancto iuſtorum ſanguine tinctum
Aſſiduum bellis ſceleratem funere ferrum.
Illius inſtinctu primus Nero matre perempta
Sanguinem Apoſtolicum bibit, ac me ſtrage piorum
D Polluit, & proprium facinus mihi ſæuus inuſſit.
Poſt hunc & Decius, iugulis bacchatus apertis
Inſaniam pauit rabiem, non hæc ſitis arſit
Multorum ſimilis per vulnera triſtia flagrans,
Extrahere inſignes animas, ac ludere pœnis,
Vndanteſque meum in gremium diffundere mortes,
Et ſub iure fori non noxia colla ſecare.
Hac me labe ream modò tempora veſtra piarunt,
E Viuo piè vobis auctoribus, impia pridem
Arte Iouis fateor. quid enim non ille cruentum
Tradidit? aut quid mite ſibi placidúmve popoſcit?
Qui dum præmetuit cultus inoleſcere Chriſti,
Sæuit, ac miſerum fœdauit ſanguine ſeclum.
Et ſunt, qui vobis bella exprobrare ſiniſtra
Non dubitent, poſtquam templorum ſpreuimus aras,
F Affirméntque Libyn Collinæ à cardine portæ
Annibalem Iouis imperio, Martíſque repulſum:
Victores Senonas Capitolij ex arce fugatos,
Quum ſuper excelſo pugnarent numina ſaxo.
Qui mihi præteritam cladem, veteréſque dolores
Inculcant iterum, videant me tempore veſtro
Iam nil tale pati. nullus mea barbarus hoſtis
Cuſpide clauſtra quatit: non armis, veſte, comiſque
G Ignotus, capta paſſim vagus errat in vrbe,
Tranſalpina meam rapiens in vincula pubem.
Tentauit Geticus nuper delere tyrannus
Italiam, patrio veniens iuratus ab Iſtro,
Has arces æquare ſolo, tecta aurea flammis
Soluere, maſtrugis proceres veſtire togatos.
Iámque ruens, Venetos turmis protriuerat agros,
Et Ligurum vaſtarat opes, & amœna profundi
Rura Padi, Thuſcúmque ſolum victo amne premebat.
H Depulit hos nimbos equitum non peruigil anſer,
Proditor occultæ tenebroſa nocte periclis:
Sed vis cruda virûm, præfractáque congredientum
Pectora, nec trepidans animus ſuccumbere letho
Pro patria, & pulchrum per vulnera quærere laudem,
Nunquid & ille dies Iouis contulit auſpice tantum
Virtutis pretium? dux agminis, imperijque
Chriſti potens nobis iuuenis fuit, & comes eius
I Atque parens Stilico: Deus vnus Chriſtus vtrique.
Huius adorati altaribus, & cruce fronti
Inſcripta, cecinere tubæ: prima haſta draconis
Præcurrit, quæ Chriſti apicem ſublimior effert.
Illic terdenis gens exitiabilis annis
Pannoniæ pœnas tandem deleta pependit.
Corpora famoſis olim ditata rapinis
In cumulos congeſta iacent: mirabere ſeris
Poſteritas ſeclis inhumata cadauera late,
Quæ

Quæ Pollentinos texerunt oſſibus agros.
Si potui manibus Gallorum excita leuare
De cinerum ſqualore caput, redeunte Camillo
Signa renitendi fumans ſi fronte recepi:
Si potui miſeras ſertis redimire ruinas,
Et malè pendentes lauro præcingere turres,
Quo te ſuſcipiam gremio fortiſſime princeps?
Quos ſpargam flores?quibus inſertabo coronis
tria?quæ feſtis ſuſpendam pallia portis?
Immunis tanti belli ac te ſtante ſub armis
Libera,& aure tenus Geticos experta tumultus.
Scande triumphalem currum, ſpoliiſque receptis
Huc Chriſto comitante veni,date vincula demam
Captiuis gregibus,manicas deponite longo
Tritas ſeruitio matrum,iuuenúmque cateruæ,
Dediscat ſeruire ſenex laris exul auiti,
Diſcat & ad patrium limen genitrice reuerſa
Ingenuum ſe noſſe puer,timor omnis abeſto,
Vicimus,exultare libet,quid tale repulſo
Pœnorum quodam duce contigit?Ille petitæ
Poſtquam perculerat tremefacta repagula portæ,
Baianis reſolutus aquis durisſima luxu
Robora deſtituit,ferrúmque libidine fregit.
At noſter Stilico congreſſum comminus ipſa
Ex acie ferrata virum dare terga coegit.
Hic Chriſtus nobis Deus adfuit,& mera virtus:
Illic laſciuum Campania fertilis hoſtem
Deliciæ vicére tuæ:non Iuppiter acrem
Protexit Fabium,ſed vicit amœna Tarentus,
Quæ dedit illecebris domitum calcare tyrannum.
His ego pro meritis quæ præmia digna rependam
Non habeo,membra ſtatuis effingere vile eſt,
Virtutem nil vile decet:nam vile,quod ætas
Eripit,æra cadunt,aut fuluum defluit aurum,
Aut candor perit argenti,ſi defuit vſus,
Et ſuſcata ſitu corrumpit vena colorem.
Viua tibi princeps debetur gloria, viuum
Virtutis precium,decus immortale ſequuto,
Regnator mundi Chriſto ſociabere in æuum.
Quo ductore meum trahis ad cœleſtia regnum.
Nil te permoueat magni vox Rhetoris oro,
Qui ſub legati ſpecie ſacra mortua plorans,
Ingenij telis & fandi viribus audet
Heu noſtram tentare fidem,nec te videt,ac me
Deuotos Auguſte Deo,cui ſordida templa
Clauſimus,& madidas ſanie deiecimus aras.
Vnus noſtra regat,ſeruétque palatia Chriſtus.
Ne quis Romuleas dæmon iam nouerit arces,
Sed ſoli pacis domino mea ſeruiat aula.
Sic affata pius Roma exorauit alumnos,
Spernere legatum non admittenda petentem,
Legatum Iouis ex adytis ab auſpice miſſum:
At non à patria patriæ.nam gloria Chriſtus.
Perſiſtit tamen affirmans iter eſſe viandi
Multifidum,variúmque,Deus cum quæritur vnus,
Hinc alios, aſt inde alios properare ſeorſim.
Quémque per anfractus proprios, ſed compita eodē
Fine coarctari,ſimul & concurrere in vnum.
Quin etiam cœlum,atque ſolum,ventos,mare,nubes
Omnibus in commune dari,vel qui colimus te
Chriſte,vel exta litant ſculptis qui tabida ſaxis.

NOn nego,commune cunctis viuentibus ipſum
Aeris,aſtrorum pelagi,telluris & imbris.
Imò etiam iniuſtus pariter,iuſtúsque ſub vno
Axe habitant,vnas capit impios & pius auras,
Caſtus & inceſtus,meretrix & nupta:nec alter
Ore ſacerdotis,quàm mirmillonis anhelae
Spiritus,aërio vitam qui temperat hauſtu,
Nubes verna pluit Zephyro impellente,ſed æquè
Furis & innocui fœcundat rura coloni.
Gurgitis æſtiui ſit pura fluenta viator,
Vt lacto feſſus adit:ſic piratis mare ſeruit,
A Vt mercatori:nec fluctus ſecius hoſti
Obſequitur, quàm cum dominæ fert tranſtra carinæ.
Ergo capax vtriuſque rei natura creandis
Se præbet populis,nec habet diſcernere diſpar
Viuentum meritum quos tantum paſcere iuſſa eſt.
Seruit enim mundus,non iudicat:hoc ſibi ſummus
Naturæ Dominus præſcripta in tempora ſeruat.
Nunc adſunt homini data munera legibus hiſdem,
Quis conceſſa ſemel,fons liquitur amnis inundat,
Veliuolum ratibus mare ſinditur,influit imber,
Aura volat tenuis,vegetatur mobilis aer,
Et res naturæ ſit publica,promptáque cunctis,
Dum ſeruant elementa ſuum famulantia curſum.
Sic probus,atque reus capitalis criminis hiſdem
Sideribus,faciliſque poli bonitate fruuntur.
C Viuere commune eſt, ſed non commune mereri.
Denique Romanus,Daca,Sarmata,Vandalus,
Hunnus,
Getulus,Garamas,Alemannus,Saxo,Galaulas.
Vna omnes gradiuntur humo,cœlum omnibus vnum
Vnus & Oceanus,noſtrum qui continet orbem. (eſt,
Addo aliud,noſtros potant animalia fontes:
Ipſo tore mihi ſeges eſt,quo gramen onagris.
Sordida ſus noſtro amne natat,noſtra intrat & ipſos
Aura canes,animátque leui fera corpora flatu.
Sed tantum diſtant Romana & barbara,quantum
Quadrupedes bipedi adiunctæ,mutæue loquenti:
Quantum etiam qui ritè Dei præcepta ſequuntur,
Cultibus à ſtolidis, & eorum erroribus abſunt.
Non facit ergo pares in relligione tenenda
E Aeris & cœli communio,corpora tantum
Gignit,alit,reparat,recidiuaque ſentina ſeruat.
Nec refert cuius generis,cuiúſue figuræ,
Aut cuius meriti modò ſint vt corpora terra
Edita, terrenis quibus eſt vigor ex elementis:
Artificis quia patris opus diſcrimine nullo
Influit in medium,nec auaro munere currit,
Antè datum,quàm primus homo ſordeſceret Adam.
F Nec vitio vtentum reſtrictum deſinit,aut ſe
Subtrahit indignis,nec fœda & turpia vitat.
Haud aliter ſolis radius, cum lumina omnes
Diffuſo ſplendore locos,ferit aurea tecta,
Sed ferit & nigro ſordentia culmina fumo:
Intrat marmoribus Capitolia clara,ſed intrat
Carceris & rimas,& terra ſordentia clauſi
G Stercoris,& ſpurcam redolenti fornice cellam.
Sed non illud erunt obſcura ergaſtula, quod ſunt
Regia gemmato laquearia fulua metallo,
Nempe magis non illud erunt,qui numen in venis
Quærunt,ac tumulis,& laruas ſanguine placant.
Quot ſunt qui ſummum cœli Dominum venerantur,
Iuſtitiámque litant,& templum pectoris ornant.
Secretum ſed grande nequit rationis opertæ
H Quæri aliter,quàm ſi ſparſis via multiplicetur
Tramitibus,& tentetur terat orbita calles
Quæſitura Deum variata indage latentem.
Longè aliud verum eſt:nam multa ambage viarum,
Anfractus dubios habet,& perplexius errat,
Sola errore caret ſimplex via,neſcia flecti
In diuerticulum,biuiis nec pluribus anceps.
Non tamen inficior,duplex occurrere nobis
I Semper iter,geminis mortalia partibus ire,
Quum dubitant,quónam ferat ignorantia greſſum.
Altera multifida eſt:at ſimplex altera,& vna.
Vna Deum ſequitur,diuos colit altera plures,
Et tot ſunt eius diuortia,quot templorum
Signa,quot aëreis volitant phantaſmata monſtris.
Aut hos thyrſigeri rapit ad Dionyſia Bacchi,
Illicit aut alios ad Saturnalia feſta.
Aut docet,occultis quæ ſacra Dieſpiter inſans
Inter tinnitus ſolui ſibi poſcat ahenos.
Iámque lupercales ferulæ,nudique petunt

Diſcurſus iuuenum, Megaleſius hinc ſpado diris
Incenſus furiis, cæca ad reſponſa vocatur.
Sunt qui quadriuiis breuioribus ire parati
Vilia Niliacis venerantur holuſcula in hortis,
Porrum & cepe deus imponere nubibus auſi,
Alliáque, & Serapin cœli ſuper aſtra locare.
Iſis enim, & Serapis, & grandi ſimia cauda,
Et crocodilus idem, quod Iuno, Lauerna, Priapus.
Hos tu Nile deos colis, & tu Tybris adoras:
Vna ſuperſtitio eſt, quamuis non concolor error.
Hinc alia cauitur tenebroſis ſecta fruteris
Semita, quam pecudes & muta animalia carpunt,
Quæque latent ſyluis, operitur neſcia cœli
Mens hominum ſæuo viuens captiua tyranno.
Hæc putat eſſe Deum nullum? namque omnia verti
Caſibus, & nullo ſub præſide cœla rotari.
Hoc iter haudquaquam magno diſcrimine diſtat.
Hiſce viis, quas vos teritis, qui numina multa,
Et portenta Deum ſummum numeroſa putatis.
Simplicis ergo vitæ dux eſt Deus, ille per vnam
It iuber mortale genus, quam dirigit ipſe
Sublimem dextro cœlſa ad faſtigia cliuo.
Prima via facies anguſta, ſubhorrida, triſtis,
Difficilis, ſed fine ſui pulcherrima, & amplis
Prædita diuitiis, & abundans luce perenni,
Et quæ præteritos poſſit penſare labores.
Multiplici dæmon ſed a leſt, qui morte ſiniſter
Certiſſimam confunſit iter, trahit inde ſophiſtas
Barbatos, trahit hinc opibus vel honore potentes,
Illicit & volucrum linguis, & aruſpice fallit,
Inſtigat bacchantis anus, ambage Sibyllæ.
In magicas artes trahit, inuoluitque matheſin,
Omine ſollicitat, capit augure, territat extis.
Cernis vt vna via eſt multis anfractibus errans,
Talem paſſa ducem, qui non ſinat ire ſalutis
Ad dominum, ſed mortis iter per deuia monſtrat?
Deuia picta bonis breuibus, ſed fine ſub ipſo
Triſtia, & in ſubitam præceps immerſa charybdim.
Ite procul gentes, conſortia nulla viarum
Sunt vobis cum plebe Dei, diſcedite longè,
Et veſtrum penetrare chaos, quò vos vocat ille
Prænius infernæ perplexa per auia noctis.
At nobis vitæ dominum quærentibus vnum
Lux iter eſt, & clara dies, & gratia ſimplex.
Spe ſequimur, gradimurque fide, fruimurque futuris,
Ad quæ non veniunt præſentis gaudia vitæ,
Nec currunt pariter capta & capienda voluptas.

VLtima legati defleta dolore querela eſt,
Palladiis quòd farra focis, vel quòd ſtipis ipſis
Virginibus, caſtiſque toris alimenta negentur:
Veſtales ſolitis fraudentur ſumptibus ignes.
Hinc ait & ſteriles frugeſcere rarius agros,
Et triſtem ſæuire famem, totúmque per orbem
Mortales pallere inopes, ac panis egenos.
Quæ tanta extiterit præſenti tempore, támque
Inuidioſa fames, qui Triptolemi, Cereriſque
Mouerit ira penu pro virginis vlciſcendo,
Non memini, nec tale aliquid vel fama ſuſurrat.
Audio per Pharios Nilum diffuſiſſe campos
More ſuo, viridéſque ſata ſtagnare Canopi.
Haud veniat ſicco qui flumine nuncius afferre
Ieiunam ſqualere ſiti ſub puluere Memphim,
Nec Pelyciacæ limum ſudare paludis.
Num fons arcano naturæ ictus operto
Aruit? & tenuem vix ſtillat vena liquorem?
Num refugus noſtras odit perſtringere ripas
Amnis, & exuſtos curſum deflectit ad Indos?
Num tractu in medio bibulus vorat alueus vndam
Fluminis, & ſubito ſtagna abſorbentur hiatu?
Ne ſulcos operire vadis, neue arida poſſint
Ægypti per plana trahi, glebáſque rigentes
Infuſis ad pingue lutum mollire fluentis.

A Vnde ſeges latè criniris fluctuet agris,
Denſius & grauidis ſe veſtiat æquor ariſtis.
Reſpice num Libyci deſiſtat ruris arator
Frumentis onerare rates, & ad oſtia Tybris
Mittere triticeos in paſtum plebis aceruos?
Nunne Leontini ſulcator ſoluere campi
Ceſſet frugiferas Lilybæo ex littore cymbas?
Nec det vela fretis, Romana nec horrea rumpat
B Sardorum congeſta vehens granaria claſſis.
Ergo pyris menſas ſylueſtribus implet arator
Pœnus, & auulſas Siculus depaſcitur herbas,
Iamque Remi populo quernas Sardinia glandes
Suppeditat, iam cornu ſibus lapidoſa Quirinum.
Quis venit eſuriens magni ad ſpectacula circi?
Quæ regio gradibus vacuis ieiunia dira
Suſtinet? aut quæ ianiculo mola nota quieſcit?
C Quantos quæque ferat fructus prouincia, quámque
Vbere fœcundo largè fluat orbis opimus,
Indicio eſt annona, tuæ quæ publica plebi
Roma datur, tantæque manus longa otia paſcit.
Sit fortaſſe aliquis paulò infœcundior annus.
Nil mirum, nec in orbe nouo didicêre priores,
Perpeſſi plerunque famem, ſi tabidus aer
Siccauit tenues ardenti ſidere nubes.
D Nec vernas infudit aquas creberrimus imber
Fruge noua, & viridis ſi meſſis adulta, priuſquam
Conceptas tenero ſolidaret lacte medullas,
Afflatum calido ſuccum contraxit ab Euro,
Ieiunóſque tulit calamos, atque irrita vota
Agricolæ, ſterilis ſtipularum ſylua fefellit.
His (ni fallor) ager vitiis corruptus, & antè
E Subiacuit quàm Palladium, quàm Veſta, Penates
Sublate Pergameo ſeruarent igne repoſto,
Quàm Priami genitor conductis mœnia fabris
Extrueret, quàm virgo ſuas fundaret Athenas
Pallas, in his quónam Veſtalis origo fauillæ
Vrbibus vt memorant primo de fomite ſumpta eſt,
Sacrarúntque focos, aut Phryx, aut Graius alumnos?
Antiquis elementa labant erroribus, ac de
Legitimo diſcuſſa modo plerunque feruntur
F In caſus alios, quàm lex habet, aut iter anni.
Nunc conſumit edax ſegetem rubigo maligni
Aeris ex vitio, nunc culpam vere repenti
Poſt Zephyros gelidi glacies Aquilonis inurit,
Ambuſtúmque caput culmi fuligine tingit.
Seminis aut teneri turgens dum germinat herba,
Continuis nimiiſque perit conſtricta pruinis,
Nec potis eſt tenuem telluri adfigere fibram:
G Mox eiecta ſolo glacie ſidente ſuperſit,
Nudaque ſubducto radix auellitur arno,
Ancipites tribuli ſubeunt, & carduus horrens:
Hos fert ſicca ſitis, hunc ebrius educat humor,
Temperies effuſa minus, vel plus, agit iſtos
Terrarum morbos, & mundum vulnerat ægrum.
Non aliter noſtri corruptus corporis vſus
In vitium plerunque cadit, nec in ordine recto
H Perſtat, & exceſſu moderaminis adficit artus.
Vnus enim ſtatus eſt mundique & corporis huius,
Quod gerimus, natura eadem ſuſtentat vtrunque.
Fitra de nihilo creſcunt, nihilúmque futura.
Aut turbantur morbis, aut tempore victa ſeneſcunt.
Nec natura caret vitio, cui terminus inſtat.
Semper crede polus variis prouentibus annos
Texuit, hos multa ditauit fruge fluentes,
I Quoſdam infelices aſtris damnauit iniquis,
Spe caſſa, & ſterili curam fruſtratus agreſtem.
Sed ſi Veſtales vlciſcitur iſta puellas
Peſtis, ab infido quæ gignitur improba mundo,
Cur non Chriſticolum tantum populatur agellos,
Per quos virginibus veſtris ſtata dona negantur?
Vtimur & ruris reditu, & ratione colendi:
Exercere manum non pœnitet, & lapis illic

Si

Si ſtetit antiquus,quem cingere ſueuerat error
Faſceolis,vel gallinæ pulmone rogare
Frangitur,& nullis violatur Terminus extis,
Et quæ fumificas arbor vittata lucernas
Seruabat,cadit vltrici ſucciſa bipenni.
Nec tamen idcirco minor eſt aut fructus agelli,
Aut tempeſtatis clementia læta ſerenæ,
Temperat aut pluuius qui culta noualia ventus.
Sed nec magno opus eſt frugi viuentibus,& quum
Maxima proueniunt,non amplo in gaudia cenſu
Soluimur,ioque lucrum ſtudio exultamus auato.
Nam quibus æternum ſpes informatur in æuum,
Omne bonum tenue eſt,quod præſens ingerit ætas.
O felix nimium ſapiens,& ruſticus idem,
Qui terras,animúmque colens,impendit vtriſque
Curam peruigilem,quales quos imbuit autor
Chriſtus,& adſumptis dedit hæc præcepta colonis:
Semina quum ſulcis committitis,arua cauete
Dura lapillorum facie,ne decidat illic,
Quod ſeritur primò:quoniam præſeitile germen
Luxuriat,ſucco mox deficiente ſub æſtu
Sideris igniferi ſitiens torretur,& aret.
Néue in ſpinoſos incurrant ſemina vepres
Aſpera nam ſegetem ſurgentem vincula texunt,
Ac fragiles calamos nodis rubus arctat acutis.
Et ne iacta viæ ſpargantur in aggere grana,
Hæc auibus,quia nuda patent,paſſímque vorantur,
Immundiſque iacent fœda ad ludibria coruis.
His Deus agricolam confirmat legibus.ille
Ius cœleſte patris non ſumma intelligit aure,
Sed ſimul & cordis ſegetem diſponit,& agri,
Ne minus interno niteant præcordia cultu,
Quàm cum læta ſuas oſtentant iugera meſſes.
Extirpamus enim ſentos de pectore vepres,
Ne vitioſa necent germen vitale flagella,
Ne frugem ſegétemque animæ ſpinoſa malorum
Impediat ſeotis ſcelerum peccamine crebro,
Glarea ne tenuis ieiunis ſiccet harenis
Marcentem ſub corde fidem ne pectoris æſtus
Flagret,& affectis vrat charismata venis.
Denique ne ie otis deſtita in parte relinquat
Vilis cura Deum,ne ſpem qua veſcimur intus
Deſerat,obſcœniſque auibus permittat edendum,
Et proiecta fides hoſti ſit præda volucri,
Talis noſtrorum ſolertia centuplicatos
Agrorum rediget fructus,quibus acrius inſtat
Nec metuit ne congeſtum populetur aceruum
Gurgulio,vel nigra cauis formica recondat.
Sunt & virginibus pulcherrima præmia noſtris,
Et pudor,& ſancto tectus velamine vultus,
Et priuatus honos,nec nota & publica forma,
Et raræ tenuéſque epulæ,& mens ſobria ſemper,
Léxque pudicitiæ vitæ cum fine peracta.
Hinc decies ſeni rediguntur in horrea fructus,
Horrea nocturno non vnquam obnoxia furi.
Nam cœlum fur nullus adit,cœleſtia nunquam
Fraude reſignantur:fraus terris voluitur imis.
Quæ nunc Veſtalis ſit virginitatis honeſtas,
Diſcutiam,qua lege regat decus omne pudoris.
Ac primùm paruæ teneris capiuntur in annis,
Antè voluntatis propriæ quàm libera ſecta
Laude pudicitiæ feruens,& amore deorum,
Iuſta maritandi condemnat vincula ſexus.
Captiuus pudor ingratis addicitur aris
Nec contempta perit miſeris,ſed adempta voluptas,
Corporis intacti non mens intacta tenetur.
Nec requies datur vlla toris,quibus innuba cæcum
Vulnus,& amiſſas ſuſpirat fœmina tædas.
Tum,quia non totum ſpes ſalua interficit ignem,
Nam reſides quandoque faces adolere licebit,
Feſtáque decrepitis obtendere flammea canis,
Tempore præſcripto membra intemerata requirens,

A Tandem virgineam faſtidit Veſta ſenectam.
Tum thalamis habilis tumuit vigor,irrita nullus
Fœcundauit amor materno viſcera partu,
Nubit anus veterana ſacro perfuncta labore.
Deſertíſque focis quibus eſt famulata iuuentus,
Transfert emeritas ad fulcra iugalia rugas;
Diſcit & in gelido noua nupta tepeſcere lecto.
Interea dum torta vagos ligat infula crines,
B Fataleſque adolet prunas innupta ſacerdos,
Fertur per medias vt publica pompa plateas,
Pilento reſidens molli,ſéque ore retecto
Imputat attonitæ virgo ſpectabilis vrbi.
Inde ad conſeſſum caueæ,pudor almus,& expers
Sanguinis it pietas,hominum viſura cruentos
Congreſſus,mortéſque & vulnera vendita paſtu
Spectatura ſacris oculis.ſed & illa verendis,
C Vittarum inſignis phaleris,fruitúrque laniſtis.
O tenerum,mitémque animum,conſurgit ad ictus:
Et quoties victor ferrum iugulo inſerit,illa
Delicias ait eſſe ſuas pectúſque iacentis
Virgo modeſta iubet conuerſo pollice rumpi,
Ne lateat pars vlla animæ vitalibus imis.
Altius impreſſo dum palpitat enſe ſequutor.
D Hoc illud meritum eſt,quod continuare feruntur
Excubias,Latij pro maieſtate palatij,
Quod redimunt vitam populi,procerúmque ſalutem
Perfundunt quia colla comis bene,vel bene cingunt
Tempora taeniolis,& licia crinibus addunt.
Et quia ſubter humum luſtrales teſtibus vmbris
In flaminam iugulant pecudes,& murmura miſcent:
An quoniam podij meliore in parte ſedentes
Spectant æratam faciem,quam crebra tridente
E Impacta quatiant haſtilia,ſaucius & quam
Vulneribus patulis partem perfundat harenæ,
Quum fugit,& quanto veſtigia ſanguine ſignet.
Quod genus vt ſceleris iam neſciat aurea Roma,
Te precor Auſonij dux Auguſtiſſime regni,
Et tam triſte ſacrum,iubeas,vt cætera,tolli.
Perſpice,nónne vacat meriti locus iſte paterni?
F Quem tibi ſupplendum Deus,& genitoris amica
Seruauit pietas:ſolus ne præmia tantæ
Virtutis caperet,partem tibi nate reſeruo,
Dixit & integrum decus,intactúmque reliquit.
Arripe dilatam tua dux in tempora famam,
Quódque patris ſupereſt,ſucceſſor laudis habeto.
Ille vrbem vetuit taurorum ſanguine tingi:
Tu mortes miſerorum hominum prohibeto litari.
G Nullus in vrbe cadat,cuius ſit pœna voluptas,
Nec ſua virginitas oblectet cædibus ora,
Iam ſolis contenta feris infamis harena,
Nulla cruentatis homicidia ludat in armis,
Sit deuota Deo,ſit tanto principe digna,
Et virtute potens,& criminis inſcia Roma,
Quemque ducem belli ſequitur,pietate ſequatur.

H
AVREL. PRVD. CLEMENTIS, VIRI CONSVLARIS IN διχαιρίδιον Hiſtoriarum noui & veteris Inſtrumenti Præfatio.

Pius,fidelis,innocens,pudicus,
Dona conſcientiæ,
I Quibus beata mens abundat intus,
Alter & pecuniam
Recidit,vnde victitent egeni.
Nos citos Iambicos
Sacramus,& rotatilos Trochæos,
Sanctitatis indigi,
Nec ad leuamen pauperum potentes:
Approbat tamen Deus
Pedeſtre carmen,& benignus audit.

Multa diuitis domo
Sita eſt per omnes anguloa ſupellex.
Fulget aureus ſcyphus,
Nec ære deſit expolita peluis:
Eſt & olla fictilis,
Grauiſque & ampla argentea eſt paropſis,
Sunt eburna quæpiam.
Nonnulla quercu ſunt cauata, & vlmo,
Omne vas fit vtile,
Quod eſt ad vſum congruens herilem:
Inſtruunt enim domum,
Vt empta magno ſit parata ligno.
Me paterno in atrio,
Vt ob ſoleum vaſculis caducis
Chriſtus aptat vſibus,
Siniſque parte in anguli manere,
Munus ecce fictile,
Inimus intra regiam ſalutis,
At tamen vel infimam
Deo obſequelam præſtitiſſe prodeſt.
Quicquid illud accidit,
Iuuabit ore perſonaſſe Chriſtum,
Quo regente viuimus.

AVRELII PRVDENTII CLEMENTIS VIRI CONSVLARIS, ἐγχειρίδιον, noui & veteris inſtrumenti.

ADAM ET EVA.

Eva columba fuit tum candida, nigra deinde
Facta per anguineum maleſuada fraude venenum,
Tinxit & innocuum maculis ſordentibus Adam:
Dat nudis ficulna draco mox tegmina victor.

Abel & Cain.

Fratrum ſacra Deus nutu diſtante duorum
Aeſtimat, accipiens viua, & terrena refutans.
Ruſticus inuidia paſtorem ſternit: in Abel
Forma animæ exprimitur, caro noſtra in munere (Cain.

Arca Noe.

Nuncia diluuij iam decreſcentis ad arcam
Ore columba refert ramum viridantis oliuæ:
Coruus enim ingluuie per fœda cadauera captus
Hæſerat, illa datæ reuehit noua gaudia pacis.

Ad ilicem Mambræ.

Hoſpitiũ hoc Domini eſt, ilex vbi frondea Mãbræ
Armentale ſenis protexit culmen, in iſta
Riſit Sarra caſa, ſobolis ſibi gaudia ſera
Ferri, & decrepitum ſic credere poſſe maritum.

Monumentum Sarræ.

Abraham mercatur agrum, quo conderet oſſa
Coniugis, in terris quoniam peregrina moratur
Iuſtitia atque fides, hoc illud millibus emptum
Spelæum, ſanctæ requies vbi parta fauillæ eſt.

Somnium Pharaonis.

Bis ſeptem ſpicæ, vaccæ totidem Pharaoni
Per ſomnum viſæ, portendunt diſpare forma,
Vberis atque famis duo per ſeptennia tempus
Inſtare: hoc ſoluit Patriarcha, interprete Chriſto.

Ioſeph a fratribus agnitus.

Venditus inſidiis fratrum puer, ipſe viciſſim
Cratera in fratris ſacco clàm præcipit abdi,
Vtque reos furti Ioſeph tenet, auctio fallax
Proditur, agnoſcunt fratrem, vanique pudeſcunt.

Ignis in rubo.

Sentibus inuolitans Deus igneus ore coruſco
Compellat iuuenem, pecoris tunc fortè magiſtrum:
Ille capit iuſſus virgam, fit vipera virga,
Soluit vincla pedum, properat Pharaonis ad arcem.

Iter per mare.

A Tutus agit vir iuſtus iter vel per mare magnum,
Ecce Dei famulis ſciſſim freta rubra dehiſcunt,
Quum peccatores rabidos eadem freta mergant,
Obruitur Pharao, patuit via libera Moſi.

Moyſes accipit legem.

Fumat montis apex diuinis ignibus, in quo
Scripta decem verbis ſaxorum pagina Moſi
B Traditur: ille ſuos ſuſcepta lege reuiſit:
Forma ſed his vituli ſolus Deus, & Deus aurum.

Manna & coturnices.

Panibus angelicis albent tentoria patrum,
Certa fides facti, tenet vrceus aureus exin
Seruatum Manna: ingratis venit altera nubes,
Atque auidos carnis ſaturat congeſta coturnix.

Serpens æneus in eremo.

C Feruebat via ſicca eremi ſerpentibus atris:
Iámque venenati per liuida vulnera morſus
Carpebant populum, ſed prudens ære politum
Dux cruce ſuſpendit, qui virus temperet, anguem.

Lacus myrrhæ in eremo.

Aſpera guſtatu populo ſitiente lacuna
Triſtificos latices ſtagnanti felle tenebat.
Moſes ſanctus ait: Lignum date, gurgitem in iſtum
D Coniicite, in dulcem vertentur amara ſaporem.

De *XII. fontibus, & LXX. palmis.*

Deuenere viri Moſi duce, ſex vbi fontes,
Et ſex fortè alij vitreo de rore rigabant
Septenas decies palmas, qui myſticus helim
Lucus Apoſtolicum numerum libris quoque pinxit.

XII. lapides in eremo.

In fontem refluo Iordanis gurgite fertur,
E Dum calcanda Dei populis vada ſicca relinquit:
Teſtes biſſeni lapides, quos flumine in ipſo
Conſtituere patres, in formam diſcipulorum.

Domus Raab meretricis.

Procubuit Hiericho, ſola aſtant atria Raab:
Hoſpita ſanctorum meretrix, tanta eſt fidei vis,
Incolumi ſecura domo ſpectabile coccum
Ignibus aduerſis in ſignum ſanguinis offert.

F *Samſon.*

Inuictum virtute comæ leo frangere Samſon
Aggreditur: necat ille feram, ſed ab ore leonis
Mella fluunt, maxilla aſinæ fontem vomit vltrò,
Stultitia exundat lymphis, dulcedine virtus.

De Samſone.

Tercentum vulpes Samſon capit ignibus armat,
Pone faces caudis circumligat, in ſata mittit,
G Allophylum, ſegetéſque cremat: quæ callida vulpes
Nunc hæreſis flammis vitiorum ſpargit in agrós.

Dauid.

Dauid paruus erat, fratrum vltimus, & modò Ieſſe
Cura gregis, cytharam formans ad ouile paternum,
Inde ad delitias regis: mox horrida bella
Conſerit, & funda ſternit ſtridente Goliam.

Regnum Dauid.

Regia mirifici fulgent inſignia Dauid,
H Sceptrũ, oleum, cornu, diadema, & purpura, & ara:
Omnia conueniunt Chriſto, chlamys, atque corona,
Virga poteſtatis, cornu crucis, altar oliuum.

Aedificatio templi.

Aedificat templum ſapientis per Salomonis
Obſequium: regina Auſtri graue congerit aurum.
Tẽpus adeſt, quo tẽplũ hominis ſub pectore Chriſtus
I Aedificet, quod gaza colant, quod barbara dicent.

Filij Prophetarum.

Fortè Prophetarum nati dum ligna recidunt
Fluminis in ripa, cecidit diſcuſſa bipennis.
Gurgite ſubmerſum eſt ferrum: ſed mox leue lignum
Iniectum ſtagnis, ferrum remeabile fecit.

Captiuitas Iſrael.

Gens Hebræorum peccamine rapta frequenti,

Fleuerat

Fleuerat exilium diræ Babylonis ad amnes
Tum patrios cantare modos præcepta recuſat,
Organáque in ramis ſalicis ſuſpendit amara.

Domus Ezechiæ regis.

Hic bonus Ezechias meruit ter quinque per annos
Præſcriptum proferre diem, Aggémque abeundi
Tendere, tot gradibus, quot veſpera texerat vmbra
Lumine perfuſis, docuit ſol verſus in ortum.

Nouum Teſtamentum Aduentus Domini.

Aduentante Deo deſcendit nuncius alto
Gabriel patris ex ſolio, ſedémque repente
Intrat virgineam: Sanctus te Spiritus, inquit,
Implebit Maria, Chriſtum paries ſacra Virgo.

Ciuitas Bethleem.

Sancta Bethleem caput eſt orbis, quæ protulit Ie-ſum
Orbis principium, caput ipſum principiorum.
Vrbs hominė Chriſtum genuit, qui Chriſtus agebat
Antè Deum, quàm ſol fieret, quàm lucifer eſſet.

Magorum munera.

Hic pretioſa Magi ſub virginis vbere Chriſto
Dona ferunt puero, myrrhæque & thuris & auri.
Miratur genitrix tot caſti ventris honores,
Seque Deum genuiſſe hominė, regémq; ſupremum.

Paſtores ab angelo admoniti.

Peruigiles paſtorum oculos vis luminis implet
Angelici, natum celebrans ex Virgine Chriſtum:
Inueniunt tectum pannis, præſepe iacenti
Cuna erat, exultant alacres, & numen adorant.

Occiduntur infantes in Bethleem.

Impius innumeris infantum cædibus hoſtis
Perfurit Herodes, dum Chriſtum quærit in illis.
Fumant lacteolo paruorum ſanguine cunæ,
Vulneribúſque madent calidis pia pectora matrum.

Chriſtus in Iordane baptizatur.

Perfundis fluuio paſtus Baptiſta locuſtis,
Syluarúmque fauis, & amictus veſte cameli
Tinxerat & Chriſtum: ſed ſpiritus æthere miſſus
Teſtatur ſanctum, qui tinctis crimina donet.

Pinna templi.

Excidio templi veteris ſtat pinna ſuperſtes:
Structus enim lapide ex illo manet angulus, vſque
In ſeclum ſecli, quem ſpernunt ædificantes.
Nunc caput eſt templi, & lapidū compago nouorū.

Vinum ex aqua factum.

Fœdera coniugij celebrabant auſpice cœtu
Fortè Galilæi, iam deerant vina miniſtris,
Chriſtus vaſa iubet properanter aquaria lymphis
Impleri, inde meri veteris defunditur vnda.

Piſcina Siloa.

Morborum medicina latex, quem ſpiritus horis
Eructat variis, fuſam ratione latenti,
Syloam vocitant: ſputis vbi conlita cæci
Lumina, Saluator iuſſit de fonte lauari.

Paſſio Ioannis.

Præmia ſaltatrix poſcit funebria virgo
Ioannis caput, abſciſſum quod lance reportet.
Inceſtæ ad gremium matris fert regia donum
Pſaltria, reſperſis manibus de ſanguine iuſto.

Per mare ambulat Chriſtus.

It mare per mediū Dominus, fluctúſque liquentes
Calce terens, iubet inſtabili deſcendere cymba
Diſcipulum: ſed mortalis trepidatio plantas
Mergit, at ille manum regit, & veſtigia firmat.

Dæmon miſſus in porcos.

Vincla ſepulchrali ſub carcere ferrea dæmon
Fregerat, erumpit, pedibúſque aduoluitur Ieſu.
Aſt hominė Dominus ſibi vindicat, & iubet hoſtem
Porcorum rapere greges, ac per freta mergi.

Quinque panes, & duo piſces.

Quinque Deus panes fregit, piſcéſque gemellos,
His hominum largè ſaturauit millia quinque.
Implentur nimio micarum fragmine corbes
Bis ſeni: æternæ tanta eſt opulentia menſæ.

A *Lazarus ſuſcitatus à mortuis.*

Conſpicuus tugurî eſt locus in Bethania,
Vidit ab inferna te Lazare ſede reuerſum.
Apparet ſciſſum fracti ſortitus monumentum,
Vnde putreſcentis redierunt membra ſepulti.

Ager ſanguinis.

Campus Acheldemoch ſceleris mercede nefandi
B Venditus, exequias recipit tumuloſq; humandis.
Sanguinis hoc pretiú eſt Chriſti: Iudas eminus auctor
Infelix collum laqueus pro crimine tanto.

Domus Caiphæ.

Impia blaſphemi cecidit domus ecce Caiphæ,
In qua pulſata eſt alapis facies ſacra Chriſti.
Hic peccatores manet exitus, obruta quorum
Vita ruinoſis tumulis ſine fine iacebit.

C *Columna ad quam flagellatus eſt Chriſtus.*

Vinctus in his Dominus ſtetit ædibus, atq; columnæ
Annexus tergum dedit vt ſeruile flagellis.
Perſtat adhuc, tēplúmque gerit veneranda columna,
Nóſque docet cunctis immunes viuere flagris.

Paſſio Saluatoris.

Traiectus per vtrumque latus, laticē atq; cruorem
Chriſtus agit, ſanguis, victoria, lympha, lauacrum.
D Tunc duo diſcordant crucibus hinc inde latrones
Contiguis: negat ille Deum, fert iſte coronam.

Mons Oliueti.

Montis oliuiferi Chriſtus de vertice ſurſum
Ad patrem cedit, ſignans veſtigia pacis.
Frondibus æternis præpinguis liquitur humor,
Qui probat infuſum terris de chriſmate donum.

Paſſio Stephani.

E Primus init Stephanus mercedem, ſanguinis imbri
Afflictus lapidum, Chriſtum tamen ille cruentus
Inter ſaxa rogat, ne ſit lapidatio fraudi
Hoſtibus, o primæ pietas miranda coronæ.

Porta ſpecioſa.

Porta manet templi, ſpecioſam quam vocitarunt
Egregium Solomonis opus, ſed maius in illa
Chriſti opus emicuit: nam claudus ſurgere iuſſus
F Ore petri, ſtupuit laxatos currere greſſus.

Viſio Petri.

Somniat illapſum Petrus alto ex æthere diſcum,
Conſertum omnigenis animalibus: ille recuſat
Mandere, ſed Dominus iubet omnia munda putare.
Surgit, & immundas vocat ad myſteria gentes.

Vas electionis.

Hic lupus antè rapax veſtitur vellere molli:
G Saulus qui fuerat, fit adempto lumine Paulus.
Mox recipit viſum, fit Apoſtolus, ac populorum
Doctor, & ore potens coruos mutare columbis.

Apocalypſis Ioannis.

Bis duodena ſenum ſedes, citharis pateriſque
Tótque coronarum fulgens inſignibus, ſignum
Cæde cruentatum laudat qui euoluere librum,
H Et ſeptem potuit ſignacula pandere ſolus.

PRÆFATIO IN ΨΥΧΟΜΑΧΙΑΝ

[illegible] TYPOGRAPHIÆ
huc tranſlata.

SEnex fidelis prima credendi via eſt
Abram Beati ſeminis ſerus pater:
I Adiecta cuius nomen auxit ſyllaba,
Abraham parenti dictus, Abraham Deo.
Senile pignus qui dicauit victimæ,
Docens ad aram cum litare quis velit,
Quod dulce cordi eſt, quod pium, quod vnicum,
Deo libenter offerendum credito.
Pugnare noſmet cum prophanis gentibus
Suaſit, ſuumque ſuaſor exemplum dedit,
Nec ante prolem coniugalem gignere
Deo placentem, matre virtute editam,

Quam ſtrage multa bellicoſus Spiritus
Portenta cordis ſæuientis vicerit.
Victum feroces forte reges ceperant
Loth, immorantem criminoſis vrbibus
Sodomæ,& Gomurrhæ,quas fouebat aduena
Pollens honore patruelis gloriæ.
Abraham ſiniſtris excitatur nunciis
Audit propinquum forte captum bellica,
Serente datis barbarorum vinculis:
Armat trecentos terque ſenos vernulas
Pergant, vt hoſtis terga abeuntis cædere,
Quem Gaza diues,ac triumphus nobilis
Captis tenebat impeditum copiis.
Quin ipſe ferrum ſtringit,& plenus Deo
Reges ſuperbos mole prædarum graues
Pellit fugatos, ſauciatos proterit,
Frangit catenas, & rapinam liberat,
Aurum,puellas, paruulos,monilia,
Greges equarum,vaſa, veſtem,buculas
Loth ipſe ruptis expeditus nexibus,
Attrita bacca .Colla liber erigit.
Abraham triumphi diſſipator hoſticis
Redit,recepta prole fratris inclytus,
Ne quam fidelis ſanguinis proſapiam
Vis peſſimorum poſſideret principum.
Adhuc recentem cæde de tanta virum,
Donat Sacerdos ferculis cœleſtibus,
Dei Sacerdos,rex & idem præpotens,
Origo cuius fonte inenarrabili
Secreta,nullum prodit auctorem ſui,
Melchiſedech,qua ſtirpe, quis maioribus
Ignotus,vni cognitus tantum Deo
Mox & triformis Angelorum trinitas
Senis reuiſit hoſpitis mapalia,
Et iam vieta Sarra in aluo fertilis,
Miratur inuentæ mater exanguis ſtupet,
Hærede gaudens,& cachinni pœnitens.
Hæc ad figuram prænotata eſt linea,
Quam noſtra recto vita reſculpat pede,
Vigilanduum in armis pectorum fidelium,
Omnemque noſtri potentem corporis.
Quæ capta fœdæ ſeruiat libidini,
Domi coactis liberandam viribus,
Nos eſſe large vernularum diuites,
Siquid trecentis, bis nouenis additis
Poſſunt,figura nouerimus myſtica,
Mox ipſe Chriſtus qui ſacerdos verus eſt,
Parente natus alto,eſt ineffabili
Cibum beatis offerens victoribus,
Parnam pudici cordis intrabit caſam,
Monſtrans honorem trinitatis hoſpitæ,
Animam deinde ſpiritus connexibus
Pixmaritam,prolis caperem diu,
Faciet perenni fertilem de ſemine.
Tum Sarra dotem poſſidens puerpera,
Hærede digno patris implebit ſinum.

PAVLINI VIRI CONSVLARIS,
QVI FLORVIT IMPE- rante Gratiano.

De ſancto Ioanne Baptiſta carmen

Fuere tres Paulini, Epiſcopus Nolanus, Conſularis hic, & is qui ſcripſit vitam ſancti Martini, vt ... Baronius.

SVmme pater rerum cælique æterna poteſtas
Cum quo noſtra ſalus ſanctorum gloria Chriſte
Spiritus eſt patri pariter natóque cohærent
Emeritum ... impendere ... amorem
Ac primum genus hic extin... ſemine non vult
Interiiſſe tuum,fœcundi...ue viſcera ...
Coniugis eſſ... quæ iam ceſſabat in ...:

A Cur tamen addubitas mortali te quoque ſenſu
Omnia poſſe Deum:ſed credes, ille probabit
Qui mentes linguáſque regit,vireſque miniſtrat,
Prumeruit quas ſola fides:cui plena poteſtas,
Brutis ingenium,vocémque infundere mutis:
Præſta Euangelico ductum de fonte Ioannem,
In noſtra arenti decurrere,carmina riuo.
Ille quidem tantus,quantum potuit dare mundo,
Qui naſci talem nuua per miracula iuſſit:
B Sed licitum magnis tenues impendere curas,
Nec dedignantur vilem cæleſtia laudem:
Pars etiam meriti,meritum celebrare priorum:
Nec noua nunc aut noſtra canam, dixere Prophetæ
Cuncta prius,ſanctique viri ſermone ſoluto,
Promiſſum exortum, vitam mortémque ſacrarunt:
Si mors illa fuit,meruit quæ ſanguine cælum.
C Nos tantum modulis euoluere dicta canoris
Voluimus,& verſu mentes laxare legentum:
Sic nam magnis licet paruis,antiqua nouellis,
Perfecta indoctis conferre,æterna caducis,
Inſpirante Deo quicquid dixere priores,
Aptauit citharis numen venerabile Dauid,
D Conſona cæleſti pangens modulamina plectro:
Nos quoq; fas meminiſſe Dei:quãquã obſita multis
Pectora criminibus cæleſtem admittere ſenſum.
Zacharias Syria quondam de gente Sacerdos,
Credita ſolenni curabat templa paratu.
Vita viri,pietate,fide,grauitate,pudore,
Obſequiu condigna Dei coniunx huic alma
Eliſabeth,priſca ſanctorum ſtirpe virorum
E Progenita,& tanto virtutibus æquá marito.
Sed,quod in opprobriu matrum,poſuere priores,
Prole carens,ſterilem ducebat mœſta ſenectam,
Spémque omnem ſubolis tranſacta excluſerat ætas,
Forte ſacrum ſolenne Deo plebs cuncta ferebat,
Et prius antiſtes ſacros adoleuerat ignes,
Intima diuinis decorans altaria flammis:
Ecce ſacram propter cæleſtis nuntius aram
F Aſtitit,ac veſte inſignis,venerabilis ore,
Se cælo miſſam vultúque habitúque probauit.
Tum ſancta in tales laxauit pectora voces.
Accipe,cæleſti domino dilecte Sacerdos,
Æterni mandata Dei,cui cura priorum
Perpetua eſt,iuris qui puro pectore cuſtos
Naſcetur dignus tanto ſponſore beatus
Perpetuúſque puer,qui primo protinus æuo
G Te maior,ſacras inuicto in pectore vires
Auctoris dono plus quam genitoris habebit.
Nec ſanè nato quæ primæ vocabula ponas,
Arbitrij iuriſque tui eſt:Deus ipſe profectò
Qui naſci iubet,hunc idem iubet eſſe Ioannem.
Nominis hic titulos,meritorum immenſa propago,
Quæ nec dum genito potuis prænoſcere ſolus,
Qui dabit,& tanto tribuet tibi gaudia nato:
H Nec vero tribues tantum,tibi(gloria parua eſt
Intra vnam concluſa domum) ſed quantus ab ortu
Tenditur in ſeræ finita crepuſcula lucis,
Totus prole tua tecum lætabitur orbis.
Quid mirum?cuncta vitiorum fæce carebit,
Cæleſtem ducens ſine labe & crimine vitam,
Vaſano ſeruans abſtemia pectora vino,
Omniaque euitans maleſuadi pocula ſucci
I Cumque hominum generi vel poſt errata ſalutem
Spondeat,ab ſancta quiſquis renouabitur vnda,
Ipſe in ſe nihilum quo purificetur habebit.
A...nopinta tibi variis ambagibus edam,
Heliæ meritum doctus neſcire ſacerdos
Non potes,cauſæ qui mortis lege remiſſa,
Aeternam degit proprio cum corpore vitam.
Igneus excelſum quem vexit ad æthera currus,
Flammantum rapido niſi glomeratus equorum:
Hunc tuus æquabit meritorum ſtemmate natus,

Tantus

Tantundem & laudis ſimul & virtutis habebit:
Ergo ad condignas tanto pro munere grates,
Nec dubiam ſuſpende fidem, ne mota tuentia
Ira Dei, meritam ſtatuat poſt præmia pœnam.
Hæc ait, & tenues elabitur ales in auras,
Fragrantémque ſacro procul æthra fundit odore.
Diriguit ſtupida confuſus mente ſacerdos,
Ac dum promiſſum conſtantia corda volutant,
Dum ſe diffidit tantum meruiſſe fauorem,
Vt ſummi ſit cura Dei, dimiſſus vt alto
Nuncius è cælo, famulo tam clara referret,
A domino mandata ſuo, ludíque veretur,
Somniáque illa putat: mores dum parcius æquo
Aeſtimat ipſe ſuos, nec ſe meruiſſe fatetur:
Infidum facit ipſa fides, dum credere dignum
Se non vult, pœnas incredulitate meretur.
Protinus aſtricta eſt dubitanti lingua palato,
Et motus oblita ſui, mulitáque vocis
Articulare ſonum pigro torpore cohæſit:
Dúmque cupit narrare ſuæ miracula plebi,
Conatus fruſtra, defixo obmutuit ore.
Mæſtus abit, verſátque in luſa mente dolorem,
Et veniam erratis arcano in corde precatur.
Quanta eſt pietas, quámque exorabile numen,
Pœnituiſſe ſat eſt. rata quæ dat, temporis ordo
Voluitur, & grauida (mirum) diſtenditur aluo
Eliſabeth, ſanctúmque gerunt pia viſcera pondus,
Et venit effœto munus iuuenile ſub æuo.
Inde aliud ſanctus Gabriel qui nuncius idem
Zachariæ fuerat, multo maiora voluntans,
Ad ſe etiam molitur iter quæ ſponſa marito,
Sed mage lecta Deo, mundi paritura ſalutem,
Virgo illibatum ſeruabat caſta pudorem:
Cui poſtquam inſignis cœleſti forma decôre
Conſtitit ante oculos, vultus demiſſa pudicos,
Tinxit ſuffuſo rutilantes ſanguine malas.
Ille ait, ô toto quem ſolis circulus ambit,
Quæque fuere prius, quæ ſunt, quę deinde ſequêtur,
Virginibus cunctis felicior orbe puella,
Magno lecta Deo, mater dicaris vt eius,
Cuius & ille pater, felix age concipe pondus,
Impolluta viro, coitúque immunis ab omni
Verbu facta Dei corpus tua viſcera præſtent
Illi qui cœlum, terras, mare, ſidera fecit:
Qui ſemper fuit & nunc eſt, & tempore in omni
Semper erit, mundi dominus lucíſque creator,
Et lux ipſe poli peperit mortalia membra
Induet, atque oculos hominum cernétque ſubibit.
Imperturbatos tantorum in præmia laudum
Tolle animos, dabit ille tibi viréſque fidémque,
Qui voluit (nam cuncta regit natuque gubernat)
Filius eſſe tuus, Domini cum filius eſſet.
Dixerat, & viſus pariter terráſque reliquit,
Aſſuetúmque ſibi facili petit æthera niſu:
Implentur præcepta Dei, créditque puella
Protinus, atque auget meritum virtúmque priorem
Prompta fides: tacitis elementa latentia cauſis
Diuinum informant corpus, fœcundáque creſcit
Sarcina, cæleſtem dominum pia conſtinet aluus.
Interea grauidam ſoboles, quanquam edita nec dum
Inſtigat Mariam ſanctam, vt progreſſa reuiſat
Eliſabeth, longo quæ iam venerabilis æuo,
Dilectum domino puerum paritura gerebat.
Auſcultat nato genitrix (vis tanta fidei)
Et quo iuſſa venit mouit materna Ioannes
Viſcera, & impleuit diuino pectora ſenſu.
Iam vates, nec dum genitus, concluſus in aluo,
Iamque Propheta pius geſta & ventura videbat.
Illa vbi concepto fulgentem lumine longe
Conſpexit Mariam, celeri procul incita greſſu
Obuia progreditur, veneratáque brachia tendens,

A Salue o mater, ait, Domini, ſalue pia Virgo,
Immunis thalami, coitúſque ignara virilis,
Sed paritura Deum [illegible] eſſe pudicam
Intactæ [illegible] & primi nupta.
Cur mihi non [illegible] munere dignæ,
Officij [illegible] honos [illegible] gloria cæli
In noſtros [illegible] lares & vil[illegible] tecta,
Obſcuris tantum lumen penetrat [illegible] infert?
B Sed mihi placidum [illegible] adſit
Præſtitit hunc genitus, cui [illegible] ante fauorē,
Dixit, & amplexus viuis [illegible],
Iamque Deum veneranda pio dedit oſcula ventri.
Dic age nunc Iudæa, [illegible], & lingua regis
Commaculata tui, [illegible]
Eſt adhibenda fides, [illegible] vates
Credis [illegible] & Moſen ipſum [illegible] Dauid,
C Impia perfidiæ [illegible] gentis.
Credite [illegible] materna [illegible] in aluo
Quid videat ſancto matri docet ore Ioannes.
Quis precor hunc docuit [illegible] virgo
Cernere [illegible] maneat noua ſeculi partus
Sed ſanctit [illegible] nec vila profanis.
Verum egreſſa [illegible] petit oblita campos,
D Atque oblita [illegible] longius audet.
Sperare [illegible] firmare [illegible] quondam
Huc [illegible] per ſpatium ſuetet agitare quadrigas,
Huc [illegible] mortalia dicat
Pagina [illegible] Dominum diuina loquantur.
Iámque adeò exacto quantum natura iubebat
Tempore, materna puer inclitus editur aluo,
Et promiſſa Dei magna [illegible]
E Implet certa fides, & natis comprobat infans.
Conueniunt contingentes de more propinqui,
Vt puero veterum de nomine ducta parentum
Aptent collatis quæſita vocabula curis:
Sed negat arbitrium cognatis eſſe relictum,
Cœleſti iuſſu per natum [illegible] mater.
Ergo placet dudum [illegible] luſa [illegible] ſilentem
Conſuluiſſe patrem [illegible] facultas
F Indicij, quod lingua nequit, ſi littera ſignet.
Conſulitur, ſumit tabulas, ſcribítque Iohannem.
Mirantur cuncti, nullúmque habuiſſe priorum
Præſcriptum nomen [illegible] de ſtirpe parentum.
Quantum ſera fides valuit: qui [illegible] dextra notauit,
Quod mens [illegible] pœna remiſſa eſt.
Soluuntur vincla laxata [illegible] linguæ:
Reſpondet iam voce ſenex [illegible] propinquis
G Tecta [illegible] mandata Dei ſpondétque futura,
Dum tranſacta probat. talem ſore quis dubitaret,
Quem domini iuſſis, naturæ lege remiſſa,
Inſolito ex [illegible] potuiſſe videret?
Exemplum cunctis celebrandum incredulitatis
Ante oculos cunctis poſuit, vt pœna pateret,
Vel vehiat atque animis ſtat ſimul bini metus, hinc
Labitur interea [illegible] ipſis (ſpes
H Extat diuini ſpecies [illegible] vigoris.
Blanditiæ riſúſque ſilent [illegible] ceſſant
Murmura, ſeritas [illegible] præuia ſenium,
Iam tenera informat venturis moribus ora.
Inde vbi prima puer ſtabili veſtigia nixu
Fixerat, & certam ſonarent verba loquelam:
Mos erat, aut ſancti dicta [illegible] parentis,
Aut antiquorum præclara [illegible] facta,
I Vel quas ipſe Deus leges interprete Moſe
Condiderat, ſacri quas ſeruat pagina [illegible].
Hæc & quæ teneram ſumat [illegible] mentem
Tractabat recolens [illegible] priuata
Credendus, dederat Dominus cui noſſe futura,
At poſtquam [illegible] membris acceſſit ab æuo:
(Nam mens plena Deo tardos præuenerat annos)
Illa ſibi iam tum ſtatuit diſcenda docere
Quæ nequeunt homines ſimul [illegible] laborum,

Præpotus ſanctæ contagia noxia vitæ.
Tecta igitur ſancti, quamquam immaculata, parentis
Deſerit, ac turbas hominum cœtúſque nocentes
Effugit, ac ſolas loca tendit ad inuia terras,
In quis ſe tantum mens impolluta videret,
Liberáque à curis, ſacra ad præcepta vacaret.
Veſtis erat curui ſetis conſerta cameli,
Contra luxuriem molles duraret vt artus,
Arceretque graues compuncto corpore ſomnos.
Hunc vilis rigidos ad lumbos zona ligabat:
Præbebant victum facilem ſylueſtria mella,
Pomáque, & incultis enatæ cautibus herbæ,
Arentémque ſitim decurrens vnda leuabat.
Quis locus hic vitiis; aditum quem praua cupido
Inuenit hæc inter ſacra ad penetralia mentis?
Quo peccet, qui nil cupiat? quo tendat iniqui
In latebras ſenſus, quiſquis non indiget vllo?
Sic primi vixere homines, mundóque recenti
Hos auctor dederat ventura in ſecula mores:
Inſeruit donec ſe male ſuada voluptas,
Ac ſecum luxus & amorem inuexit habendi:
Hinc odia, hinc lites, hinc fraus, hinc liuor & iræ,
Cædes, arma, cruor, conflictus, prælia, mortes,
Hinc offenſa Dei, quam tartara ſæua probunt.
Verùm ego cur nimium communes arguo culpas,
Profiteor ipſe mei, quem non commiſſa grauare;
Sed veniam ſpetare decet? Iaabimur immo
Rectius, inuictum nullique imitabile priſci
Exemplum ſecli, tranſgreſſum humana labore,
Semideúmque virum, qui labe immunis ab omni
Cum ſua tam ſæuis cruciarit corpora pœnis,
Præſcripſit, quid nos vel poſt peccata deceret.
At poſtquam inuictam firmans per talia mentem,
Exegit largum tempus, ſtatuitque reperta
Quæ luctant quærenda, ſibi vox edita cœlo eſt.
Iam ſatis impenſum ſpacij dilecte propheta,
Quo tibi prodeſſes tempus tibi quæ data ſentis,
Vt proſint aliis, & quæ iam perdita, ſeruent,
Perge igitur ſanctas puri Iordanis ad vndas.
Hic quicunque hominum vitæ commiſſa prioris
Pœnitet, & tandem ſenſu meliora volutat
Ablue conictum quiſquis tibi mente fideli
Crediderit, delere pio commiſſa lauacro,
Ille renatus erit, talis mundo vita ſequatur,
Quæ probet ablutos vitam damnaſſe priorem.
Paruit auditis famulanti mente Iohannes,
Protinus & ripas iuſſi deſcendit ad amnis.
Prædicat hic præcepta Dei ſermone verendo
Infunditque nouam credentum in corda ſalutem,
Diluit infuſis credentum crimina lymphis,
Abſoluitque metus hominum, pœnáſque remittit,
Atque ignem reſtinguit aquis, obliuia ſuadet
Errorum, præſtátque nouæ bona corpora vitæ.
O pater, ô hominum rerumque æterne creator,
Quot gradibus parcit pietas tua? quis pater vnquam
Suſtinet erranti toties ignoſcere nato?
Das genti ſenſum quo vel bona vel mala noſcant:
Non ſatis innectis ſeruandæ vincula legis,
Proponiſque malis pœnas, & præmia iuſtis.
Has quoque quis ſpreuit? redeat quandóque libebit,
In promptu venia eſt: ſanctum patet ecce lauacrũ,
Quod remouet vitam, veteréſque obliteret actus,
Quódq; nouos homines faciat, quid quærimus vltra?
Et tamen vlterior venia eſt: violauerit vllus
Hoc quóque pollutum prolapſus corpore donum,
Quamquam iam nimius longe proceſſerit error,
Deſinat & tædeat, cùm ſe damnauerit ipſe,
Abſolui meruit: ſi pœnitet, irrita culpa eſt.
O verè, quod ais, pondus leue, quódque cohæret,
Suaue iugum, toties homini cum ignoſcitur vni.
Et tamen erramus, finis nec criminis vllus
Humano generi, ſed creſcit laus tua, namque

A Maior culpa rei parcentis gloria maior.
Grates ergo tibi refetat mens omnis, & omnis
Lingua canat, quantúmque poteſt humana propago,
Si placuiſſe nequit, fieri vel grata laboret.
Panditur immenſum, ſi demus vela profundum
In laudes pater alme tuas: ſed conſcia tanti
Mens oneris trepidat, propriáſque haud inſcia vires
Conſulit, & dignis potius dicenda relinquit.
B Reddamur cœpteis opus hoc tibi ſancte Iohannes
Quo renoues pias abluto corpore mentes,
Non hæc prima dedit Domini ſententia, qua te
Admonuit claram mittens per nubila vocem:
Secula multa prius ſancti Deus ore locutus
Iſaiæ vatis, veteris qui maximus æui:
Mittam, ait, ante tuos oculos o nate miniſtrum,
Qui ſentuſarum purgans concreta viarum
C Greſſibus ille tuis, celſos ſubſidere montes,
Idem depreſſas faciet conſurgere valles:
Diriget hic quæ praua, & leniet aſpera, dura
Molliet, & totum coget planeſcere mundum.
Tune precor donum ſummi patris, alme Iohannes
Cum Chriſto promiſſe venis? téque imputat ille
Qui nuſic natum? tunc ô prædicte prophetis.
Nominis angelici tu participatus honore.
D Per te prima Dei ſeſe clementia profert,
Prima tibi dandæ veniæ permiſſa poteſtas.
Te cùm multa nouæ peterent miracula plebis,
De te Chriſtus ait, conceſſum eſt viſere talem
Qualem nulla prius viderunt ſecla prophetam:
Dico ego, qui ſolus quæ geſta gerendáque noui,
Inter mortales dederit quos fœmina partus,
Quóſque dabit ſolemni hominum de more creatos:
E Nullus erit poſſe qui ſe præferre Ioanni.
Hæc de te ille refert, qui quælibet intima cordis
Humani, & cunctos ſeclorum ex ordine tractus
Peruidet, vt quæ ſunt oculis ſubiecta videmus.

PAVLINI AD AVSONIVM.
EPISTOLA PRIMA.

F QVid abdicatas in meam curam pater
Redire Muſas præcipis?
Negant camœnis nec patent Apollini
Dicata Chriſto pectora.
Fuit iſta quondam non ope, ſed ſtudio pari
Tecum mihi concordia.
Ciere ſurdum Delphica Phœbum ſpecu,
Vocare muſas numina,
G Fandique munus munere indultum Dei
Petere fonte, nemore, aut iugis.
Nunc alia mentem vis agit, maior Deus,
Alióſque mores poſtulat.
Sibi reposcens ab homine munus ſuum
Viuamus vt vitæ patris,
Vacare vanis otio aut negotio,
Et fabuloſis litteris
H Vetat, ſuis vt pareamus legibus,
Lucémque cernamus ſuam.
Quamuis ſophorum, callidæ artique rhetorum, &
Figmenta vatum nubilent,
Qui corda falſis atque vanis imbuunt
Tantúmque linguas inſtruunt,
Nihil adferentes vt ſuis rem conferant,
Quod veritatem detegat.
I Quid enim tenere vel bonum aut verum queant
Qui non tenent ſummæ caput?
Veri bonique fomitem & fontem Deum,
Quem nemo niſi in Chriſto videt.
Hic veritatis lumen eſt, vitæ via,
Vis, mens, manus, virtus patris,
Sol æquitatis, fons bonorum, flos Dei,
Natus Deo, mundi ſator,

Morta

Mortalitatis vita noſtræ, & mors necis,
Magiſter hic virtutis eſt,
Deúſque nobis, atque pro nobis homo,
Nos induendo, ſe exuit,
Æterna iungens homines inter & Deum
Inteŕque ſe commercia.
Hic ergo noſtris vt ſuum præcordiis
Vibrauerit cœlo iubar.
Abſtergit ægrum corporis pigri ſitum
Habitúmque mentis innouat.
Exhaurit omne, quod iuuabat antea,
Caſtæ voluptatis vice.
Totóque noſtra iure Domini vindicat
Et corda & ora, & tempora.
Se cogitari, intelligi, credi, legi,
Se vult timeri & diligi.
Æſtus inanes, quos mouet vis & labor,
Præſentis æui tramite,
Horret futuræ cum Deo vitæ fides,
Qui quas auemus ſpernere,
Non vt prophanas abiicit aut viles opes,
Sed vt magis caras monet,
Cœlis reponi creditas Chriſto Deo,
Qui plura promiſit datis.
Contempta præſens vel mage depoſita ſibi
Multo vt rependat fœnore.
Sine fraude iuſtus ſuſcta creditoribus
Bonus æra reddet debitor,
Multáque ſpretam largiet pecuniam
Reſtituet vſura Deus.
Huic vacantem vel ſtudentem & debitum
In hoc reponentem omnia,
Ne quæſo ſegnem, néve peruerſum putes
Ne criminoſis impium.
Pietas abeſſe Chriſtiano qui poteſt?
Namque argumentum mutuum eſt
Pietatis, eſſe Chriſtianum: & impij,
Non eſſe Chriſto ſubditum.
Hanc cum tenere diſcimus, poſſum tibi
Non exhibere, id eſt patri,
Cui cuncta ſancta iure chara numina
Debere me adiuſſit Deus.
Tibi diſciplinas, dignitatem, literas,
Linguæ, & togæ, & famæ decus,
Prouectus, altus, inſtitutus debeo
Patrone, præceptor, pater.
Sed cur remotus tamdiu degam arguis,
Pióque moro ieſſ. eris.
Conducit iſtud, aut neceſſe eſt, aut placet,
Vel aliud horum quidquid eſt,
Ignoſce amanti ſi geram quod expedit,
Gratare ſi viuam, vt libet.

Epiſtola 11.

DEfore me patriis te ia miſereride terris
Atque alium me egiſſe vagis erroribus orbem,
Cultus prius veſtræ oblitum conſortia vitæ,
Incepiſſes largis moto pietate quærelis:
Amplector patrio venerandum pectore motus,
Et mihi gratandas ſalues affectibus iras:
Sed reditum inde meum genitor te poſcere nollem,
Vnde dari poſſit renouandum me tibi cedam.
Cum ſteriles fundas, non ad diuina precatus,
Caſtalidis ſupplex auerſo numine Muſis.
Non his nunc tribus ſtis me patriæque reduces,
Quod datur in nihilum ſine numine, numina Muſas
Surda vocas, & nulla rogas: leuis hoc ferei aura,
Irrita ventoſæ rapiunt hæc verba procellæ,
Quæ non mittit Deus, cœli in nubibus hærent,
Nec penetrant ſuperi ſtellantem regis in aulam.
Si tibi cura mei reditus, illum aſpice & ora,
Qui tonitru ſummi quatit ignea culmina cœli,
Qui triſido igne micat, nec inania murmura miſcet,

A Quique ſatis cœlo ſoles largitur & imbres.
Qui ſuper omne, quod eſt, & in omni totus vbique,
Omnibus infuſo rebus regit omnia Chriſto,
Quo mentes tenet atque mouet, quo tépora noſtra
Et loca diſponit: quod ſi contraria votis
Conſtituas noſtris, prece deflectendus in illa eſt,
Quæ volumus, quid me accuſas, ſi diſplicet actor?
Quæ gero agente Deo, prius eſt ſi Deus actor,
B Cui placet, aut formare meos, aut vertere ſenſus.
Nam mea ſi repures quæ priſtina, quæ tibi nota,
Sponte fatebor eum modo me non eſſe, ſub illo
Tempore qui fuerim quo non peruerſus habebar,
Et peruerſus eram falſi caligine cernens,
Stulta Dei ſapiens, & mortis pabula viuens.
Agnoſci datur à ſummo genitore, nouatur.
Quod non more meo geritur, non arbiter iſtis
C Conſeſſus dirat mutatæ in prauo notandum
Eſt, tem mentis, quoniam ſum ſponte profeſſus
Me non mente mea vitam mutaſſe priorem,
Mens noua me tribuit fecit, mens non mea quondã,
Sed mea nunc, auctore Deo, qui ſi quid in actu
Ingenióne meo iam dignum ad munia vidit,
Gratia prima tibi, tibi gloria debita redeat.
Cuius præceptis partum eſt, quod Chriſtus amaret.
D Quare gratandum magis eſt tibi, quam quiritandũ,
Quod tuus ille, tuis ſtudiis & moribus ortus
Paulinus, cui te non inficiare parentem,
Nec modo tam credis peruerſum, ſic mea verti
Conſilia vt ſim promeritus Chriſti fore, dum tum
Antonij ferat ille ſuæ tua præmia laudis,
Deque tua primum tibi deferat arbore pomum,
Vnde precor meliora putes ne maxima perdas
Præmia, deteſtando tuis bona fontibus orta.
E Non etenim mihi mens vaga nunc, neque participantum
Vita fugax hominum, Lycia quæ ſcribis in antris
Pegaſium vixiſſe equitem: licet antra multi
Numine agente colant, clari velut antè Sophorum
Pro ſtudiis Muſiſque ſuis, & nunc quoque caſtis,
Qui Chriſtum ſumpſere animis, habitare frequentẽt,
F Non inopes animi, neque de feritate legentes
Deſertis habitare locis, ſed in ardua verſi
Sidera ſpectantes que Deum, verique profunda
Perſpicere intenti, de vanis liberà curis,
Otia amant, ſtrepitúſque fori rerúmque tumultus,
Cunctáque diuinis inimica negotia donis,
Et Chriſti imperiis & amore ſalutis abhorrent,
Spéque fidéque Dei ſponſa mercede ſequuntur.
G Quam referet certus non deſperantibus auctor.
Si modo non vincat vacuis præſentia rebus,
Quæque videt ſpernat: quæ non videt, expetat animus.
Namque caduca patent, nec ſtris æterna negantur
Viſibus, & nunc ſpe ſequimur, quod mente videmus,
Spernentes varias rerum ſpectacula formas,
Et male corporeos bona ſollicitantia viſus.
Attamen hæc illis ſeclis ſententia viſa eſt,
H Tota quibus iam ſit potuit verúmque bonúmque
Ventura æternum ſecli & præſentis inane.
At mihi non eadem ſit gloria, cur eadem ſit
Fama, fides vera, par eſt. ſeu amœna colentis
Nunc etiam & blanda potior locupletis in arca
Littoris. vnde hæc iam tam feſtinata locorum
Inuidia eſt? atrinam ſolius me carpere liuor
Inciperet Chriſti ſub nomine proba placebunt,
I Non patitur tenerum mera numine firma pudorem,
Et laus hic contempta redit mihi iudice Chriſto.
Ne me igitur venerande parens his, vt male verſum,
Increpites ſtudiis, neque me vel coniuge carpas,
Vel mentis vitio non anxia Bellerophontis
Mens eſt, nec Tanaquil mihi, ſed Lucretia coniunx.
Nec mihi nunc patrij eſt (vt vis) oblitio cœli,
Quin ſummum ſuſpecto Deum quem qui colit vnum,

Hic verè memor eſt cœli: credo ergo paterni
Nec cœli immemores, nec viuere mentis egentes,
Humanisque agitare locis, ſtudia ipſa piorum
Teſtantur mores hominum, nec enim impia iuſtum
Gens poterit noviſſe Deum, ſic multa locorum,
Multa hominum in ſtudiis, multa experientia legũ.
Quæ regio agreſtis ſicut caret? aut quid in iſtis
Improbitas aliena nocet? quid tu mihi vaſtus
Vaſconiæ ſaltus, & ningida Pyrenei
Obiicis hoſpitia? in primo quaſi limine fixus
Hiſpanæ regionis agam, nec ſit locus vſquam
Rure vel vrbe mihi, ſummum qua diues in vrbem
Vſque patet, merſos ſpectans Hiſpania ſoles.
Sed fuerit fortuna, iugis habitaſſe latronum,
Non tamen Barbarico ritu, mutatus in ipſos,
Inter quos habito ſocia feritate, colonos.
Non recipit mens pura malum, neque læuibus hæret
Inſperſæ fibris maculæ, ſi Vaſcone ſaltu
Quiſquis agit purus ſceleris vitam inter iniquos,
Nulla ſibi inhumano morum contagia ducit
Hoſpite: ſed mihi cur ſit ab illo nomine crimen
Qui diuerſa colo, vt colui, loca iuncta ſuperbis
Vrbibus, & lætis hominum celeberrima cultis?
Ac ſi Vaſconiis mihi vita fuiſſet in oris,
Cur non more meo potius formata ferinos
Poneret in noſtros migrans gens barbara ritus?
Ante habitos mores, nec ſemper flectere vitam
Crimen habet, namque eſt laudi bene vertere, cũ me
Immutatum aliis, iterum officiũmque requires
Si prauo tectum ſit religioſa prophanis,
Luxoriæ paſcuum, ſit ſi mutatur honeſtum.
Segnis, iners, obſcurus ago, miſerere ſodalis
In mala peruerſi, blandum licet ira parentem
Excites, lapſum vt recta inſtauret amicum
Moribus, & monitu reparet meliora ſeuero.
At ſi forte idem quod legi, & quod ſequor, audis
Corda pio vouiſſe Deo, venerabile Chriſti
Imperium docili pro crudelitate loquentis
Perſuaſumque tenens, mortalis æterna parari
Præmia mortali damnis præſentibus empta,
Non tecũ hoc ſancto ſic diſplicuiſſe parenti,
Mentis vt errorem credat, ſic viuere Chriſto.

Paulinus Auſonio. Epiſtola III.

De conſtantia in amore.

COntinuatæ meæ durare ſilentia linguæ,
Te nunquam tacito, memoras, pleximq; labris
Deſidiam exprobras, neglectaque inſuper addis
Crimen amicitiæ formidatámque iugalem
Obiicis, & durum iacis in mea viſcera verſum,
Parce precor lacerare tuum nec amara paternis
Admiſcere velis, ſeu melli abſynthia, verbis.
Cura mihi ſemper fuit & manet, officiis te
Omnibus excolere, affectu obſeruare fideli.
Non vnquam tenui ſaltem tua gratia næuo
Commaculata mihi eſt, ipſo te lædere vultu
Semper, & iocanti ſimul violare figura,
Compoſui, & læto formaui lumine frontem
Ne te vela tacitu contractam pectore nubem
Duceret in ſanctum ſuſpectu falſi parentem.
Hoc mea te domus exemplis coluitque colétque,
Inque tuum tantus nobis conſenſus amore eſt,
Quantus & in Chriſtum, connexa mente colendum.
Quis tua quæſo tuis obduxit pectora liuor?
Quorum mente pias facilis tuas fama per aures
Irrupit populisque animum, contráque vetuſtam
Expertæ pietatis fidem, noua vulnera mouit?
Læderet vt noſtris placidum maleſuada parentem?
Sed mihi non ficta mens conſcia ſimplicitatis,
Nec patris inuidet pietas rea reſpuit omne
Improbitum, & falſi perſtringi crimine non fert.
In manis merito grauius violatur iniquo.
Vulnera tam tenera offenſæ, quàm libera culpæ.
Diſcuſſiſſe iugum queteris me, quo tibi doctis
Iunctus eram ſtudiis, hoc nec geſtaiſſe quidem me
Aſſero, namque patres iubeant iuga: nemo valentes
Copulat infirmis, neque ſunt concordia frena,
Si ſit compulſis menſura iugalibus impar.
Si vitulum tauro, vel equum committis onagro,
Si conſors fulicas cygnis, & aedona parræ,
Caſtaneis corylos æques, viburna cupreſſis,
Me compone tibi, vix Tullius & Maro tecum
Suſtineant æquale iugum: ſi iungar amore,
Hoc tantum tibi me iactare audebo iugalem,
Quo modicum ſociis magno contendit habenis
Dulcis amicitiæ æterno mihi fœdere tecum
Et paribus ſemper tedamanda legibus æqua:
Hoc noſtra è ceruice iugum non ſæua reſoluit
Fabula, non terris abſentia longa diremit,
Nec perimet, toto licet abſtrahat orbe vel æuo,
Non animo diuiſus agam, prius ipſa recedet
Corpore vita meo, quam veſter pectore vultus.
Ego te per omne, quod datum mortalibus,
Et deſtinatum ſeculum eſt,
Claudente donec continebor corpore,
Diſcernar orbe quolibet,
Nec corde longum, nec remotum lumine
Tenebo fibris inſitum.
Videbo corde, mente complectar pia
Vbique præſentem mihi.
Et cum ſolutus corporali carcere,
Terráque prouolauero,
Quo me locarit axe communis pater,
Illic quoque animo te geram,
Neque finis idem, qui meo me corpore
Et amore laxabit tuo.
Mens quippe lapſis, quæ ſuperſtes artubus
De ſtirpe durat cœliti,
Senſus neceſſe ſimul & affectus ſuos
Teneat vt vitam tenet ſuam,
Et ores ſi obliuiſci non capit,
Perenne viuat & memor.

SANCTI PAVLINI NOLANI DE NAVFRAGIO MARTINIANI ET de filij ipſius Cytherij eruditione.

MArtinianum ſpiritu fratrem mihi
Vnaque germanum fide
Quem tu diſertis proſecutus literis
Ad nos venire miſeras
Nunc vix ſalutis compotem factum ſue
Scriptis inanem perditis
Sed charitatis indicem plenum tuæ
Vt os tuum ſuſcepimus.
Et veriorem litteris epiſtolam
De corde ſignatam tuo
Cum te referret ſpiritali littera,
Et mente & aure legimus.
Tunc ambo nexi adinuicem dextram damus
In oſculo pacis ſacræ
Et immolamus hoſtiam laudis Deo
Grateſque Chriſto reddimus.
Quo liberante noſtra, ſoſpes è mari
Intrabat hoſpes limina:
Nam dira paſſus, & tamen miracula
Expertus in periculis.
Patria profectus cognita cauſa tibi
Iter pedeſtre legerat.
Sed longa ſecum ſpatia terrarum putans
Vertit via ſententiam.
Et otioſam fluctuandi nauſeam
Pedum labori prætulit.
Narbone ſoluit per crucem ponti viam
Fragili carinæ credulus.

Hinc

Hinc ille greſſu vir pio & verſo vice
Fit nauigandi pœnitens.
Námque vt profectus continenti littore
In alta proceſſit freta:
Iam nocte denſa, ſed ſereno lucida
Ridente tranquillo maris,
Cum ſola curſus ordinarent ſidera
Abſente tunc luna polo:
Nauem repente tempore ab longo patrem
Viua vehendi deſerit:
Laterúmque laxis ſoluitur compagibus:
Vndáſque ſenſim accipit.
Cunctis ſoporem ſuaſerat tranquillitas:
Tantum gubernator vigil:
Lambente blandis claſſe ſecurus vadis
Iter ſecabat ſpumeum,
Et fortiores prouehendis curſibus
Auras vocabat ſibilo.
Interea nauis altius decreſcere
Creſcente pletura ſui.
Tabuliſque ſeſe latius laxantibus
Incurrit vnda largior.
Quibuſque nulli de ſalo fluctus erant
In naue fluctus naſcitur:
Et dormientum membra iam ſubter lacus
Vdo rigore ſuſcitat.
Vt ſenſit vnus mox & alter, omnibus
Formido ſomnum diſcutit.
Timent pauore mortis, & cauſas adhuc
Timoris ignorant ſui.
Qua miſeri fugiant pelagus infeſtum via?
Merguntur in naui ſua.
Si concitata feruerent ventis freta
Naui teneretur ſalus:
Icta carinæ viſcera infuſo mari
Quo vita capietur loco?
Quis portus illis quibus & in naui mare eſt
Quod intus oppreſſos necat.
Sed aura, portus, & ſalus cunctis Deus
Manum paternam porrigit.
Et inter alta medij dorſa gurgitis
Pietatis expandit ſinum
Quo abrupta mortis inciderit excipit
Et in vado vitæ locat.
Scapham ſequacem quadriremis machinæ
Ad hanc opem parauerat:
Vt quos ab illa plebe nauigantium
Seruare legiſſet Deus
Susciperet illa quæ dehiſcentem mari
Claſſem adnatabat comminus.
Hanc ipſe nauis rector & cum litore
In alta primo ſolueret
Noctilanus ille diſciſſam fidem
In corde portans naufrago
Homo mortis & apta morti cogitans
De more ſuo voluit,
Vt eſſet onerum portio in nauem ſtatim
Properat, miſſe conſcendere,
Et cum periclo ſtringeretur vltimo
Molitus eſt expellere
Vt fune rupto quo cohærebat rati
Dimitteretur æquori,
Sed plurimorum voce victus obuia
Ab vtroque manſit irritus,
Quia præualebat omnium ſententia
Auctore Chriſto fortior,
Vt mox ſalubri barca perfugio foret
Puppi ſuperſtes obrutæ.
Inuſitata naufragij facies erat:
Mors nauis & pax æquoris
Foris ſedebat, in freto tranquillitas
In naue tempeſtas erat.

A Non ſaxa claſſem non procella fregerat
Sed ipſa vetuſtas fortior.
Clauante ferro firma ligni robora
Æuo terente ſoluerat.
Cælum ſerenis enitebat nubibus
Aſtris renidebat mare.
Verum quid illis læta ventorum ſimul
Pelagíque præſtabat quies:
B Quos deferebat in profundo marmoris
Vectura dilapſæ ratis?
Bibit vada nauem nauis vndam combibit
Sorbentur & ſorbent aquæ.
Inebriati nautæ potu ſalſa:
Triſti necantur crapula.
Ridebat aliis mitis vnda nauibus
Vnique ſaub...rati.
C Sed in periclo plus δ.nutum cernere eſt
Cæleſtis actum examinis.
Commune cunctis vna quos nauis vehit
Periculum mortis manet.
Et ecce variis diuiduntur caſibus
Ad mortem & ad vitam dati.
Quod ne putetur forte permixtim bonis
Simul tributum vel malis:
D Conſtat periſſe Chriſtianum neminem
Et interiſſe perfidus.
Námque aut maligno corde Iudæus perijt
Reus aut ſuperbi ſciſmatis.
Quemcunque Chriſti recta ſignauit fides:
Hunc vita cognouit ſuum.
Tameo fuere Chriſtianis additi
Nec dum hoc ſacrati nomine
E Quos de profundo iuncta ſeruauit fuga,
Quia Chriſtianis hæſerant,
Nam cum infideli plebe nauigantium
Nullus fidelis mortuus eſt,
Vt clara magni veritas myſterij
Oſtendit in paucis Deus.
Quod fine mundi diuidendis gentibus
Diſcrimen in cunctos erit,
F Cum prænotatos ora vexillo crucis
Tranſibit vltor angelus.
Sic naue in illa nemo morti traditus:
Qui veritate præditus.
Vixere iuncti Chriſtianis impij
Vincente noctem lumine:
Nam Chriſtianos aggregare mortuis
Virtute ſalſa mors fuit,
G Quia fonte ſignum Chriſtianis emicat
Quo mors ſubacta corruit.
Nauarchus ipſe perditæ princeps ratis
Pereuntibus primus fuit.
Nanque ante pelago quam periret naufragus
Iam mente naufragauerat.
Bis merſus ille quem carina fluctibus
Demerſit, error inferis.
H Potuiſſe ille ſe periculo abrumpere,
Sed debitum morti caput
Captiua dignis mens auari vinculis
Adſtrinxit in finem ligans.
Nam ne ſuperſtes nauis & mercis foret
Necem ſaluti prætulit.
Martinianum ſed ſupremo ſtamine
Mergentibus mixtum viris
I Tumultuantis excitat turbæ ſonus
Summóque mortis eripit.
Qui tunc remoto ſeſſus in proræ ſinu, &
Securus innocentia
Ionas vt olim ventre nauis abditus
Somnos anhelabat graues.
Sed excitatus fluctuoſa vndique
Pereuntium clamoribus

Pedibus

Pedibúſque turbæ membra quaſſus omnia
Duro cubili proſilit.
Pleriſque merſis intus in nauis vtero
Laterum per oras qua ſolent
Vt vela collant ſiue contis ſubrigant
Nautæ expediti currere.
Tabulis adhuc ſupernatabat eximiis
Operta nauis gurgite:
Viam ſalutis hac via rimantibus
Martinianus iungitur
Et agente Chriſto de globo mortis fugax
Comes fit euadentibus.
Seſéque ſaltu mittit in cymbam procul
Quæ plurimis portus fuit,
Et pene morti derelictus hæſerat
Cum claſſe mergendus maris:
Niſi Chriſtus illum ſeu manu prenſum ſua
Rapuiſſet è mortis lacu.
Sicut relictis fugit olim veſtibus
Ioſeph furentem fœminam:
Sic hic relictis omnibus nudus fuga
Euaſit in ſi lam ratem.
Et ſicut olim iuſſa Ionam ſibulo
Excepit ore bellua:
Et hiulca late lubricum per gutturum
Tranſmiſit in ventrem ſuum:
Incolume corpus dente ſuſpenſo vorans
Et quem vorabat non edens:
Sic nunc ab alta naue in vndas cernuum
Suſcepit occurrens ſcapha
Totóque vexit ſida per noctem ſinu:
Donec referret portui.
Sed mentione magni vatis edita
In quo pij myſterij
Imago mortem tridnani funeris
Reduci ſalute prætulit:
Paucis reflexo carminis veſtigio
Recurrere ad Ionam libet.
Commenta domini mira merſus æquore
Intactus vndis fluctuat,
Viuit voratus quique glutiuit manet
Viuente ieiunus cibo.
Et præda cum ſit eſca non eſt belluæ
Domóque ventris vtitur.
O digna ſancto clauſtra fugitiuo Dei.
Capitur mari quo fugerat
Altúmque vaſtæ miſſus in ventrem feræ
Viuo tenetur carcere.
De naue iactus perit. & vndis nauigat
Exul ſoli & hoſpes ſali
Spatiatur antro beluini corporis
Captiuus & liber reus.
Nam liber vndis intra mare exter maris
Natat in natante belua
Clauſúſque quamquam corpore exit ad Deum
Volans propheta ſpiritu.
Corpus tenetur corpore ac mentis fuga
Terrena vincla non tenent:
Incluſus aluo carcerem rumpit prece
Auréſque pertingit Dei:
Orationi liber & vinctus fugæ
Fide ſua ſeſe arguit:
Nam qui putarat per mare euaſi Deum,
Et naue celari Deo:
Nunc iſte & intra beluam meriam mari
A ſeſe credit arbitram.
Iam me referre flexi verbi pedem
Oportet ad Ionam ſilentum,
Quem more ceti cymba ſuſcepit capax
Vtroque conluſum ſuo
Vexit trementem frigore & formidine:

A Saluúmque terræ reddidit.
Mirum renarrat ſe per illud temporis
Cum puppe præceps ardua
Saliens in illam decidiſſet nauiculam,
Eoque veniſſet loci:
Quo cymba multam duxerat ſinus aquam
Olente ſentina lacu
B Statim fluente frigidos artus Deo
Quiete ſopitum ſacro,
Nudúmque & vdum ſugere quæ ſomnus ſolet
Dormiſſe lecto mollius.
Spatióque toto quo relatus littori eſt
Somno fuiſſe deditum,
Nec aqua excitatum quæ madebat, nec gelu
Quod nuditate traxerat,
C Licet eſſet anni tempus autumnus tepens:
Sed naufragis hyems erat,
Quos perditorum dira damna tegminum
Gelidúſque quaſſabat tremor.
Aliud ſtupendum quo fidelem gratiam
Martiniani colligas
Dilecte frater accipe. & lauda Deum:
Sanctúmque fratrem amplectere:
D Vt allabantem portui ſenſit ratem
Sedente harena littoris:
Abeunte ſomno fit ſui tandem memor
Recipitque ſeſe expergitus,
Et adiacentes pectori tangit ſuo
Epiſtolas Apoſtoli.
Hunc in pauore codicem ſed neſciens
Rebus relictis ſumpſerat.
E Vel ille codex ſpiritu viuens ſacro
Non ſentienti adhæſerat.
Metire quæſo quis niſi Chriſtus ſuo
Dedit hunc miniſtro præſulem,
Teſtatur iſte nec cogitatum ſibi
Illo periculi tempore,
Vt implicatam ſarcinis membranulam
Meminiſſet illinc tollere.
F Quod ſi ſubiiſſet in metu mentem ſuam
Non & vacaſſet quærere:
Sed in ſuarum litterarum corpore
Paulus magiſter affuit,
Amánſque puro corde lectorem ſui
De mortis abduxit manu:
Iterum eximendos è maris fundo viros
Largitus eſt Paulo Deus:
G Quæ quondam in ipſo nauigante Apoſtolo
Fuit poteſtas gratiæ.
Hæc nunc per eius ſuffragata literas
Martiniano & cæteris.
Qui Chriſtianis tunc cohæſerunt fuga
Diſcrimen à diſcrimine
Tutum parauit vt fidelis impiis
Diſcriminaret naufragos.
H Ergo vt biremis applicata littori
Expoſuit humentes viros
Vitam tenentes & requirentes ſimul
Opem ſaluti flagitant
Ne ſæuiori fluctibus terræ dati
Algu perirent & fame.
Sed propter inde poſita gallorum ſolo
Marſilia gratum ſita
I Alumna ſanctæ ciuitas Eccleſiæ
Pandebat humanos ſinus.
Vrbem hanc petentes naufragij caſum indicant:
Ali tegique poſtulant.
Martinianum ſuſcipit fraternitas
Tectóque aptiat & cibo.
Sed copioſa charitate pauperes
Stipem puſillam commodant

Exigua

Exigua largos penſant affectus data
Orandu dicant hoſpitem:
Et ſpiritali diuitem viatico
Cum pace dimittunt ſoa.
Caligis tamen iſte vilibus donatus eſt
Ne nautico erraret pede,
Qui maluiſſet confoueri excalcius
Quàm calciari frigidus:
Sed ite terra,qualibet paſſus mare
Nudi pudore reſpuit,
Reputans & illud ne putaretur lucri
Amore nudum fingere,
Si veſte teurer pannea perſuaderet
Caſtella,vicos,óppida,
Qualis vagari per mare & terras ſoleot
Auara mendicabula
Qui deterando munachos ſe vel naufragos
Nomen caſumque vendiſant.
Verum iſte noſter Chriſtianus quamlibet
Et naufragus vere foret
Similis putari præcauens fallentibus
Aliiſque de ſe falli negans
Non vult viſtoris ſine re nomen nouum
Acquirat impoſtor ſibi,
Mauúltque vitæ ferre iactum nauigans
Quam frontis æſtum inambulans.
Panno ergo ſordens:calciamento nitens
Fluitare rurſus eligit
Repetitque portum & terræ tutu vitæ
Præuertit intutom maris
Vt naue rectus vſque voti littora
Velut expeditus nauita
De nuditatis nauticæ conſortio
Nudi pudorem euaderet
Fauens fideli rex Deus conſtantiæ
Proſequitur audacem fidem,
Viceſque mutans duta ſuccedentibus
Aduerſa penſat proſperis
Solidoque nauem paginatam robore
Ad peruehendum præparat
Pacem procellis imperat,nubes fugat
Curſumque in aura dirigit:
Tali quiete temperans cælum & mare
Ne pace curſus hæreat
Periculoſa nec ratem flatu graui
Perurgeat velocitas.
Sic iſte Chriſto blandiente molliter
Emenſus aſperum mare:
Longinquiorem portum ab vrbe adlabitur
Cui centum cellis nomen eſt,
Ac inde naui promonendus longius
Intraret vt portum phari.
Vix iſte credens ſe poſitum littore
Telluris optatæ ſibi:
Naui relicta lætus inſultat ſolum
Romamque feſtinat pedes:
Illic amica cœtu fratrum,ciuium,
Optatus hoſpes inuenit:
Reſpirat animo cum quieſcit corpore
Dat arripitqor gaudia:
Patria fruentes inuicem reddunt ſibi,
Deo fatentur gratias.
Martinianus mœſta gaudens indicat
Toleratâ narrans fratribus.
Lacrymas in ipſis gratulationibus
Miſcent refuſo pectore.
Theridius aberat inde tunc meorum meus
Vir munus à Chriſto mihi
Vir pacis & vir legis & vir gratiæ
Requies voluptas mens mea
Huius cohoſpes mente Paulinus pia
In vrbe ſeruabat domum

A Martinianum hic veſte nudat naofraga,
Et veſte cooperit ſua.
Donumque tunicæ qua ſodalem ornauerat
Geminat cucullæ munere.
Largitor ipſe tunc viciſſim vt naufragus
In veſte manſit vnica.
Poſthæc & ad nos pergere incœpeat viam
Qua ſternit aggerem ſilex,
B Cui munitor Appius nomen dedit:
Terit terentem tramitem.
Qui veſte trita nauigator venerat:
Pedes viator exterit.
Sed ne vel iſta penitus immunis via
Solitis vacaret caſibus
Impune pigram non tulit ſenerntiam
Qua tendere ingreſſu piger
C Ab vrbe Capua quæ loco ſedis meæ
Bis dena diſtat millia:
Nactus vacantem ſarcina mulum,vt ſolent
Iumenta reuocari domum
Paruo breue per iter ære conductum ſedet
Medióque mox ſpatio viæ
Muli pauore ſeſſor excuſſus procul
Vectore ſubducto radit.
D In ora lapſus ora non lædit ſua.
In ſaxa fuſus & rubos:
Nec ſente vultum nec lapide artus contudit:
Felicis exceptus manu.
Qui iam propinquantem ædibus fratrem ſuis
Non paſſus occurſu mali
Suis petitum in finibus capeſſere:
Hoſtem remouit inuidum:
E Et huoc fidelis comporem voti,ſuis
Confeſſor induxit locis.
Noſtriſque iuxta ſedibus gratum intulit
Felix patronus hoſpitem.
Patriam hic rogatus iudicat,raſus refert
De te beata nunciati
Referénſque pauros de tuis ſcriptis logos
Quaſi labra melle aſperſerit
F Sic de fauorum mihi tuorum guttulis
Dulciſſimum guſtum offerens
Magiſque quas habentinon dabat
Deſideratas literas.
Sed com ipſe cauſa literarum venerit
Et literas vidi tuas
Non atramento calami,ſed mentis ſtylo
In fratre præſcriptas bono:
G Ignotus ante mox vt eſſe cognitus
Cœpit,fit & chariſſimus
Ab intus eius emirabar gratia
Sermone mentis nuncio,
Bonus inquit omnis de bono profert bona
Et arborem fructu vides:
Sic iſte verbo ſuauis & caſtus fide,
Et fronte honeſta lucidus
H Dulci benignæ charitatis flumine
In noſtra fluxit viſcera.
Super hæc amicum merito ſe iactans tuum
Quo plus amaretur,dabat.
Nec enim vlla nocti & lumini concordia eſt
Lupus nec agno congruit:
Hinc & Propheta ſicut inquit alites
Pares in vnum conuolant:
I Sic ſemper apta qualitate motibus
Iuſtitia concurrit bonis.
Martinianum ſic tibi longe parem
Germana mens contexuit
Speculumque mentis & fides inſtar tuæ
Eſt talium dilectio.
Benedictus auctor fonſque ſanctorum Deus
Non ſtulta iam tantum neque

Infirma

Infirma mundi deſluentis eligie
Vt alta mundi deſtruat
Sed vt Ipſe dixit cuncta iam ſurſum trahens,
Et alta mundi vendicat,
Quoniam ipſe fecit & puſillum & maximum
Vtroſque iungit gratia.
Et quos creator opere in vno condidit
Hos recreat vno munere.
Communis omnes clauſit infidelitas
Medeatur vt cunctis fides,
Vt fiat omnis ſubditus mundus Deo
Omniſque lingua & dignitas
Super omne lctum nomen vnum in gloria
Regnare fateatur patris.
Huic iam & potentes ſeculi curuant genu
Deſuntque ceruices Deo,
Regémque Chriſtum confitentur principes
Et ſceptra ſubmittunt cruci.
Coeunt in vnum purpuræ & panni gregem,
Paſtore concordes Deo.
Commune regnum: ſanguis vnus omnibus
Summis & imis Chriſtus eſt,
Qui te decorum glorioſis ſeculi
Honore, litteris, domo,
Ditauit humili corde, vt æternam tibi
Conferret altitudinem,
Et vt cohæres diuitum cælis eſſes
Iſtic amator pauperum.
Beatus es nunc mente pauper: ſed ſpei
Diues qua gaudent pauperes,
Qui defraudati lubricis mundi bonis
Cæli fruentur gaudiis.
Hos inter alto in Abrahæ patris ſinu
Secretum ab igne diuitum, &
Refrigerantem fontibus vitæ locum
Deus viuorum præparat
Inſigne tantæ iam ſpei certum tibi
Magno coruſcat pignore
Plantata domino in atriis Hieruſalem
Tui propago germinis.
Námque vt fideli te patri componeret
Ætate popoſcit filium
In ſemine Iſac ſemen adſcribens tuum,
Ipſumque vt Iſac expetens
Quem tu Abramiæ charitatis æmulus
Diuam dediſti victimam,
Deóque tradens tam peremiſti tibi
Vt ſaluum haberes firmius.
Nunc iſte vobis exter & veſter manet
Terreſtris exſors ſeculi
De matris aluo promptus antequam patrem
Matrémque cognoſſet ſuam,
Bonúmve ſaperet aut malum diſcerneret:
Beatus elegit bonum,
Et nunc in aula paruulus ludit Dei,
Et ore lactenti canit
De ventre matris & die prima mihi
Tu Chriſte protector meus.
Audiſtis & vos quod beatis dicitur
Potens erit ſemen tuum.
Habes & illud. ventris à fructu tui
In ſedibus ponam meis.
Qui ſermo Dauid quam liber Chriſtum ſonet
In Chriſto & illis concinit
Qui Chriſtiani corporis collegio
In ſede ponentur Dei.
Vobis & Annæ ſternitur conſortium
Infantis exemplo ſacri,
Samuel & iſte creuit in templo Dei
Non agnus & paſtor dehinc
Contexat illi ſedulæ matris manus
Ephot ſtaturæ congruum

A Quam ſpiritali in Dei verbo ſacris
Doctrina texat liciis.
Sítque in ſuperna veſte reginæ aureis
Intextus ipſe fimbriis,
Sanctúmque Chriſto Nazarenus verticem
Paſſis adornet crinibus.
Animæque pulchrum crine virtutis caput
Armetur operoſa fide.
B Nec huius vnquam deſecans nouacula
Aſcendat in damnum comæ,
Et vt ille Samſon vi capillorum potens
Virtute crinitus ſacra
Sternat leonem ſtrangulatum fortibus
Orationum brachiis,
Dulcémque fructum nobilis victoriæ
Decerpat ore mortui.
C Sed ab hoc exemplo mon:tus caueat ſibi
Aliena adire fœdera.
Allophila mulier eſt mihi lex carnea
Blandis doloſa retibus,
Si lege mentis illa ſit lex fortior
In iura peccati trahet.
Maleſuada verbis fraudis arte dulcibus
D Animum virilem effœminat.
Excæcat oculos mentis & radit caput
Spolians & exarmans fidem.
Hac parte Samſon nolo ſit noſter puer
Ne miſceatur copulæ,
Quam conſequatur protinus infirmitas,
Captiuitas & cæcitas.
Licet ille fortis poſtea receperit
Robur recretis crinibus,
E Manuque ductus de mola ad ludibrium
Hoſtilis exultantiæ:
In excitate corporis mente intuens
Vocarit vltorem Deum.
Et reſtituto mox capillis robore
Proſtrauit hoſtilem domum,
Cuius columnas fortior ſaxis manus
F Vt clauſit amplexu grauis
Conlapſa fulcris tecta ſubductis humo
Cecidere in ipſum: ſed tamen
Et morte ipſa præpotens heros Dei
Hoſtes ruinæ miſcuit,
Et glorioſa morte penſauit ſibi
Vitæ ſubactæ dedecus.
Qui ſeruus hoſtis gloriante vixerat
G Hoſte, obruto victor cadit.
Et plura moriens interemit millia,
Quàm viuus interfecerat.
Imitetur iſtam filius noſter volo
Sic morte mortem, vt permanens
In carne carnem vincat: & viuat Deo
Peccata carnis opprimens.
Sed nolo carnis gaudiis, vt noxiæ
Dolis ſubactus fœminæ
H Addicat animum, poſtea fiat hoſtium
Virtute nudus gratiæ.
Samſon in iſta parte ſit qua iugiter
Sanctus, neque acciſus comam
Per tota vitæ tempora irrupto ſacrum
Pertexat æuum ſtamine.
Et inchoatam ſeruitute infantiam
Vſque ad ſenectam penſitet.
I Occidat Amalech, & piæ ſæuus Deo
Peccata carnis immolet:
Quibus peremptis interit & Zabulus,
Inuiſus æternum Deo:
Saul in hoc deficiat, & regnet Dauid
Puſillus altum deſtruat:
Vt non ſit altus ſpiritu ſuperbiæ,
Nec liuidus zeli malo.

Sed

Sed humile cordis:celſa virtutum gerens
Aſcendat in regni thronum,
Et illa Samſon geſta quæ priora ſunt
Sequatur vt ceſtes nouas
Ceu fila rumpat,nec fidem prodat ſuam,
Ne perdat ignauus comam.
Crinitus operum viribus cæleſtium
Prætenta rumpet vincula
Palos refiget, mille proſternet viros
Vna ſubactus dextera:
Quia noſtra virtus & caput Chriſtus Deus
Qui dextera & virtus Dei eſt:
Virtute cuius mille ſerpentem dolis
Nos adpetentem vincimus,
Si fortis anima mortificans aſinum ſuum
Pigri iumentum corporis
Decoctus humor ſobrius laboribus
Pallore vultum liuidet:
Et tribulata carne victrix caſtitas
Conſumat igne criminum.
Exterior etenim noſter vt corrumpitur
Terente continentia:
Tunc innouatur qui intus eſt victi potens
Infirmitate corporis:
Tunc mille à latere,dena à dextcis millia
Arente maxilla cadent:
Si mala noſtra ſalua fiat otio
Quæ eſt vſu edendi mobilis,
Quia ſucculenti corporis licentia
Retunditur ieiuniis.
Et nunc triumphus fónſque nubis naſcitur
In ore fractis oſſibus.
Maxilla telum quæ prælìandi dédit
Dat æſtuanti poculum
Ieiuna ſucci carnis oſſa mortuæ
Sancto rigante ſpiritu.
Sed quæ ante ſanctis in figuram geſta ſunt
Nobis in actum ſcripta ſunt.
Vt quod parentes geſtitarunt corpore
Nos actitemus ſpiritu.
Fluxere vetera,cuncta facta ſunt noua:
Vacuauit vmbram veritas.
Adeſt ſalutis iam dies,hyems abit:
Et terra vernat floribus.
Audita iam vox turturis tempus canit
Inciſionis adfore:
Epulemur ergo vetere fermento ſine
In veritatis azimis.
Quia paſcha noſtrum Chriſtus immolatus eſt:
In[illegible]que nos regnum Dei eſt.
Quare vetuſtis abſoluti legibus:
Iam non in vmbra degimus:
Quos nube legis & ſtatutorum iugo:.
Quaſi comarum ſarcinam
Chriſtus leuauit ipſe,Deus ille ſuis
Factus redemptis in caput.
Quo capite liceri ſuper tetrum caput
Dracone victo in edimus.
Illo a decebat impedimentum comæ
Vmbraculúmque verticis,
Quibus tegebat corda velamen,ſacra
Obnubilans myſteria.
At nos remoto literæ velamine
In luce corporis ſui
Enubilatam veritatem cernimus,
Faciem reuelati fide.
Puer ergo noſter legis atque gratiæ
Alumnus ex vtroque ſit
In ſpiritalem comparatus gloriam:
Vt vetera promat & noua.
Fortis pudicis actibus crines agat

A Ferrumque damni neſciat
Vt à machæra noxiorum dogmatum
Conſeruet intactam fidem.
Sed rurſus idem & euangelico deſuper
Mentem retectus lumine:
Ponat capillos oneris & velaminis
Seruus fidei & liber fide.
Hunc lacte primo per prophetarum vbera
B Lex,pædagoga nutriat.
Hunc angelorum pane dulcis gratia.
Et melle de petra cibet.
Inebrietur ſobriante poculo
De fonte ſancti Spiritus,
Et ipſe tu mox copulatus filiis
Vt palma floreſcas Deo.
Et ecce coniux in iugo Chriſti tua
C Vt vitis exundat bona.
Domui Deóque coſta ſortis hæc tibi
Lateribus in domus tuæ
Cura mariti ſuſtinens curans fidem
Sancti corona coniugis
In caſtitate liberos enutriens
Vitam nouellantes Deo.
Hunc námque veſtra vite ſuſum palmitem
D Sic credo firmandum Deo
Radicis ipſe ramus vt radix ſuæ
Secum ſuam ſtirpem trahat.
Vt ille quondam prouidentia Dei
Diſtractus in ſeruum puer
Ad arua frugum miſſus eſt,vt & patrem
Præiret & fratres ſuos:
Qui mox per orbem conſecuta fame
E Patris alter & fratrum foret.
Sic iſte forſan in ſacram panis domum
Vos anteceſſit filius,
Vt & parentes paſcat & fratres ſuos
In iſtius mundi famem.
Vbi terra tribulos pareret nobis largior
Eget bonorum frugibus,
F Et hic ſpadoni venditus dici poteſt,
Quia caſtitatis ſeruus eſt.
Et qui in Seueri ius manúmque eſt traditus
Spadonis ob regnum Dei.
Quo nutriente roboratus in fidem
Et charitatem maſculam
Interientis ſeculi pompam illicem,
Vt impudentem fœminam
Caſto ſuperbus reſpuit faſtidio
G Nudáque vitauit fuga,
Et anteuertet gaudiis lætalibus
Pœnas ſalutares pati.
Vt ille quondam ſic modo iſte carcerem
Pro caſtitate perferat:
Vt à iuuenta ſingulariter ſedens
Tacitáque ſecluſus domo
Amet quietæ tecta ſolitudinis:
H Spinis & aures ſepiat
Domibus ciborum præferat luctus domum
Vt gaudium fletu ſerat,
Se ſéque dotis ſponte nectat legibus
Culpæ,vt reſoluat vinculis
Patientiæque compedem imponat ſibi,
Nec ſede nec ſenſu vagus.
Et tunc ab humili celſa promerebitur.
I Quia qui ſuperbos deprimit,
Humiles inaltat dánſque paruis gratiam
Reſiſtit arrogantibus.
Sic ille Ioſeph ante paruus factus eſt
Vt magnus eſſet:& niſi
Seruus fuiſſet, non fuiſſet in ſui
Tellure ſeruitij potens.

Diſcurſus iuuenum, Megaleſius hinc ſpado diris
Incenſus furiis, cæca ad reſponſa vocatur.
Sunt qui quadriuiis breuioribus ire parati
Vilia Niliacis venerantur holuſcula in hortis,
Porrum & cepe deos impoſuere nubibus auſi,
Alliaque, & Serapin cœli ſuper aſtra locare.
Iſis enim, & Serapis, & grandi ſimia cauda,
Et crocodilus idem, quod Iuno, Lauerna, Priapus.
Hos tu Niſe deos colis, & tu Tybris adoras:
Vna ſuperſtitio eſt, quamuis non concolor error.
Hinc alia exoritur tenebroſis recta frutetis
Semita, quam pecudes & muta animalia carpunt,
Quæque latent ſyluis, operitur neſcia cœli
Mens hominum ſæuo viuens captiua tyranno.
Hæc putat eſſe Deum nullum, namque omnia verti
Caſibus, & nullo ſub præſide cœla rotari.
Hoc iter haudquaquam magno diſcrimine diſtat.
Hiſce viis, quas vos ſtatuitis, qui numina multa,
Et portenta Deum ſummum numeroſa putatis.
Simplex ergo vitæ dux eſt Deus, ille per vnam
Ire iubet mortale genus, quam dirigit ipſe
Sublimem dextro celſa ad faſtigia cliuo.
Prima viæ facies inculta, ſubhorrida, triſtis,
Difficilis, ſed fine ſui pulcherrima, & amplis
Prædita diuitiis, & abundans luce perenni,
Et quæ præteritos poſſit penſare labores.
Multiplici dæmon ſed dux eſt, qui more ſiniſter
Certifidum confundit iter, trahit inde ſophiſtas
Barbaros, trahit hinc opibus vel honore potentes,
Illicit & volucrum linguis, & aruſpice fallit,
Inſtigat bacchantis anus, ambage Sibyllæ.
In magicas artes trahit, inuoluitque matheſin,
Omine ſollicitat, capit augure, territat extis.
Cernis vt vna via eſt multis anfractibus errans,
Talem paſſa ducem, qui non ſinat ire ſalutis
Ad dominum, ſed mortis iter per deuia monſtrat?
Deuia picta bonis breuibus, ſed fine ſub ipſo
Triſtia, & in ſubitam præceps immerſa charybdim.
Ite procul gentes, conſortia nulla viarum
Sunt vobis cum plebe Dei, diſcedite longè,
Et veſtrum penetrate chaos, quò vos vocat ille
Præuius infernæ perplexa per auia noctis.
At nobis vitæ dominum quærentibus vnum
Lux iter eſt, & clara dies, & gratia ſimplex.
Spe ſequimur, gradimurque fide, fruimurque futuris,
Ad quæ non veniunt præſentis gaudia vitæ,
Nec currunt pariter capta & capienda voluptas.
VLtima legati defleta dolore querela eſt,
Palladiis quòd ſacra focis, vel quòd ſtipis ipſis
Virginibus, caſtisque toris alimenta negentur:
Veſtales ſolitis fraudentur ſumptibus ignes.
Hinc ait & ſteriles frugeſcere tardius agros,
Et triſtem ſæuire famem, totúmque per orbem
Mortales pallere inopes, ac panis egenos.
Quæ tanta extiterit præſenti tempore, támque
Inuidioſa fames, qui Triptolemi, Cereriſque
Mouerit ira penu pro virginis vlciſcendo.
Non memini, nec tale aliquid vel fama ſuſurrat.
Audio per Pharios Nilum diſcurrere campos
More ſuo, viridiſque ſata ſtagnare Canopi.
Haud veniat ſicco qui flumine nuncius afferre
Ieiunam ſqualere ſiti ſub puluere Memphim,
Nec Peluſiacas limum ſudare paludes.
Num fons arcano naturæ tectus operto
Aruit? & tenuem vix ſtillat vena liquorem?
Num refugus noſtras odit perſtringere ripas
Amnis, & exuſtos curſum deſiſtit ad Indos?
Num tractu in medio bibulus vorat alueus vndam
Fluminis, & ſubito ſtagna abſorbentur hiatu?
Ne ſulcos operire vadis, neue arida poſſint
Ægypti per plana trahi, glebáſque rigentes
Infuſis ad pingue lutum mollire fluentis,

A Vnde ſeges latè crinitis fluctuet agris,
Denſius & grauidis ſe veſtiat æquor ariſtis.
Reſpice num Libyci deſiſtat ruris arator
Frumentis onerare rates, & ad oſtia Tybris
Mittere triticeos in paſtum plebis aceruos?
Núm ne Leontini ſulcator ſoluere campi
Ceſſet frugiferas Lilybæo ex littore cymbas?
Nec det vela fretis, Romana nec horrea ſtipat
B Sardorum congeſta vehens granaria claſſis.
Ergo pyris menſas ſylueſtribus implet arator
Pœnus, & auulſas Siculus depaſcitur herbas,
Iamque Remi populo quernas Sardinia glandes
Suppeditat, iam corna [illegible] lapidoſa Quiritum.
Quis venit eſurieos magni ad ſpectacula circi?
Quæ regio gradibus vacuis ieiunia dira
Suſtinet? aut quæ ianiculo mola muta quieſcit?
C Quantos quæque ferat fructus prouincia, quámque
Vbere fœcundo largè fluat orbis opimus,
Indicio eſt annona, tuæ quæ publica plebi
Roma datur, tantæque manus longa ocia paſcit.
Sit fortaſſe aliquis paulo infœcundior annus.
Nil mirum, nec in orbe nouo didicêre priores,
Perpeſſi plerunque famem, ſi tabidus aër
Siccauit tenues ardenti ſidere nubes.
D Nec vernas infudit aquas creberrimus imber
Fruge noua, & viridis ſi meſſis adulta, priuſquam
Conceptas teneroque ſolidaret lacte medullas,
Afflatum calido ſuccum contraxit ab Euro,
Ieiunóſque tulit calamos, atque irrita vota
Agricolæ, ſterilis ſtipularum ſylua fefellit.
His (ni fallor) ager vitiis corruptus, & antè
E Subiacuit quàm Palladium, quàm Veſta, Penates
Sublata Pergameo ſeruarent igne repoſto,
Quàm Priami genitor conductis mœnia fabris
Extrueret, quàm virgo ſuas fundaret Athenas
Pallas, in his quónam Veſtalis origo fauillæ
Vrbibus vt memorant primo de fomite ſumpta eſt,
Sacrarúntque focos, aut Phryx, aut Graius alumnos?
Antiquis elementa labant erroribus, ac de
Legitimo diſcuſſa modo plerunque feruntur
F In caſus alios, quàm lex habet, aut iter anni.
Nunc conſumit edax ſegetem rubigo maligni
Aeris ex vitio, nunc culpam vere repenti
Poſt Zephyros gelidi glacies Aquilonis inurit,
Ambuſtumque caput culmi fuligine tingit.
Seminis aut teneri turgens dum germinat herba,
Continuis nimiiſque perit conſtricta pruinis,
Nec potis eſt tenuem telluri adfigere fibram:
G Mox eiecta ſolo glacie ſidente ſuperſit,
Nudáque ſubducto radix auellitur aruo,
Ancipites tribuli ſubeunt, & carduus horrens:
Hos fert ſicca ſitis, hunc ebrius educat humor,
Temperies effuſa minus, vel plus, agit iſtos
Terrarum morbos, & mundum vulnerat ægrum.
Non aliter noſtri corruptus corporis vſus
In vitium plerunque cadit, nec in ordine recto
H Perſtat, & exceſſu moderaminis adficit artus.
Vnus enim ſtatus eſt mundique & corporis huius,
Quod gerimus, natura eadem ſuſtentat vtrunque.
Fluxa de nihilo creſcunt, nihilúmque futura.
Aut tentantur morbis, aut tempore victa ſeneſcunt.
Nec natura caret vitio, cui terminus inſtat.
Semper crede polus variis prouentibus annos
Texuit, hos multa ditauit fruge fluentes,
I Quoſdam infelices aſtris damnauit iniquis,
Spe caſſa, & ſterili coram fruſtratus agreſtem.
Sed ſi Veſtales vlciſcitur iſta puellas
Peſtis, ab infido quæ gignitur improba mundo,
Cur non Chriſticolum tantum populatur agellos,
Per quos virginibus veſtris ſtata dona negantur?
Vtimur & ruris reditu, & ratione colendi:
Exercere manum non pœnitet, & ligo illic

Si

Si ſtetit antiquus, quem cingere ſueuerat error
Faſceolis, vel gallinæ pulmone rogare
Frangitur, & nullis violatur Terminus extis,
Et quæ fumificas arbor vittata lucernas
Seruabat, cadit vltrici ſucciſa bipenni.
Nec tamen idcirco minor eſt aut fructus agelli,
Aut tempeſtatis clementia læta serenæ,
Temperat aut pluuius qui culta noualia ventus.
Sed nec magno opus eſt frugi viuentibus, & quum
Maxima proueniunt, non amplu in gaudia cenſu
Soluimur, inque lucrum ſtudio cauſtamus auaro.
Nam quibus æternum ſpes informatur in æuum,
Omne bonum tenue eſt, quod præſens ingerit ætas.
O felix nimium ſapiens, & ruſticus idem,
Qui terras, animúmque colens, impendit vtriſque
Curam peruigilem, quales quos imbuit autor
Chriſtus, & adſumptis dedit hæc præcepta colonis:
Semina quum ſulcis committitis, arua cauete
Dura lapillorum facie, ne decidat illic,
Quod ſeritur primò: quoniam præfertile germen
Luxuriat, ſucco mox deficiente ſub æſtu
Sideris igniferi ſitiens torretur, & aret.
Néue in ſpinoſos incurrant ſemina vepres:
Aſpera nam ſegetem ſurgentem vincula texunt,
Ac fragiles calamos nodis rubus arctat acutis.
Et ne iacta viæ ſpargantur in aggere grana,
Hæc auibus, quia nuda patent, paſſimque vorantur,
Immundiſque iacent fœda ad ludibria coruis.
His Deus agricolam confirmat legibus. ille
Ius cœleſte patris non ſumma intelligit aure,
Sed ſimul & cordis ſegetem diſponit, & agri,
Ne minus interno niteant præcordia cultu,
Quàm cum læta ſuas oſtentant iugera meſſes.
Extirpamus enim ſentes de pectore vepres,
Ne vitioſa necent germen vitale flagella,
Ne frugem ſegetémque animæ ſpinoſa malorum
Impediat ſentis ſcelerum peccamine crebro,
Glarea ne tenuis ieiunis ſiccet harenis
Marcentem ſub corde fidem ne pectoris æſtus
Flagret, & affectis vitæ charismata venis.
Denique ne iecoris dextra in parte relinquat
Vilis cura Deum, ne ſpem qua veſcimur intus
Deſerat, obſcœniſque auibus permittat edendum,
Et proiecta fides hoſti ſit præda volucri,
Talis noſtrorum ſolertia centuplicatos
Agrorum redigit fructus, quibus accrua inſtans
Nec meruit ne congeſtum populetur aceruum
Gurgulio, vel nigra cauis formica recondat.
Sunt & virginibus pulcherrima præmia noſtris,
Et pudor, & ſancto tectus velamine vultus,
Et priuatus honos, nec nota & publica forma,
Et raræ tenueſque epulæ, & mens ſobria ſemper,
Léxque pudicitiæ vitæ cum fine peracta.
Hinc decies ſeni rediguntur in horrea fructus,
Horrea nocturno non vnquam obnoxia furi.
Nam cœlum fur nullus adit, cœleſtia nunquam
Fraude reſignantur: fraus terris voluitur imis.
Quæ nunc Veſtalis ſit virginitatis honeſtas,
Diſcutiam, qua lege regat decus omne pudoris.
Ac primùm paruæ teneris capiuntur in annis,
Antè voluntatis propriæ quàm libera ſecta
Laude pudicitiæ feruens, & amore deorum,
Iuſta maritandi condemnat vincula ſexus.
Captiuus pudor ingratis addicitur aris:
Nec contempta perit miſeris, ſed adempta voluptas,
Corporis intacti non mens intacta tenetur.
Nec requies datur vlla toris, quibus innuba cæcum
Vulnus, & amiſſas ſuſpirat fœmina tædas.
Tum, quia non totum ſpes ſalua interficit ignem,
Nam reſides quandoque faces adolere licebit,
Feſtáque decrepitis obtendere flammea canis,
Tempore præſcripto membra intemerata requirens,
Tandem virgineam faſtidit Veſta ſenectam.
Tum thalamis habilis tumuit vigor, irrita nullus
Fœcundauit amor materno viſcera partu,
Nubit anus veterana ſacro perfuncta labore.
Deſertiſque focis quibus eſt famulata iuuentus,
Transfert emeritas ad fulcra iugalia rugas,
Diſcit & in gelido noua nupta tepeſcere lecto.
Interea dum torta vagos ligat infula crines,
Fataléſque adolet prunas innupta ſacerdos,
Fertur per medias vt publica pompa plateas,
Pilento reſidens molli, ſéque ore retecto
Imputat attonitæ virgo ſpectabilis vrbi.
Inde ad conſeſſum caueæ, pudor almus, & expers
Sanguinis it pietas, hominum viſura cruentos
Congreſſus, mortéſque & vulnera vendita paſtu
Spectatura ſacris oculis. ſed & illa verendis,
Vittarum inſignis Phaleris, fruitúrque laniſtis.
O tenerum, mitémque animum, conſurgit ad ictus:
Et quoties victor ferrum iugulo inſerit, illa
Delicias ait eſſe ſuas pectúſque iacentis
Virgo modeſta iubet conuerſo pollice rumpi,
Ne lateat pars vlla animæ vitalibus imis.
Altius impreſſo dum palpitat enſe ſequutor.
Hoc illud meritum eſt, quod continuare feruntur
Excubias, Latij pro maieſtate palatij,
Quod redimunt vitam populi, procerúmque ſalutem
Perfundunt quia colla comis bene, vel bene cingunt
Tempora taeniolis, & licia crinibus addunt.
Et quia ſubter humum luſtrales teſtibus vmbris
In flaminum iugulant pecudes, & murmura miſcent:
An quoniam podij meliore in parte ſedentes
Spectant æratam faciem, quam crebra tridente
Impacta quatiant haſtilia, ſaucius & quam
Vulneribus patulis partem perfundat harenæ,
Quum fugit, & quanto veſtigia ſanguine ſignet.
Quod genus vt ſceleris iam neſciat aurea Roma,
Te precor Auſonij dux Auguſtiſſime regni,
Et tam triſte ſacrum, iubeas, vt cætera, tolli.
Perſpice, nónne vacat meriti locus iſte paterni?
Quem tibi ſupplendum Deus, & genitoris amica
Seruauit pietas: ſolus ne præmia tantæ
Virtutis caperet, partem tibi nate reſeruo,
Dixit & integrum decus, intactúmque reliquit.
Arripe dilatam tua dux in tempora famam,
Quódque patris ſupereſt, ſucceſſor laudis habeto.
Ille vrbem vetuit taurorum ſanguine tingi:
Tu mortes miſerorum hominum prohibeto litari.
Nullus in vrbe cadat, cuius ſit pœna voluptas,
Nec ſua virginitas oblectet cædibus ora,
Iam ſolis contenta feris infamis harena,
Nulla cruentatis homicidia ludat in armis,
Sit deuota Deo, ſit tanto principe digna,
Et virtute potens, & criminis inſcia Roma,
Quemque ducem belli ſequitur, pietate ſequatur.

AVREL. PRVD. CLEMENTIS, VIRI CONSVLARIS IN ἐγχειρίδιον Hiſtoriarum noui & veteris Inſtrumenti Præfatio.

Pius, fidelis, innocens, pudicus,
Dona conſcientiæ,
Quibus beata mens abundat intus,
Alter & pecuniam
Recidit, vnde victitent egeni.
Nos citos Iambicos
Sternimus, & rotatiles Trochæos,
Sanctitatis indigi,
Nec ad leuamen pauperum potentes:
Approbat tamen Deus
Pedeſtre carmen, & benignus audit.

Multa diuitis domo
Sita eſt per omnes angulos ſupellex.
Fulget aureus ſcyphus,
Nec ære deſit expolita peluis:
Eſt & olla fictilis,
Grauiſque & ampla argentea eſt paropſis,
Sunt eburna quæpiam.
Nonnulla quercu ſunt cauata, & vlmo,.
Omne vas fit vtile,
Quod eſt ad vſum congruens herilem:
Inſtruunt enim domum,
Vt empta magno ſit parata ligno.
Me paterno in atrio,
Vt obſoletum vaſculis caducis
Chriſtus aptat vſibus,
Sinitque parte in anguli manere,
Munus ecce fictile,
Inimus intra regiam ſalutis,
Attamen vel infimam
Deo obſequelam præſtitiſſe prodeſt.
Quicquid illud accidit,
Iuuabit ore perſonaſſe Chriſtum,
Quo regente viuimus.

AVRELII PRVDENTII CLEMENTIS VIRI CONSVLARIS, ἐγχειρίδιον, noui & veteris inſtrumenti.

ADAM ET EVA.

Eva columba fuit tum candida, nigra deinde
Facta per anguineum maleſuada fraude venenum,
Tinxit & innocuum maculis ſordentibus Adam:
Dat nudis ficulna draco mox tegmina victor.

Abel & Cain.

Fratrum ſacra Deus nutu diſtante duorum
Aeſtimat, accipiens viua, & terrena refutans.
Ruſticus inuidia paſtorem ſternit: in Abel
Forma animæ exprimitur, caro noſtra in munere (Cain.

Arca Noe.

Nuncia diluuij iam decreſcentis ad arcam
Ore columba refert ramum viridantis oliuæ:
Coruus enim ingluuie per fœda cadauera captus
Hæſerat, illa datæ reuehit noua gaudia pacis.

Ad ilicem Mambræ.

Hoſpitiũ hoc Domini eſt, ilex vbi frondea Mãbræ
Armentale ſenis protexit culmen, in iſta
Riſit Sarra caſa, ſobolis ſibi gaudia feta
Ferri, & decrepitum ſic credere poſſe maritum.

Monimentum Sarræ.

Abraham mercatur agrum, quo conderet oſſa
Coniugis, in terris quoniam peregrina moratur
Iuſtitia atque fides, hoc illud millibus emptum
Spelæum, ſanctæ requies vbi parta fauillæ eſt.

Somnium Pharaonis.

Bis ſeptem ſpicæ, vaccæ totidem Pharaoni
Per ſomnum viſæ, portendunt diſpare forma,
Vberis atque famis duo per ſeptennia tempus
Inſtare: hoc ſoluit Patriarcha, interprete Chriſto.

Ioſeph a fratribus agnitus.

Venditus inſidiis fratrum puer, ipſe viciſſim
Cratera in trattis ſaccis clàm præcipit abdi.
Vtque reos furti Ioſeph tenet, auctio fallax
Proditur, agnoſcunt fratrem, vanique pudeſcunt.

Ignis in rubo.

Sentibus inuolitans Deus igneus ore coruſco
Compellat iuuenem, pecoris tunc fortè magiſtrum:
Ille capit iuſſus virgam, fit vipera virga,
Soluit vincla pedum, properat Pharaonis ad arcem.

A *Iter per mare.*

Tutus agit vir iuſtus iter vel per mare magnum,
Ecce Dei famulis ſeiſſim freta rubra dehiſcunt,
Quum peccatores rabidos eadem freta mergant,
Obruitur Pharao, patuit via libera Moſi.

Moyſes accipit legem.

Fumat montis apex diuinis ignibus, in quo
Scripta decem verbis ſaxorum pagina Moſi
B Traditur: ille ſuos ſuſcepta lege reuiſit:
Forma ſed his vituli ſolus Deus, & Deus aurum.

Manna & coturnices.

Panibus angelicis albent tentoria patrum,
Certa fides facti, tenet vrceus aureus exin
Seruatum Manna: ingratis venit altera nubes,
Atque auidos carnis ſaturat congeſta coturnix.

Serpens æneus in eremo.

C Feruebat via ſicca eremi ſerpentibus atris:
Iámque venenati per liuida vulnera morſus
Carpebant populum, ſed prudens ære politum
Dux cruce ſuſpendit, qui virus temperet, anguem.

Lacus myrrhæ in eremo.

Aſpera guſtatu populo ſitiente lacuna
Triſtificos latices ſtagnanti felle tenebat.
Moſes ſanctus ait: Lignum date, gurgitem in iſtum
D Coniicite, in dulcem vertentur amara ſaporem.

De XII. fontibus, & LXX. palmis.

Deuenere viri Moſi duce, ſex vbi fontes,
Et ſex fortè alij vitreo de rore rigabant
Septenas decies palmas, qui myſticus helim
Lucus Apoſtolicum numerum fibris quoque pinxit.

XII. lapides in eremo.

In fontem refluo Iordanis gurgite fertur,
E Dum calcanda Dei populis vada ſicca relinquit:
Teſtes biſſeni lapides, quos flumine in ipſo
Conſtituere patres, in formam diſcipulorum.

Domus Raab meretricis.

Procubuit Hiericho, ſola aſtant atria Raab:
Hoſpita ſanctorum meretrix, tanta eſt fidei vis,
Incolumi ſecura domo ſpectabile coccum
Ignibus aduerſis in ſignum ſanguinis offert.

F *Samſon.*

Inuictum virtute comæ leo frangere Samſon
Aggreditur: necat ille feram, ſed ab ore leonis
Mella fluunt, maxilla aſinæ fontem vomit vltrò,
Stultitia exundat lymphis, dulcedine virtus.

De Samſone.

Trecentum vulpes Samſon capit ignibus armat,
Pone faces caudis circumligat, in fata mittit,
G All phylum, ſegetéſque cremat: quæ callida vulpes
Nunc hæreſis flammis vitiorum ſpargit in agros.

Dauid.

Dauid paruus erat, fratrum vltimus, & modò Ieſſe
Cura gregis, citharam formans ad ouile paternum,
Inde ad delicias regis: mox horrida bella
Conſerit, & funda ſternit ſtridente Goliam.

Regnum Dauid.

Regia mirifici fulgent inſignia Dauid,
H Sceptru, oleum, cornu, diadema, & purpura, & ara:
Omnia conueniunt Chriſto, chlamys, atque corona,
Virga poteſtatis, cornu crucis, altar oliuum.

Aedificatio templi.

Aedificat templum ſapientia per Solomonis
Obſequium: regina Auſtri graue congerit aurum.
Tẽpus adeſt, quo tẽplũ hominis ſub pectore Chriſtus
I Aedificet, quod gaza colant, quod barbara dicent.

Filij Prophetarum.

Fortè Prophetarum nati dum ligna recidunt
Fluminis in ripa, recidit diſcuſſa bipennis.
Gurgite ſubmerſum eſt ferrum: ſed mox leue lignum
Iniectum ſtagnis, ferrum reuocabile fecit.

Captiuitas Iſrael.

Gens Hebræorum peccamine capta frequenti,

Fleuerat

Fleuerat exilium diræ Babylonis ad amnes:
Tum patrios cantare modos præcepta recuſat,
Organáque in ramis ſalicis ſuſpendit amara.

Domus Ezechiæ regis.

Hic bonus Ezechias meruit ter quinque per annos
Præſcriptum proferre diem, legémque abeundi
Tendere, tot gradibus, quot veſpera texerat vmbra
Lumine perfuſis, docuit ſol verſus in ortum.

Nouum Teſtamentum. Aduentus Domini.

Aduentante Deo deſcendit nuncius alto
Gabriel patris ex ſolio, ſedémque repente
Intrat virgineam: Sanctus te Spiritus, inquit,
Implebit Maria, Chriſtum paries ſacra Virgo.

Ciuitas Bethleem.

Sancta Bethleem caput eſt orbis, quæ protulit ſe-
Orbis principium, caput ipſum principiorum. (ſum
Vrbs hominē Chriſtum genuit, qui Chriſtus agebat
Antè Deuſ; quàm ſol fieret, quàm lucifer eſſet.

Magorum munera.

Hic pretioſa Magi ſub virginis vbere Chriſto
Dona ferunt puero, myrrhæque & thuris & auri.
Miratur genitrix tot caſti ventris honores,
Séque Deum genuiſſe hominē, regémq; ſupremum.

Paſtores ab angelis admoniti.

Peruigiles paſtorum oculos vis luminis implet
Angelici, natum celebrans ex Virgine Chriſtum:
Inueniunt tectum pannis, præſepe iacenti
Cuna erat, exultant alacres, & numen adorant.

Occiduntur infantes in Bethleem.

Impius innumeris infantum cædibus hoſtis
Perfurit Herodes, dum Chriſtum quærit in illis.
Fumant lacteolo paruorum ſanguine cunæ,
Vulneribúſque madent calidis pia pectora matrum.

Chriſtus in Iordane baptizatur.

Perfundit fluuio paſtus Baptiſta locuſtis,
Syluestrīque fauis, & amictus veſte cameli
Tinxerat & Chriſtum: ſed ſpiritus æthere miſſus
Teſtatur ſanctum, qui cunctis crimina donet.

Pinna templi.

Excidio templi veteris ſtat pinna ſuperſtes:
Structus enim lapide ex illo manet angulus, vſque
In ſeclum ſecli, quem ſpernunt ædificantes.
Nunc caput eſt templi, & lapidū compago nouorū.

Vinum ex aqua factum.

Fœdera coniugij celebrabant auſpice cœtu
Fortè Galilæi, iam deerant vina miniſtris,
Chriſtus vaſa iubet properanter aquatis lymphis
Impleri, inde meri veteris defunditur vnda.

Piſcina Siloa.

Morborum medicina latex, quem ſpiritus horis
Eructat variis, fuſam ratione latenti,
Syloam vocitant: ſputis vbi oblita cæci
Lumina, Saluator iuſſit de fonte lauari.

Paſſio Ioannis.

Præmia ſaltatrix poſcit funebria virgo
Ioannis caput, abſciſſum quod lance reportat.
Inceſtæ ad gremium matris fert regia donum
Pſaltria, reſperſis manibus de ſanguine iuſto.

Per mare ambulat Chriſtus.

It mare per mediū Dominus, fluctúſque liquentes
Calce terens, iubet inſtabili deſcendere cymba
Diſcipulum: ſed mortalis trepidatio plantas
Mergit, at ille manum regit, & veſtigia firmat.

Dæmon miſſus in porcos.

Vincla ſepulchrali ſub carcere ferrea dæmon
Fregerat, erumpit, pedibúſque aduoluitur Ieſu.
Aſt hominē Dominus ſibi vindicat, & iubet hoſtem
Porcorum rapere greges, ac per freta mergi.

Quinque panes, & duo piſces.

Quinque Deus panes fregit, piſceſque gemellos,
His hominum largè ſaturauit millia quinque.
Implentur nimio micarum fragmine corbes
Bis ſenî: æternæ tanta eſt opulentia menſæ.

A *Lazarus ſuſcitatus à mortuis.*

Conſpicuus iugiter eſt locus in Bethania,
Vidit ab inferna te Lazare ſede reuerſum.
Apparet ſcriſſum fractis foribus monumentum,
Vnde putreſcentis redierunt membra ſepulti.

Ager ſanguinis.

Campus Acheldemach ſceleris mercede nefandi
B Venditus, exequias recipit tumulóſque hominum nudas.
Sanguinis hoc pretiū eſt Chriſti Iudæ eminus arctat
Infelix collum laqueus pro crimine tanto.

Domus Caiphæ.

Impia blaſphemi cecidit domus ecce Caiphæ,
In qua pulſata eſt alapis facies ſacra Chriſti.
Hic peccatores manet exitus, obruta quorum
Vita ruinoſis tumulis ſine fine iacebit.

C *Columna ad quam flagellatus eſt Chriſtus.*

Vinctus in his Dominus ſtetit ædibus, atq; colūnis
Adnexus tergum dedit ut ſeruile flagellis.
Perſtat adhuc, templúmque gerit veneranda columna,
Nóſque docet cunctis immunes viuere flagris.

Paſſio Saluatoris.

Traiectus per vtrumque latus, laticē atq; cruorem
Chriſtus agit, ſanguis, victoria, lympha, lauacrum.
D Tunc duo diſcordant crucibus hinc inde latrones
Contigui: negat ille Deum, fert iſte coronam.

Mons Oliueti.

Montis oliuiferi Chriſtus de vertice ſurſum
Ad patrem rediit, ſignans veſtigia pacis.
Frondibus æternis præpinguis liquitur humor,
Qui probat infuſum terris de chriſmate donum.

E *Paſſio Stephani.*

Primus iniit Stephanus mercedem, ſanguinis imbri
Afflictus lapidum, Chriſtum tamen ille cruentus
Inter ſaxa rogat, ne ſit lapidatio fraudi
Hoſtibus, o primæ pietas miranda coronæ.

Porta ſpecioſa.

Porta manet templi, ſpecioſam quam vocitarunt
Egregium Salomonis opus: ſed maius in illa
Chriſti opus emicuit: nam claudus ſurgere iuſſus
F Ore petri, ſtupuit laxatos currere greſſus.

Viſio Petri.

Somniat illapſum Petrus alto ex æthere diſcum,
Conſertum omnigenis animalibus: ille recuſat
Mandere, ſed Dominus iubet omnia munda putare,
Surgit, & immundas vocat ad myſteria gentes.

Vas electionis.

Hic lupus antè rapax veſtitur vellere molli:
G Saulus qui fuerat, fit adempto lumine Paulus.
Mox recipit viſum, fit Apoſtolus, ac populorum
Ductor, & ore potens coruos mutare columbis.

Apocalypſis Ioannis.

Bis duodena ſenum ſedes, citharis paterisque
Tótque coronarum fulgens inſignibus, ſignum
Cæde cruentatum laudat qui euoluere librum,
H Et ſeptem potuit ſignacula pandere ſolua.

PRÆFATIO IN ΨΥΧΟΜΑΧΙΑΝ

ERRORE TYPOGRAPHIÆ huc tranſlata.

SEnex fidelis prima credendi via eſt
Abram Beati ſeminis ſerus pater:
I Adiecta cuius nomen auxit ſyllaba,
Abraham parenti dictus, Abraham Deo.
Senile pignus qui dicauit victimæ,
Docens ad aram cum litare quis velit,
Quod dulce cordi eſt, quod pium, quod vnicum,
Deo libenter offerendum credito.
Pugnare nos mones cum prophanis gentibus
Suaſit, ſuumque ſuaſor exemplum dedit,
Nec ante prolem coniugalem gignere
Deo placentem, matre virtute editam,

Quam ſtrage multa bellicoſus Spiritus
Portenta cordis ſæuientis vicerit.
Victum feroces forte reges ceperant
Loth, immorantem criminoſis vrbibus
Sodomæ, & Gomorrhæ, quas fouebat aduena
Pollens honore patruelis gloriæ.
Abraham ſiniſtris excitatur nunciis
Audit propinquum ſorte captum bellica,
Seruire duris barbarorum vinculis:
Armat trecentos terque ſenos vernulas
Pergant, vt hoſtis terga abeuntis cædere,
Quem Gaza diues, ac triumphus nobilis
Captis tenebat impeditum copiis.
Quin ipſe ferrum ſtringit, & plenus Deo
Reges ſuperbos mole prædarum graues
Pellit fugatos, ſauciatos proterit,
Frangit catenas, & rapinam liberat,
Aurum, puellas, paruulos, monilia,
Greges equarum, vaſa, veſtem, buculas
Loth ipſe ruptis expeditus nexibus,
Attrita bacis Colla liber erigit.
Abraham triumphi diſſipator hoſticis
Redit, recepta prole fratris inclytus,
Ne quam fidelis ſanguinis proſapiam
Vis peſſimorum poſſideret principum.
Adhuc recentem cæde de tanta virum,
Donat Sacerdos ferculis cœleſtibus,
Dei Sacerdos, rex & idem præpotens,
Origo cuius fonte inenarrabili
Secreta, nullum prodit auctorem ſui,
Melchiſedech, qua ſtirpe, quis maioribus
Ignotus, vni cognitus tantum Deo
Mox & triformis Angelorum trinitas
Senis reuiſit hoſpitis mapalia.
Et iam vieta Sarra in aluo fertilis,
Munus iuuentæ mater exanguis ſtupet,
Hærede gaudens, & cachinni pœnitens.
Hæc ad figuram prænotata eſt linea,
Quam noſtra recto vita reſculpat pede,
Vigilandum in armis pectorum fidelium,
Omnemque noſtri portionem corporis,
Quæ capta fœdæ ſeruiat libidini,
Domi coactis liberandam viribus,
Nos eſſe large vernularum diuites,
Siquid trecentis, bis nouenis additis
Poſſimus, figura nouerimus myſtica,
Mox ipſe Chriſtus qui ſacerdos verus eſt,
Parente natus alto, eſt ineffabili
Cibum beatis offerens victoribus,
Paruam pudici cordis intrabit caſam,
Monſtrans honorem trinitatis hoſpitæ,
Animam deinde ſpiritus complexibus.
Piè maritam, prolis expertem diu,
Faciet perenni fertilem de ſemine.
Tum Sarra dotem poſſidens puerpera,
Hærede digno patris implebit domum.

PAVLINI VIRI CONSVLARIS,
QVI FLORVIT IMPERA- rante Gratiano.

De ſancto Ioanne Baptiſta carmen

Fuere tres Paulini, Epiſcopus Nolanus, Conſularis hic, & is qui ſcripſit vitam ſancti Martini, vt notauit Baronius.

SVmme pater rerum, cœlique æterna poteſtas
Cum quo noſtra ſalus, & ſanctorum gloria Chriſte
Spiritus et patri pariter natóque cohærens
Emeritum ſanctis impendere ſoluit amorem
Ac primum genus hic extinctum ſemine non vult
Interiſſe tuum, fœcundáque viſcera fecit,
Coniugis eſſœto quæ iam ceſſabat in æuo:

A Cur tamen addubitas mortali tu quoque ſenſu
Omnia poſſe Deum: ſed credes, ille probabit
Qui mentes linguáſque regit, vtrique miniſtras,
Promeruit quas ſola fides: cui plena poteſtas,
Brutis ingenium, vocémque infundere mutis:
Præſta Euangelico ductum de fonte Ioannem,
In noſtra arenti decurrere, carmina riuo:
Ille quidem tantus, quantum potuit dare mundo,
Qui naſci talem noua per miracula iuſſit:
B Sed licitum magnis tenues impendere curas,
Nec dedignantur vilem cæleſtia laudem:
Pars etiam meriti, meritum celebrare priorum:
Nec noua nunc aut noſtra canam, dixere Propheta
Cuncta prius, ſanctique viri ſermone ſoluto,
Promiſſum exortum, vitam mortémque ſacrarunt:
Si mors illa fuit, meruit quæ ſanguine cælum.
C Nos tantum modulis euoluere dicta canoris
Voluimus, & verſu mentes laxare legentum:
Sic nam magna licet paruis, antiqua nouellis,
Perfecta indoctis conferre, æterna caducis,
Inſpirante Deo quicquid dixere priores,
Aptauit citharis nomen venerabile Dauid,
D Conſona cæleſti pangens modulamina plectro:
Nos quoq; fas meminiſſe Dei: quãquã obſita multis
Pectora criminibus cæleſtem admittere ſenſum.
Zacharias Syria quondam de gente Sacerdos,
Credita ſolenni curabat templa paratu.
Vita viri, pietate, fide, grauitate, pudore,
Obſequio condigna Dei coniunx huic alma
Eliſabeth, priſca ſanctorum ſtirpe virorum
E Progenita, & tanto virtutibus æquá marito.
Sed, quod in opprobrio matrum, poſuere priores,
Prole carens, ſterilem ducebat mœſta ſenectam,
Spémque omnem ſobolis tranſacta excluſerat ætas,
Forte ſacrum ſolenne Deo plebs cuncta ferebat,
Et prius antiſtes ſacros adoleuerat ignes,
Intima diuinis decorans altaria flammis:
Ecce ſacram propter cæleſtis nuntius aram
F Aſtitit, ac veſte inſignis, venerabilis ore,
Se cælo miſſum vultuque habitúque probauit.
Tum ſancta in tales laxauit pectora voces.
Accipe, cæleſti domino dilecte Sacerdos,
Æterni mandata Dei, cui cura priorum
Perpetua eſt, iuris qui puro pectore cuſtos
Naſcetur dignus tanto ſponſore beatus
Perpetuúſque puer, qui primo protinus æuo
G Te maior, ſacras inuicto in pectore vires
Auctoris dono plus quam genitoris habebit.
Nec ſanè nato quæ prima vocabula ponas,
Arbitrij iuriſque tui eſt: Deus ipſe profectò
Qui naſci iubet, hunc idem iubet eſſe Ioannem.
Nominis hic titulus, meritorum immenſa propago,
Quæ nec dum genito potuit prænoſcere ſolus,
Qui dabit, & tanto tribuat tibi gaudia nato:
H Nec vero tribuet tantum, tibi (gloria parua eſt
Intra vnam concluſa domum) ſed quantus ab ortu
Tenditur in ſeræ finita crepuſcula lucis,
Totus prole tua tecum lætabitur orbis.
Quid mirum? uncta vitiorum fæce carebit,
Cæleſtem ducens ſine labe & crimine vitam,
Vt ſano ſeruans abſtemia pectora vino,
Omniáque euitans maleſuadi pocula ſucci.
I Cúmque hominum generi vel poſt errata ſalutem
Spondeat, ab ſancta quiſquis renouabitur vnda,
Ipſe in ſe nihilum quo purificetur habebit.
At ne plura tibi variis ambagibus edam,
Eliæ meritum doctus neſcire ſacerdos
Non potes, exutæ qui mortis lege remiſſa,
Aeternam degit proprio cum corpore vitam.
Igneus excelſum quem vexit ad æthera currus,
Flammantum rapido niſu glomeratus equorum:
Hunc tuus æquabit meritorum ſtemmate natus,

Tantus

Tantundem & laudis ſimul & virtutis habebit:
Ergo ad condignas tanto pro munere grates,
Nec dubiam ſuſpende fidem, ne mota tacentia
Ira Dei, meritam ſtatuat poſt præmia pœnam.
Hæc ait, & tenues elabitur ales in auras,
Fragrantémque ſacro procul æthra fundit odore.
Diriguit trepida confuſus mente ſacerdos,
Ac dum promiſſum cunctantia corda volutant,
Dum ſe diffidit tantum meruiſſe fauorem,
Vt ſummi ſit cura Dei, dimiſſus vt alto
Nuncius è cælo, famulo tam clara referret,
A domino mandata ſuo, ludique veretur,
Somniáque illa putat: merita dum parcius æquo
Aeſtimat ipſe ſuos, nec ſe meruiſſe fatetur:
Infidum facit ipſa fides, dum credere dignum
Se non vult, pœnas incredulitate meretur.
Protinus aſtricta eſt dubitanti lingua palato,
Et motus oblita ſui, molitáque vocis
Articulare ſonum pigro torpore cohæſit:
Diúque cupit narrare ſuæ miracula plebi,
Conatus fruſtra, defixo obmutuit ore.
Mœſtus abit, verſatque incluſa mente dolorem,
Et veniam erratis arcano in corde precatur.
Quanta Dei pietas, quámque exorabile numen,
Pœnituiſſe ſat eſt, rata quæ dat, temporis ordo
Voluitur, & grauida (mirum) diſtenditur aluo
Eliſabeth, ſanctúmque gerunt pia viſcera pondus,
Et vetus effœto munus iuuenile ſub æuo.
Inde aliud ſanctus Gabriel qui nuncius idem
Zachariæ fuerat, multo matura volutans,
Ad Mariam molitur iter quæ ſponſa marito,
Sed magis electa Deo, mundi paritura ſalutem,
Virgo illibatum ſeruabat caſta pudorem:
Cui poſtquam inſignis cœleſti forma decore
Conſtitit ante oculos, vultus demiſſa pudicos,
Tinxit ſuffuſo trepidantes ſanguine malas.
Ille ait, ô toto quem ſolis circulus ambit,
Quæque fuere prius, quæ ſunt, quę deinde ſequentur,
Virginibus cunctis felicior orbe puella,
Magno lecta Deo, mater dicaris vt eius,
Cuius & ille pater. felix age concipe pondus,
Impolluta viro, coitúque immunis ab omni
Verbo facta Dei corpus tua viſcera præſtent
Illi qui cœlum, terras, mare, ſidera fecit:
Qui ſemper fuit & nunc eſt, & tempore in omni
Semper erit, mundi dominus lucíſque creator,
Et lux ipſe poli per te mortalia membra
Induet, atque oculos hominum cœtúſque ſubibit.
Imperturbatos tantorum in præmia laudum
Tolle animos, dabit ille tibi vireſque fidemque,
Qui voluit (nam cuncta regit nutúque gubernat)
Filius eſſe tuus, Domini cum filius eſſet.
Dixerat, & viſus pariter terráſque reliquit,
Aſſuetúmque ſibi facili petit æthera niſu.
Implentur præcepta Dei, creditque puella
Protinus, atque auget meritum virtutémque priorem
Prompta fides: tacitis elementa latentia cauſis
Diuinum informant corpus, ſacrandaque creſcit
Sarcina, cæleſtem dominum pia continet aluus.
Interea grauidam ſobolem, quanquam edita nec dum
Inſtigat Mariam ſanctam, vt progreſſa reuiſat
Eliſabeth, longo quæ iam venerabilis æuo,
Dilectum domino puerum paritura ferebat.
Auſcultat hæc nato genitrix (vis tanta fidei)
Et quo iuſſa venit, mouit materna Ioannes
Viſcera, & impleuit diuino pectora ſenſu.
Iam vates, nec dum genitus, concluſus in aluo,
Iamque Propheta prius geſta & ventura videbat.
Illa vbi concepto fulgentem lumine longe
Conſpexit Mariam, celeri procul incita greſſu
Obuia progreditur, veneratáque brachia tendens,

A Salue ô mater, ait, Domini, ſalue pia Virgo,
Im[illegible] thalami, cuſtóſque [illegible] vitiis,
Quæ partu Deum [illegible] ſeruare pudicam
Intactæ virginis titulos & præmia nuptæ.
Cur mihi non credis, nec tanto munere digna,
Officij [illegible] honos [illegible]
In noſtros [illegible] lares & viles tecta,
Obſcuris tantum lumen penetralibus infert?
B Sed miris placuiſti, que [illegible] omnibus auſit:
Præſtitit hunc genitus, qui te præſtitit ante fauorem,
Dixit, & amplexans [illegible]
Iámque Deum veneratur pio dedit oſcula ventri,
Dic age nunc Iudæa, nocens, & ſanguine regia
Commenta [illegible]
Eſt adhibenda fides, [illegible] vates
Credimus & Moſe ſcriptum, [illegible] Dauid,
C Impia peruerſæ putat [illegible] gentis.
Credite nunc geniti materna [illegible] in aluo
Quid videat ſancto matris docet [illegible] Ioannes.
Quis precor hunc docuit [illegible] virgo
Cre[illegible] quæ tu maneat noua ſecula partus
Sed ſanctis [illegible] profanis.
Verum ego iam [illegible] latus petit orbita currus,
D Atque oblita [illegible] longius audet.
Spero [illegible] vt poſſim firmare [illegible] quondam
Hoc quoque per ſpatium fortes agitare quadrigas,
Huc [illegible] iter, mortalia dicas
Pagina mortalis Domini [illegible] diuina loquantur.
Iamque adeò exacto quantum natura iubebat
Tempore, materna puer inclitus editur aluo,
Et promiſſa Dei magna non credita pœna
E Implet certa fides, & natus comprobat infans.
Conueniunt contingentes de more propinqui,
Vt pueri veterum de nomine ducta parentum
Aptent collatis quæſita vocabula curis:
Sed negat arbitrium cognatis eſſe relictum,
Cœleſtis iuſſi per natum [illegible] mater.
Ergo placet dudum pia iuſſa [illegible] ſilentem
Conſuluiſſe patrem: [illegible] facultas
F Iudicij, quod lingua nequit, ſi littera ſignat.
Conſilium ſumit tabulas, ſcribitque Ioannem.
Mirantur cuncti, nullumque habuiſſe priorum
Præſcriptum nomen recolunt de ſtirpe parentum.
Quantum ſera fides valuit: qui dextra notauit,
Quod mens crediderat, [illegible] eſt.
Soluuntur vinclæ laxata repagula linguæ:
Reſpondet iam voce ſenex, prodítque propinquis
G Tecta diu mandata Dei ſpondétque futura,
Dum tranſacta probat. talem fore quis dubitaret,
Quem domini iuſſis, naturæ lege remiſſa,
Inſolito ex [illegible] potuiſſe videret?
Exemplum cunctis celebrandum incredulitatis
Ante oculos cunctis poſitum, vt pœna parentis,
Vel veniatque animis [illegible] ſimul hinc metus, hinc
Labitur interea [illegible] ipſis (ſpes
H Extat diuini ſpecies manifeſta vigoris.
Blanditiæ riſúſque ſilent incertaque ceſſant
Murmura, ſenectas [illegible] præuia ſenſus,
Iam tenera informat ſententia [illegible] ora.
Inde vbi prima puer ſtabili veſtigia niſu
Fixerat, & certam ſignarent verba loquelam:
Noſcerat, aut ſpreti [illegible] parentis,
Aut antiquorum præclara edi[illegible] tecta,
I Vel quas ipſe Deus leges interprete Moſe
Condiderat, ſacri quas ſeruat pagina [illegible].
Hæc & quæ teneram [illegible] patris mentem
Tractabat recolens [illegible] priora
Credendus, dederit Dominus cui noſſe futura.
At poſtquam [illegible] membra ac eſſe [illegible]
(Nam mens plena Deo tardos præuenerat annos)
Illa ſibi iam tum ſtatuit [illegible], docere
Quæ ſequuntur homines ſimul eſt fugienda ciborum,

Et potus ſancta contagia noxia vitæ.
Tecta igitur ſancti, quamquam immaculata, parentis
Deſerit, ac turbas hominum cœtúſque nocentes
Effugit, ac ſolas loca tendit ad inuia terras,
In quis ſe tantum mens impolluta videret,
Liberáque à curis, ſacra ad præcepta vacaret.
Veſtis erat curui ſetis contexta cameli,
Contra luxuriem molles durare vt artus,
Arceréque graues compuncto corpore ſomnos.
Hunc vilis rigidos ad lumbos zona ligabat:
Præbebant victum facilem ſylueſtria mella,
Pomáque, & incultis enatæ cautibus herbæ,
Arentémque ſitim decurrens vnda leuabat.
Quis locus hic vitiis; aditum quem praua cupido
Inuenit hæc inter ſacra ad penetralia mentis?
Quo peccet, qui nil cupiat? quo tendat iniqui
In ſcelus ſenſus, quiſquis non indiget vllo?
Sic primi vixere homines, mundóque recenti
Hos auctor dederat ventura in ſæcula mores:
Inſeruit donec ſeſe maleſuada voluptas,
Ac ſecum luxus & amorem inuexit habendi:
Hinc odia, hinc lites, hinc fraus, hinc liuor & iræ,
Cædes, arma, cruor, conflictus, prælia, mortes,
Hinc offenſa Dei, quam tartara ſæua pubunt.
Verùm ego cur nimium communes arguo culpas,
Immemor ipſe mei, quem non commiſſa grauare;
Sed veniam ſpetare decet? mirabimur immo
Rectius, inuictum nullique imitabile priſci
Exemplum ſecli, tranſgreſſum humana labore,
Semideúmque virum, qui labe immunis ab omni
Cum ſua tam ſæuis cruciarit corpora pœnis,
Præſcripſit, quid nos vel poſt peccata deceret.
At poſtquam inuictam firmans per talia mentem,
Exegit largum tempus, ſtatuitque reperta
Quæ fuerant quærenda, ſibi vox edita cœlo eſt.
Iam ſatis impenſum ſpacij dilecte propheta,
Quo tibi prodeſſes tempus tibi quæ data ſentis,
Vt proſint aliis, & quæ iam perdita, ſeruent,
Perge igitur ſanctas puri Iordanis ad vndas.
Hic quicunque hominum vitæ commiſſa prioris
Pœnitet, & tandem ſenſu meliora volutat
Ablue confeſſum quiſquis tibi mente fideli
Crediderit, delere pio commiſſa lauacro,
Ille renatus erit, talis modo vita ſequatur,
Quæ probet ablutos vitam damnaſſe priorem.
Paruit auditis famulanti mente Iohannes,
Pratious & ripas iuſſi deſcendit ad amnis.
Prædirat hic præcepta Dei ſermone verendo
Infunditque nouam credentium in corda ſalutem,
Diluit infuſis credentum crimina lymphis,
Abſoluitque metus hominum, pœnáſque remittit,
Atque ignem reſtinguit aquis, obliuia ſuadet
Errorum, præſtátque nouæ noua corpora vitæ.
O pater, ô hominum rerúmque æterne creator,
Quot gradibus parcit pietas tua? quis pater vnquam
Suſtinet erranti toties ignoſcere nato?
Das generi ſenſum quo vel bona vel mala noſcant:
Non ſatis inuectis ſeruandæ vincula legis,
Proponiſque malis pœnas, & præmia iuſtis.
Hæc quoque quis ſpreuit? redeat quãdóque libebit,
In promptu venia eſt: ſanctum pater ecce lauacrũ,
Quod remouet vitam, veteréſque obliteret actus,
Quodq; nouos homines faciat, quid quærimus vltra?
Et tamen vlterior venia eſt violauerit vllus
Hoc quiſque pollutu prolapſus corpore donum,
Quamquam iam nimius longe proceſſerit error,
Deſinat & redeat, cùm te damnauerit ipſe,
Abſoluet metuit: ſi pœnitet, irrita culpa eſt.
O verè, quod ais, pondus leue, quódque cohæret,
Suaue iugum, toties homini cum ignoſcitur vni.
Et tamen erramus, finis nec criminis vllus
Humano generi, ſed creſcit laus tua, namque

A Maior culpa rei parcentis gloria maior.
Grates ergo tibi referat mens omnis, & omnis
Lingua canat, quantumque poteſt humana propago,
Si placuiſſe nequit, fieri vel grata laboret.
Panditur immenſum, ſi demus vela, profundum
In laudes pater alme tuas: ſed conſcia tanti
Mens oneris trepidat, propriáſque haud neſcia vires
Conſulit, & dignis potius dicenda relinquit.
B Reddamus cœptis opus hoc tibi ſancte Iohannes
Quo renoues puras abluto corpore mentes,
Non hæc prima dedit Domini ſententia, qua te
Admonuit claram mittens per nubila vocem:
Secula multa prius ſancti Deus ore locutus
Iſaiæ vatis, veteris qui maximus æuis
Mittam, ait, ante tuos oculos ô vate miniſtrum,
Qui ſentoſarum purgans concreta viarum
C Greſſibus ille tuis, celſos ſubſidere montes,
Idem depreſſas faciet conſurgere valles:
Diriget hic quæ praua, & leniet aſpera, dura
Mulliet, & totum coget planeſcere mundum.
Tunc precor donum ſummi patris, alme Iohannes
Cum Chriſto promiſſe venis? téque imputat ille
Qui miſit nacum? tunc ô prædicte prophetis.
Nominis angelici tu participatus honores
D Per te prima Dei ſeſe clementia profert,
Prima tibi dandæ veniæ permiſſa poteſtas:
Te cùm multa nouæ peterent miracula plebis,
De te Chriſtus ait, conceſſum eſt viſere talem
Qualem nulla prius viderunt ſecla prophetam:
Dico ego, qui ſolus quæ geſta gerendáque noui;
Inter mortales dederit quos fœmina partus,
Quóſque dabit ſolennt hominum de more creatos:
E Nullus erit poſſit qui ſe præferre Ioanni.
Hæc de te ille refert, qui quælibet intima cordis
Humani, & cunctos ſeclorum ex ordine tractus
Peruidet, vt quæ ſunt oculis ſubiecta videmus.

PAVLINI AD AVSONIVM.
EPISTOLA PRIMA.

F QVid abdicatas in meam curam pater
Redire Muſas præcipis?
Negant camœnis nec patent Apollini
Dicata Chriſto pectora.
Fuit iſta quondam non ope, ſed ſtudio pari
Tecum mihi concordia.
Ciere ſurdum Delphica Phœbum ſpecu,
Vocare muſas numina,
G Fandique munus munere indultum Dei
Petere fonte, nemore, aut iugis.
Nunc alia mentem vis agit, maior Deus,
Alióſque mores poſtulat.
Sibi repoſcens ab homine munus ſuum
Viuamus vt vitæ patri,
Vacare vanis otio aut negotio;
Et fabuloſis litteris
H Vetat, ſuis vt pareamus legibus,
Lucémque cernamus ſuam.
Quamuis ſophorum, callida artique rhetorum, &
Figmenta vatum nubilent,
Qui corda falſis atque vanis imbuunt
Tantumque linguas inſtruunt,
Nihil adferentes vt ſuiuetas conferant,
Quod veritatem detegat.
I Quid enim tenere vel bonum aut verum queant
Qui non tenent ſummæ caput?
Veri bonique fontem & fontem Deum,
Quem nemo niſi in Chriſto videt.
Hic veritatis lumen eſt, vita via,
Vis, mens, manus, virtus patris,
Sol æquitatis, fons bonorum, flos Dei,
Natus Deo, mundi ſator,

Morta

Mortalitatis vita noſtræ, & mors necis,
Magiſter hic virtutis eſt,
Deuſque nobis, atque pro nobis homo,
Nos induendo, ſe exuit:
Æterna iungens homines inter & Deum
Interque ſe commercia.
Hic ergo noſtris vt ſuum præcordiis
Vibrauerit cœlo iubar,
Abſterget ægrum corporis pigri ſitum
Habitúmque mentis innouat.
Exhaurit omne, quod iuuabat antea,
Caſtæ voluptatis vice.
Totóque noſtra iure Domini vindicat
Et corda & ora, & tempora.
Se cogitari, intelligi, credi, legi,
Se vult timeri & diligi.
Æſtus inanes, quos mouet vitæ labor,
Præſentis æui tramite,
Horret futuræ cum Deo vitæ fides,
Qui quas videmus ſpernere,
Non vt prophanas abiicit aut viles opes,
Sed vt magis caras monet,
Cœlis reponi creditas Chriſto Deo,
Qui plura promiſit datis.
Contempta præſens vel mage depoſita ſibi
Multo vt rependat fœnore.
Sine fraude iuſtus fidis creditoribus
Bonus æra reddet debitor,
Multáque ſpretam largior pecuniam
Reſtituet vſura Deus.
Huic vacantem vel ſtudentem & debitum
In hoc reponentem omnia,
Ne quæſo ſegnem, néve peruerſum putes
Ne criminaris impium.
Pietas abeſſe Chriſtiano qui poteſt?
Namque argumentum mutuum eſt
Pietatis, eſſe Chriſtianum: & impij,
Non eſſe Chriſto ſubditum.
Hanc cum tenere diſcimus, poſſum tibi
Non exhibere, id eſt patri,
Cui cuncta ſancta iure chari nominis
Debere me voluit Deus.
Tibi diſciplinas, dignitatem, litteras,
Linguæ, & togæ, & famæ decus,
Prouectus, altus, inſtitutus debeo
Patrone, præceptor, pater.
Sed cur remotus tandiu degam arguis,
Pióque morſu iraſceris:
Conducit illud, aut neceſſe eſt, aut placet,
Vel aliud horum quidquid eſt,
Ignoſce amanti ſi geram quod expedit,
Gratare ſi viuam, vt libet.

Epiſtola 11.

DEfore me patriis tota trieteride terris
Atque alium me egiſſe vagis erroribus orbem,
Culta prius veſtræ oblitum conſortia vitæ,
Increpitas lacrimis mota pietate querelis:
Amplector patrio venerandos pectore motus,
Et mihi gratandum ſalus affectibus illa.
Sed reditum inde meum genitor te poſcere nollem,
Vnde dari poſſit reuocanti me tibi reddam.
Cum ſteriles fundas non ad diuina precatus,
Caſtalidis ſupplex auerſo numine Muſis.
Non his numinibus tibi me patriæque reduces,
Quod datus in nihilum ſine numine, numina Muſas
Surda vocas, & nulla rogas: leuis hoc feret aura,
Irrita ventoſæ rapiunt hæc verba procellæ,
Quæ non mitt. Deo: vacuis in nubibus hærent,
Nec penetrant ſuperi ſtellantem regis in aulam.
Si tibi cura mei reditus, illum aſpice & ora,
Qui tonitru ſummi quatit ignea culmina cœli,
Qui rutilo igne micat, nec inania murmura miſcet,
A Quique ſatis cœlo ſoles largitur & imbres.
Qui ſuper omne, quod eſt, & in omni totus vbique,
Omnibus infuſo rebus regit omnia Chriſto,
Quo mentes tenet atque mouet, quo tépora noſtra
Et loca diſponit: quod ſi contraria votis
Conſtituat noſtris, prece deflectendus in iſta eſt,
Quæ volumus, quid me accuſas, ſi diſplicet actus?
Quæ gero agente Deo, prius eſt fas ipſius auctor,
B Cui placet, aut formare meos, aut vertere ſenſus.
Nam mea ſi reputes quæ triſtia, quæ tibi nota,
Sponte fatebor enim modo me non eſſe ſub illo
Tempore qui tecum quo non peruerſus habebar,
Et peruerſus eram falſi caligine cernens,
Stulta Dei ſapiens, & mortis pabula viuens.
Agnoſci datur à ſummo genitore, nouari.
Quod non ſorte meo geritur, non arbiter iſtis
C Confeſſus dicat mutatæ in praua notandum
Erraſſem mentis quoniam ſim ſponte profeſſus
Me non mente mea vitam mutaſſe priorem,
Mens noua me fateor ſiexit, mens non mea quondã,
Sed mea nunc, auctore Deo, qui ſi quid in actu
Ingenióve meo ſua dignum ad munia vidit,
Gratia prima tibi, tibi gloria debita cedet.
Cuius præceptis partum eſt, quod Chriſtus amaret.
D Quare gratandum magis eſt tibi, quàm querităndũ,
Quod tuus illectus ſtudiis & moribus ortus
Paulinus, cui te non inficiare parentem,
Nec modo cum credis peruerſum, ſic mea verti
Conſilia vt ſim promeritus Chriſti fore, dum ſum
Auſonij, feret ille tuæ tua præmia laudi,
Deque tua primum tibi deceret arbore pomum,
Vnde precor meliora putes ne maxima perdas
E Præmia, deteſtando tuis bona fontibus orta.
Non etenim mihi mens vaga nunc, neque partici-
pantum
Vita fugax hominum, Lyciæ quæ ſcribis in antris
Pegaſum vixiſſe equorem: licet & iam multi
Numine agente colant, clari velut antè Sophorum
Pro ſtudiis Muſiſque ſuis, & nunc quoque caſtis,
Qui Chriſtum ſumpſere animis, habitare frequentẽt,
F Non inopes animi, neque de feritate legentes
Deſertis habitare locis, ſed in ardua verſi
Sidera ſpectantéſque Deum verique profunda
Perſpicere intenti de vanis liberâ curis,
Otia amant ſtrepitúſque fori rerumque tumultus,
Cunctáque diuinis inimica negotia donis,
Et Chriſti imperiis & amore ſalutis abhorrent,
Spéque fidéque Dei ſponſa mercede ſequuntur,
G Quam referet certus non deſperantibus auctor.
Si modo non vincat vacuis præſentia rebus,
Quæque videt ſpernat, quæ non videt, expetat animus.
Namque caduca patent noſtris æterna negantur
Viſibus, & nunc ſpe ſequimur, quod mente videmus,
Spernentes varias rerum ſpectacula formas,
Et male corporeos bona ſollicitantia viſus.
Attamen hæc illis ſectis ſententia viſa eſt,
H Tota quibus iam lux patuit verique bonique
Veniuit æternum ſeclis & præſentis inane.
At mihi non eadem eſt gloria, cur eadem ſit
Fama, fides veri, par eſt ſeu amœna colenti
Nunc etiam & blandis poſito locupletis in arca
Littoris, vnde hæc iam etiam feſtinata locorum
Inuidia eſt, viſinam ſocius me carpere liuor
Incipiat Chriſti ſub nomine probra placebunt,
I Non patitur tenerum mens numine firma pudorem,
Et laus hic contempta, redit mihi iudice Chriſto.
Ne me igitur venerande parens his, vt malè verſum,
Increpites ſtudiis, neque me vel coniuge carpas,
Vel mentis vitio merearis Bellerophontis
Mens eſt, nec Tanaquil mihi, ſed Lucretia coniunx.
Nec mihi nunc patri (eſt vt vis) oblitio cæli,
Quin fuerit ſuſpecto Deum quem qui colit vnum,

Hic verè memor eſt cœliſte, rede ergo paterni
Nec cœli immemores, nec vultræ mentis egentes,
Humaniſque agitare locis, ſtudia ipſa piorum
Teſtantur mores hominum, nec enim impia ſummũ
Gens poterit noſſe Deum, ſic multa locorum,
Multa hominum in ſtudiis, multa experientia legũ.
Quæ regio agreſti ſitu caret? aut quid in iſtis
Improbitas aliena nocet? quid tu mihi vaſtos
Vaſconiæ ſaltus, & ninguida Pyrenei
Obiicis hoſpitia, in primo quaſi limine fixus
Hiſpanæ regionis agam, nec ſit locus vſquam
Rure vel vrbe mihi, ſummum quà diues in orbem
Vſque patet, merſos ſpectans Hiſpania ſoles.
Sed fuerit fortuna, iugis habitaſſe latronum,
Non laté Barbarico rigui, muratus in ipſos,
Inter quos habito ſocia feritate, colonos.
Non recipit mens pura malum, neque læuibus hæret
Inſpersæ fibris maculæ. ſi Vaſcone ſaltu
Quiſquis agit purus ſceleris vitam inter iniquos,
Nulla ab inhumano morum contagia ducit
Hoſpite, ſed mihi cur ſit ab illo nomine crimen
Qui diuerſa colo, vt colui, loca iuncta ſuperbis
Vrbibus, & lætis hominum celeberrima cultis?
Ac ſi Vaſconicis mihi vita fuiſſet in oris,
Cur non more meo potius formata feroces
Poneret in noſtros migrans gens barbara ritus?
Ante habitos mores, nec ſemper flectere vitam
Crimen habet, namque eſt laudi bene vertere, cũ me
Immutatum a ſtudiis, ſtudium officiúmque requiro
Si prauo tectum, ſi religioſa prophanis,
Luxuriæ parcum, turpi mutatur honeſtum.
Segnis, iners, vbi verus agit, miſerere ſodalis
In mala peruerſi, blandum licet ira parentem
Excitet, lapſum vt recta inſtauret amicum
Moribus, & monitu reparet meliora ſeuero.
At ſi forte itidem quod legi, & quod ſequor, audis
Corda pio vouiſſe Deo, venerabile Chriſti
Imperium docili pro crudelitate loquentis
Perſuaſumque tenens, mortalis æterna parari
Præmia mortali damnis prætentibus empta,
Non tecum hoc ſancto ſic diſplicuiſſe parenti
Mentis vt errorem credas, ſic viuere Chriſto.

Paulinus Auſonio. Epiſtola III.

De conſtantia in amore.

CONtinuata meæ durare ſilentia linguæ,
Te nunquam tacito, memoras, placitámq; labris
Deſidiam exprobras, neglectæque inſuper addis
Crimina amicitiæ, formidatamque iugalem
Obiicis, & durum iacis in mea viſcera verſum,
Parce precor lacerare tuum, nec amara paternis
Admiſcere velis, ſeu melli abſynthia, verbis.
Cura mihi ſemper fuit & manet, officiis te
Omnibus excolere, affectu obſeruare fideli.
Non vnquam tenui ſaltem tua gratia næuo
Commaculata mihi eſt, ipſo te lædere vultu
Semper, & incauta timui violare figura,
Compoſui, & læto formaui lumine frontem
Ne te vela tacito contractam peſtore nubem
Duceret in ſanctum ſuſpectu talis parentem.
Hoc mea te domus exemplo coluitque coletque;
Inque tuum tantus nobis conſenſus amore eſt,
Quantus & in Chriſtum, conneza mente colendum.
Quis tua quæſo tuis obduxit pectora liuor?
Quæ dira more pias facilis tibi fama per aures
Irrupit populiſque animum, contráque vetuſtam
Experta pietate fidem, noua vulnera mouit?
Læderet vt nobis placidum maleſuada parentem?
Sed mihi non ficta mens conſcia ſimplicitatis,
Nec patris inuiſti pietas tua reſpuit omne
Impietatis, & falſa perſtringit crimine non fert.
Immerito grauius violatur iniquo.
Vulnera tam tenera offenſæ, quàm libera culpæ.

A Diſcuſſiſſe iugum quereris me, quo tibi doctis
Iunctus eram ſtudiis, hoc nec geſtaſſe quidem me
Aſſero, namque pares ſubeunt iuga: nemo valentes
Copulat infirmis, neque ſunt concordia frena,
Si ſit compulſis menſura iugalibus impar.
Si vitulum tauro, vel equum committis onagro,
Si conſors fulicas cygnis, & aedona parræ,
Caſtaneis corylos æques, viburna cupreſſis,
B Me compone tibi, vix Tullius & Maro tecum
Suſtineant æquale iugum, ſi iungar amore,
Hoc tantum tibi me iactare audebo iugalem,
Quo modicum ſociis magno contendit habenis
Dulcis amicitiæ æterno mihi fœdere tecum
Et paribus ſemper redamanda legibus æqua:
Hoc noſtra è ceruice iugum non ſæua reſoluit
Fabula, non terris abſentia longa diremit,
C Nec perimet, toto licet abſtrahat orbe vel æuo,
Non animo diuiſus agam, prius ipſa recedet
Corpore vita meo, quam veſter pectore vultus.

Ego te per omne, quod datum mortalibus,
Et deſtinatum ſeculum eſt,
Claudente donec continebor corpore,
Diſcernar orbe quolibet,
D Nec corde longum, nec remotum lumine
Tenebo fibris inſitum.
Videbo corde, mente complectar pia
Vbique præſentem mihi.
Et cùm ſolutus corporali carcere,
Terraque prouolauero,
Quo me locarit axe communis pater,
Illic quoque animo te geram,
E Neque finis idem, qui meo me corpore
Et amore laxabit tuo.
Mens quippe lapſis, quæ ſuperſtes artubus
De ſtirpe durat cœlici,
Senſus neceſſe ſimul & affectus ſuos
Æque vt vitam teneat ſuam,
Et ores ſi obliuiſci non capit,
Perenne viuat & memor.

F

SANCTI PAVLINI NOLANI DE NAVFRAGIO MARTINIANI ET de filij ipſius Cytherij eruditione.

MArtinianum ſpiritu fratrem mihi
Vnaque germanum fide
Quem tu diſertis proſecutus literis
Ad nos venire miſeras,
G Nunc vix ſalutis compotem factumſue
Scriptis iuuenem perditis
Sed charitatis indicem plenam tuæ
Vt os tuum ſuſcepimus.
Et veriorem litteris epiſtolam
De corde ſignatam tuo
Cum te referret ſpiritali littera,
Et mente & aure legimus.
H Tunc ambo nexi adinuicem dextram damus
In oſculo pacis ſacræ
Et immolamus hoſtiam laudis Deo
Grateſque Chriſto reddimus.
Quo liberante noſtra, ſoſpes è mari
Intrabat hoſpes limina:
Nam dira paſſus, & tamen mirabilia
Expertus in periculis.
I Patria profectus cognita cauſa tibi
Iter pedeſtre legerat.
Sed longa ſecum ſpatia terrarum putans
Vertit viæ ſententiam
Et otioſam fluctuandi nauſeam
Pedum labori prætulit.
Narbone ſoluit per trucem ponti viam
Fragili carinæ credulus.

Hinc

Hinc ille greſſu vir pio & verſo vice
Fit nauigandi pœnitens.
Námque vt profectus continenti littore
In alta proceſſit freta:
Iam nocte denſa, ſed ſereno lucida
Ridente tranquillo mari:
Cum ſola curſus ordinarent ſidera
Albente tunc luna polo:
Nauem repente tempore ab longo putrem
Vſus vehendi deſerit:
Laterúmque laxis ſoluitur compagibus:
Vndáſque rimis accipit.
Cunctis ſoporem ſuaſerat tranquillitas:
Tantum gubernator vigil:
Lambente blandis claſſe ſecurus vadis
Iter ſecabat ſpumeum.
Et fortiores prouehendis curſibus
Auras vocabat ſibilo.
Interea nauis altius decreſcere
Creſcente pletura ſui.
Tabuliſque ſeſe latius laxantibus
Incurrit vnda largior.
Quibuſque nulli de ſalo fluctus erant
In naue fluctus naſcitur:
Et dormientum membra iam ſubter lacus
Vdo rigore ſuſcitat.
Vt ſenſit vnus mox & alter, omnibus
Formido ſomnum diſcutit.
Timent pauore mortis, & cauſas adhuc
Timoris ignorant ſui.
Qua miſeri fugiant pelagus infeſtum via?
Merguntur in naui ſua.
Si concitata feruerent ventis freta
Naui teneretur ſalus:
Intra carinæ viſcera infuſo mari
Quo vita captetur loco?
Quis portus illis quibus & in naui mare eſt
Quod intus oppreſſos necat.
Sed aura, portus, & ſalus cunctis Deus
Manum paternam porrigit.
Et inter alta nedij dorſa gurgitis
Pietatis expandit ſinum
Quo abrupta mortis incidentis excipit
Et in vado vitæ locat.
Scapham ſequacem quadriremis machinæ
Ad hanc opem parauerat,
Vt quos ab illa plebe nauigantium
Seruare legiſſet Deus
Suſciperet illa quæ dehiſcentem mari
Claſſem adnatabat comminus.
Hanc ipſe nauis rector & tum litore
In alta primo ſoluerat
Noſtrianus ille diſciſſam fidem
In corde portans naufrago
Homo mortis & apta mortis cogitans
De more ſuo voluit,
Vt eſſet onerum portio, in nauem ſtatim
Properare, miſſe conſcendere,
Et cum periclo ſtringeretur vltimo
Molitus eſt expellere
Vt fune rupto quo cohærebat rati
Dimitteretur æquori,
Sed plurimorum voce victus obuia
Ab vtroque manſit irritus,
Quia prævalebat omnium ſententia
Auctore Chriſto fortior,
Vt mox ſalubri barca perfugio foret
Puppi ſuperſtes obrutæ.
Inuſitata naufragij facies erat:
Mors nauis & pax æquoris
Foris ſedebat, in freto tranquillitas
In naue tempeſtas erat.

A Non ſaxa claſſem non procella fregerat
Sed ſua vetuſtas fortior.
Clauante ferro firma ligni robora
Æuo terente ſoluerat.
Cælum ſerenis enitebat nubibus
Aſtris renidebat mare.
Verum quid illis læta ventorum ſimul
Pelagique præſtabat quies:
B Quos deſerebat in profundo marmoris
Vectura dilapſæ ratis?
Bibit vada nauem nauis vndam combibit
Sorbentur & ſorbent aquæ.
Inebriati nauitæ potu ſalis:
Triſti necantur crapula.
Ridebat aliis mitis vnda nauibus
Vnique ſæuibat rati.
C Sed in periclo plurimorum cernere eſt
Cæleſtis actum examinis.
Commune cunctos vna quos nauis vehit
Periculum mortis manet.
Et ecce variis diuiduntur caſibus
Ad mortem & ad vitam dati.
Quod ne putetur forte permixtim bonis
Simul tributum vel malis:
D Cunctas periſſe Chriſtianum neminem
Et interiſſe perfidos.
Námque aut maligno corde Iudæus perijt
Reus aut ſuperbi ſchiſmatis.
Quemcunque Chriſti recta ſignauit fides:
Hunc vita cognouit ſuum.
Tamen fuere Chriſtianis additi
Nec dum hoc ſacrati nomine
E Quos de profundo iuncta ſeruauit fuga,
Quia Chriſtianis hæſerant,
Nam cum infideli plebe nauigantium
Nullus fidelis merſus eſt,
Vt clara magni veritas myſterij
Oſtendit in paucis Deus.
Quod fine mundi diuidendis gentibus
Diſcrimen in cunctos erit,
F Cum prænotatos ora vexillo crucis
Tranſibit vltor angelus.
Sic naue in illa nemo morti traditus:
Qui veritate præditus.
Vixere iuncti Chriſtianis impij
Vincente noctem lumine:
Nam Chriſtianos aggregare mortuis
Virtute galla mors fuit,
G Quia ſonet ſignum Chriſtianis emicat
Quo mors ſubacta corruit.
Nauarchus ipſe perditæ princeps ratis
Pereuntibus primus fuit.
Nanque ante pelago quam periret naufragus
Iam mente naufragauerat.
Bis merſus ille quam carina fluctibus
Demerſit, error inferis.
H Potuiſſe ille ſe periculo abrumpere,
Sed debitum morti caput
Captiua dignis mens auari vinculis
Adſtrinxit in finem ligans.
Nam ne ſuperſtes nauis & mercis foret
Necem ſaluti prætulit.
Martinianum iam ſupremo flamine
Mergentibus mixtum viris
I Tumultuantes excitat turbæ ſonos
Somnóque mortis eripit.
Qui tunc remoto feſſus in proræ ſinu, &
Securus innocentia
Ionas vt olim ventre nauis abditus
Somnos anhelabat graues.
Sed excitatus fluctuoſis vndique
Pereuntium clamoribus

Pellit

Pedibúſque turbæ membra quaſſus omnia
Duro cubili proſilit.
Plerïſque merſis intus in nauis vtero
Laterum per oras quà ſolent
Vt vela tollant ſiue contis ſubigant
Nautæ expediti currere:
Tabulis adhuc ſupernatabat eximis
Operta nauis gurgite:
Viam ſalutis hac via rimantibus
Martinianus iungitur
Et agente Chriſto de globo mortis fugax
Comes fit euadentibus.
Seſéque ſaltu mittit in cymbam procul
Quæ plurimis pertis fuit,
Et pene morti derelictus hæſerat
Cum claſſe mergendus maris
Niſi Chriſtus illum ſeu manu prenſum ſua
Rapuiſſet è mortis lacu.
Sicut relictis fugit olim veſtibus
Ioſeph furentem fœminam:
Sic hic relictis omnibus nudus fuga
Euaſit inſidam ratem.
Et ſicut olim iuſſa Ionam ciburio
Excepit ore bellua:
Et hiulca late lubricum per guttura
Tranſmiſit in ventrem ſuum:
Incolume corpus dente ſuſpenſo vorans
Et quem vorabat non edens:
Sic nunc ab alta naue in vndas cernuum
Suſcepit occurrens ſcapha
Totóque vexit ſida per noctem ſinu:
Donec referret portui.
Sed mentione magni vatis edita
In quo pij myſterij
Imago mortem tridnani funeris
Reduci ſalute prætulit:
Paucis reflexo carminis veſtigio
Recurrere ad Ionam libet.
Commenta domini mira merſus æquore
Intactus vndis fluctuat,
Viuit voratus quique gluriuit manet
Viuente ieiunus cibo.
Et præda cum ſit eſca non eſt belluæ
Domóque ventris vtitur.
O digna ſancto clauſtra fugitiuo Dei.
Capitur mari quo fugerat
Altúmque vaſtæ miſſus in ventrem feræ
Viuo tenetur carcere.
De naue iactus perit. & vndis nauigat
Exul ſoli & hoſpes ſali
Spatiatur antro beluini corporis
Captiuus & liber reus.
Nam liber vndis intra mare extra maris
Natat in natante belua
Clauſuſque quamquam corpore exit ad Deum
Volans propheta ſpiritu.
Corpus tenetur corpore at mentis fuga
Terrena vincla non tenent:
Incluſus aluo carcerem rumpit prece
Auréſque pertingit Dei:
Orationi liber & vinctus fugæ
Fide ſua ſeſe arguit:
Nam qui putarat per mare euadi Deum,
Et naue celari Deo:
Nunc iſte & intra beluam meriam mari
A ſeiſe credat arbitrum.
Iam me referre flexi verbi pedem
Oportet ad Ionam meum,
Quem more ceti cymba ſuſcepit capax
Vtroque conclusum ſuo
Vexit trementem frigore & formidine:

A Saluúmque terræ reddidit.
Mirum renarrat ſe per illud temporis
Cum puppe præceps ardua
Saliens in illam decidiſſet nauculam,
Eóque veniſſet loci:
Quo cymba multam duxerat rimis aquam
Olente ſentinæ lacu
B Statim ſeruente languidos artus Deo
Quæſiſſe ſupra ſentinæ lacu,
Nudúmque & vdum fugere quæ ſomnus ſolet
Dormiſſe lecto mollius.
Spatióque toto quo relatus littori eſt
Somno fuiſſe deditum,
Nec aqua exercitum qua madebat, nec gelu
Quod nuditate traxerat,
C Licet eſſet anni tempus autumnus tepens:
Sed naufragis hyems erat,
Quos perditorum dura damna tegminum
Gelidúſque quaſſabat tremor.
Aliud ſtupendum quo fidelem gratiam
Martiniani colligas
Dilecte frater accipe. & lauda Deum:
Sanctúmque fratrem amplectere:
D Vt adlabantem portui ſenſit ratem
Stridente harena littoris:
Abeunte ſomno fit ſui tandem memor
Recipitque ſeſe expergitus,
Et adiacentes pectori tangit ſuo
Epiſtolas Apoſtoli.
Hunc in pauore codicem ſed neſciens
Rebus relictis ſumpſerat.
E Vel ille codex ſpiritu viuens ſacro
Non ſentienti adhæſerat.
Metire quæſo quis niſi Chriſtus ſuo
Dedit hunc miniſtro præſulem,
Teſtatur iſte nec cogitatum ſibi
Illo pericli tempore,
Vt implicatam ſarcinis membranulam
Meminiſſet illinc tollere.
F Quod ſi ſubiiſſet in metu mentem ſuam
Non & vacaſſet quæreret
Sed in ſuarum litterarum corpore
Paulus magiſter affuit,
Amánſque puro corde lectorem ſui
De mortis abduxit manu:
Iterum eximendos è maris fundo viros
Largitus eſt Paulo Deus:
G Quæ quondam in ipſo nauigante Apoſtolo
Fuit poteſtas gratiæ.
Hæc nunc per eius ſuffragata literas
Martiniano & cæteris.
Qui Chriſtianis tunc cohæſerunt fuga
Diſcrimen à diſcrimine
Totum parauit vt fidelis impiis
Diſcriminarat naufragos.
H. Ergo vt biremis applicata littori
Expoſuit humentes viros
Vitam tenentes & requirentes ſimul
Opem ſaluti flagitant
Ne ſæuiori fluctibus terræ datis
Algu perirent & fame.
Sed propter inde poſita gallorum ſolo
Marſiliæ gratum filia
I Alumna ſanctæ ciuitas Eccleſiæ
Pandebat humanos ſinus.
Vrbem hanc petentes naufragij caſum indicant
Ali tegique poſtulant.
Martinianum ſuſcipit fraternitas
Tectóque aprìat & cibo.
Sed copioſa charitate pauperes
Stipem puſillam commodent

Exigua

Exiguæ largos penſant affectus data
Orando dicant hoſpitem:
Et ſpirituali diuitem viatico
Cum pace dimittunt ſua.
Caligis tamen iſte vilibus donatus eſt
Ne nautico erraret pede,
Qui maluiſſet conſueuri excalceius
Quàm calciari frigidus:
Sed ire terra,qualibet paſſus mare
Nudi pudore reſpuit,
Reputans & illud ne putaretur lucri
Amore nudum fingere,
Si veſte teucer pannea peruaderet
Caſtella,vicos,oppida,
Qualia vagati per mare & terras ſolent
Auara mendicabula
Qui deiectando monachus ſe vel naufragos
Nomen caſumque vendicant.
Verum iſte noſter Chriſtianus quamlibet
Et naufragus vere foret
Similis putari præcauens fallentibus
Aliiſque de ſe falli negans
Non vult viatoris ſine re nomen nouum
Acquirat impoſtor ſibi,
Mauultque vitæ ferre iactum nauigans
Quam frontis æſtum inambulans.
Panno ergo ſordens:calciamento nitens
Fluitare rurſus eligit
Repetitque portum & terræ tuto vitæ
Præuertit intutum maria
Vt naue rectus vſque voti littora
Velut expeditus nauita
De nuditatis nauticæ conſortio
Nudi pudorem euaderet
Fauens fideli rex Deus conſtantiæ
Proſequitur audacem fidem,
Viceſque mutans dura ſuccedentibus
Aduerſa penſat proſperis
Solidoque nauem paginatam robore
Ad peruehendum præparat
Pacem procellis imperat,nubes fugat
Curſumque in aura dirigit:
Tali quiete temperans cælum & mare
Ne pace curſus hæreat
Periculoſa nec tatem flatu graui
Perurgeat velocitas.
Sic iſte Chriſto blandiente molliter
Emenſus aſperum mare:
Longinquiorem portum ab vrbe adlabitur
Cui centum cellis nomen eſt,
Ac inde naui promouendus longius
Intraret vt portum phari.
Vix iſte credens ſe potitum littore
Telluris optatæ ſibi:
Naui relicta lætus inſultat ſolum
Romamque feſtinat pedes:
Illic amica tecta fratrum,ciuium,
Optatus hoſpes inuenit:
Reſpirat animo cum quieſcit corpore
Dat accipitque gaudia·
Patria fruentes inuicem reddunt ſibi,
Deo fatentur gratias.
Martinianus mœſta gaudens indicat
Toleratâ narrans fratribus.
Lacrymas in ipſis gratulationibus
Miſcent refuſo pectore.
Theridius aberat inde tunc mecum meus
Vir munus à Chriſto mihi
Vir pacis & vir legis & vir gratiæ
Requies voluptas mens mea
Huius cohoſpes mente Paulinus pia
In vrbe ſeruabat domum

A Martinianum hic veſte nudat naufraga,
Et veſte cooperit ſua.
Donumque tunicæ qua ſodalem ornauerat
Geminat cucullæ munere.
Largitur ipſe tunc viciſſim vt naufragus
In veſte manſit vnica.
Poſthæc & ad nos pergere incœptat viam
Qua ſternit aggerem ſilex,
B Cui munitor Appius nomen dedit:
Terit terentem tramitem.
Qui veſte triſa nauigator venerat:
Pedes viator exterit.
Sed ne vel iſta penitus immunis via
Solitis vacaret caſibus
Impune pigram non tulit ſententiam
Qua tendere ingreſſu piger
C Ab vrbe Capua quæ loco ſedis meæ
Bis dena diſtat millia:
Nactus vacantem ſarcina mulum,vt ſolent
Iumenta reuocari domum
Paruo breue per iter ære conductum ſedet
Medióque mox ſpatio viæ
Muli pauore ſeſſor excuſſus procul
Vectore ſubducto cadit.
D In ora lapſus ora non lædit ſua.
In ſaxa fuſus & rubos·
Nec ſente vultum nec lapide artua contudit:
Felicis exceptus manu.
Qui iam propinquantem ædibus fratrem ſuis
Non paſſus occurſu mali
Suis periclum in finibus expeſſere:
Hoſtem remouit inuidum:
E Et hunc fidelis compotem voti,ſuis
Confeſſor induxit locis.
Noſtriſque iuxta ſedibus gratum intulit
Felix patronus hoſpitem.
Patriam hic rogatus indicat,caſus refert
De te beata nunciat:
Referénſque paucos de tuis ſcriptis logos
Quaſi labra melle aſperſerit
F Sic de fauorum mihi tuorum guttulis
Dulciſſimum guſtum offerens
Magiscoëg it quas habenti non dabat
Deſiderari literas.
Sed cum ipſe cauſa literarum venerit
Et literas vidi tuas
Non atramento calami,ſed mentis ſtylo
In fratre præſcriptas bono:
G Ignotus ante mox vt eſſe cognitus
Cœpit,fit & chariſſimus
Ab intus eius emicabat gratia
Sermone mentis nuncio,
Bonus inquit omnis de bono profert bona
Et arborem fructu videa:
Sic iſte verbo ſuauis & caſtus fide,
Et fronte honeſta lucidus:
H Dulci benignæ charitatis flumine
In noſtra fluxit viſcera.
Super hæc amicum merito ſe iactans tuum
Quo plus amaretur,dabat.
Nec enim vlla nocti & lumini concordia eſt
Lupus nec agno congruit:
Hinc & Propheta ſicut inquit aliter
Pares in vnum conuolant:
I Sic ſemper apta qualitate moribus
Iuſtitia concurrit bonis.
Martinianum ſic tibi longe parem
Germana mens contexuit
Speculumque mentis & fidei inſtar tuæ
Eſt talium dilectio.
Benedictus auctor fonſque ſanctorum Deus
Non ſtulta iam tantum neque

Infima

Sed humile cordis:celſa virtutum gerens
Aſcendat in regni thronum,
Et illa Samſon geſta quæ priora ſunt
Sequatur vt reſtes nouas
Ceu fila rumpat,nec fidem prodat ſuam,
Ne perdat ignauus comam.
Crinitus operum viribus cæleſtium
Prætenta rumpet vincula
Palos refiget, mille proſternet viros
Vna ſubactos dextera:
Quia noſtra virtus & caput Chriſtus Deus
Qui dextera & virtus Dei eſt:
Virtute cuius mille ſerpentem dolis
Nos adperentem vincimus,
Si fortis anima mortificans aſinum ſuum
Pigri iumentum corporis
Decoctus humor ſobrus laboribus
Pallore vultum liuidet:
Et tribulata carne victrix caſtitas
Conſumat igne criminum.
Exterior etenim noſter vt corrumpitur
Terente continentia:
Tunc innouatur qui intus eſt victi potens
Infirmitate corporis:
Tunc mille à latere,dena a dextris millia
Arente maxilla cadent:
Si mala noſtra ſalua fiat otio
Quæ eſt vſu edendi mobilis,
Quia ſucculenti corporis licentia
Retunditur ieiunius.
Et nunc triumphus fonſque nobis naſcitur
In ore fractis oſſibus.
Maxilla telum quæ præliandi dedit
Dat æſtuanti poculum
Ieiuna ſucci carnis oſſa mortuæ
Sancto rigante ſpiritu.
Sed quæ ante ſanctis in figuram geſta ſunt
Nobis in actum ſcripta ſunt.
Vt quod parentes geſtitarunt corpore
Nos actiremus ſpiritu.
Fluxere vetera,cuncta facta ſunt noua:
Vacuauit vmbram veritas.
Adeſt ſalutis iam dies,hyems abit:
Et terra vernat floribus.
Audita iam vox turturis tempus canit
Inciſionis adſore:
Epulemur ergo vetere fermento ſine
In veritatis azymis.
Quia paſcha noſtrum Chriſtus immolatus eſt:
In[illegible]que nos regnum Dei eſt.
Quare vetuſtis abſoluti legibus:
Iam non in vmbra degimus:
Qnoa nube legis & ſtatutorum iugo:.
Quaſi comarum ſarcinam
Chriſtus lex atque ipſe,Deus ille his
Factus redemptis in caput.
Quo capite liberi ſuper terrum caput
Dracone victo in edimus.
Illos decebat impedimentum comæ
Vmbraculúmque verticis,
Quibus tegebat corda velamen,ſacra
Obnubilans myſteria.
At nos remoto literæ velamine
In luce corporis ſui
Enubilatam veritatem cernimus,
Faciem reuelari fide.
Puer ergo noſter legis atque gratiæ
Alumnus ex vtroque ſit
In ſpiritalem comparatus gloriam:
Vt vetera promat & noua.
Fortis pudicis actibus crines agat

A Ferrumque damni neſciat
Vt à machæra noxiorum dogmatum
Conſeruet intactam fidem.
Sed rurſus idem & euangelico deſuper
Mentem retectus lumine:
Ponat capillos oneris & velaminis
Seruus fidei & liber fide.
Hunc lacte primo per prophetarum vbera
B Lex,pædagoga nutriat.
Hunc angelorum pane dulcis gratia
Et melle de petra ciber.
Inebrietur ſobriante poculo
De fonte ſancti Spiritus,
Et ipſe tu moa copulatus filiis
Vt palma floreſcas Deo.
Et ecce coniux in iugo Chriſti tua
C Vt vitis exundat bona.
Domui Denique coſta fortis hæc tibi
Lateribus in domus tuæ
Cura mariti ſuſtinens curans fidem
Sancti corona coniugia
In caſtitate liberos enutriens
Vitam nouellantes Deo.
D Hunc námque veſtra vite ſuſum palmitem
Sic credo firmandum Deo
Radicis ipſe ramus vt radix ſuæ
Secum ſuam ſtirpem trahat.
Vt ille quondam prouidentia Dei
Diſtractus in ſeruum puer
Ad arua frugum miſſus eſt,vt & patrem
Præiret & fratres ſuos:
E Qui mox per orbem conſecutura fame
Patris altor & fratrum foret.
Sic iſte forſan in ſacram patris domum
Vos anteceſſit filius,
Vt & parentes paſcat & fratres ſuos
In iſtius mundi famem.
Vbi terra tribulos pareret nobis largior
Eget bonorum frugibus,
F Et hic ſpadoni venditus dici poteſt,
Quia caſtitatis ſeruus eſt.
Et qui in Seueri ius manúmque eſt traditus
Spadonis ob regnum Dei.
Quo nutriente roboratus in fidem
Et charitatem maſculam
Interientis ſeculi pompam illicem,
Vt impudentem fœminam
Caſto ſuperbus reſpuit faſtidio
G Nudáque vitauit fuga,
Et anteuertet gaudiis lætalibus
Pœnas ſalutares patri.
Vt ille quondam ſic modo iſte carcerem
Pro caſtitate perferat:
Vt à iuuenta ſingulariter ſedens
Tacitáque ſecluſus domo
Amet quietæ tecta ſolitudinis:
H Spinis & aures ſepiat
Domibus ciborum præferat luctus domum
Vt gaudium fletu ferat,
Se ſéque duris ſponte nectat legibus
Culpæ,vt reſoluat vinculis
Patientiæque compedem imponat ſibi,
Nec ſede nec ſenſu vagus.
Eterne ab humili celſa promerebitur.
I Quia qui ſuperbos deprimit,
Humiles inaltat dánsque paruis gratiam
Reſiſtit arrogantibus.
Sic ille Ioſeph ante paruus factus eſt
Vt magnus eſſet:& niſi
Seruus fuiſſet, non fuiſſet in ſui
Tellure ſeruitij potens.

Voi ſuſtinuerat ſeruitutem & carcerem
Ibi regnum opeſque nactus eſt
Sed ſuſtinendo iniquitatis vincula
Iuſtitiæ cepit præmia.
Sit & hic probatus corporis cuſtos ſui
Vt clauſtra teneat carceris.
Si vitia carnis ſtrinxerit Chriſti metu
Quaſi vinculatis præerit
Aliiſque mundi carceri incluſis a dhu
Et allegatis ſeculo,
Vt liber ipſe iamque commiſſus ſibi
Magiſter & cuſtos erit:
Namque ille iure qui ſua ſeruauerit
Aliorum habet cuſtodiam:
Non vt tenebris permanere carceris
Sed liberos vinctos velit:
Sed vt receptos doceat exemplo ſuo
Mundi catenis exui,
Et facile propriis abſolutus vinculis
Solui docebit crimine
Bonúſque mentis vir gubernator ſuæ
Et eccleſiæ nauem reget.
Nam quomodo ille præſidebit proximis
Præeſſe qui neſcit ſibi?
Sed ſermo lapſus decucurrit longius
Reuertat ad Ioſeph meum.
Caſtus beatæ flore vernet gratiæ
Vt paradiſi lilium,
Vt corde puro cœlitis prudentiæ
Potum pudicus hauriat
Reſponſa dubiis exerat mortalibus
Arcanus interpres Dei
Et emicante gloria famæ bonæ
Noteſcat in regis domo.
Placitúſque regi ſpiritus prudentiæ
Sumatur in regni ducem
Poſſeſſionis regiæ princeps erat
Præfectus in magna domo:
Stolam ſed iſte byſſinam & torquem aureum
Gerat apta Chriſto inſignia
Textam ſupernæ gratiæ veſtem induat
Stolatus innocentia.
Contexta byſſo veſtis inruptam fidem
Signat valenti ſtamine.
Nam fila byſſi fortiora & ſparteis
Feruntur eſſe funibus
Pro torque collo charitatis aureæ
Prædulce circundet iugum.
Quod ſuaue Chriſto nec moleſtum pondere
Adſtringis colla non premit.
Hæc inter idem dona ſumat regij
Inſigne iuris annulum,
Compúſque trino trinitatis munere
Curru vehetur regio.
Regalis etenim currus eſt Chriſti caro
Corpúſque ſanctum eccleſia:
Quo vehitur ipſe militibus lætantium
Agitator Iſrael Deus.
Imitare Chriſtum, fac bonum, vita malum:
Cæli viam in terris age:
Et ipſe te rex ponet in currum ſuum
Regnique conſortem dabit.
Et ſumma regni iura committet ſui
Panditque theſauros ſuos.
Sed ante digna largietur pignora
Vt te [illegible] is inſignibus
Ornatus altum regis aſcendas thronum,
Reſeréſque regales penus
Sapientiæ monile, gloriæ ſtolam
Fideique geſtans annulum.
Sed vt ille [illegible] tam vir per Ægyptum potens
Fuit extremo Ægypti ſolo,
A Et iſte mundi viribus potentior
Sit fortis Ægyptum ſuper
Ægyptiorum ſed peregrinus homo
Sic mixtus vt non mixtus ſit
Deſtétque ſanctum ſede communi licet
De gente non ſancta genus.
Nunc tunc in iſto tanquam in Ægypto ſitus
Sic dometur ſeculo
B Alienus, vt ſit ſeculi negotiis
Cæleſtis vrbis incola.
In carne viuens, vita carnis exulet:
In lege mentis ambulans.
Totámque regni crediti terram ſibi
Peragret in libris ſacris.
Et ſicut ille vir de Ioſeph pius
Memphiticos fines obit,
C Et ampliatis horreis lætas opes
Fœcunditatis congerens
Exuberantum diues annorum bonis
Ieiunia pauit tempora:
Sic iſte noſter in ſacratis literis
Perambulet regnum Dei:
Scriptura námque ſancto flata ſpiritu
Regni perennis mater eſt:
D Et iſte curis ſpiritali prouidens
Struat ampla mentis horrea
Vt dilatato larga vitæ perpetis
Alimenta condat pectore.
Et cum vitali diuitem ſubſtantia
Perfecerit terram ſuam:
Tunc tu vt fruaris filij potentis
Tanquam Iſraheli bis ſenex:
E Et introibis lætus ac cito ſimul
Cognationis agmine.
Paſcétque natus in domo regis tuam
Partis ſenectam panibus:
Vt pullus aquilæ dicitur repaſcere
Cura parentes mutua:
Quos vis ſenectæ ruſus implumes facit,
Nidóque paſcendos refert.
F Donec replumi veſtiantur corpore
Penniſque floreſcant nouis.
Verſi viciſſim more naturæ nouo
Sunt filiis pulli ſenes.
At cum veterno defæcata fecerit
Nouus iuuenta præpetes
Deſueta longo remigia pennarum ſenio
Natis magiſtris inchoant
G Mixtique pullis conuolant altoribus
Leui per auras impetu.
Liquidum ſereno tractibus lentis iter
Secare ſublimi iuuat,
Placidéque ſudum ventilantes aerem
Ala pares immobili.
Dum ſe ſequuntur & viciſſim præeunt
Secto coronant circulo
H Vtraque regni cæleſtis myſteria
Mutæ loquuntur alites
Sacrum potentis explicant inſtar crucis
Suſpenſa pennis corpora.
Volatus autem circumactus ambitu
Spondet laboris præmium.
Sic iſte pullus gratiarum filius
Veſtræ ſalutis præuius
I Auium per alta commeatum nubila
Sit ſpiritalis æmulus
Cornibus & alis arduæ fultus crucis
Volet in coronam gloriæ.
Qui fonte proprio eſt deriuatus vt ſuam
Fons totus in venam fluat.
Veſtrúmque proni riuulum ſequamini
Vt fluminibus cunctis eat

Benedicta proles, ſancta radix & bonæ
Rami feraces arboris:
Deo dediſtis nutriendum filium,
Et ille ſic vobis alit
Vt ſe viciſſim nutriat canus puer:
Senibus magiſter paruulus
Pietatis admirabili myſterio
Factus parens parentibus.
Deinde cuncti tota ſanctorum cohors
Ad corpus aliud verticis
Quo ſicut aquilæ congregabuntur pij,
Et vos volantes ibitis.
Quod non valebunt quos humo tolli vetant
Patrimoniorum pondera.
Cum prima ſignum ſuſcitandis mortuis
Cælo tuba intonauerit
Hi nunc obeſi ſpiritu ſuperbiæ
Et opibus inflati cauis
Humi manebunt compediti, nec ſuis
Seſe explicabunt vitiis.
Quibus infideles nunc ligantur vt volunt,
Tunc attluendi ne volent
Quia ſarcinatos & graues rebus ſuis
Mundi caduci diuites
Portare tenera non valebunt nubila
Ad regis occurſum Dei.
Sed hæſitantes in lutu fæcis ſuæ
Opumque preſſos molibus:
A meridiano incendio mundi repens
Ruina mortis opprimet.
Ne quæſo dominus talium virgam Deus
Admittat in ſortem ſuam,
Neque nos in horum diuitum fructus ſinat
Manus iniquas tendere diuitum.
Vos ergo magna curá pectoris mei
Paramini Chriſto leues,
Iamque expediti ſarcinis egentibus
Laxate vinculis pedes:
Vt copioſa luce veſtiamini
Eſtote nudi ſeculo:
Veniens vt huius ſeculi princeps nihil
Inueniat in vobis ſuum.
Et vos prementum mole rerum liberos,
Et labe puros criminum
Facile adleuantes perferant tenui ſinu
Nubes piorum baiulæ,
Sponſóque regiæ ob iam vectos Deus
Fulgore perfundat ſuo,
Vt ſempiternæ clara vitæ gloria
Mortale veſtrum ſorbeat,
Et ad ſupernam reſtituti imaginem
Herile conformes decus
Aeuum perenne perpetes vt angeli
Cum rege viuatis Deo.

DE OBITV CÆLSI PVERI PANEGYRICVS.

ANte puer patribus claris & nomine auito
Cælſus erat ſed nunc cælius agit merito,
Quem dominus tanto cumulauit munere Chriſtus,
Vt rudis ille annis, & nouus iret aquis.
Atque bis infantem ſpatio æui & fonte lauacri
Congeminata Deo gratia perueheret.
Heu quid agam dubia pendens pietate laboro
Gratuler an doleam: dignus vtroque puer.
Cuius amor lacrymas: & amor mihi gaudia ſuadet,
Sed gaudere fides flere iubet pietas.
Tam modicum patribus tam dulci è pignore fructú
Defleo in exiguo temporis eſſe datum.
Rurſus vt æternæ bona voluo perennia vitæ

A Quæ Deus in cælo præparat innocuis:
Lætor obiſſe, breui functum mortalia ſeclo
Vt cito diuinas perſtueretur opes.
Ne terrena diu contagia mixtus iniquis
Duceret, in fragili corporis hoſpitio:
Sed nullo iſtius temeratus crimine mundi
Dignius æternum tenderet ad dominum.
Ergo Deo potius quàm nobis debitus infans
B Verum & pro nobis ille Deo placitus.
Cœperat octauum producere paruulus annum
Prima ciris agitans tempora curriculis.
Iam puerile iugum tenera ceruice ferebat:
Grammatici duris ſubditus imperiis.
Quæque docebatur puer admirante magiſtro
Sorbebat docili nobilis ingenio.
Gaudebant trepido præſagi corde parentes,
C Dum metuunt tanti muneris inuidiam.
Nec mora longa fuit placitam Deus æthere Chriſtus
Arceſſens merito ſump ſit honore animam.
Et rapuit terris ſubitum quo dignior eſſet
Aſſociata piis viuere concilio.
Cauſa fuit leti ſuffuſus faucibus humor
Quo grauis inflauit lactea colla tumor.
Inde repreſſus abit, ſed lapſus ad intima fugit
D. Corporis & vitam viſceribus pepulit.
Terra ſuam partem tumulata carne recepit:
Spiritus angelico vectus abit gremio.
Deſerti vacuum ſumus duxere parentes
Fletibus in culpam ne pietas veniat.
Impia nam pietas animam lugere beatam:
Gaudentemque deo flere nocens amor eſt.
E Nonne patet quantum tali pietate trahatur
Peccatum: arguimur fraude tenere fidem.
Aut reprobare Dei leges errore rebelli:
Ni placeat nobis quod placuit domino.
Iuſtius eſt iſtas hominum lugere tenebras
Quas facimus nobis degeneres animæ:
Immemores primos cæleſtis imaginis ortus
Quam reuocat miſerans ad ſua regna pater.
Cuius amore meos ſuſcepit filius artus
F Virgine conceptus virgine natus homo
Cuncta gerens hominem cunctoa & corpore in vno
Cunctorum dominus ſuſcipiens famulos.
Factus enim ſerui forma eſt qui ſummus agebat
Forma Dei regnans cum patre rege Deus.
Suſcepit formam ſerui, culpamque peremit,
Qua pœnæ & mortis quondam homo ſeruus erat.
Et libertati famulum ſub imagine ſerui
G Noſtra caro effectus reſtituit dominus.
Vt mihi per Chriſtum cæleſtis imago rediret
Qui cruce terrenum ſe ſpoliauit Adam.
Carnem igitur mortemque meam meus ille creator
Pertulit, & charum morte redemit opus.
Multa mihi dederat prius & promiſſa ſalutis
Et præcepta quibus per bona dirigerer.
Sed quia nec legis poſito medicamine primi
H Inueterata patris vulnera dilueram:
Et neque præmiſſis diuino ex ore prophetis
Expectare Dei munera crediderам:
Et genus humanum paſſim ſine lege fideli
Deſperata ſalus merſerat in tenebras,
Regnabatque ſimul peccatum in corpore noſtro
Mors in peccatis: hoſtis in interitu.
I Captiuúmque hominem triſtis metus & miſer error
Altius in mortem præcipitare dabant.
Interea pater ipſe polo miſeratus ab alto
Errantum lapſus peſtiferos hominum
Serpentémque truci dominantem in morte cadentum
Non tulit, & natum miſit ad omne bonum.
Paruit ille libens Deus omnia cum patre concors
Communem curans rem pietate pari.
Aduenit & fit homo & mixtum perfectus vtroque

Oſtendit fragili carnis ineſſe Deum.
Vtitur officiis hominis ſed & intus operū
Signa Dei medicis exerit imperiis.
Voce hominis diuina docet:mortalia vere
Extra peccatum corporeus peragit.
Quippe ſui rem exantum operis ſibi reddere curans:
Naturam venit ſumere,non vitium.
Nāmq; bonum natura homine bonus ad bona fecit:
Mente ſua lapſus ſe vitiauit homo.
Quare opifex hominum mortali in corpore venit,
Nō & mortali crimine factus homo.
Nam neque deleret culpas niſi liber ab illis
Nec laxare reos poſſet & ipſe reus.
Nec peccatorū mors cedatet vtpote vinctum
Peccati vinclis legitime retinens.
Iure igitur ceſſit rumpenti tartara Chriſto,
In quo quod poſſet nectere non habuit.
Ipſaque iudicij iniuſti rea facta viciſſim
Per ſcelus occiſo iure ſubacta homini eſt.
Palluit inuidia ſerpens inferna reducto
Claustra homini veteri lege recluſa videns.
Inque vicem vincti mortalem morte reſolui:
Excuſſumque ſua ſurgere corpus humo.
Inſuper & cælos rediuiuum ſcandere cernens
Dente truci fruſtra liuidus infremuit.
Et modo tabeſcit cum crebreſcente piorum
Agmine per Chriſtum perditor ipſe perit.
Ergo mei vitioſa animi ſanauit & ægra
Corporis excepit,matre homo,patre Deus.
Imbecilla quidem ſed naturalia carnis
Ceſſit,& affectus corporis exhibuit.
Senſibus humanis comedit,bibit,& ſua ſomno
Lumina declinat:laſſat eundo viam.
Tanquam homo defuncto lacrymas impēdit amico:
Quem mox ipſe Deus ſuſcitat è tumulo:
Nauigio vectatur homo, & Deus imperat auſtris:
Et virtute Dei permeat æquor homo.
Mente hominis trepidat vicinæ mortis ad horam:
Mente Dei nouit tempus adeſſe necis.
In cruce fixus homo eſt:Deus è cruce terruit orbē:
Mortem homo,verum mors ipſa Deum patitur.
In cruce pendet homo:Deus è cruce crimina donat,
Et moriens vitam criminis interimit.
Proque reis habitus peiorque latrone putatus:
Quem Iudæa pio præpoſuit domino.
Credenti donat regnum cæleſte latroni:
Clauſus adhuc terris iam paradiſum aperit.
Nos igitur firmare animos, attollere mentem,
Ignauoſque decet trudere corde metus.
Pro quibus ecce animā poſuit ſimul atque reſumpſit
Filius ille Dei quo ſata cuncta Deo.
De noſtra victor Deus egit morte triumphum,
Et noſtrum ſecum corpus in aſtra tulit.
Non ſat habens quod pro nobis mortali a cuncta
Hauſit:vt auferret vulnera noſtra ſuis.
Sed ne me dubiæ ſuſpenderet anxia mentis
Cura,reſurrexit corpore quo recidit.
Clara fides oculis patuit mortalibus:ipſe
Poſt obitum viſus qualis & ante fuit:
Nam ſe diſcipulis dubitantibus obtulit vltro
Rimandúmque oculis præbuit & manibus.
Nec ſine mente Dei,dubitauit Apoſtolus olim
Viuere poſt mortem nullus vt ambigeret.
Firmauit dubitando fidem:dum comminus anceps
Arguitur Thomas omnis homo inſtruitur.
Cernere quod Thomas coram & palpare iubetur:
Conſtanter ſtabilis credere diſco fides
Mortem hominum Chriſti crucifixi morte ſubactā:
Spemque reſurgendi corporibus poſitam.
Corporibus noſtris quia victor Chriſtus in iſta
Carne reſurrexit,quam gerimus moriturqꝫ
Atque docet,prima me dubitantibus ingerit artus;

A Et ſolidam carnem ſtructa per oſſa probat.
Inſuper & lateris manuum quoque vulnera mōſtrat:
Et dubium digitos iis iubet interere.
Cerne inquit latus ecce meum,palmaſque pedeſque:
Ecce crucis clauos,cuſpidis ecce viam.
Ecce ipſam toto compagem corpore viuam
Stare pater neruis,oſſibus,ore,cute.
B Ergo tenete fidem quam cernitis inſuper & quam
Tangitis & dubios pellite corde animos.
Et teſtes tantæ cunctis eſtote ſalutis:
Cunctorumque hominum ſoluite corda metu.
Omnibus intereat mortis timor & ſimul omnes
Iſta reſurgendi ſpes animet populos.
Credentum tamen iſta ſalus qui corde fideli
Suſcipient quæ vos lumine conſpicitis.
C Nam poſtquam victa geſſi de morte triumphum
Mors ſuperata abiit:ſtat rediuiua ſalus.
Vitam ex morte dedi:mortem moriendo ſubegi,
Et genus humanum ſanguine reſtitui.
Peccatum carnis ſuperans in carne peremi
Materiam culpæ,iuſtitiam peperi.
Corpore mors cecidit:ſurrexit corpore vita:
Qua prius occiderat carne reuixit homo.
D Et nunc ecce meo rediuiuum in corpore portans
Prætero victorem mortis & anguis Adam.
Quæ rogo ſufficient nobis ſolatia:vel quæ
Sanabit feſſos iam requies animos,
Si nec tanta poteſt ægris medicina mederi?
Quæ vitas obita morte redire docet.
Mœror abi,diſcede pauor,fuge culpa,ruit mors,
Vita reſurrexit:Chriſtus in aſtra vocat.
E Morte mea functus:mihi mortuus,& mihi victor:
Vt mors peccati ſit mihi vita Dei.
Denique ſeruatum iam de cruce duxit aperto
Limite latronem qua paradiſus adeſt.
Munere quo ſignum dedit & peccata piare
Et nemoris veteri vincere lepra fide.
Talibus exemplis tanto ſponſore ſalutis
Erectos lætis vertere mœſta decet.
F Pellamus querulos ingrato corde dolores:
Et redeant terſis lumina pura oculis.
Credamus Chriſto quod in ipſo vidimus,iiſdem
Nos quibus cecidimus ſurgere corporibus:
Inde ſuperfuſa diuini veſte decoris
Sumere mutatos angelicam ſpeciem.
Quæ ſi tanta animis nox caligantibus obſtat:
Et piger obtuſo corpore ſenſus hebet:
G Vt quia corporeis oculis diuina teguntur:
Nullam dicaris ſcripta tenere fidem:
Sed doceat Paulus quia non æterna videntur.
Aeterna humanis abdita ſunt oculis,
Inſipiens terrena vide,cæleſtia crede:
Obtutu mundum:conſpice mente Deum.
Hinc precioſa fides,nam ſicut gratia iam non
H Gratia:ſi meritis attribuatur erit:
Sic & nulla fides niſi quæ quod non videt illud
Credit,& æternam ſpe duce rem ſequitur.
Mortales miſeri querulum genus impia tandem
Pectora mollitis mentibus exuite.
Heu quonam pergent vſque graui mendacia corde
Quæritis & vani lubrica diligitis!
Commutate vias,diſrumpite vincula mortis:
Et date prædulci libera colla iugo.
I Sumite diuinas pro libertate catenas:
Crimine quæ ſoluunt,& pietate ligant.
Qui ſequeris tenebras,in aperto lucis oberras:
Et quia nocte vides,lumine cæcus agis.
Ergo oculos mentis Chriſto referemus & aures:
Vt mens peccato clauſa,Deo pateat.
Nam quæ corporeis ſua iam promiſſa reuelati
Viſibus & claris monſtrat operta Deus:
Cuncta reſurgendi faciem meditantur in omni
Corpore

Corpore & in terris germina & aſtra polo.
Noctes atque dies ortus obituſque viciſſim
  Alternant: morior nocte, reſurgo die.
Dormio corporeæ ſopitus imagine mortis:
  Excitor à ſomno ſicut ab interitu.
Quid ſata, quid frondes nemorum, quid tẽpora? nẽpe
  Legibus his obeunt omnia vel redeunt.
Vere reſurgentum cunctis noua rebus imago
  Poſt hyemis mortem viuificata redit.
Quod ſemel eſt facturus homo cui ſubdita mundi
  Corpora ſub cælo cuncta frequenter agunt.
Sed quærunt, quali repararur mortuus omnis
  Corpore quóve modo fiat homo ex cinere.
Si non ſufficiunt ſactis ſignata Prophetis
  Muta fidem clamant: credite conſpicuis.
Cernite nulla ſuis emergere ſemina campis:
  Ni prius intereant labe ſoluta putri.
Nuda ſeris, veſtita legis, iacis arida grana:
  Atque eadem fructu multiplicata metis.
O peruerſa fides & diffidentia nobis
  Credere nos terris & dubitare Deo.
Et certa nil terra fide ſpondere nec auſa,
  Nec potuit: quin & ſæpe fefellit ager.
Vix commiſſa ſibi reddens ſata: nec tamen illi
  Credere deceptus ſpem ſegetis dubito.
Nec piget incertis certum ſudare laborem,
  Frigibus & nudo credere nuda ſolo.
Quid ſi terra poteſt corruptum reddere ſemen,
  (Quod tamen æterni lege facit domini)
Difficile omnipotentis opus fore creditur: vt nos
  Ex nihilo factos ex aliquo reparet?
Nullus eram & faciente Deo ſum natus vt eſſem
  Iam nunc de proprio ſemine ruſſus ero.
Nam licet in tenuem redigantur & oſſa fauillam,
  Corporis integri ſemina puluis habet.
Cumque etiam cineres vacuatis terra ſepulchris
  Cognato immixtos ceſpite ſorbuerit:
Tunc quoque corporeis hominum vaneſcere viſos
  Luminibus ſolidos continet omnipotens:
Inque die magno quæ nunc abſumpta putamus
  Corpora cernemus ſurgere tota Deo.
Nulla cui natura perit, quia quicquid vbique eſt
  Omne creatoris clauditur in gremio.
Quos aqua fluminibus pelagóque & piſcibus hauſit:
  Quos volucres & quos diripuere feræ:
Cunctos terra Deo debet: quia quos aqua merſit
  Littore vel fundo ſtrata recepit humus.
Quæ licet vna tamen non vno ſumpta ſepulchro:
  Sparſa locis laceri funeris oſſa tegit.
Et quia conſumptus ſimul & conſumptor in vno
  Telluris gremio morte ferente cadunt:
Siue per egeriem qua ſeſe animalia purgant:
  Reddunt digeſtis membra vorata cibis.
Humanum corpus transfunditus ex alieno,
  Corpore: nec perdit vim proprij generis.
Sed licet è membris in humum tranſmiſſa ferinis,
  Membra hominum viuo ſemine ſalua manent,
Et moriente fera cui forte cadaueris eſca,
  Humani fuerit diuiditur ratio.
Námque animal rationis homo eſt: ideóq; & in ipſo,
  Rex aliis præſtat corpore corporibus.
Inde licet poſſit mutis animalibus idem,
  Præda dari tamen his ſorte coire negat.
Sola reſurgendi caro percepturа vigorem,
  Quæ rationalis vas animæ fuerit:
Vt reducem terris animam compage refecta
  Iam non lapſuro tegmine ſuſcipiat.
Et velut hic omni mens & caro iungitur actu:
  Sic & in æternam ſint ſociata diem.
Vt carpant ſocio geſtorum præmia fructu,
  Conſortes meriti luce vel igne loci.
Propterea quamuis nos & ſpirantia cuncta

A Vnam ſortiti corpore materiem:
Non tamen in vacuum reuocamur morte ſoluti;
  Exſortes animæ carnis ab occiduo.
Sed clangente tuba reddentibus vndique terris
  Noſtra ex arcanis corpora ſeminibus:
Corpore, mente, anima, rurſum in ſua fœdera nexis
  Integri dominum ſiſtimus ante Deum.
Si dubitas cineres in corpora poſſe recogi:
  Et fieri reduces in ſua vaſa animas:
B Ezechiel tibi teſtis erit cui prodita dudum
  Tota reſurgendi per dominum facies.
Illic aſpicies toto viueſcere campo,
  Arentes veterum relliquias hominum.
Oſſáque porrectum late diſperſa per agrum
  Vltro ad compages currere iuſſa ſuas.
Atque medullatia penetralibus edere neruos,
  Móxque ſupernata ducere carne cutem:
C Et dicto citius perfectis ordine membris:
  Puluere de veteri ſtare nouos homines.
Ac ne forte quod eſt ſacri manifeſta Prophetæ
  Viſio: ſopitis omnia vana putes:
Maiorem ſuper his & plenum ſuſcipe teſtem,
  Ipſe prophetarum nam loquitur dominus,
D Vita ego ſum qui me credet, nec morte peremptus
  Conſorti mecum luce beatus aget.
Denique quod verbo dixit virtute probauit,
  Ipſe ſuum reuocans ex erebis hominem.
Tempore quãquã illo non tantú in corpore Chriſtus
  Signa ſuo dederit cum cruce victur obit.
Námque vt concuſſis patefecit tartara terris:
  Et vinctum inferno carcere ſoluit Adam.
E Fiſſa reſurgentes ſuperunt ſaxa ſepulti:
  Et nouus in ſancta floruit vrbe tholus.
Viderunt multi veterum renouata piorum
  Corpora deſcenſu viuificata Dei.
Tunc etiam refugo cæcatus lumine mundus
  Aeterna timuit nocte piare nefas.
Tunc & diſcuſſo nudata altaria velo
  Amiſere ſacri relligionem adyti.
F Vt monſtraretur vacuandum numine templum:
  Et fore ab hoſtili ſancta prophana manu.
Quod duce Romano docuit póſt exitus ingens:
  Euerſis templo ciuibus, vrbe, ſacris.
Fas etenim vt Iudæa cui ſuus hoſtia Chriſtus
  Non erat, & per quam victima Chriſtus erat:
Sede locoque ſimul veterum viduata ſacrorum:
  Inficiata fidem perderet omne ſacrum.
G Finis enim legis Chriſtus, quia lege fideli
  Prædictus legi lex veniendo fuit:
Præſcribens veteri fidei legémque modúmque
  Legem perfectam gentibus inſtituens.
Vnde magiſter ait vetera effluxere peractis
  Temporibus, ſubeunt omnia vbique noua.
Iámque reuelata facie ſpeculamur apertum
  In Chriſto propriæ lucis honore Deum.
H Et puro quod ſciſſi in templo myſteria veli,
  Id quoque ſignarint gratia quod tribuit.
Nam velut rupto patuere ſacratia velo:
  Sic reſerat nobis legis operta fides.
Inde ſub antiquo legitur velamine Moſes
  Iudæis nebula cordis opertus adhuc:
Quam de luminibus mentis mihi creditus auffert
  Chriſtus adumbratas diſcutiens ſpecies.
I Séque docet priſca velatum legis in vmbra
  Iámque reuelatum corporis in facie.
Qualem præmiſſi cecinerunt adfore vates:
  Qualis Apoſtolicis coram oculis patuit:
Qualem & Iudæi non perſpexere videntes:
  Mentibus obtuſis impietate ſua.
Et qualem quamuis non viſum in corpore nobis:
  Credendo interno lumine conſpicimus.
Non quod veridici ſeſe vidiſſe magiſtri,

Et palpaſſe docent, tango fide & video.
Et cunctis credendo patet cognoſcere Chriſtum:
Impia cæcauerit pectora perfidia.
Fundentemque tuam per corda fidelia lucem
Vt placitas habitet clarificetque animas.
Ergo mei fratres mea, cura meum cor in iſta
Mœrentes animos lætificate fide.
Pellite triſtitiam docıles pietate fideli:
Fidentéſque Deo lætitiam induite.
Illos infelix luctus decet, & dolor amens
Nulla quibus ſupereſt ſpes, quia nulla fides.
Hei mihi quam ſtultum eſt oculis ſe credere vanis:
Deſperare Deo, fidere corporeis.
Illis internus ſtupor, inſolabile pectus
Deſertis vero ſenſibus obſideat:
Quos infida Deo mens abdicat, & quibus exſors
A Chriſto internas ſors cadit in tenebras.
Nobis ore Dei ſolator Apoſtolus adſit:
Nos Euangelio Chriſtus amans doceat.
Nos exempla patrum ſimul & præconia vatum:
Nos ſibi hiſtoriæ firmet Apoſtolicæ,
In qua corporeum remeare ad ſidera Chriſtum
Cernimus & gre... nobis in aſtra vehi.
Et tal... cæl... d...cem ſpetare iubemur:
Ad ... os qualem vidimus ire patri.
Huius in aduentum modo pendent omnia rerum
Omnis in hunc regem ſpe... fideſque inhiat.
Iamque propinquantem ſupremo tempore finem
Immutanda nouis ſecula parturiunt:
Omneis vera monent ſacris oracula libris
Credere prædictis, ſeque parare Deo.
Feſtinate precor dum copia panditur iſtic
Procurare bonis, præque cauere malis.
Vertite peruerſas conuerſo pectore curas,
Monſtrat flere fides vtilibus lacrymis.
Peccato lugere iuuat, con tractáque culpis
Vulnera profuſis fletibus abluere.
Qualibus ille ſuum ſtratum omni nocte rigabat
Multa gemens Dauid corde potens humili:
Sic cinerem rex ille Deo dilectus edebat,
Et ſua miſcebat pocula cum lacrymis.
Quid facere heu miſero mihi cōpetit? vnde piabor?
Vnde ſatisfaciam? quanam ope ſaluus ero?
Pumiceum cor eget lacrymis cinis horret ad eſcam
Deliciæque iuuant eſuriente anima.
Quis mihi ſuggereret lacrymarum ad lumina fontem
Quo mea deflerem facta meoſque dies?
Nam mihi pro meritis actæ per crimina vitæ
Ingentes plagas flumine flere opus eſt.
Rumpe mei lapidem cordis ſaluator Ieſu:
Vt mollita pio viſcera fonte fluant.
Tu precor o fons Chriſte meis innaſcere fibris:
Vt mihi viua tuæ vena reſulcet aquæ.
Nam tu fons quo vita fluit: quo gratia manat:
Qua ſua omnigenas funditur in populos.
Qui te Chriſte bibent dulci torrente refecti
Non ſicient vltra, ſed tamen & ſitient.
Nam quos diuini ſatiarit copia verbi
Hos dulcedo magis pota ſitire facit.
Te domine ergo Deus panem fontémque ſalutis
Semper & eſuriant & ſitiant animæ.
Non ieiuna fames, ſed nec ſitis arida vitam
Conſumet ſi te mens edat atque bibat.
Iugifluus ſemper biberis tarbámque ſitimque
Potantum exhauſto largior exſuperas.
Totus enim dulcedo Deus, dilectio Chriſte es:
Inde replere magis quàm ſatiare potes.
Et deſideriis ſemper ſitiendus auaris
Influis, excipieris, nec ſaturatur amor.
Atque ita perficitur pietas ſine fine vt ameris.
Chriſte tuis vitam qui ſine fine dabis.
Da mihi nunc lugere Deus fletúque ſalubri

A Præferere æternæ ſemina lætitiæ.
Hoc precor hoc potius maneat mihi luctus in æuo.
In quo quicquid adeſt per breue tranſit iter.
Ite procul læti: flentum conſortia malo:
Vt breuibus lacrymis gaudia longa metam.
Si modo lugentem grauis hirto tegmine ſaccus
Caprigenum ſetis dum tegat & ſtimulet:
Tunc patre placato meriti reddentur honores.
B Anulus & cinget me ſtola lætitiæ:
Tunc mihi iure pater vitulum mactabis opimum:
Si modo ieiunus iuſtitiam eſuriam.
Malo famem panis quàm ſancti ducere verbi
Nolo domum vini, lucis aquam ſitio.
Hic cruciet me dira fames: hic turpis egeſtas
Contractum pannis triſtibus obſideat:
Hic licet ante ſuas diues me crauſeat ædes
C Spernens vel micis me ſaturare ſuis:
Nolo mihi tyrio modo ſerica murice veſtis
Ardeat atturi corporis inuidia.
Ne poſt purpureos me flamma perennis amictus
Ambiat, & precium veſtis in igne luam.
Hic potius miſeri iaceamus in agmine fœdo
Stercoris, & lambant vlcera noſtra canes:
Vt placida triſtem poſt vitam morte ſolutos
D Mitis ad occurſus angelus excipiat.
Et Patriarcharum finibus deponat ouantes.
Vnde gehenna procul ſæuit hiante chao.
Non commenta loquor vatum terrentia paruos
Latrantem in foribus per tria roſtra canem.
Terrentémque vmbras triſti ſqualore Charontem
Vipereis ſæuas crinibus Eumenidas.
Aeternam Tityon funeſti vulturis eſcam
E Arentémque ſiti Tantalon inter aquas.
Voluentem ſine fine rotam & reuolubile ſaxum
Caſſáque ſudantum dolia Danaidum:
Hæc inopes veri, vanis cecinere poetæ.
Qui Chriſtum veri non tenuere caput.
At nos vera Deus docuit ſator ipſe ſuorum
Enarrans nobis omnia vera operum.
Diſce Euangelio loca pauperis & loca ditis
F Pauper in Abrahamo, diues in igne iacet.
Iuſtitia mutante vices: qui fleuerat iſtic
Gaudet ibi: & pleno paupere, diues eget.
Iſte bona requie fruitur: gemit ignibus ille.
Diues opum pœnas: pauper opes recipit
Mendicat diues modicum de paupere rorem:
Quem mendicantem ſpreuerat in ſuperis.
Inde ſuum ardentem nec parui, pauperis imo
G Stillauit digito gutta refrigerij.
De magnis quoniam dapibus nec mica referto
Eſurientis in os pauperis exciderat.
His monitis ſanctam diſcamus viuere Chriſto
Iuſtitiam, & partem ponere pauperibus.
Tu cui ſordet inops, qui viſo horreſcis egeno:
Occurſúmque pii ſupplicis omen habes:
Qui te miraris precioſa veſte nitentem:
Nec ſordere vides interiore habitu.
H Omnia more geris quæ in corpore pauperis horres
Sordidior, pannis diues & vlceribus:
Contemnis cæcum, lepro ſum tangere vitas:
Diues auare lepram diligis ipſe tuam.
Ille oculis hominum miſer eſt & debilis, & tu
Turpis es ante Deum debilitate animæ.
Improbe conſortem naturæ ſpernis egentem
I Et facis exſortem partis auaritie.
Quicquid in que tibi nullo ſuperefluit vſu
Quod foſſo abſtrudis ceſpite, pars inopum eſt.
Cur aliena tenes, qua ſpe linquenda retentas:
Nec tecum tua ſunt, nec poſcenda tibi?
Tu cui ſordet inops qui nomine diuitis excors
Triſte leuas criſpa fronte ſupercilium:
Nec dignaris eos homines vel nomine fari

Quos

Quos ſimili luxu non ſuitare vides?
Filius ille Dei qui venerit aſpice forma
Qui cum eſſet diues, pauper in orbe fuit.
Et veniens non alta Deus, ſed vilia mundi
Legit vt infirmis fortia deſtrueret.
Non iam diuitiis diues nec robore fortis,
Nec ſapiens magno gaudeat ingenio.
Nemo ope confidat propria aut de ſe ſibi plaudat
Cum ſata vel data ſint omnia fonte Deo.
Perfugium Chriſtus perſonaque factus egentum
Diuitibus pudor eſt, gloria pauperibus.
Huius in ambroſios auidi curramus odores
Vt procul à nobis mortis odor fugiat.
Quis mihi det precioſum alabaſtro fundere nardū,
Et domini ſacros flendo lauare pedes?
Vos precor ô mea cura piis operam date curis
Voſque date immenſo iungere mente Deo.
Tempus adeſt prope iam dominus properate parari
Regis ad occurſum dum breuis hora patet.
Vtimini veſtris opibus, pietate benigna
Radicemque mali vellite pectoribus.
Corde inopum veſtræ precium concludite vitæ
Et capita expenſis vngite veſtra piis.
Caſtaque lambentes domini veſtigia Chriſti
Detergete comis ambo, lauate oculis.
Si deſiderium eſt Cælſi ſine fine fruendi,
Sic agite vt vobis aula eadem pateat.
Nam quem ſancta fides & neſcia criminis ætas,
Et pia meos caſto corpore continuit
Certa fides illa ſuperum regione potiri
Ignea qua ſanctus protegit ara Dei.
Nolumus ergo boni fratres de pignore veſtro
Vos ita triſtari tanquam homines vacuos.
Nam ſi certa fides vobis quia Chriſtus Ieſus
Mortuus eſt: & nunc viuit in arce Dei
Sic & eos quicunque fide viuente quieſcunt
Adducet Chriſto cum remeante pater.
Hoc etenim in verbo domini docet ille magiſter
Quo duce ſidereas nitimur ire vias.
Quæ quibus in Chriſto fuerit modo vita peracta
Iiſdem cum Chriſto vita perennis erit.
Cumque tuba ſignum domini aduentantis ab alta
Sede patris princeps Angelus ediderit:
Primi qui in Chriſto mortes obiere reſurgent
Dignati occurſum nobibus ire Deo.
Cumque omnes in qua vixerunt carne reuiuent
Non omnes verſo corpore lumen erunt.
Namque reſurgemus, ſed non mutabimur omnes.
Hoc diſcrimen erit gentibus ante Deum.
Incorrupta prophanorum quoque corpora ſurgent
Ac cumulis longo pabula ſupplicio,
Vita erit his ſine fine mori & mors viuere pœnis
Et durante ſuas paſcere carne cruces
Ipſe ſuos proprio peccator corpore gignet
Carnifices & erit vermibus eſca ſuis.
At quos cœleſti pietas euexerit actu
Participata regene ſtemmata rege Deo
Veſtietque ſuum diuino lumine corpus
Conformes Chriſto ſemper agent domino.
Quod cum ita ſit capite ex iſtis ſolatia verbis
Et fidos veri ſpe recreate animos:
Et pignus commune ſuperno in lumine Cælſum
Credite viuorum lacte fauiſque frui.
Aut illum gremio fidei pater excipit almo
Et blandus digiti rore Eleazar alit:
Aut cum Bethlæis infantibus in paradiſo
Quos malus Herodes pertulit inuidia
Inter odoratum ludit nemus, atque coronas
Texit honorandis præmia martyribus.
Talibus immixtus regem comitabitur agnum
Virgineis infans additus agminibus.
Cælſe beatorum caſtæ puer incola terræ:

A Cælſe dolor patribus: gloria Cælſe patrum
Cælſe amor & deſiderium lumenque tuorum
Cælſe breuis nobis gratia longa tibi.
Sed tamen & nobis poterit tua gratia longum
Viuere ſi noſtri ſis memor ad dominum.
Namque in te paruo meritis ingentibus æui
Tempore vita breuis, ſed pietate potens.
B Talium enim cæli regnum Deus eſſe profatur
Qualis erat æuo mente fideque puer:
Qualis & ille fuit noſter tuus ille beati
Numinis accitus tempore quo datus eſt.
Exoptata diu ſoboles nec præſtita nobis.
Gaudere indignis poſteritate pia:
Credimus æternis illum tibi Cælſe virectis
Lætitiæ & vitæ ludere participem.
C Quem cum pludenſi mandauimus vrbe propinquis
Coniunctum tumuli fœdere martyribus,
Vt de vicino ſanctorum ſanguine ducat
Quo noſtras illo purgat in igne animas.
Forte etenim nobis quoque peccatoribus olim
Sanguinis hæc noſtri guttula lumen erit.
Cælſe tuum fratrem ſocia pietate laborans
Vt veſtra nobis ſit locus in requie.
D Viuite participes æternum, viuite fratres,
Et lætos dignum par habitare locos.
Innocuiſque pares meritis peccata parentum
Infantes caſtis vincite ſuffragiis.
Quot tibi Cælſe annis totidem illi vita diebus
Hauſta ſed ille minor qua prior eſt ſenior.
Nam minor eſt in quo vixit minus attamen idem
Qua prior abſceſſit nunc ibi te ſenior.
E Cælſe tuo cum fratre tuis quibus addimur adſta,
Nam tua de patrio ſanguine vena ſumus.
Cum patre Pneumatio ſimul & cum matre Fideli
Dices Paulinum Theraſiamque tuos.
Vt precibus commune tuis miſerante habeamus
Præſidium Chriſto nos quoque Cælſe tui.
Sed tamen & nobis ſupereſt operam dare qua te
Poſſimus ſimili ſimplicitate ſequi.
F Tum noſtro ſocij poſſimus viuere Cælſo
Dulcis & æternum pignoris eſſe pares.

NATALIS I. S. FELICIS.

INclyte confeſſor meritis & nomine felix.
Qui dominum Chriſtum cōſtanti voce profeſſus:
G Contemnendo truces meruiſti euadere pœnas
Vectus in æthereum ſine ſanguine martyr honorem.
O pater, ô domine indignis licet adnue ſeruis:
Vt tandem hanc fragili trahimus dum corpore vitā
Sedibus optatis & qua requieſcis in aula
Hunc liceat celebrare diem, pia reddere noſtra
Vota & gaudentes inter gaudere tumultus.
Iam deſideriis immenſo tempore feſſis
H Conſule & obnixius quæ nos inimica retardant
Pande vias faciles, da currere mollibus vndis,
Et famulis famulos a puppibus aggere ventos:
Inque tuo placidus nobis ſit lumine portus.
Illic dulce iugum, leue onus, blandumque feremus
Seruitium ſub te domino: etſi iuſtus iniquis
Non egeas ſeruis: tamen & patiere & amabis
Qualeſcunque tibi Chriſto donante dicatos:
I Et foribus ſeruire tuis, tua limina mane
Mundicie curare ſines, & nocte viciſſim
Excubiis ſeruare piis: & munere in iſto
Claudere promeritam, deſeſſo corpore vitam.

NATALIS II.

FElix hoc merito quod nomine nomine & idem
Qui merito redis alma dies quam te tibi ſummus

Adſciuit propriam confeſſum Chriſtus in aulam
Tempus adeſt.plenis grates tibi fundere votis,
O pater,ô domine indignis licet optime ſeruis
Tandem exoratum eſt:inter tua limina nobis
Natalem celebrare tuum:tua tempore longo
Luſtra cucurrerunt,ex quo ſolennibus iſtis
Coram vota tibi,coram mea corda dicaui:
Ex illo quo me terraque marique labores
Diſtulerint à ſede tua procul orbe remoto.
Nouiſti nam me tibi ſemper vbique propinquam.
Inter dura viæ vitæque incerta vocaſti:
Et maria intraui duce te:quia cura pericli
Ceſſit amore tui:nec te ſine,nam tua ſenſi
Præſidia in domino ſuperans maris aſpera Chriſto.
Semper eo & terris te propter tutus & vndis.
Sis bonus ô Felixque tuis,dominúmque potentem
Exores liceat placati munere Chriſti
Poſt pelagi fluctus mundi quoque fluctibus actis
In ſtatione tua placido conſiſtere portu.
Hoc bene ſubductam religaui littore claſſem
In te compoſitæ mihi fixa ſit anchora vitæ.

NATALIS TERTIVS.

Venit feſta dies cælo,celeberrima terris
Natalem Felicis agens qua corpore terris
Occidit & Chriſto ſuperis eſt natus in aſtris:
Cæleſtem nactus ſine ſanguine martyr honorem.
Nam confeſſor obit pœnas non ſponte lucratus,
Accepráunt Deo ſidam pro ſanguine mentem:
Qui cordis taciti ſcrutator,ferre paratos
Aequiparat paſſis ſat habens interna probaſſe.
Supplicium carnis iuſta pietate remittit.
Martyrium ſine cæde placet:paſſura voluntas
Sufficit,& ſumma eſt meriti teſtatio voti:
Ergo dies tanto quæ munere retulit alto
Felicem cælo,iuſtis ſolennibus iſta eſt:
Quam poſt ſolſtitium quo Chriſtus corpore natus
Sole nouo gelidæ mutauit tempora brumæ,
Atque ſaluriferum præſtans mortalibus ortum
Procedente die ſecum decreſcere noctes
Iuſſit:ab hoc quæ lux oritur viceſima nobis
Sidereum meriti ſignat Felicis honorem.
Denique nil impar his qui ſudere cruorem
Teſtibus & titulo ſimul & virtute recepta.
Martyris oſtendit meritum cum iure potenti
Dæmonas excercet,deuinctáque corpora ſoluit.
Nam ſibi Felicem cæcis incumbere pœnis
Peſtiferi proceres Chriſti clamore fatentur:
Occultáſque cruces gemitu teſtantur apertos
Velatámque oculis mortalibus,at manifeſtam
Auribus,& multo præſentem numine produnt,
Cum captiua intra depreſſi corpora Chriſtum
In ſanctu fulgere ſuo clamántque probántque.
Membrorum inciſſu tumuli,capitúmque rotatu
Tormentiſque ſuis,ſed non ſua corpora torquent
Clamantes proprios aliena per ora dolores
Orantum veniam,latet vltor,pœna videtur.
Tum ſi quos grauiore malo violentior hoſtis
Vinxerit iſta dies diuino munere ſoluit.
Cernere tunc paſſim eſt ſacra purgata medella
Pectora liminibus ſterni iam mente refectos.
Gratantes iam voce ſua concurrit hiantum
Turba tremens hominum mixtæ inter gaudia cunctis
Proſiliunt lacrymæ præſens Deus omnibus illic
Creditur:immenſi Felix eſt gloria Chriſti.
Alma dies magnis celebratur cœtibus:ota
Gaudent terrarum,& ridere videtur apertis
Aeth'ra polis.Vernum ſpirare ſilentibus auræ
Flatibus & lætam plaga cingere lactea cælum.
Nec modus eſt populis coeuntibus agmine denſo:
Nec requies properant in lucem à nocte diémque

A Expectare piget:votis auidis mora noctis
Rumpitur,& noctem flammis funalia vincunt:
Stipatam multis vnam iuuat vrbibus vrbem
Cernere:tótque vno compulſa examina voto.
Lucani coeunt populi,coit Appula pubes
Et calabri & cuncti quos adluit æſtus vterque,
Qui læua & dextra latium circumſonat vnda.
Et qua bis ternas Campania læta per vrbes
B Ceu propriis gaudet feſtis quos mœnibus amplis
Diues habet Capua, & quos pulchra Neapolis,aut
Gaurus alit,læta exercent qui maſſica:quique (quos
Vſentem Sarnumque bibunt,qui ſicca Tanagri,
Quique colunt rigoi felicia culta Galeſi,
Quos Atina potens,quos mater Aricia mittit
Ipſaque cæleſtum ſacris procerum monumentis
Roma Petro Paulóque potens,rareſcere gaudet
C Huius honore Dei:portaque ex ore Capenæ
Millia profundens ad amicæ mœnia Nolæ
Dimittit duodena decem per millia denſo
Agmine:confertis longe latet Appia turbis.
Nec minus ex alta populis regione profectis
Aſpera montoſæ carpuntur ſtrata latinæ:
Quos Præneſte altum:quos fertile paſcit Aquinum:
Quóſque ſuburbanis vetus Ardea mittit ab oris,
D Quique vrbem liquere Cales geminúmque Teanum
Quam grauis Auruncus:vel quã colit Appulus aſper
Huc & oliuifero concurrit turba venafro.
Oppida Samnitea dum montana relinquunt.
Vicit iter durum pietas,amor omnia Chriſti
Vincit:& alma fides animiſque locíſque rigentes
Suadet acerba pati ſimul aſpera ponere corda.
E Vna dies cunctos vocat,vna & Nola receptat.
Totaque plena ſuis ſpatioſaque limina cunctis
Credas innumeris vt mœnia dilatari.
Hoſpitibus ſic Nola adſurgit imagine Romæ,
Tu quoque poſt vrbem titulos ſortita ſecundos.
Nam prius imperio tantum & victricibus armis
Nunc & apoſtolicis terrarum es prima ſepulchris.
Tu quoque perpetuas duplici ſub honore coronas,
Ante ſacerdotem,poſt martyris omne per æuum
F Felicis complexa tui gemino bene cælum
Contingis merito diuini mater amici.
Te prius alma pio celebrans altaria cultu
Presbyter inſtituit placido & moderamine rexit:
Hinc quoque perpetuo decorat te nomine Felix.
Namque tuo meritum in gremio ſacratus honorem
Ducit adorifero pia conditus oſſa ſepulchro.
Aurea nunc niueis ornantur limina velis.
G Clara coronantur denſis altaria lychnis
Limina ceratis adolentur odora papyris.
Nocte diéque micant,ſic nox ſplendórque diei
Fulget,& ipſa dies cæleſtis inluſtris honore
Plus micat innumeris lucem geminata lucernis.
Nos quoque felices quibus iſtum cernere coram
Et celebrare diem datur,& ſpectare patroni
H Præmia,preſtantique ſuis tam grandia Chriſto
Gratari & lætos inter gaudere tumultus.
Ferte Deo pueri laudem pia ſoluite vota,
Et pariter caſtis date carmina feſta choreis:
Spargite flore ſolum,prætexite limina ſertis:
Purpureum ver ſpiret hyems:ſit floreus annus
Ante diem ſancto cedat natura diei.
Martyris ac tumulum debes & terra coronas.
I Aſt illum ſuperi ſacra gloria luminis ambit
Florentem gemina belli paciſque corona.
Nunc precor æterna nobiſcum pace ſerenum
Poſce diem:hoc iterum liceat gaudere reuerſo,
Annuáque hic & vota tuis & carmina feſtis
Reddere placati tranquillo nomine Chriſti.
Hic amor,hic labor eſt:nobis hæc vota tuorum
Suſcipe commendáque Deo,vt quum ſedula cura
Seruitium noſtrum longo tibi penderit æuo:

Tunc demum placidos pietate laboris alumnos
Abſoluas mittente manu, poſtráſque tuorum
Ante tuos vultus animas, vectare paterno
Ne renuas gremio domini fulgentia ad ora.
Quem bonitate pium, ſed maieſtate tremendum
Exora vt precibus plenis meritiſque redonet
Debita noſtra tuis. cum tu quoque magne piorum
Portio, regnantem felix comitaueris agnum:
Poſce ouium grege nos ſtatui, vt ſententia ſummi
Iudicis hoc quoque nos iterum ſibi munere donet:
Ne male gratatis læuos adiudicet hœdis.
Et potius dextræ poſitos in parte ſalutis
Munifico pecori laudatis adgreget agnis.

NATALIS IV.

ANnua vota mihi remeant, ſimul annua linguæ
Debita, natalis tuus ô clariſſime Chriſto
Felix Natali proprio mihi charior, in quo
Quamlibet innumeris ſint gaudia publica turbis:
Eſt aliquid ſpeciale tuis. quod nos tibi Chriſtus
Eſſe dedit viles charo largitus amico.
Non quia tu dignus famulis tam vilibus eſſes,
Aeternis dignate Deo comes ire triumphis:
Sed quia nos inopes iuſti, indignóſque ſalutis
Sic voluit ditara pater bonus, vt male dites
Criminibus verſa in melius vice diuitiarum
Pro cunctis opibus cunctiſque affectibus, & pro
Nobilibus titulis & honoribus omnia vanis
Felicem caperemus opem, patriámque domúmque.
Tu pater & patria & domus & ſubſtantia nobis.
In gremium tranſlata tuum cunabula noſtra.
Et tuus eſt nobis nido ſinus, hoc bene foti
Creſcimus inque aliam mutantes corpora formam:
Terrena exuimur ſtirpe & ſubeuntibus alis
Vertimur in volucres diuini ſemine verbi
Te reuelante iugum Chriſti leue noſcimus, in te
Blandus & indignis & dulcis Chriſtus amaris.
Iſta dies ergo & nobis ſolennia habenda,
Quæ tibi natalia: quia te mala noſtra abolente
Occidimus mundo: naſcamur vt in bona Chriſto
Surge igitur cithara & totis intendere fibris.
Excita vis animæ tacito mea viſcera cantu.
Non tacita cordis teſtudine dentibus iſtis,
Pulſet amor linguæ: plectro cor perſonet oris.
Non ego caſtalidas vatum phantaſmata muſas,
Nec ſurdum Aonia Phœbum de rupe ciebo.
Carminis incentor Chriſtus mihi, munere Chriſti
Audeo peccator ſanctum & cæleſtia fari.
Nec tibi difficile omnipotens mea ſoluere doctis
Ora modis: qui muta loqui: fluere arida: ſolui
Dura iubes. tu namque aſinam reboare loquendo
Perfectámque tuam lactentes condere laudem
Feciſti: ac ſolidam ſoluiſti in flumine rupem.
Et terram ſine aqua ſubitis manare fluentis
Iuſſiſti: deſerta rigans in ſpem populorum,
In quorum arentes animas pia gratia fluxit
Quos Chriſtus viuo manans petra fonte refecit.
Vnde ego pars hominum minima iſto munere fretus
Roris Chriſte tui viuos precor aridus hauſtus
Da verbum de fonte tuo: tue non quoo fari
Te ſine. námque tui laus martyris & tua laus eſt.
Qui facis omnipotens homines diuina valere
Fortiáque infirmis ſuperans de carne triumphas;
Aſſyrios proceres vincens in corpore noſtro.
Quare ades, vt duce te repetens ab origine pergam
Felicem narrare tuum, cui nobile ductum
Ex oriente genus: nec enim magis altera tellus
Felicis patriam decuit, quam quæ Patriarchas:
Quæque pios tulerat Chriſti ſacra vaſa Prophetas
Vnde & Apoſtolicis fundens ſua fulmina linguis

A Totum Euangelij ſonus emanauit in orbem:
Debitus inde Deo Felix genitore profecto
Italiam necdum genitus, tamen in patre venit:
Cuius vt affectu noſtris oreretur in oris,
Nec vtiquam natum niſi nobis ſe meminiſſet.
Sic pater Abraamus domini præcepta ſecutus
Mutauit patrias externo ceſpite terras.
Myſtica Felicem nobis tranſmiſit origo.
B Quem perfecta fides illa radice profectum
Prodidit: vt fidei nobis eſſet pia vena.
Felix nunc etiam poſita cum carne quieſcit
Spiritus in Chriſto viuens, operantibus altæ
Virtutis meritis Abraæ ſemine mutat
Duritiam lapidum quos ſuſcitat in bona vitæ.
Hac igitur genitore Syro generatus in vrbe
Dilectam coluit patriæ ſub imagine Nolam
C Sede beans placita: multóque relictus in auro
Diues opum viguit, quamuis non vnicus hæres.
Hermias eum fratre ſui cognomine patris
Terrenas diuiſit opes; cæleſtia ſolus
Obtinuit Felix: geminos ſententia diſcors
Diuiſit fratres Hermiam mundus abegit:
Felicem Chriſtus ſibi ſuſtulit. ille caduca
Maluit, hic ſolida præſantibus ille cohæſit:
D Iſte ſolum cœlo vertit, patrimonia regnis
Ille hæres tantum proprij patris: iſte cohæres
Chriſti, ſed quis tam variam miretur ab vno
Sanguine progeniem? veterum inter ſancta parentum
Pignora qui relegat populorum ſtirpe duorum
Fœcundam pugnas vteri doluiſſe Rebeccam:
Conqueſtámque Deo grauidi luctamine ventris:
Cum iam tunc fremeret ſancta intra viſcera matris
E Quæ nunc intra vterum mundi diſcordia ſæuit:
Hiſpida Iudæis hirtis ſectantibus Eſau
Perfidia addictus populo ſeruire minori.
At nobis læuem per læuia pacis Iacob,
Qua via lucis agit meliore ſequentibus ortu.
Ergo pari diſpar fratrum de ſanguine ſanguis
Hermias velut aſper Edom terrena ſequutus
Squaluit in vacua captiuus imagine mundi:
F Duráque Idumæi prælegit tela parentis,
In gladio viuens proprio vanæque laborem
Militiæ ſterilem tolerans, qui Cæſaris armis
Succubuit: priuatus agens ad mœnia Chriſti.
At meus æterni ſatus arma capeſſere regis
In patria Iſrael migrauit nomine Felix
Seſéque à puero pia mens cæleſtibus edens
Inſtituit ſeruire Deo, nec gratia pauper
G Abfuit, & quantum ſitiebat corde capaci
Lucis hians animus, tam largiter influa traxit
Dona Dei. primis lector ſeruiuit in annis.
Inde gradum cepit, cui munus voce fideli
Adiuuare malos, & ſacris vellere verbis.
Quod quia perſpicua meriti virtute regebat:
Iure ſacerdotis veneranda inſignia nactus,
Mente ſuo digna meritum decorauit honorem.
H Sed ne ſola viro ſacrum caput infula velet:
Extitit & potior geminandæ cauſa coronæ.
Dira prophanorum rabies exorta furorum.
Cum pia ſacrilego quateretur regula bello:
Præcipuéque illos populo depoſceret omni
Impietas, quorum pietas inſignior eſſet.
Tunc ſenior ſanctis Nolanam legibus vrbem
Maximus: & placido formauit ſpiritus ore
I Presbytero Felice potens: quem mente paterna
Complexus veluti natum, ſediſque vouebat
Hæredem: ſubita ſed tempeſtate fugatus
Non cedente fide petiit deſerta locorum.
Tunc magis atque magis quæſito antiſtite Felix
Claruit oppoſitus gladiis, fides quoque ſolus
Inuidia effectus nec ſpectabatur honore.
Maior honore fides. fidei tantum quia cauſa

Tunc petitur, ſua cum draco liuidus excitat arma.
Proruere id cupiens quo ſurgimus & cadit ipſe.
Ergo truces pœnas fugiente antiſtite ſolus
Vel primus de plebe quaſi de corpore vertex
Competitur Felix. hunc omnes vincere certant,
Et quaſi præcelſam obſeſſis in mœnibus arcem
Facta mole petunt: cuius munimine victo,
Cætera iam facili cadat vrbs conſtrata ruina.
O digna infidis dementia: creditur vno
Extinguenda fides: totus quam credidit orbis.
Heu miſera impietas infernis cæca tenebris
Quo ruis? in quem tale moues? an credis in vno
Mortali conſtare Deum? & ſi corpora ſoluas
Vim ſimul & mentem diuinam poſſe aboleri?
Quæ mundi per membra meat: qua naſceris ipſe:
Indigauſque aleris. cuius de numine pendet
Vincere vel vinci: cuius virtute vel vnus
Fortior innumeris pietate armatus inermi
Armatos ferro: ſed inermes pectore Chriſto
Prosternet ſuperante fide: quæ conſcia veri
Cæleſtis, vitam præſenti morte futuram
Comparat: & victo victricem corpore mentem
Læta Deo referens gaudentibus inuehit aſtris.
Quid iuuat ergo pium tanta quod mole furoris
Felicem veſane petis? manet intus operto
Mens inuicta Deo: nec iam tibi ſola reſiſtit
Terreni natura hominis: Deus ipſe repugnat.
Quem petis atque tuis ſerpens antique venenis?
Ipſe offert ſe per famulorum corpora Chriſtus.
Teque tuis nectens laqueis in cæde ſuorum
Sternit per mortis ſpeciem de morte triumphans.
Sed fera corda ſuis ſtimulis furialibus error
Sanguinea flagrare ſiti: ſanctiſſimque cruorem
Vrgebat veluti ſceleris depoſcere palmam.
Ergo vbi ſacrilegos excepit Nola furores:
Intemuſque piis expauit ciuibus enſis:
Quæritur excuſſa Felix venerandus in vrbe.
Nec refugit cælſo iam ſpirans ſydera flatu
Et tacitis acuens ſtimulis in prælia mentem:
Impauidus trepidum ſeruabat paſtor ouile:
Exemplo dominus promptus dare pro grege vitam.
Ergo alacer ſæuos perſtat quaſi murus in hoſtes:
Et canis florente fide reuireſcit in annis:
Totus in aſtra animo Chriſti memor, immemor æui:
Corde Deum geſtans & plenus pectora Chriſto.
Nec iam ſe capit ipſe ſacer, maiórque videri,
Sidereúmque oculis & honorem fulgere vultu.
Et licet arripitur, gaudens: ſæuiſque furentum
Pertrahitur manibus: ſed quis mos hoſtis iniqui
Cui potior labor eſt animos quam corpora noſtra
Perdere: dilatum gladio, terroribus ante
Tentat: & in mortem pœnarum greſſibus exit.
Primus ſupplicij de carcere texitur ordo.
Ferrea iunguntur tenebroſis vincula clauſtris:
Stat manibus collóque chalybs: neruóque rigeſcunt
Diducente pedes: ſternuntur fragmina teſtæ:
Arceat vt ſomnum pœnalis acumine lectus.
Nec requie tamen eſt vacuus: nec luminis expers
Confeſſor: cui iam ſociatus in omnia Chriſtus
Compatitur, virides grauior cui pœna coronas
Multiplicat, ſpatiante polum qui mente peragrat.
Séque ipſum vincto quamuis in corpore liber
Spiritus antemulat ſummi in penetralia Chriſti:
Præmeditante anima certis ſua præmia votis.
Ergo beata ſacris Felicem paſſio pœnis
Vrgebat grauibus vinclis & carcere cæco,
Quantáſque ex homine induerat caro ſubdita pœnas,
Tantas à Chriſto recipit patientia palmas.
Maximus interea ſolis in montibus æger
Contentus fugiſſe manus, feraliáque ora,
Carnificum diuerſa, at non leuiore ferebat
Martyrium cruce: quam ſi ferro colla dediſſet:

A Membráque tormentis aut ignibus: acrior illum
Cura ſui gregis vrit & afficit, vritur igne,
Frigoris & gelido cæli de rore rigeſcit:
Pannis inops, tectique ſimul, noctémque diémque
Peruigil intenta iungit prece tempus vtrumque.
Dumoſa dum ſtratus humo compungitur artus
Sentibus, & mentem curis intúſque foríſque
Dimicat: & ruris ſpinas in corpore perfert:
Triſtitiæ pariter ſpinas in pectore mœſto.
B Duris dura regens, cruciatu mentis acerbo
Membrorum tormenta leuat, ſenſúmque doloris,
Corporei excludit cordis dolor. attamen ægra
Materies terræ licet inconcuſſa maneret:
Vis animæ ſpernente fide labentia carnis,
Victa hyeme atque fame, duróque adtrita cubili
Deficiente ſuam linquebat corpore mentem.
Altius è vacuis feſſi ſenis hauſta medullis,
C Frigora pellebant glaciato ſanguine vitam.
Mora patris ſummi pietas antiſtite tanto
Non tulit obſcuro conſumi funere corpus.
Quamquam & vt Heliam, ſic iſtum paſcere poſſet,
Eſciferas volucres ieiuna per auia mittens.
Poſſet & vt Moſen ſecreto operire ſepulchro,
D Sed ſoli hoc dederat Deus vni munus amico
Arcana tellure tegi: quia iure decebat
Tantus honos illud corpus quod comminus ore
Fulſerat & ſermone Dei: vt mortalia functus
Iura Deo, tanti fruererur teſta ſepulchri.
Ergo ſacerdotem, confeſſorémque ſereno
Lumine reſpiciens: tacitis tabeſcere ſyluis,
Non tulit vlterius mitis pater. & quia digno
Condignum comitem meritis ſociare parabat:
E Felicem numero de carceris eligit omni,
Cuius id apponat meritis opus, vt ſenis almi
Membra leuet, reuocetq; animam, reuehátq; refotū:
Attonitiſque ouibus chari ſolaria reddat
Paſtoris. venit ergo micans iam nocte ſilenti
Angelus, & tota vinctorum in plebe reorum,
Felicem ſolum, pietas cui ſancta reatum
F Fecerat, adloquitur. fugit atri carceris horror.
Voce ſimul ſacri Felix & luce miniſtri,
Excuſſus tremuit & verbum trahit aure fideli.
Ac primum velut eludentis imagine ſomni
Accipiat mandata Dei ſtupet anxius, eſſe
Cauſatur non poſſe, ſequi prohibente catena:
Inſuper & clauſtro ſimul & cuſtode teneri
Carceris obſeſſis, ſed mora diuina morantem,
G Increpitans iubet excuſſis adſurgere vinclis.
Et ſubito vt molles manibus fluxere catenæ
Sponte iugo ceruix ferrato exuta leuatur,
Proſiliúntque pedes, laxato caudice nerui,
Mira fides ſaluis reſerato carcere clauſtris,
Sopito cuſtode fores interritus exit:
Pérque ipſos via fit, per quos via clauditur, ibat
Angelus & tacitæ per amica ſilentia noctis,
H Lux, & iter Felicis erat. nónne viuus in omni
Chriſtus adeſt ſanctis? viget omnibus idem
Spiritus in Chriſto genitus, ſic ipſa priorum
Gratia concordat veterem remeare recenti
Hiſtoriæ video ſpeciem qua viſus adiri
Biſſeno princeps ſuper agmine diſcipulorum,
Petrus ſponte ſua vinclis labentibus, æque
Carcere proceſſit clauſo, qua præuius illum
I Angelus Herodi prædam furatus agebat.
Sic meus educente Deo geminata per atra
Carceris & noctis, reliquis obſcura, ſed vni
Illuſtrata ſibi Felix impune per ipſos
Cuſtodes conſtante premens veſtigia paſſu,
Callibus ignotis directus luſſa petebat:
Et poſtquam emenſus ſecretos auia ſaltus
Pura locum feſſi ſenis inuenit: ægra trahentem
Iam tenui cernit mœſtus ſuſpiria flatu.

Et primo vt chari cognouit membra parentis:
Fuſus in amplexum dat vultibus oſcula notis,
Et certat gelidis renocare fouendo calorem
Artubus,& crebris adflatibus oris anheli
Reddere viuentes repefacto corpore ſenſus.
Sed neque clamatu eſt neque pulſu mobile corpus
Iam ſimile exanimo:modicus tamen vltima vitæ
Flatus & internæ prodit trepidatio fibræ.
Anxius intuitu tali pia pectora Felix
Diſtrahit exangues artus & lurida cernens
Ora fame:nec habens quicquam quo rebus egenis
Ferret opem,non igne procul:neque comminus eſca
Vt dape tabentem recrearet & igne rigentem.
Quærenti,& multa Chriſtum prece conuenienti:
Quânam ope,quâve via iuſtum complere valeret
Seruitium:ſubitam omnipotens de vitibus vuam
Edidit,& capiti iuſſit pendere propinquam,
Vt facile adtiguo poſſet decerpere ramo
Natum ſponte cibum.diuinitus ergo refectus
Mente pia oblato lætatur munere Felix.
Decerptámque manu morientis ad ora racemum
Admouet:& quoniam ſtrictis iam dentibus ille
Et ſentire negat dulces & ſumere victus,
Exprimit humentes acinos,ſuccúmque liquentem
Inſtillat digito deducens arida labra:
Donec & adſpirante Deo conatibus ægris
Eluctante manu rigidos paulíſper hiatus
Laxauit,tenuémque aditum dedit oris aperti,
Quo rorem exiguum reſoluta inſunderet vua.
Hinc animæ ſenſus,calor oſſibus,atque oculis lux.
Vitáque tota redit,quæque hæſerat obſita ſiccis
Faucibus exercet ſolitas iam lingua loquellas,
Poſtquam vocis iter patefecit lubricus humor.
Ergo reuiuiſcens notiſſima comminus ora
Felicis videt ora ſui:amplexúſque viciſſim
Conqueritur tardum.nam te promiſerat inquit
Adfore iamdudum Dominus mihi.pars mea Felix
Præcipuum Felix pignus mihi quæ rogo tantæ
Aut vbi te tenuere moræ?ſi corpore ceſſi
Ad tempus fragili:ſolido tamen eſſe fidelis
Pectore duraui.docet & locus & ſtatus ipſe
In quo me cernis:vitæ ipſius ima trahentem
Non mortis fugiſſe metu:Chriſtóque meam me
Præpoſuiſſe animam:fugi non lu is amore,
Sed fragile hoc metuens infirmi corporis:atqui
Tacta petens alia vixiſſem tutus in vrbe:
Si mihi vile fides:& charum hæc vita fuiſſet.
Ignotos montes deſertáque nuda petiui
In gremio domini dulcis mea colla reponens.
Ipſo vt deſicerem teſte,aut vt paſceret ipſo.
Nec fruſtra:ecce vides:ſuit hæc fiducia nobis.
Adfuit omnipotens,& te mihi mittere legit,
Per quem dona mibi ſua redderet:viuere ſuſt
Præceptis pietatis opus mandantibus:& me
Suſcipiens humeris commune ad ouile reportâ.
Impiger optato gauiſus munere Felix.
Charum onus vt Chriſti leue pondus ſumit & adfert
Tam volucri curſu tanquam magis ipſe feratur
Nec ferat:& vere Chriſtus fert ipſe ferentem.
It pedibus pietate citis:Deus addidit alas.
Nocte eadem pariter tot munera percipit vnus:
Et ſimul exequitur Felix ſua rumpere iuſſus
Vincla ſacerdotem reficit:reuehitque refectum:
Deponitque ſui tutum ſub culmine tecti,
Vnica quod ſeruabat anus·tam celſus & iſto
Maximus extabat merito confeſſor:vt illi
Turba domus ſumma & cenſus anus vna maneret.
Pulſatis foribus Felix hanc excitat.illa
Ad primos panefacta ſonos·via nota renoſcit
Adloquia,& Dominum tectis adſumit apertis
Voce gradúque tremens , quotiente timore ſenectâ.
Cui Felix,cape depoſitum hoc quod conſcia mecum

A Sydera noctis,& angelica ſub principe Chriſto
Ma tradente manus tradunt tibi ſume fideli
Hanc Domini gẽmam gremio quam tẽpore ſummo
Incolumem nobis Domino ſub iudice reddas
Quo nunc teſte capis.ſubit iſtis Maximus orſis:
Felicémque ſuum renocans:cape tu quoque (dixit)
Muneris mihi nate vicem,quam me tibi iuſſit
Reddere compoſitum:qui te mihi iuſſit adeſſe
B Depoſito.tum deinde ſacram Felicis amati
Imponit capiti dextram:ſimul omnia Chriſti
Dona petens.velut ille patrum venerabilis Yſaac
Rore poli natum & terræ benedixit opimo:
Felicem Chriſto ſic Maximus ore paterno
Ore & Apoſtolico benedicens & locupletans:
Immarẽſcibilis redimiuit honore coronæ
Perpetuiſque opibus,quos & modo cernimus,auxit.

C

NATALIS V.

TEmpora temporibus ſubeunt:abit & venit æſtas
Cuncta dies trudendo diem fugit, & rotat orbē.
Omnia prætereunt,ſanctorum gloria durat
In Chriſto qui cuncta nouat dum permanet in ſe.
Tandem igitur reuoluta dies mihi naſcere toto
Exoptata dies anno:quæ dulcia feſta,
D Et mea vota nouas,quæ me ſolennia poſtis
Munera natalem referens,quo millia gaudent
Innumera populi:quo me ſpecialia tangunt
Gaudia:quo famulæ rata debeo munera linguæ
Felici libata meo:cui mente dicata
In Domino Chriſto ſum deditus.hunc & amoris
Obſequio celebrare per annua carmina ſanctum
Fas mihi.Dicam igitur merita & cauſas meritorum
E E quibus obtinuit cæleſtum præmia laudum:
Æternóſque dies & magni nomen honoris.
Iam prior,huc primos vobis libet edidit actus
Martyris,vnde domo,vel qui genus, & quibus altus.
In ſtudiis,quo deinde gradu per ſancta vocatus
Munia,maluerit Chriſto ſeruire perenni.
Quam patrias errare vias per deuia mundi.
F Nam patet emeritis ſub Cæſare vixerat annis.
Diximus & tetro toleratas carcere pœnas:
Quas confeſſor obit,mortem quoque ferre paratus,
Ni Deus anticipans gladios.ſoluiſſet,iniquis
Emiſſum vinclis:alióſque vocaſſet ad actus,
Vt prius ad ſacram remearet epiſcopus aulam
Maximus,in ſolis qui ſaltibus vltima vitæ
Aeger anhelabat,graſſante fugatus ab hoſte:
G Quem iuſſus proprio ſubuexit corpore Felix:
Pauperis & tecti delatum in ſede locauit:
Penatiſque ſibi ſancto ſenis ore beati
Officiis benedictus abit,paucíſque diebus
Delituit proprij tacitus ſub culmine tecti.
Non tacita Dominum cæleſti mente fatigans,
Quem prece directa penetrãs ſuper aſtra propinquo
Pulſabat merito pacem procedere poſcens:
Interea fluxere dies:pax viſa reuerti
H Deſeruit latebram Felix tandémque ſereno
Confiſus cælo lætus ſe reddere lætum
Fratribus & placidæ committere cœperat vrbi.
Gratabantur oues Chriſti paſtore recepto
Ille gregem pauidum de tempeſtate recenti
Mulcebat monitis cæleſtibus & duce verbo
Anxia corda regens fidei firmabat amore:
Contemnenda docens & amara & dulcia mundi
I Nec concedendum terroribus:obuiáque ipſis
Ignibus aut gladiis promptos inferre monebat
Pectora:& ipſe ſuis addebat pondera verbis
Confeſſor paſſus quæ perpetienda docebat,
Omnibus eloquio ſimul exẽmplóque magiſter.
Non tulit hæc malus ille diu,ſed inhorruit atris
Crinibus & rapidis inflauit colla venenis:
Immiſitque ſuum ſcelerata in pectora virus,

Vreret vt nigras Felicis gratia mentes:
Inſeruit ſtimulos & mentibus arſit iniquis
Vipereæ furor inuidiæ:petit improba primam
Ira domum,cunctis amor impius in ſcelus ardet:
Felicem ſitit impietas.ſed ab ædibus abſens
Forte ſuis media ſteterat ſecurus in vrbe,
Fraternis de more ſuo vallatus amicis:
Et pia verba ferens populi credentis in aures.
Ecce ad eum ſtrictis quærentes enſibus adſunt.
Cum ſubito aut illis corda hoſtibus aut huic ora
Vertuntur,notum non agnoſcere furentes:
Felicémque rogant Felix vbi cernitur.& non
Cernitur ipſe,nec ipſe videſt cu ſit prope,lóge eſt.
Ignotus notuſque ſuis fit ciuibus idem:
Diſcernente fide vultum credentibus,ipſe
Hoſtibus alter erat:præſenſit & ipſe fauentis
Conſilium Chriſti ridentique rogantibus inſit
Neſcio,felicem quem quæritis,ilicet illi
Prætereunt ipſum,diſcedit at ille platea
Illudente canes Domino,fruſtratus hiantes.
Nec longum emenſi ſpatium & ſciſtantibus illis
Qua Felix regione foret:quidam increpat & dat
Indicium ignarus cauſæ,credéntque furore
Dementes qui non vidiſſent comminus ipſum,
Ad quem contiguis feciſſent verba loquellis.
Perculſi nouitate doli,grauiſſ ique furentes
Mox redeunt,perque ipſa viri veſtigia currunt.
Iámque propinquabant,ſed præcurrente tumultu
Vrbis & attoniti clamoribus vndique vulgi
Admonitus Felix,inſtantia vulnera flexu
Declinat,medióque procul ſe deuius aufert.
Námque locum nactus ſpatio qui forte patenti
Panditur effugium,celebri ſeductus ab vrbe.
Sic quoque longinquus errat ſectoribus atris,
Qui prope conſpicuo ſubductus ab ore ſequentum
Infeſtos vtcunque timens vitauerat enſes,
Et capiendus erat,quia nullus obice clauſtri
Ille repellendis locus obſiſtebat iniquis.
Nam foribus nullis in publica roſtra patebat
Semiruti paries maleſidus fragmine muri.
Sed diuina manus ſeſe ſanctum inter & hoſtes
Oppoſitum,miróque locum munimine ſepſit.
Non ſtrue ſaxorum,neque ferratis data valuis
Clauſtra per humanas (quibus atria claudimus) ar-
Rudere ſed ſubito concreuit ſordibus agger: (tes.
Iuſſáque mutantas intendit aranea telas:
Et ſimbus tremulis in totum ſtruxit apertum,
Deſertǽque dedit faciem ſordere ruinæ.
Quæ ſimul occurrit minitantibus,obſtipuerunt:
Defixóque gradu,ſimul & dixere viciſſim.
Nonne furor tentare aditus,aut credere quemquam
Hac intraſſe hominem,minimi quia ſigna dediſſent
Vermiculi?modicæ rumpunt hæc retia muſcæ!
Nos penetraſſe virum præcluſa putamus ineptis
Et tenerum tanto non ruptum corpore textum?
Ille magis noſtris manibus modo debitus index,
Qui nos in deſerta doloſo callidus aſtu
Induxit verſumque alias mentiens in iſto
Felicem latitare ſitu:quo noſtra maligno
Verteret arma dolo,capiti fugitiuus amicus.
Ergo recedamus:nam ſtare diutius iſtic
Riſus erit vulgi:demenſque notabitur error
Scrutatum hac hominis latebras,cõtenderę greſſum
Qua vel mole putri vel araneolis obductis
Monſtrat inacceſſos humus incalcata acceſſus.
Nec mora diſcedunt propere in diuerſa frementes:
Sed Deus vt ſcriptura canit veſana minantes
Irridebat eos cæleſti Chriſtus ab arce:
Felicémque ſuum ſacris velauerat alis.
Qui Domini tutus gremio,candentia tela
Diſcutiebat ouans galea,fidei quoque ſcuto;
Et gladium verbi confeſſor in arte gerebat.

A Armatus pietate manus,& pectora plenna
Caſta Deo inſignis meriti thorace tegebat.
O multis diuina modis ſapientia diues,
Semper ab infirmis confundens fortia mundi.
Vix populos altis defendunt mœnia muris:
Et fretus valido munimine ſæpius hoſtis
Opprimit,aduerſiſque expugnat montibus vrbes.
Nunc & ab armatis protexit aranea ſanctum
B Defenſante Deo:teneris ſterit hoſtis abactus
Caſſibus:aerio ceſſit vis ferrea filo.
Vana ſalus hominum,virtus mea,non mihi virtus
Si caream virtute Dei quo vaſta gigantum
Robora?quo Pharij reges?vbi magna Hiericus?
Omnibus exitio ſua gloria qua tumuerunt
Caſſa fuit:neque vero ſuis virtutibus iſta,
Sed magis infirmis diuina potentia fregit.
C Ille gigas pueri funda paſtoria obiuit
Vt canis illam vrbem ſonitus ſoluere tubarum:
Littorea iacuit rex illa ſuperbus harena
Diuitias regni pendens in funere nudo.
Sic vbi Chriſtus adeſt nobis & aranea muro eſt:
At cui Chriſtus abeſt vt murus aranea fiet.
Digreſſis igitur cum facta ſilentia turbis
Secretoque fugæ fidas nox alta tenebras
D Præbuit,egreditur Felix mutátque latebram,
Illa canens Domino:media ſi mortis in vmbra
Ingrediar,mala non metuam,quoniam tua mecum
Dextra,per infernum non expers luminis ibo.
Ergo Dei ductu capit in regione remota
Compluuium anguſto breuia inter tecta cubilis
Quo vetus arebat tecto ciſterna profundo.
Propter in attiguis habitabat fœmina tignis
E Sancta Deo mulier:quæ confeſſoris operti
Neſcia,Felicem Chriſto quaſi conſcia pauit.
Mira[illegible]anam:ingenium Domini paſcentis alumnum
Ignara paſcente ſuum nunc ſedula panes,
Nunc alias de more ſibi quas coxerat eſcas,
Mentis in exceſſu diuino facta paratu
Importabat eo,Felix vbi teſte latebat
Velatus Domino:ſed nec cùm tenderet illo
F Nouerat ingreſſum:nec cum diſcederet inde
Introitus erat illa ſui memor:vt que paratos
Intulerat victus:propriis licet illa cibando
Seruiret manibus ſancto:tamen inſcia tanti
Muneris:hoc de corde ſuo nouiſſe nequibat,
Quod non mente ſua,ſed Chriſti numine agebat:
Próque loco latebræ & ſtrictæ ſuper ora lacunæ
Appoſitos ingreſſa cibos linquebat,eóſque
G Sepoſuiſſe domi credens ita ſemper abibat
Ponendæ memor & poſitæ mox immemor eſcæ.
O mulier benedicta Deo,velut vna volucrum,
Quæ quondam mundo abductum pauere Prophetã:
Tu quoque ſecreto pauiſti martyra tecto,
Sicut aues Domino parens & neſcia ſancti
Conſcia ſeruitij quod geſſeris:& cui tandem
Seruieris:gaudens illo ſub tempore noſces,
H Cum Deus ipſe ſuo pro confeſſore coronam
Iuſtitiæ Chriſtus reddet tibi:tunc tua Felix
Ipſe tibi referet ſub iudice prandia Chriſto:
Quæ Deus ad dulces ſacrati martyris vſus
Tranſtulit:vt quondam coctas meſſoribus eſcas
Angelica per inane manu pendente Propheta
Miſit ieiuno rabida inter monſtra Prophetæ:
Non fera monſtra fides quia vicerat alma leones:
I Sanctáque frænabant auidos ieiunia rictus.
Sex illum perhibent totos ex ordine menſes
Expertem cœtus hominum vixiſſe ſub illa
Culminis obſcuri ſimul anguſtique latebra
Nil opis humanæ indignum:ſolamine Chriſti
Semper abundantem:qui tempore fertur in illo
Sæpe illum ſermone ſuo dignatus adiſſe:
Sæpe ſua paſtiſſe manu cæloque dediſſe

Pocula:

Pocula:non pluuialis aquæ:quam nubila paſſim
Omnibus effundunt:ſed quem ſpecialiter vni
Gratia Felici mittebat ab æthere rorem.
Nam nimius vt fit tunc torrida ſolibus æſtas,
Et puteum quoque ſiccarat qui parca latenti
Pocula præbuerat. Sed ne ſitis vreret illum
Carnea qui Chriſtum ſitiendo ferebat,& iſtam
Corporis afflicti pœnam.deleta ſereno
Inque globum tenuem nubis collecta per actum:
Impluuij dulcem ſitientia in ora liquorem
Influxit quaſi preſſa manu:cæloque vocandum
Velleris ætherei ſucco lactante refecit.
Quid mirum ſi nunc terrena mole ſolutum
Chriſtus alat,poſitum quē in corpore ſanctus alebat
Spiritus:& cui panis erat,verbum Deus ipſe
Cæleſtum panis quo veſcitur angelus omnis.
Tempus vt hoc abiit:pax reddita condidit enſes.
Felicémque Deus monuit prodire latebra,
Quadudum placidas mundi clamoribus aures
Struxerat:humanis ducens obliuia rebus.
Vt nouus in lucem iam deſperantibus exit:
Vt patria tanquam rediuiuus in vrbe videtur:
Et multi dubitant agnoſcere:& ante rogantes
Vera ne te facies?(aiunt)tu ne ille beatus
Redderis heu tanto nobis poſt tempore Felix?
Qua regione venis:cælo datus an paradiſo
Redditus in terras habitacula noſtra reuiſis?
Ille fidem firmat,coram ſe corpore adeſſe:
Seruatum vixiſſe Deo.dat gaudia cunctis:
Laudibus & meritis populo celebratur ab omni
Functus erat largum perfunctus Epiſcopus æuum
Maximus:& numerus ductu paſtoris egebat.
Felicis nomen totum balabat ouile.
Quem confeſſoris redimibat adorea Chriſto:
Quémque ſalutiferum ſpondebat lingua magiſtrum:
Vitáque doctrinæ concors:ſed vt hoc quoque palmā
Iuſtitiæ ferret:meritum ſublime,quieto
Corde premens velut indignus non audet honore
Creſcere,teſtatúrque ſeni mage debita Quinto,
Quæ prior ille gradum ſocij meruiſſet honoris
Presbyter. hac ſeptem diſtabat ſumma diebus.
Ergo ſub hoc etiam Felix antiſtite vixit
Presbyter,& creuit meritis:qui creſcere ſede
Noluit.ipſe illum tanquam minor omnia Quintus
Obſeruabat:& os linguam Felicis habebat.
Ille gregem officio:Felix ſermone regebat.
Multa aliis ſanctum Chriſti virtutibus auxit
Gratia Felicem nec pace minora ſubegit
Prælia:quam validis confeſſor geſſerat armis.
Corpoream triſti ſub tempeſtate ſalutem
Spreuerat.idem & opum ſimul & contēptor honorū
Secura ſub pace fuit.non ille tenendi
Securus meriti:ſed cautior vt bona vitæ
Parta tueretur:poſtquam diſcrimina mortis
Vicerat.& ſcopulos inter tranquilla timebat.

Diximús vt mortem calcarit & ambitionem.

Nunc aliam confeſſoris cognoſcite palmam.
Vicit auaritiam.nam prædia multa domóſque
Diuitiis locuples patrus poſſederat hæres:
Confeſſor proſcriptus erat:ſed pace reducta
Et ſua ſi vellet depoſcere iura licebat.
Maluit ille tamen verbum curare magiſtri.
Cuncta licent,non cuncta iuuant:licito vtile præfert
Et quaſi terrenæ contagia ducere labia
Horruit amiſſos in ſua repoſcere fundos.
Multi obtundebant,præ cunctis nomine priſco
Archelais tam ſancta fide quam ſtēmmate clara,
Diues opum vidua:& ſanctum pietate fideli
Felicem venerans:atque illi chara viciſſim.
Hæc illum iuxta meritum venerata colebat,
Vtque ferunt iunctum ſibimet pro iure ſodali
Vſurpans animum crebris pia corda querelis

A Sæpe fatigabat:cur debita promptáque reddi
Iure recuſaret:quæ diſpenſare recepta
Mercedis magnæ cum fœnore poſſet egenis.
Plurima de propriis quoque rebus munera ſæpe
Obtulit:ille pio contentus ad omnia ſenſu
Fœmineam placido ridebat pectore curam:
Cæleſtum ſibimet ſat conſcius ipſe bonorum,
Quæ pro terrenis ſibi compenſata tenebat.
B Vnde potens charis inſtantibus hæc referebat.
Cogitis vt repetam terrena perennia perdam.
Præſtat opes ſaluo deſint:quam vita opulentior
Diues egebo Deo.nam Chriſtum pauper habebo.
Diuitiis inopem ditauit gratia Chriſti.
Hunc retinens animum:tria macri iugera ruris,
Nec proprio ſub iure tenens conducta colonus
Ipſe manu coluit,famulo ſine pauperis horti
C Poſſeſſor:ſed & has de ceſpite diues egeno
In dominum confudit opes,cum paupere ſemper
Collectum diuiſit olus:cum paupere menſa
Vna dies illi curam conſumpſit habendi.
Vnica veſtis eum ſæpe & vix vnica texit.
Si geminas habuit,nudum meliore refouit
Sæpe nouo miſeros vertit velamine pannos:
Felicíque habitu pauper mutatus ab atro,
D Et nituit contra mendici tegmine Felix:
Sorduit exornans inculto corpore mentem,
Hac viuens pietate Deo maturus & æui,
Et meriti plenis clauſit ſua ſecla diebus.
Mutauítque piæ non clauſit ſæcula vitæ.

NATALIS VI.

E LEx mihi iure pio poſita hunc celebrare quotānis
Eloquio famulante diem,ſolemne repoſcit
Munus ab ore meo Felicem dicere verſu:
Lætitiamque meam modulati carmine,voto:
Et magnum chari meritum cantare patroni.
Quo per iter durum,qua fert via perdita paucis
Alta per arcta petens ſuperas penetrauit ad arces
Concordate meis precor & complaudite fratres
F Carminibus:caſtóque animos effundite luxu:
Gaudia ſancta deceat & carmina caſta fideles:
Qua quis poſſit ope ingenij:linguæque reique.
Nam cui fas hominum(cui Chriſtus amórq; timórq;)
Non gaudere hodie?& vacuum procedere voti?
Cælicolas Chriſto quando adgaudere miniſtros
Ipſa etiam feſto produnt elementa colore.
Cernite lætitiam mundi in ſplendore diei
G Elucere ſacris inſignibus:omnia lætus
Candor habet:ſiccus teneris è nubibus imber
Ponitur,& niueo tellus velatur amictu:
Quæ niue tecta:ſolum,viae:ſylua columina:colles
Cuncta ſenis ſancti canos teſtantur honores
Angelicáque docent & luce & pace potiri
Felicem placida clarum in regione piorum.
Lacte & aqua lecho labuntur vellera cælo.
H Chriſte Deus Felicis ades,da nunc mihi verbum:
Sermo Deus,da perſpicuam ſapientia mentem.
Non opis humanæ facunde dicere laudes
Poſſe tuas:tua namque tui ſunt gaudia ſancti.
Cedo alij precioſa ferant donaria:meque
Officij ſumptu ſuperent qui pulchra tegendis
Vela ferant foribus ſeu puro ſplendida lino:
Siue coloratis textum fucata figuris:
I Hi læues titulos lento poliant argento:
Sanctáque præfixis obducant limina lamnis,
Aſt alij pictis accedant lumina ceris
Multiforéſque cauis lychnos laquearibus aptent:
Vt vibrent tremulas funalia pendula flammas.
Martyris hi tumulum ſtudeant perfundere nardo
Et medicata pio referant vnguenta ſepulchro,
Cedo equidem & vacuo multis potioribus auro

Quis

Quis grauis ære ſinus releuatur egente repletu
Qui locuplete manu promptaria ditia laxant:
Et variis animam ſponſantibus dotibus adſtant,
Mente pares ope diuerſi.nec ſegnius illi
Fercula opima cibis, ceruis aulæa ſeriſque
Larga quidem ſed muta dicant. ego munere linguæ
Nudus opum famulor,de me mea debita ſoluens:
Meque ipſum pro me vilis licet hoſtia pendo.
Nec metuam ſperni:quoniam non vilia Chriſto
Pauperis obſequij libamina,qui duo lætus
Aera piæ cenſum vidua laudata recepit.
Tunc quoque multa Deo locupletes dona ferebant
Implentes magnis æraria ſancta talentis:
Sed Chriſtus ſpectator erat,qui corda ferentum
Inſpiciens viduæ palmam dedit:illa diurni
Rem victus,geminos(quod ei ſubſtantia)nummos
Miſerat in ſacram nil anxia corporis arcam.
Propterea ex ipſo venturi iudicis ore
Ante diem meruit facti præcepta laudem.
Præferrique illis quorum ſtipe viderat aurum
Munere pauper anus ſed prodiga corde fideli,
Ergo boni fratres quibus hac dignatio:& rite
Conſenſus placidis aduertite mentibus aures:
Nec qui,ſed de quo loquar exaudite libenter.
Deſpicienda quidem tamen & miranda profabor
Deſpicienda meo ingenio.miranda beati
Felicis merito:quod dicere non ſine Chriſti
Laude licet quia quicquid in hoc miramur ab illo
Vnde piis virtus:& per quem vita ſepultis (eſt:
Præteritis cecini patriam , genus,acta,libellis
Et tota ſanctum repetens ab origine dixi
Felicem donec patefactæ tempora vitæ
Clauderet:& poſito deſertis corpore terris
Tenderet æterni merito ad conſortia regni.
Sed quia non idem tumuli qui membra piorum
Et merita occultant : animarum vita ſuperſtes
Corporibus functis:quæſitos corpore fructus,
Et poſt corporeos obitus non mortua ſentit
Læta bonis,cruciátque malos , quod rurſus in ipſum
Tempore venturo corpus, reuocata remiſſo
Corpore, communi merces indiſcreta recepta.
Longa igitur mihi materies.quantumque erit æui,
Tantum erit & verbi ſuper hoc quod dicere geſta
Felicis poterat,totumque efferre per vrbem
Nomina ſic meriti: ſi copia tanta ſit oris,
Quanta operū meritique manet:nam tēpore ab illo
Quo primum iſta dies Felicem fine beato
Condidit:&carnem terris animam dedit aſtris:
Ex illo prope cuncta dies operante videtur
Confeſſor Dei.probat & ſine corpore viuum
Chriſtus:vt oſtendat maiorem in morte piorum
Virtutem,quam vim in vita ſupereſſe malorum.
Ecce vides tumulum ſacra martyris oſſa tegentem:
Et tacitum obiecto ſeruari marmore corpus.
Membra latent poſiti·placida caro morte quieſcit
In ſpem non vacuam rediuiuæ condita vitæ.
Vnde igitur tantus circumſtat limina terror?
Quis tantos agit huc populos?quænam manus vrget
Dæmonas?inuitóſque rapit?fruſtráque rebelli
Voce reclamantes compellit adúſque ſepulchrum
Martyris,& ſancto quaſi fixos limine ſiſtit?
Reſpicio hanc aliquando diem : quam mœſta relicto
Orbe fuit·quam læta polo cum Chriſtus amicam
Adſumens animam caſto Deus hauſit ab ore.
Addidit ornatum cælis,nec pignore terras
Orbauit,ſuperi Felicis mente fruuntur:
Corpore nos animæque potentis ſpiritus illic
Viuit,& hic meritum·ſed totum funeris almi
Præſentare iuuat quem Nola impendit honorem.
Namque ſacerdotem ſacris animique parentem
Perdiderat,ſed cum cælis habitura patronum
Vrbs deuota pium : ſed ſpe ſolatur amorem.

A Totis ergo quibus ſtipatur confluxa turbis
Currit in obſequium:populos effuſa fideles.
Tunc dolor & pietas coeunt in pectore cunctis:
Admixta pietate fides gaudétque dolétque.
Et licet accitum Chriſto ſuper æthera tolli
Felicem credat:tanto tamen ipſa relinqui
Præceptore dolet:quódque vnum in funere ſancto
Inter & exequias reſtat ſolamen amoris.
B Poſtquam depoſitum tumulandi in ſede feretrum
Certatim populus pietatis circumfuſus
Vndique denſatu coetu ſita membra coronat
Religioſa pie pugna exercetur amantum
Quiſque alium premere,& propior conſiſtere certat
Reliquiis corpuſque manu contingere gaudet.
Nec ſatis eſt audiſſe ſemel iuuat vſque morari
Lumináque expoſitis & qua datur oſcula membris
C Figere,dat meritam Chriſto plebs conſona laudem,
Molitúrque ſacrum ſolij Felicis honorem.
Qua muris regio & tectis longinqua vacabat
Fuſus ibi:læto ridabat ceſpite campus
Liberius florente loco,quaſi preſcia iam tunc
Semper honorandi mundo veneranda ſepulchri
Gaudebat ſacro benedici corpore:ſéque
Veris amœna habitu quo dignior eſſet humato
D Martyre graminibus tellus ſternebat odoris:
Aſt illum placido candentem celſa volatu,
Et caſto adſumptum de corpore læta piorum
Turba per æthereas ſuſceperat obuia nubes.
Angelicique chori ſeptemplicis agmina cæli
Totis qua cælum patet occurrentia portis
Regis in aſpectum ſummíque parentis ad ora
Sidereo volucrem læti vexere triumpho.
E Tum niuea ſacrum caput ornauere corona.
Sed tamen & roſeam pater addidit indice Chriſto,
Purpureóque habitu niueos duplicauit amictus,
Quod meritis vtrunque decus.nam lucida ſumpſit
Serta quaſi placidum tranſlatus in æthera lætus.
Sed meruit pariter quaſi cæſi martyris oſtrum,
Qui confeſſor obit:tenet ergo & præmia paſſi
Quæ prompta virtute fuit:nec pacis honora
F Ornatúque caret.quia non congreſſus obiuit.
Facta igitur rata iuſta pium texere ſepulchro
Funus:at in ſanctis diuinitus inſita membris
Gratia non potuit cum carne mori,que tegique
Illico:ſed poſitis ex oſſibus ecce micat lux
Quæ medicis opibus meriti dare ſigna potentis
Hactenus ex illo non vnquam tempore ceſſit
Et toto quo mundus erit fulgebit in æuo.
G Lux eadem ſancti cineris per ſecula cuſtos:
Martyris hæc functi vitam probat & bona Chriſti
Ad tumulum Felicis agens diffundit in omnes
Felicis late terrás mirabile nomen.
Dignátam tanto præ cunctis vrbibus vnam
Hoſpite nobilitat Nolam,quam gratia Chriſti
Felicis meritis ita dilatauit,vt aucta
H Ciuibus ecce nouis & mœnibus etiam vrbs ſit
Pauper vbi primum tumulus,quem tempore ſæuo
Religio quo crimen erat mirantibus profano
Struxerat anguſte gladios trepidá inter & igneis
Plebs domini:vt ſeries antiqua:minoribus ætas
Tradidit,ingentem paruo ſub culmine lucem
Clauſerat:& tanti tantum ſacer angelus olim
Depoſiti poſſeſſor erat;qui lucis opertæ
I Conſcius vt quidam ſuus ædibus extitit amplis
Et manet in mediis, quaſi gemma interſita tectis,
Baſilicas per quinque ſacri ſpatioſa ſepulchri
Atria diffundens,quarum faſtigia longe
Adſpectata inſtar magnæ dant viſibus vrbes.
Quæ creſcente fide ſuperundat gratia Chriſti:
Quæ populus medico Felicem munere præſtat
Viuere,qui præſtans & clam poſt corporis æuum
Præſides ipſe ſuis ſacer oſſibus:oſſaque ſancti

Corporis

Corporis, in tumulo non obſita puluere mortis:
Arcano æternæ ſed prædita ſemine vitæ
Viuificum ſpirant animæ victricis odorem.
Quo medicina potens datur exorantibus ægris:
Quanta reſurgentis virtus & gloria cinget
Conſectare licet.cum gratia tanta ſepultus
Ambiat,& quanto reſtituta decore micabunt
Corpora,in obſcuris cum ſit lux tanta fauillis?
Quid nobis minimis bonum præſtare coronæ
Sufficient,quorum & cineres dant commoda viuis?
Cernere ſæpe iuuat varias ſpectacula formas
Mira ſatis: animum,& ſibi quæque accommoda votis
Poſcentum.videas etiam de ſute colonos
Non ſolum gremio ſua pignora ferre paterno
Sed pecora ægra manu ſæpe introducere ſecum,
Et ſancto quaſi conſpicuo mandare licenter:
Moxque datam ſua confiſos acciuta medelam
Experto gaudere Deo & iam credere ſana
Et vere plerumque breui ſanata ſub ipſo
Limine læta ſuis iumenta reducere tectis.
Sed quia prolixum & vacuum percurrere cuncta
Quanta gerit Felix miracula nomine Chriſti:
Vnum de multis opus admirabile promam
Innumeris partibus ſed ab vno pende relicta
Quæ virtus eadem geſſit diſtantia cauſis.
Pandite corda pecur.breuis eſt iniuria vobis
Dum paucis magnum exiguiſque opus eloquor orſis.
Et memores viduæ primo ſermone relatæ
Quam Deus è precio mentis non munere cernens
Antetulit multum mittentibus omnia dantem
Me quoque teſte leui dicentem magna relatu.
Et mica namque illis ſunt æmula verba minutis
Quis prædium pietas ſenſilibus aurea fecit:
Quidam homo re tenuis plebeius origine,cultu
Ruſticus e geminis anguſtam bubus alebat
Pauperiem mercede iugi nunc ſubdere plauſtris
Suetus eos.oneri pacta regione vehando:
Nunc perexpiccium ſub aratra aliena locatis
Paupertatis habens reditum,ſpes anxia,reique
Tota inopi,par illud erat.non charior illi
Progenies,aut ipſe ſibi.ſed pignora & ipſos
Ducebat,neque cura minor ſaturare iuuencos:
Quam dulces natos educere:paſtior immo
Natis quam pecus charo:non gramine vili
Illos aut ſtercu palea,ſed tegmine aprico.
Algidus & de farre ſibi natiſque negato
Eluriens paſcebat,egens ſibi,diues in illis
Quorum fœcundus labor exaturabat egentem.
Hos igitur tam chara ſuæ ſolamina vitæ
Nocte miſer quadam ſomno grauiore ſopitus
Amiſit tacito furto prædonis abactos:
Exurgenſque die reduci de more iugandas
Infelix primo in vacuis præſepibus intus
Moxque foris fruſtra notis quæſiuit in agris.
Illico ſed feſſus caſſis erroribus vltro,
Atque citro poſtquam nullis veſtigia ſignis
Certa videt ſpebus fruſtrata indage peremptis
Humanam deſperat opem & pietate repletus
Aſpirante Deo depictam in pectore fiacio
Erigit in cælum mentem & mox corde refecto
Præſumente fide ſpem voti compotis hauriſ
Sanctaque Felicis rapido petit atria curſu.
Ingreſſuſque ſacra magnis cum fletibus aulam
Sternitur ante fores,& poſtibus oſcula figit:
Et lacrymis rigat omne ſolum,pro limine ſancto
Fuſus humi.& raptos nocturna fraude iuuencos
A Felice pio velut a cuſtode repoſcit:
Increpitans:miſcetque precantia verba querellis.
Sancte Deo felix,inopum ſubſtantia ſemper
Promiſeris Felix & ſemper diues egenis:
Te requiem feſſis Deus:afflictiſque leuamen.
Te poſuit mœſtis ad ſaucia corda medellam,

A Propterea tanquam gremio confiſa paterno
In te pauperies caput inclinata recumbit.
Felix ſancte meos ſemper miſeratę labores
Nunc oblite mei.cui oic rogo vel tuis audum
Deſeris?amiſi charos tua dona iuuencos,
Sæpe tibi ſupplex quos commendare ſolebam
Quos tua perpetuo ſeruabat cura fauore
Paſcebátque mihi:tua nam cuſtodia ſaluos
Dextraque ſufficiens illos præſtabat opimos: (nunc
B Quos miſero mihi,nox hæc abſtulit. heu quid agam
Quo deceptus eam?quem criminer?an tibi de te
Conquerar?immemoremque mei accuſabo patronum?
Quem mihi ſopico tam denſum incepere ſomnum
Ne mea ſeotirem perſtringere clauſtra latrones
Paſſus es?& nullo fregiſti dura pauore
Pectora?nec lucem tenebris furtóque dediſti?
C Aut vllis profugos curaſti prodere ſignis?
Quo modo diſcurram?quo deferat?omnia cæcis
Structa mihi latebris.nunc & mea tecta videntur
Clauſa mihi abductis vbi deſolatus alumnis
Nil habeo quod habere velim:quod dulce videam
Dulce laboranti nunc irrita gratia præter
D Oblectaos inopem ſenſu fructúque peculi.
Hos vbi nunc quæram miſerandus?quando vel vſquã
Inueniam tales?aut vnde parabo repertos?
Qui ſoles habui contentæ ruſticus illos
Paupertatis opes?ipſos igitur mihi redde.
Nolo alios:nec eos vlla regione requiram:
Hic mihi debentur,hæc illos limina reddent,
In quibus ipſum te ſupplex adſtringo,tibique
E Hæreo.cur quæram aut vbi quos ignoro latrones?
Debitor hic meus eſt:ipſum pro fure teneo
Cuſtodem,tu ſancte reus mihi conſcius illis:
Te teneo,tu ſcis vbi ſint,qui lumine Chriſti
Cuncta & aperta vides,longéque abſentia cernis:
Et captis includente Deo quo cuncta tenentur.
Atque ideo occulti fures quacunque latebra
Non tibi celantur:nec de te euadere poſſunt:
F Quos & iam manus vna tenet.Deus vnus vbique.
Chriſtus blanda piis:ſed iniquis dextera vindex.
Redde igitur mihi redde boues,& corripe fures.
Sed non quæro reos,abeant,non neſcio mores
Sancte tuos:neſcis mala facta rependere,mauis
Emendare malos venia,quàm perdere pœna.
Conueniat nobis igitur ſic diuide mecum
Quæ tua,quæ mea ſunt:indemnis ſiet mea per te
G Vtilitas,iuſteque tuas clementia partes
Vendicet.æquatóque tuum libramine conſtet
Iudicium:illos ſoluere eos:mihi redde iuuencos
Ecce tenes pactum,famuli iam nulla morandi
Cauſa tibi:accelera tantis me ſoluere curis.
Nam mihi certa manet ſententia,cedere nuſquam
Donec ſubuenias,nec ab iſto poſte refigi:
Ni properes iſto deponam in limine vitam:
H Nec iam comperies cui reddas ſero iuuencos.
Talia voce quidem querula,ſed mente fidelis
Plorantem:totóque die ſine fine precantem.
Audiuit lætus non blando ſupplice martyr:
Et ſua cum Domino ludens conuicia riſit,
Poſcentiſque fide,non libertate dolentis
Motus,opem properat paucis mora ducitur horis:
Interea labente die iam veſpere ducto:
I Nec precibus dabat ille modum nec fletibus vna
Vox erat adfixi foribus,non eruar iſtinc
Hic moriar:vitæ niſi cauſam protinus iſtic
Accipiam:tandem tamen vt iam plurima cœtum
Nox ſecretum adytis fieri cogebat,& ille
Temporis oblitus:damni memor oſtia prono
Ore premens:toto prohibebat corpore clauſtra:
Sed multis fruſtra pulſatum vocibus aures
Aggreditur violenta manus.tandémque reuellit
Turba reluctantem & ſancta procul exigit aula.

Vbi ſuſtinuerat ſeruitutem & carcerem
Ibi regnum opéſque nactus eſt
Sed ſuſtinendo iniquitatis vincula
Iuſtitiæ cepit præmia.
Sit & hic probatus corporis cuſtos ſui
Vt clauſtra teneat carceris.
Si vicia carnis ſtrinxerit Chriſti metu
Quaſi vinculatis præerit
Aliiſque mundi carceri incluſis adhuc
Et alligatis ſeculo,
Vt liber ipſe iamque commiſſus ſibi
Magiſter & cuſtos erit.
Namque ille iure qui ſua ſeruauerit
Aliorum habet cuſtodiam:
Non vt tenebris permanere carceris
Sed liberos vinctos velit:
Sed vt receptus doceat exemplo ſuo
Mundi catenis exui,
Et facile propriis abſolutus vinculis
Solui docebit crimine
Bonúſque mentis vir gubernator ſuæ
Et eccleſiæ nauem reget.
Nam quomodo ille præſidebit proximis
Præeſſe qui neſcit ſibi?
Sed ſermo lapſus decucurrit longius
Reuertar ad Ioſeph meum.
Caſtus beatæ flore vernet gratiæ
Vt paradiſi lilium,
Vt corde puro cælitis prudentiæ
Potum pudicus hauriat
Reſponſa dubiis exerat mortalibus
Arcanus interpres Dei
Et emicante gloria famæ bonæ
Noteſcat in regis domo.
Placitúſque regi ſpiritus prudentiæ
Sumatur in regni ducem
Poſſeſſioni regiæ princeps erat
Præfectus in magna domo
Stolam ſed iſte biſſinam & torquem aureum
Gerat apta Chriſto inſignia
Textam ſupernæ gratiæ veſtem induat
Stolatus innocentia.
Contexta biſſo veſtis inruptam fidem
Signat valenti ſtamine.
Nam fila biſſi fortiora &. ſparteis
Feruntur eſſe funibus
Pro torque collo charitatis aureæ
Prædulce circundet iugum.
Quod ſuaue Chriſto nec moleſtum pondere
Adſtringit colla non premit.
Hæc inter idem dona ſumat regij
Inſigne iuris annulum,
Comptúſque trino trinitatis munere
Curru vehetur regio.
Regalis etenim currus eſt Chriſti caro
Corpuſque ſanctum eccleſia:
Quo vehitur ipſe millibus lætantium
Agitator Iſrael Deus.
Imitare Chriſtum, fac bonum, vita malum;
Cæli viam in terris age.
Et ipſe te rex ponet in currum ſuum
Regnique conſortem dabit.
Et ſumma regni iura committet ſui
Pandetque theſauros ſuos.
Sed ante digna largiens pignora
Vt regiis inſignibus
Ornatus altum regis aſcendas thronum,
Referéſque regales penus
Sapientiæ monile, gloriæ ſtolam
Fideique geſtans annulum.
Sed vt ille totam vir per Ægyptum potens
Fuit extremo Ægypti ſolo,
A Et iſte mundi viribus potentior
Sit fortis Ægyptum ſuper
Ægyptiorum ſed peregrinus homo
Sic mixtus vt non mixtus ſit
Deſtétque ſanctum ſede communi licet
De gente non ſancta genus.
Nunc tunc in iſto tanquam in Ægypto ſitus
Sic dometur ſeculo
B Alienus, vt ſit ſeculi negotiis
Cæleſtis vrbis incola.
In carne viuens, vita carnis exulet;
In lege mentis ambulans.
Totámque regni crediti terram ſibi
Peragret in libris ſacris.
Et ſicut ille vir de Ioſeph pius
Memphiticos fines obit,
C Et ampliatis horreis lætas opes
Fœcunditatis congerens
Exuberantum diues annorum bonis
Ieiunia pauit tempora:
Sic iſte noſter in ſacratis literis
Perambulet regnum Dei.
Scriptura námque ſancto flata ſpiritu
Regni perennis mater eſt:
D Et iſte cura ſpiritali prouidens
Seruat ampla mentis horrea
Vt dilatato larga vitæ perpetis
Alimenta condat pectore.
Et cum vitali diuitem ſubſtantia
Perfecerit terram ſuam:
Tunc tu vt fruaris filij potentia
Tanquam Iſraheli bis ſenex:
E Et introibis lætus ac cito ſimul
Cognationis agmine.
Paſcétque natus in domo regis tuam
Patris ſenectam panibus:
Vt pullus aquilæ dicitur repaſcere
Cura parentes mutua:
Quos vis ſenectæ rurſus implumes facit,
Nidóque paſcendus refert.
F Donec replumi veſtiantur corpore
Pennisque floreſcant nouis.
Verſi viciſſim more naturæ nouo
Sunt filiis pulli ſenes.
At cum veterno defæcata fecerit
Nouus iuuenta præpetes
Deſueta longo remigia pennatum ſenio
Notis magiſtris inchoant
G Mixtíque pullis conuolant altoribus
Leui per auras impetu.
Liquidum ſereno tractibus lentis iter
Secare ſublimi iuuat,
Placideque ſudum ventilantes aerem
Ala pares immobili.
Dum ſe ſequuntur & viciſſim præeunt
Secto coronant circulo
H Vtraque regni cæleſtis myſteria
Mutæ loquuntur alites
Sacrum potentis explicant inſtar crucis
Suſpenſa pennis corpora.
Volatus autem circumactus ambitu
Spondet laboris præmium.
Sic iſte pullus gratiarum filius
Veſtræ ſalutis præuius
I Auium per alta commeatum nubila
Sit ſpiritalis æmulus
Cornibus & alis arduæ fultus crucis
Volet in coronam gloriæ.
Qui fonte proprio eſt deriuatus vt ſuam
Fons totus in venam fluat.
Veſtrúmque proni riuulum ſequamini
Vt fluminibus cunctis eat

Bene

Benedicta proles,ſaucta radix & bonæ
Rami feraces arboris:
Deo dediſtis nutriendum filiam,
Et ille ſic vobis alit
Vt ſe viciſſim nutriat canus puer:
Senibus magiſtet paruulus
Pietatis admirabili myſterio
Factus parens patentibus.
Deinde cunċti tota ſanctorum cohots
Ad corpus aliud verticis
Quo ſicut aquilæ congregabuntur pij,
Et vos volantes ibitis.
Quod non valebunt quos humo tolli vetant
Patrimoniorum pondera.
Cum prima ſignum ſuſcitandis mortuis
Cælo tuba inconauerit
Hi nunc obeſi ſpiritu ſuperbiæ
Et opibus inflati canis
Humi manebunt compediti,nec ſuis
Seſe explicabunt vitiis.
Quibus infideles nunc ligantur vt volunt,
Tunc attluendi ne volent
Quia ſarcinatos & graues rebus ſuis
Mundi caduci diuites
Portare tenera non valebunt nubila
Ad regis occurſum Dei.
Sed hæſitantes in luto fæcis ſuæ
Opumque preſſos molibus:
A meridiano incendio mundi repens
Ruina mortis opprimet.
Ne quæſo dominus talium virgam Deus
Admittat in ſortem ſuam,
Neque nos in horum diuitum fructus ſinat
Manus iniquas tendere diuitumt
Vos ergo magna curâ pectoris mei
Paramini Chriſto leues,
Iamque expediti ſarcinis egentibus
Laxate vinculis pedes:
Vt copioſa luce veſtiamini
Eſtote nudi ſeculo
Veniens vt huius ſeculi princeps nihil
Inueniat in vobis ſuum.
Et vos prementum mole rerum liberos,
Et labe puros criminum
Facile adleuantes perferant tenui ſinu
Nubes piorum baiulæ,
Sponſóque reginæ ob iam vectos Deus
Fulgore perfundat ſuo,
Vt ſempiternæ clara vitæ gloria
Mortale veſtrum ſorbeat,
Et ad ſupernam reſtituti imaginem
Herile conformes decus
Aeuum perenne perpetes vt angeli
Cum rege viuatis Deo.

DE OBITV CÆLSI PVERI PANEGYRICVS.

ANte puer patribus claris & nomine auito
Cælſus erat ſed nunc cælius agit merito,
Quem dominus tanto cumulauit munere Chriſtus,
Vt rudis ille annis,& nouus iter aquis.
Atque bis infantem ſpatio æui & fonte lauacri
Congeminata Deo gratia perueheret.
Heu quid agam dubia pendens pietate laboro
Gratulet an doleam:dignus vtroque puer.
Cuius amor lacrymas:& amor mihi gaudia ſuadet,
Sed gaudere fides flere iubet pietas.
Tam modicum patribus tam dulci è pignore fructũ
Defleo in exiguo temporis eſſe datum.
Rurſus vt æternæ bona voluo perennia vitæ
A Quæ Deus in cælo præparat innocuis:
Lætor obiſſe,breui functum mortalia ſeclo
Vt cito diuinas perfrueretur opes.
Ne terrena diu contagia mixtus iniquis
Duceret,in fragili corporis hoſpitio:
Sed nullo iſtius temeratus crimine mundi
Dignius æternum tenderet ad dominum.
Ergo Deo potius quam nobis debitus infans
B Verum & pro nobis ille Deo placitus.
Cœperat octauum producere paruulus annum
Prima citis agitans tempora curriculis.
Iam puerile iugum tenera ceruice ferebat:
Grammatici duris ſubditus imperiis.
Quæque docebatur puer admirante magiſtro
Sorbebat docili nobilis ingenio.
Gaudebant trepido præſagi corde parentes,
C Dum metuunt tanti muneris inuidiam.
Nec mora longa fuit placitam Deus æthere Chriſtus
Arceſſens merito ſumpſit bonitate animam.
Et rapuit terris ſubitum quo dignior eſſet
Aſſociata piis viuere conciliis.
Cauſa fuit leti ſuffuſus faucibus humor
Quo grauis inflauit lactea colla tumor.
Inde repreſſus abit,ſed lapſus ad intima fugit
D. Corporis & vitam viſceribus pepulit.
Terra ſuam partem tumulata carne recepit:
Spiritus angelico vectus abit gremio.
Deſerti vacuum funus duxere parentes
Fletibus in culpam ne pietas veniat.
Impia nam pietas animam lugere beatam:
Gaudentémque deo flere nocens amor eſt.
E Nonne patet quantum tali pietate trahatur
Peccatum arguimur fraude tenere fidem.
Aut reprobare Dei leges errore rebelli:
Ni placeat nobis quod placuit domino.
Iuſtius eſt iſtas hominum lugere tenebras
Quas facimus nobis degeneres animæ:
Immemores primos cæleſtis imaginis ortus
Quam reuocat miſerans ad ſua regna pater.
Cuius amore meos ſuſcepit filius artus
F Virgine conceptus virgine natus homo
Cuncta gerens hominem cunctos & corpore in vno
Cunctorum dominus ſuſcipiens famulos.
Factus enim ſerui forma eſt qui ſummus agebat
Forma Dei regnans cum patre rege Deus.
Suſcepit formam ſerui,culpamque peremit,
Qua pœnæ & mortis quondam homo ſeruus erat.
Et libertati famulum ſub imagine ſerui
G Noſtra caro effectus reſtituit dominus.
Vt mihi per Chriſtum cæleſtis imago rediret
Qui cruce terrenum ſe ſpoliauit Adam.
Carnem igitur mortemque meam meus ille creator
Pertulit,& charum morte redemit opus.
Multa mihi dederat prius & promiſſa ſalutis
Et præcepta quibus per bona dirigeret.
Sed quia nec legis poſito me lucamine primi
H Inueterata patris vulnera diluerant:
Et neque præmiſſis diuino ex ore prophetis
Expectare Dei munera crediderant:
Et genus humanum paſſim ſine lege fideli
Deſperata ſalus merſerat in tenebras,
Regnabatque ſimul peccatum in corpore noſtro
Mors in peccatis:hoſtis in interitu.
Captiuúmque hominem triſtis metus & miſer error
I Altius in mortem præcipitare dabant.
Interea pater ipſe polo miſeratus ab alto
Errantum lapſus peſtiferos hominum:
Serpentémque truci dominantem in morte cadentum
Non tulit,& natum miſit ad omne bonum.
Paruit ille libens Deus omnia cum patre concors
Communem curans rem pietate pari.
Aduenit & fit homo & mixtum perfectus vtroque

Oſtendit fragili carnis ineſſe Deum.
Vtitur officiis hominis ſed & intus operti
Signa Dei medicis exſerit imperiis.
Voce hominis diuina docet:mortalia vere
Extra peccatum corporeus peragit.
Quippe ſui rem tantum operis ſibi reddere curans:
Naturam venit ſumere,non vitium.
Námq; bonum natura hominẽ bonus ad bona fecit:
Mente ſua lapſus ſe vitiauit homo.
Quare opifex hominum mortali in corpore venit,
Non & mortali crimine factus homo.
Nam neque deleret culpas niſi liber ab illis
Nec laxare reos poſſet & ipſe reus.
Nec peccatori mors cederet vtpote vinctum
Peccati vinclis legitime retinens.
Iure igitur ceſſit rumpenti tartara Chriſto,
In quo quod poſſet nectere non habuit.
Ipſaque iudicij iniuſti rea facta viciſſim
Per ſcelus occiſo iure ſubacta homini eſt.
Palluit inuidia ſerpens inferna reducto
Clauſtra hominis verſa lege recluſa videns.
Inque vicem vincti mortalem morte reſolui:
Excuſſumque ſua ſurgere corpus humo.
Inſuper & cælos rediuiuum ſcandere cernens
Dente truci fruſtra liuidus infremuit.
Et modo tabeſcit cum crebreſcente piorum
Agmine per Chriſtum perditor ipſe perit.
Ergo mei vitioſa animi ſanauit & ægra
Corporis excepit,matre homo,patre Deus.
Imbecilla quidem ſed naturalia carnis
Ceſſit,& affectus corporis exhibuit.
Senſibus humanis comedit,bibit,& ſua ſomno
Lumina declinat:laſſat eundo viam.
Tanquam homo defuncto lacrymas impẽdit amico:
Quem mox ipſe Deus ſuſcitat è tumulo:
Nauigio vectatur homo, & Deus imperat auſtris:
Et virtute Dei permeat æquor homo.
Mente hominis trepidat vicinæ mortis ad horam:
Mente Dei nouit tempus adeſſe necis.
In cruce fixus homo eſt:Deus è cruce terruit orbẽ:
Mortem homo,verum mors ipſa Deum patitur.
In cruce pendet homo:Deus è cruce crimina donat,
Et moriens vitam criminis interimit.
Proque reis habitus peiorque latrone putatus:
Quem Iudæa pio præpoſuit domino.
Credenti donat regnum cæleſte latroni:
Clauſus adhuc terris iam paradiſum aperit.
Nos igitur firmare animos, attollere mentem,
Ignauoſque decet trudere corde metus.
Pro quibus ecce animã poſuit ſimul atque reſumpſit
Filius ille Dei quo ſata cuncta Deo.
De noſtra victor Deus egit morte triumphum,
Et noſtrum ſecum corpus in aſtra tulit.
Non ſat habens quod pro nobis mortalia cuncta
Hauſit:vt auferret vulnera noſtra ſuis.
Sed ne me dubiæ ſuſpenderet anxia mentis
Cura,reſurrexit corpore quo cecidit.
Clara fides oculis patuit mortalibus:ipſe
Poſt obitum viſus qualis & ante fuit:
Nam ſe diſcipulis dubitantibus obtulit vltro
Rimandúmque oculis præbuit & manibus.
Nec ſine mente Dei,dubitauit Apoſtolus olim
Viuere poſt mortem nullus vt ambigeret.
Firmauit dubitando fidem:dum cominus anceps
Arguitur Thomas omnis homo inſtruitur.
Cernere quod Thomas coram & palpare iubetur:
Conſtanter ſtabili credere diſco fide:
Mortem hominum Chriſti crucifixi morte ſubactã:
Spemque reſurgendi corporibus poſitam.
Corporibus noſtris quia victor Chriſtus in iſta
Carne reſurrexit,quam gero:qua morior.
Meque docet,pro me dubitantibus ingerit artus;

A Et ſolidam carnem ſtructa per oſſa probat.
Inſuper & lateris manuum quoque vulnera mõſtrat:
Et dubium digitos iis iubet inſerere.
Cerne inquit latus ecce meum,palmaſque pedeſque:
Ecce crucis clauos,cuſpidis ecce viam.
Ecce ipſam toto compagem corpore viuam
Stare patet neruis,oſſibus,ore,cute.
Ergo tenere fidem quam cernitis inſuper & quam
B Tangitis & dubios pellite corde animos.
Et teſtes tantæ cunctis eſtote ſalutis:
Cunctorumque hominum ſoluite corda metu.
Omnibus intereat mortis timor:& ſimul omnes
Iſta reſurgendi ſpes animet populos.
Credentum tamen iſta ſalus qui corde fideli
Suſcipient quæ vos lumine conſpicitis.
C Nam poſtquam victa geſſi de morte triumphum:
Mors ſuperata abiit:ſtat rediuiua ſalus.
Vitam ex morte dedi:mortem moriendo ſubegi,
Et genus humanum ſanguine reſtitui.
Peccatum carnis ſuperans in carne peremi
Materiam culpæ,iuſtitiam peperi.
Corpore mors cecidit:ſurrexit corpore vita:
Qua prius occiderat carne reuixit homo.
D Et nunc ecce meo rediuiuum in corpore portans
Præfero victorem mortis & anguis Adam.
Quæ rogo ſufficient nobis ſolatia:vel quæ
Sanabit feſſos iam requies animos,
Si nec tanta poteſt ægris medicina mederi?
Quæ vitas obita morte redire docet.
Mœror abi,diſcede pauor,fuge culpe,ruit mors,
Vita reſurrexit:Chriſtus in aſtra vocat.
E Morte mea functus:mihi mortuus,& mihi victor:
Vt mors peccati ſit mihi vita Dei.
Denique ſeruatum iam de cruce duxit aperto
Limite latronem qua paradiſus adeſt.
Munere quo ſignum dedit & peccata piare
Et nemoris veciti vincere ſepta fide.
Talibus exemplis tanto ſponſore ſalutis
Erectos lætis vertere mœſta decet.
F Pellamus querulos ingrato corde dolores:
Et redeant terſis lumina pura oculis.
Credamus Chriſto quod in ipſo vidimus,iiſdem
Nos quibus cecidimus ſurgere corporibus:
Inde ſuperfuſa diuini veſte decoris
Sumere mutatos angelicam ſpeciem.
Quæ ſi tanta animis nox caligantibus obſtat:
Et piger obtuſo corpore ſenſus hebet:
G Vt quia corporeis oculis diuina teguntur:
Nullam dicatis ſcripta tenere fidem:
Sed doceat Paulus quia non æterna videntur.
Aeterna humanis abdita ſunt oculis,
Inſipiens terrena vide,cæleſtia crede:
Obtutu mundum:conſpice mente Deum.
Hinc precioſa fides,nam ſecur gratia iam non
H Gratia:ſi meritis attribuatur erit:
Sic & nulla fides niſi quæ quod non videt illud
Credit,& æternam ſpe duce rem ſequitur.
Mortales miſeri querulum genus impia tandem
Pectora mollitis mentibus exuite.
Heu quonam precor vſque graui mendacia corde
Quæritis & vani ſubtita diligitis!
Commutate vias,diſrumpite vincula mortis:
Et date prædulci libera colla iugo.
I Sumite diuinas pro libertate catenas:
Crimine quæ ſoluunt,& pietate ligant.
Qui ſequeris tenebras,in aperto lucis oberras:
Et quia nocte vides,lumine cæcus agis.
Ergo oculos mentis Chriſto reſeremus & aures:
Vt mens peccato clauſa,Deo pateat.
Nam quæ corporeis ſua iam promiſſa reuelat:
Viſibus & claris mõſtrat operta Deus:
Cuncta reſurgendi faciem meditantur in omni

Corpore

Corpore & in terris germina & aſtra polo.
Noctes atque dies ortus obitúſque viciſſim
Alternant: morior nocte, reſurgo die.
Dormio corporeæ ſopitus imagine mortis:
Excitos à ſomno ſicut ab interitu.
Quid ſata, quid frondes nemorum, quid tẽpora nõne pe
Legibus his obeunt omnia vel redeunt.
Vere reſurgentum cunctis noua rebus imago
Poſt hyemis mortem viuificata redit.
Quod ſemel eſt facturus homo cui ſubdita mundi
Corpora ſub cælo cuncta frequenter agunt.
Sed quærunt, quali repareтur mortuus omnis
Corpore quóve modo fiat homo ex cinere.
Si non ſufficiunt ſacris ſignata Prophetis
Muta fidem clamant: credite conſpicuis.
Cernite nulla ſuis emergere ſemina campis:
Ni prius intereant labe ſoluta putri.
Nuda feris, veſtita legis, iacis arida grana:
Atque eadem fructu multiplicata metis.
O peruerſa fides & diffidentia nobis
Credere nos terris & dubitare Deo.
Et certa nil terra fide ſpondere nec auſa,
Nec potuit: quin & ſæpe fefellit ager.
Vix commiſſa ſibi reddens ſata: nec tamen illi
Credere deceptus ſpem ſegetis dubito.
Nec piget incertis certum ſudare laborem,
Frugibus & nudo credere nuda ſulo.
Quid ſi terra poteſt corruptum reddere ſemen,
(Quod tamen æterni lege facit domini)
Difficile omnipotentis opus fore creditur: vt nos
Ex nihilo factos ex aliquo reparet?
Nullus eram & faciente Deo ſum natus vt eſſem
Iam nunc de proprio ſemine rurſus ero.
Nam licet in tenuem redigantur & oſſa fauillam,
Corporis integri ſemina puluis habet.
Cumque etiam cineres vacuatis terra ſepulchris
Cognato immixtos ceſpite ſorbuerit:
Tunc quoque corporeis hominum vaneſcere viſos
Luminibus ſolidos continet omnipotens:
Inque die magno quæ nunc abſumpta putamus
Corpora cernemus ſurgere tota Deo.
Nulla cui natura perit, quia quicquid vbique eſt
Omne creatore clauditur in gremio.
Quos aqua fluminibus pelagóque & piſcibus hauſit:
Quos volucres & quos diripuere feræ:
Cunctos terra Deo debet: quia quos aqua merſit
Littore vel fundo ſtrata recepit humus.
Quæ licet vna tamen non vno ſumpta ſepulchro:
Sparſa locis laceri funeris oſſa regit.
Et quia conſumptus ſimul & conſumptor in vno
Telluris gremio morte ferente cadunt:
Siue per egeriem qua ſeſe animalia purgant:
Reddunt digeſtis membra vorata cibis.
Humanum corpus transfunditur ex alieno,
Corpore: nec perdit vim proprij generis.
Sed licet è membris in humum tranſmiſſa ferinis,
Membra hominum viuo ſemine ſalua manent,
Et moriente fera cui forte cadaueris eſca,
Humani fuerit diuiditur ratio.
Námque animal rationis homo eſt: ideóq; & in ipſo,
Rea aliis præſtat corpore corporibus.
Inde licet poſſit mutis animalibus idem,
Præda dari tamen his ſorte coire negat.
Sola reſurgendi caro percepturа vigorem,
Quæ rationalis vas animæ fuerit:
Vt reducem terris animam compage refecta
Iam non lapſuro tegmine ſuſcipiat.
Et velut hic omni mens & caro iungitur actu:
Sic & in æternam ſint ſociata diem.
Vt carpant ſocio geſtorum præmia fructu,
Conſortes meriti luce vel igne loci.
Propterea quamuis nos & ſpirantia cuncta

A Vnam ſortiti corpore materiem:
Non tamen in vacuum reuocamur morte ſoluti,
Exſortes animæ carnis ab occiduo.
Sed clangente tuba reddentibus vndique terris
Noſtra ex arcanis corpora ſeminibus:
Corpore, mente, anima, rurſum in ſua fœdera nexis
Integri dominum ſiſtimur ante Deum.
Si dubitas cineres in corpora poſſe recogi:
Et fieri reduces in ſua vaſa animas:
B Ezechiel tibi teſtis erit cui prodita dudum
Tota reſurgendi per dominum facies.
Illic aſpicies toto viueſcere campo,
Arentes veterum relliquias hominum.
Oſſáque porrectum late diſperſa per agrum
Vltro ad compages currere iuſſa ſuas.
Atque medullatis penetralibus edere neruos,
Móxque ſupernata ducere carne cutem:
C Et dicto citius perfectis ordine membris:
Puluere de veteri ſtare nouos homines.
Ac ne forte quod eſt ſacri manifeſta Prophetæ
Viſio: ſopitis omnia vana putes:
Maiorem ſuper his & plenum ſuſcipe teſtem,
Ipſe prophetarum nam loquitur dominus,
D Vita ego ſum qui me credet, nec morte peremptus
Conſorti mecum luce beatus aget.
Denique quod verbo dixit virtute probauit,
Ipſe ſuum reuocans ex erebis hominem.
Tempore quãquã illo non tantũ in corpore Chriſtus
Signa ſuo dederit cum cruce victor obit.
Námque vt concuſſis patefecit tartara terris:
Et vinctum inferno carcere ſoluit Adam.
E Fiſſa reſurgentes ruperunt ſaxa ſepulti:
Et nouus in ſancta floruit vrbe tholus.
Viderunt multi veterum renouata piorum
Corpora deſcenſu viuificata Dei.
Tunc etiam refugo cæcatus lumine mundus
Aeterna timuit nocte piare nefas.
Tunc & diſcuſſo nudata altaria velo
Amiſere ſacri relligionem adyti.
F Vt monſtraretur vacuandum numine templum:
Et fore ab hoſtili ſancta prophana manu.
Quod duce Romano docuit poſt exitus ingens:
Euerſis templo ciuibus, vrbe, ſacris.
Fas etenim vt Iudæa cui ſuus hoſtia Chriſtus
Non erat, & per quam victima Chriſtus erat:
Sede locoque ſimul veterum viduata ſacrorum:
Inficiata fidem perderet omne ſacrum.
G Finis enim legis Chriſtus, quia lege fideli
Prædictus legi lex veniendo fuit:
Præſcribens veteri fidei legemque modúmque
Legem perfectam gentibus inſtruens.
Vnde magiſter ait vetera effluxere peractis
Temporibus, ſubeunt omnia vbique noua.
Iámque reuelata facie ſpeculamur apertum
In Chriſto propriæ lucis honore Deum.
H Et puto quod ſciſſi in templo myſteria veli,
Id quoque ſignarint gratia quod tribuit.
Nam veluti rupto patuere ſacraria velo:
Sic reſerat nubis legis operta fides.
Inde ſub antiquo legitur velamine Moſes
Iudæis nebula cordis opertus adhuc:
Quam de luminibus mentis mihi creditus auffert
Chriſtus adumbratas diſcutiens ſpecies.
I Séque docet priſca velatum legis in vmbra
Iámque reuelatum corpore in facie.
Qualem præmiſſi cecinerunt adfore vates:
Qualis Apoſtolicis coram oculis patuit:
Qualem & Iudæi non perſpexere videntes:
Mentibus obtuſis impietate ſua.
Et qualem quamuis non viſum in corpore nobis:
Credendo interno lumine conſpicimus.
Non quod veridici ſeſe vidiſſe magiſtri,

Vt palpaſſe docent, tange fide & video.
Et cunctis credendo patet cognoſcere Chriſtum:
Impia cæcaotem pectora perfidia.
Fundentemque ſuam per cuncta fidelia lucem
Vt placitas habitet lætificetque animas.
Ergo mei fratres mei, cura meum cor in iſta
Mœrentes animos lætificate fide.
Pellite triſtitiam duces pietate fideli:
Fidentéſque Deo lætitiam induite.
Illus infelix luctus decet, & dolor amens
Nulla quibus ſupereſt ſpes, quia nulla fides.
Hei mihi quam ſtultum eſt oculis ſe credere vanis:
Deſperare Deo, fidere corporeis.
Illis internus ſtupor: inſolabile pectus
Deſertis vero ſenſibus obſideat:
Quos infida Deo mens abdicat, & quibus exſors.
A Chriſto infernas ſors cadit in tenebras.
Nobis ore Dei ſolator Apoſtolus adſit:
Nos Euangelio Chriſtus amans doceat.
Nos exempla patrum ſimul & præconia vatum:
Nos libri hiſtoriæ firmet Apoſtolicæ,
In qua corporeum remeare ad ſidera Chriſtum
Cernimus & greſsu nubis in aſtra vehi.
Et talem cælis reducem ſperare iubemur:
Ad cælos qualem vidimus ire patri.
Huius in aduentum modo pendent omnia rerum
Omnis in hunc regem ſpe que fideſque inhiat.
Iamque propinquantem ſupremo tempore finem
Immutanda nouis ſecula parturiunt:
Omneis vera monent ſacris oracula libris
Credere prædictis, ſeque parare Deo.
Feſtinate precor dum copia panditur iſtic
Procurare bonis, prauque cauere malis.
Vertite peruerſas conuerſo pectore curas,
Monſtrat flere fides vtilibus lacrymis.
Peccato lugere iuuat: contractaque culpis
Vulnera profuſis fletibus abluere.
Qualibus ille ſuum ſtratum omni nocte rigabat
Multa gemens Dauid corde potens humili:
Sic cinerem rex ille Deo dilectus edebat,
Et ſua miſcebat pocula cum lacrymis.
Quid facere heu miſero mihi cōpetit? vnde piabor?
Vnde ſatisfaciam? quanam ope ſaluus ero?
Pumiceum cor eget lacrymis cinis horret ad eſcam
Deliciæque iuuant eſuriente anima.
Quis mihi ſuggereret lacrymarum ad lumina fontem
Quo mea deflerem facta meóſque dies?
Nam mihi pro meritis actæ per crimina vitæ
Ingentes plagas flumine flere opus eſt.
Rumpe mei lapidem cordis ſaluator Ieſu:
Vt mollita pio viſcera fonte fluant.
Tu precor o fons Chriſte meis innaſcere fibris:
Vt mihi viua tuæ vena reſultet aquæ.
Nam tu fons quo vita fluit: quo gratia manat:
Quo lux omnigenas funditur in populos.
Qui te Chriſte bibent dulci torrente refecti
Non ſcient vltra, ſed tamen & ſitient.
Nam quos diuini ſatiarit copia verbi
Hos dulcedo magis pota ſitire facit.
Te domine ergo Deus panem fontémque ſalutis
Semper & eſuriant & ſitiant animæ.
Non ieiuna fames, ſed nec ſitis arida vitam
Conſumet ſi te mens edat atque bibat
Iugifluus ſemper biberis turbámque ſitimque
Potantum exhauſto largior exſuperas.
Totus enim dulcedo Deus, dilectio Chriſte es:
Inde repleri magis quàm ſatiare potes.
Et deſiderii ſemper ſitiendus auaris
Inlius, exciperis, nec ſaturator amor.
Atque ita perficitur pietas ſine fine vt ameris.
Chriſte tuis vitam qui ſine fine dabis.
Da mihi nunc lugere Deus fletúque ſalubri

A Præferere æternæ ſemina lætitiæ.
Hoc precor hoc potius maneat mihi luctus in æuo
In quo quicquid adeſt per breue tranſit iter.
Ite procul lætantium conſortia malo:
Vt breuibus lacrymis gaudia longa metam.
Si modo lugentem grauis hirto tegmine ſaccus
Caprigenum ſetis dum teget & ſtimulet:
Tunc patre placato meriti reddentur honores.
B Anulus & cinget me ſtola lætitiæ:
Tunc mihi iure pater vitulum mactabis opimum:
Si modo ieiunus iuſtitiam eſuriam.
Malo famem panis quàm ſancti ducere verbi
Nolo domum vini: lucis aquam ſitio.
Hic cruciet me dira fames: hic turpis egeſtas
Contractum pannis triſtibus obſideat:
Hic licet ante ſuas diues me tranſeat ædes
C Spernens vel micis me ſaturare ſuis:
Nolo mihi tyrio modo ſerica murice veſtis
Ardeat: arſuri corporis inuidia.
Ne poſt purpureos me flamma perennis amictus
Ambiat, & precium veſtis in igne luam.
Hic potius miſeri iaceamus in agmine fœdo
Stercoris, & lambant vlcera noſtra canes:
Vt placida triſtem poſt vitam morte ſolutos
D Mitis ad occurſus angelus excipiat.
Et Patriarcharum ſinibus deponat ouantes.
Vnde gehenna procul ſæuit hiante chao.
Non commenta loquor vatum terrentia paruos
Latrantem in foribus per tria roſtra canem.
Terrentémque vmbras triſti ſqualore Charontem
Vipereis ſæuas crinibus Eumenidas.
Aeternam Tityon funeſti vulturis eſcam
E Arentémque ſiti Tantalum inter aquas.
Voluentem ſine fine rotam & reuolubile ſaxum
Caſſaque ſudantum dolia Danaidum:
Hæc inopes veri, vanis cecinere poetæ:
Qui Chriſtum veri non tenuere caput.
At nos vera Deus docuit ſator ipſe ſuorum
Enarrans nobis omnia vera operum.
Diſce Euangelio loca pauperis & loca ditis
F Pauper in Abrahamo, diues in igne iacet
Iuſtitia mutante vices: qui fleuerat iſtic
Gaudet ibi: & pleno paupere, diues eget
Iſte bona requie fruitur: gemit ignibus ille.
Diues opum pœnas: pauper opes recipit
Mendicat diues modicum de paupere rorem;
Quem mendicantem ſpreuerat in ſuperis.
Inde in eum ardentem nec parui, pauperis imo
G Stillauit digito gutta refrigerij.
De magnis quoniam dapibus nec mica refecto
Eſurientis in os pauperis exciderat.
His monitis ſanctam diſcamus viuere Chriſto
Iuſtitiam, & partem ponere pauperibus.
Tu cui ſordet inops, qui viſo horreſcis egeno:
Occurſúmque pij ſupplicis omen habes:
Qui te miraris precioſa veſte nitentem:
Nec ſordere vides interiore habitu.
H Omnia mente geris quæ in corpore pauperis horres
Sordidior, pannis diues & vlceribus:
Contemnis cæcum, lepro ſum tangere vitas:
Diues auare lepram diligis ipſe tuam.
Ille oculis hominum miſer eſt & debilis, & tu
Turpis es ante Deum debilitate animæ.
Improbe conſortem naturæ ſpernis egentem
I Et facis exſortem partis auaritia.
Quicquid inque tibi nullo ſupereffluit vſu
Quod foſſo abſtrudis ceſpite, pars inopum eſt.
Cur aliena tenes, quæ ſpe linquenda retentas:
Nec tecum tibi ſunt, nec potienda tibi?
Tu cui ſordet inops qui nomine diuitis excors
Triſte leuas criſpa fronte ſupercilium:
Nec dignaris eos homines vel nomine fari

Quos

Quos ſimili luxu non ſultare vides:
Filius ille Dei qua venerit aſpice forma
Qui cum eſſet diues, pauper in orbe fuit:
Et veniens non alta Deus, ſed vilia mundi
Legit vt infirmis fortia deſtrueret.
Non iam diuitijs diues nec robore fortis,
Nec ſapiens magno gaudeat ingenio,
Nemo ope confidat propria aut de ſe ſibi plaudat
Cum ſata vel data ſint omnia fonte Deo.
Perfugium Chriſtus perſonaque factus egentum
Diuitibus pudor eſt, gloria pauperibus.
Huius in ambroſios auidi curramus odores
Vt procul à nobis mortis odor fugiat.
Quis mihi det precioſum alabaſtro fundere nardũ,
Et domini ſacros flendo lauare pedes?
Vos precor ô mea cura piia operam date cuiis
Voſque date immenſo iungere mente Deo.
Tempus adeſt prope iam dominus properate parari
Regis ad occurſum dum breuis hora patet.
Vtimini veſtris opibus, piecare benignas
Radicemque mali vellite pectoribus.
Corde inopum veſtræ precium concludite vitæ
Et capita expenſis vngite veſtra piis.
Caſtaque lambentes domini veſtigia Chriſti:
Detergete comis ambo, lauare oculis.
Si deſiderium eſt Cælſi ſine fine fruendi,
Sic agite vt vobis aula eadem pateat.
Nam quem ſancta fides & neſcia criminis ætas,
Et pia mens caſto corpore continuit:
Certa fides illa ſuperum regione potiri
Ignea qua ſanctus protegit ara Dei.
Nolumus ergo boni fratres de pignore veſtro
Vos ita triſtari tanquam homines vacuos.
Nam ſi certa fides vobis quia Chriſtus Ieſus
Mortuus eſt: & nunc viuit in arce Dei
Sic & eos quicunque fide viuente quieſcunt
Adducet Chriſto cum remeante pater.
Hoc etenim in verbo domini docet ille magiſter
Quo duce ſidereas nitimur ire vias.
Quæ quibus in Chriſto fuerit modo vita peracta
Iiſdem cum Chriſto vita perennis erit.
Cumque tuba ſignum domini aduentantis ab alta
Sede patris princeps Angelus ediderit:
Primi qui in Chriſto mortes obiere reſurgent
Dignati occurſum nubibus ire Deo.
Cumque omnes in qua vixerunt carne reuiuent
Non omnes verſo corpore lumen erunt.
Namque reſurgemus, ſed non mutabimur omnes.
Hoc diſcrimen erit gentibus ante Deum.
Incorrupta prophanorum quoque corpora ſurgent
Ac cumulis longo pabula ſupplicio,
Vita erit his ſine fine mori & mors viuere pœnis:
Et durante ſuas paſcere carne cruces
Ipſe ſuos proprio peccator corpore gignet
Carnifices & erit vermibus eſca ſuis.
At quos cœleſti pietas cuenerit actu
Participata regent ſtemmata rege Deo
Veſtietque ſuum diuino lumine corpus
Conformans Chriſto ſemper agent domino.
Quod cum ita ſit capite ex iſtis ſolatia verbis
Et fidos veri ſpe recreate animos:
Et pignus commune ſuperno in lumine Cælſum
Credite viuorum lacte fauiſque frui.
Aut illum gremio fidei pater excipit almo:
Et blandus digiti rore Eleazar alit:
Aut cum Bethlæis infantibus in paradiſo
Quos malus Herodes pertulit inuidiæ
Inter odoratum ludit nemus, atque coronas
Texit honorandis præmia martyribus.
Talibus immixtus regem comitabitur agnum
Virgineis infans additus agminibus.
Cælſe beatorum caſtæ puer incola terræ:

A Cælſe dolor patribus, gloria Cælſe patrum:
Cælſe amor & deſiderium lumenque tuorum
Cælſe breuis nobis gratia longa tibi.
Sed tamen & nobis poterit tua gratia longum
Viuere ſi noſtri ſis memor ad dominum.
Namque in re paruis meritis ingentibus æuis
Tempore vita breuis, ſed pietate potens.
B Talium enim cæli regnum Deus eſſe profatur
Qualis eras æuo mente fideque puer:
Qualis & ille fuit noſter tuus ille beati
Numinis accitus tempore quo datus eſt.
Exoptata diu ſuboles nec præſtita nobis
Gaudere indignis poſteritate pia:
Credimus æternis illum tibi Cælſe viretis
Lætitiæ & vitæ ludere participem.
C Quem cum pluſienſi mandauimus vrbe propinquis
Coniunctum tumuli fœdere martyribus,
Vt de vicino ſanctorum ſanguine ducat
Quo noſtras illo purgat in igne animas.
Forte etenim nobis quoque peccatoribus olim
Sanguinis hæc noſtri guttula lumen erit.
Cælſe iuua fratrem ſocia pietate laborans
Vt veſtra nobis ſit locus in requie.
D Viuite participes æternum, viuite fratres,
Et lætos dignum par habitate locos.
Innocuiſque pares meritis peccata parentum
Infantes caſtis vincite ſuffragiis.
Quot tibi Cælſe anni totidem illi vita diebus
Hauſta ſed illa minor qua prior eſt ſenior.
Nam minor eſt in quo vixit minus attamen idem
Qua prior abſceſſit nunc ibi te ſenior.
E Cælſe tuo cum fratre tuis quibus addimur adſta,
Nam tua de patrio ſanguine vena ſumus.
Cum patre Pneumatio ſimul & cum matre Fideli
Dices Paulinum Theraſiamque tuos.
Vt precibus commune tuis miſerante habeamus
Præſidium Chriſto nos quoque Cælſe tui.
Sed tamen & nobis ſupereſt operam dare qua te
Poſſimus ſimili ſimplicitate ſequi.
Tum noſtro ſocij poſſimus viuere Cælſo
F Dulcis & æternum pignoris eſſe pares.

NATALIS I. S. FELICIS.

INclyte confeſſor meritis & nomine felix.
Qui dominum Chriſtum cõſtanti voce profeſſus:
G Contemnendo truces meruiſti euadere pœnas
Vectus in æthareum ſine ſanguine martyr honorem.
O pater, ô domine indignis licet adnue ſeruis:
Vt tandem hanc fragili trahimus dum corpore vitã
Sedibus optatis & qua requieſcis in aula
Hunc liceat celebrare diem, pia reddere noſtra
Vota & gaudantes inter gaudere tumultus.
Iam deſideriis immenſo tempore feſſis
H Conſule & obtritus quæ nos inimica retardant
Pande vias faciles, da currere mollibus vndis,
Et famulis famulos a puppibus aggere ventos:
Inque tuo placidus nobis ſit lumine portus.
Illic dulce iugum, leue onus, blandumque fatemur
Seruitium ſub te domino: etſi iuſtus iniquis
Non egeas ſeruis: tamen & patere & amabis
Qualeſcunque tibi Chriſto donante dicatos:
I Et foribus ſeruire tuis, tua limina mane
Mundicia curare fines, & nocte viciſſim
Excubiis ſeruare piis: & munere in iſto
Claudere promeſitam, defeſſo corpore vitam.

NATALIS II.

FElix hoc merito quod nomine: nomine & idem
Qui merito redit alma dies quam te tibi ſummus

Aſciuit propriam confeſſum Chriſtus in aulam
Tempus quieſt: plenis grates tibi fundere votis,
O pater, ô domine indignis licet optime ſeruis
Tandem exoratum eſt: inter tua limina nobis
Natalem celebrare tuum: tria tempore longo
Luſtra cucurrerunt, ex quo ſolennibus iſtis
Coram vota tibi, coram mea corda dicaui:
Ex illo quo me terraque marique labores
Diſtulerint à ſede tua procul orbe remoto:
Nouiſti nam me tibi ſemper vbique propinquum.
Inter dura viæ vitæque incerta vocaſti:
Et maria intraui duce te: quia cura pericli
Ceſſit amore tui: nec te ſine, nam tua ſenſi
Præſidia in domino ſuperans maris aſpera Chriſto.
Semper eo & terris te propter tutus & vndis.
Sis bonus ô Felixque tuis: dominumque potentem
Exores liceat placati munere Chriſti
Poſt pelagi fluctus mundi quoque fluctibus actis
In ſtatione tua placido conſiſtere portu.
Hoc bene ſubductam religaui littore claſſam
In te compoſitæ mihi fixa ſit anchora vitæ.

NATALIS TERTIVS.

VEnit feſta dies cælo, celeberrima terris
Natalem Felicis agens qua corpore terris
Occidit & Chriſto ſuperis eſt natus in aſtris:
Cæleſtem nactus ſine ſanguine martyr honorem.
Nam confeſſor obit pœnas non ſponte luctatus,
Acceptante Deo ſolam pro ſanguine mentem:
Qui cordis taciti ſcrutator, terre paratos
Aequiparat paſſis, ſat habens interna probaſſe.
Supplicium carnis iuſta pietate remittit.
Martyrium ſine cæde placet: paſſura voluntas
Sufficit, & ſumma eſt meriti teſtatio voti:
Ergo dies cantu quæ munere tetulit alto
Felicem cælo, natis ſolennibus iſta eſt:
Quam poſt ſolſtitium quo Chriſtus corpore natus
Sole nouo gelidæ mutauit tempora brumæ,
Atque ſalutiferum præſtans mortalibus ortum
Procedente die ſecum decreſcere noctes
Iuſſit: ab hoc quæ lux oritur viceſima nobis
Sidereum meriti ſignat Felicis honorem.
Denique nil impar his qui fudere cruorem
Teſtibus & titulo ſimul & virtute recepta.
Martyris oſtendit meritum cum iure potenti
Dæmonas exercet deuinctáque corpora ſoluit.
Nam ſibi Felicem cæcis incumbere pœnis
Peſtiferi proceres Chriſti clamore fatentur:
Occultaſque cruces gemitu teſtantur aperto:
Velatúmque oculis mortalibus, at manifeſtum
Auribus, & multo præſentem numine produnt,
Cum captiua intra depreuſi corpora Chriſtum
In ſancto fulgere ſuo clamántque probántque.
Membrorum incuſſu tremuli, capitúmque rotatu
Tormentiſque ſuis, ſed non ſua corpora torquent
Clamantes proprios aliena per ora dolores
Orantum veniam, latet vltor, pœna videtur.
Tum ſi quos grauiore malo violentior hoſtis
Vinxerit iſta dies diuino munere ſoluit.
Cernere tunc paſſim eſt ſacra purgata medella
Pectora liminibus ſterni iam mente refecta.
Gratantes iam voce ſua concurrit hiantum
Turba tremens hominum mixtæ inter gaudia cunctis
Proſiliunt lacrymæ præſens Deus omnibus illis
Creditur: immenſi Felix eſt gloria Chriſti.
Alma dies magnis celebratur cœtibus: ora
Gaudent terrarum, & ridere videtur apertis
Aethra polis. Vernum ſpirare ſilentibus auræ
Flatibus & lætam plaga cingere lactea cælum.
Nec modus eſt populis coeuntibus agmine denſo:
Nec requies properant in lucem à nocte diemque

A Expectare piget: votis auidis mora noctis
Rumpitur, & noctem flammis funalia vincunt:
Stipatam multis vnam iuuat vrbibus vrbem
Cernere: tótque vno compulſa examina voto.
Lucani coeunt populi, coit Appula pubes
Et calabri & cuncti quos adluit æſtus vterque,
Qui læua & dextera laſium circumſonat vnda.
Et qua bis ternas Campania læta per vrbes
B Ceu propriis gaudet feſtis quos mœnibus amplis
Diues habet Capua, & quos pulchra Neapolis, aut
Gaurus alit, læta exercent qui maſſica: quíque (quos
Vfentem Sarnumque bibunt, qui ſicca Tanagri,
Quique colunt rigui felicia culta Galeſi,
Quos Atina potens, quos mater Aricia mittit
Ipſaque cæleſtum ſacris procerum monumentis
Roma Petro Paulóque potens, rareſcere gaudet
C Huius honore Dei: portæque ex ore Capenæ
Millia profundens ad amicæ mœnia Nolæ
Dimittit duodena decem per millia denſo
Agmine: confertis longe latet Appia turbis.
Nec minus ex alia populis regione profectis
Aſpera montoſæ carpuntur ſtrata latinæ:
Quos Præneſte altum: quos tertile paſcit Aquinum:
Quóſque ſuburbanis vetus Ardea mittit ab oris,
D Quique vrbem liquere Cales geminúmque Teanum
Quam grauis Auruncus: vel quã colit Appulus aſper
Huc & oliuifero concurrit turba venafro.
Oppida Samnites duri montana relinquunt.
Vicit iter durum pietas, Amor omnia Chriſti
Vincit: & alma fides animiſque loeiſque rigentes
Suadet acerba pati ſimul aſpera ponere corda.
E Vna dies cunctos vocat, vna & Nola receptat.
Totaque plena ſuis ſpatioſaque limina cunctis
Credas innumeris vt mœnia dilatari.
Hoſpitibus ſic Nola adſurgit imagine Romæ,
Tu quoque poſt vrbem titulos ſortita ſecundos.
Nam prius imperio tantum & victricibus armis
Nunc & apoſtolicis terrarum es prima ſepulchris.
Tu quóque perpetuas duplici ſub honore coronas,
Ante ſacerdotia, poſt martyris omne per æuum
F Felicis conplexa tui gemino bene cælum
Contingis merito diuini mater amici.
Te prius alma pio celebrans altaria cultu
Presbyter inſtituit placidó & moderamine rexit:
Hinc quoque perpetuo decorat te numine Felix.
Namque tuo meritum in gremio ſacratus honorem
Ducit adorifero pia conditus oſſa ſepulchro.
Aurea nunc niueis ornantur limina velis.
G Clara coronantur denſis altaria lychnis
Limina ceratis adolentur odora papyris.
Nocte diéque micant, ſic nox ſplendórque diei
Fulget, & ipſa dies cæleſtis inluſtris honore
Plus micat innumeris lucem geminata lucernis.
Nos quoque felices quibus iſtum cernere coram
Et celebrare diem datur, & ſpectare patroni
H Præmia, præſtantique ſuis tam grandia Chriſto
Gratari & lætos inter gaudere tumultus.
Ferte Deo pueri laudem pia ſoluite vota,
Et pariter caſtis date carmine feſta choreis:
Spargite flore ſolum, prætexite limina ſertis:
Purpureum ver ſpiret hyems: ſit floreus annus
Ante diem ſancto cedat natura diei.
Martyris ac tumulum debes & terra coronas.
I Aſt illum ſuperi ſacra gloria luminis ambit
Florentem gemina belli pacíſque corona.
Nunc precor æterna nobiſcum pace ſerenum
Poſce diem: hoc iterum liceat gaudere reuerſu,
Annuáque hic & vota tuis & carmina feſtis
Reddere placati tranquillo nomine Chriſti.
Hic amor, hic labor eſt: nobis hæc vota tuorum
Suſcipe commendáque Deo, vt quum ſedula cura
Seruitium noſtrum longo tibi penderit æuo:

Tuac dantum placidos pietate laboris alomnoa
Abſoluas mittente manu,poſitáſque tuorum
Ante tuos vultus animas,vectare paterno
Ne renuas gremio domini fulgentis ad ora.
Quem bonitate pium,ſed maieſtate tremendum
Exora vt precibus plenis meritiſque redonet
Debita noſtra tuis:cum tu quoque magna piorum
Portio,tegoantem felix comitaueris agnum:
Poſce ouium grege nos ſtatui,vt ſententia ſummi
Iudicis hoc quoque nos iterum mihi munere donet
Ne male gratatis læuos adiudicet hœdis.
Et potius dextræ poſitos in parte ſalutis
Magnifico pecori laudatis adgreget agnis.

NATALIS IV.

ANnua vota mihi remeant,ſimul annua lingua
Debita,natalis tuus ô clariſſime Chriſto
Felix Natali proprio mihi charior,in quo
Quamlibet innumeris ſint gaudia publica turbis:
Eſt aliquid ſpeciale tuis.quod nos tibi Chriſtus
Eſſe dedit viles charo largitus amico.
Non quia tu dignus famulis tam vilibus eſſes,
Aeternis dignate Deo comes ire triumphis:
Sed quia nos inopes iuſti,indignóſque ſalutis
Sic voluit ditare pater bonos,vt male dites
Criminibus verſa in melius vice diuitiarum
Pro cunctis opibus cunctiſque affectibus,& pro
Nobilibus titulis & honoribus omnia vanis
Felicem caperemus opem,patriámque domúmque.
Tu pater & patria & domus & ſubſtantia nobis.
In gremium tranſlata tuum cunabula noſtra.
Et tuus eſt nobis nido ſinus,hoc bene foti
Creſcimus inque aliam mutantes corpora formam:
Terrena eximur ſtirpe & ſubeuntibus alis
Vertimur in volucres diuini ſemine verbi
Te reuelante iugum Chriſti leue noſcimus,in te
Blandus & indignis & dulcis Chriſtus amaris.
Iſta dies ergo & nobis ſolennis habenda,
Quæ tibi natalis:quia te mala noſtra abolente
Occidimus mundo:naſcamur vt in bona Chriſto
Surge igitur cithara & totis intendere fibris.
Excita vis animæ tacito mea viſcera cantu.
Non tacita cordis teſtudine dentibus iſtis,
Pulſet amor linguæ:plectro cor perſonet oris.
Non ego caſtalidas vatum phantaſmata muſas,
Nec ſurdum Aonia Phœbum de rupe ciebo.
Carminis inuentor Chriſtus mihi,munere Chriſti
Audeo peccator ſanctum & cæleſtia fari.
Nec tibi difficile omnipotens mea ſoluere doctis
Ora modis:qui muta loqui:fluere arida:ſului
Dura iubes.tu namque aſinam reboare loquendo
Perfectámque tuam lactentes condere laudem
Feciſti:ac ſolidam ſoluiſti in flumina rupem.
Et terram ſine aqua ſubitis manare fluentis
Iuſſiſti:deſerta rigans in ſpem populorum,
In quorum arentes animas pia gratia fluxit
Quos Chriſtus viuo manans petra fonte refecit.
Vnde ego pars hominum minima iſto munere fretus
Roris Chriſte tui viuos precor aridus hauſtus
Da verbum de fonte tuo:tua non queo fari
Te ſine. námque tui laus martyris & tua laus eſt.
Qui facis omnipotens homines diuina valere
Fortiáque infirmis ſuperans de carne triumphas;
Aſſyrios proceres vincens in corpore noſtro.
Quare ades,vt duce te repetens ab origine pergam
Felicem narrare tuum,cui nobile ductum
Ex oriente genus:nec enim magis altera tellus
Felicis patriam decuit,quam quæ Patriarchas:
Quæque pios tulerat Chriſti ſacra vaſa Prophetas
Vnde & Apoſtolicis fundens ſua fulmina linguis

A Totum Euangelij ſonus emanauit in orbem:
Debitus inde Deo Felix genitore profecto
Italiam necdum genitus,tamen in patre venit
Ciuis vt affectu noſtris oreretur in oris,
Nec vnquam natum niſi nobis ſe meminiſſet.
Sic pater Abraamus domini præcepta ſecutus
Mutauit patrias externo ceſpite terras.
Myſtica Felicem nobis tranſmiſit origo.
B Quem perfecta fides illa radice profectum
Prodidit:vt fluat nobis eſſet pia vena.
Felix nunc etiam poſita cum carne quieſcit
Spiritus in Chriſto viuens,operantibus altæ
Virtutis meritis Abrahæ ſemine mutat
Duritiam lapidum quos ſuſcitat in bona vitæ.
Hac igitur genitore Syro generatus in vrbe
Dilectam coluit patriæ ſub imagine Nolam
C Sede beans placita:multóque relictus in auro
Diues opum viguit,quamuis non vnicus hæres.
Hermia cum fratre ſui cognomine patris
Terrenas diuiſit opes;cæleſtia ſolus
Obtinuit Felix:geminos ſententia diſcors
Diuiſit fratres Hermiam mundus abegit:
Felicem Chriſtus ſibi ſuſtulit. ille caduca
Maluit,hic ſolida præſentibus ille cohæſit:
D Iſte ſolum cœlo vertit,patrimonia regnis
Ille hæres tantum proprij patris:iſte cohæres
Chriſti,ſed quia tam variam miretur ab vno
Sanguine progeniem? veterum inter ſancta parentum
Pignora qui relegat populorum ſtirpe duorum
Fœcundam pugnas vteri doluiſſe Rebeccam:
Conqueſtámque Deo grauidi luctamina ventris:
Cum iam tunc ſtemaret ſancta intra viſcera matris
E Quæ nunc intra vterum mundi diſcordia ſæuit:
Hiſpida Iudæis hirtis ſectantibus Eſau
Perfidia addictis populo ſatuire minori.
At nobis lænem per læuia pacis Iacob,
Qua via lucis agit meliore ſequentibus ortu.
Ergo pari diſpar fratrum de ſanguine ſanguis
Hermias velut aſper Edom terrena ſequutus
Squaluit in vacua captiuus imagine mundi:
F Duráque Idumæi prælegit rura parentis,
In gladio viuens proprio vanæque laborem
Militiæ ſterilem tolerans,qui Cæſaris armis
Succubuit:priuatus agens ad munia Chriſti.
At meus æterni ſatus arma capeſſere regis
In patris Iſrael migrauit nomine Felix
Scitéque à puero pia mens cæleſtibus edocta
Inſtituit ſeruire Deo,nec gratia pauper
G Abfuit,& quantum ſitiebat corde capaci
Lucis hians animus,tam largiter influa traxit
Dona Dei.primis lector ſeruiuit in annis.
Inde gradum cepit,cui munus voce fideli
Adiuuare malos,& ſacris vellere verbis.
Quod quia perſpicua meriti virtute regebat
Iure ſacerdotis veneranda inſignia nactus,
Mente loco digna meritum decorauit honorem.
H Sed ne ſola viro ſacrum caput inſula valeret
Exiit & potior geminandæ cauſa coronæ.
Dira prophanorum rabies exorta furorum.
Cum pia ſacrilego quateretur regula bello:
Præcipuéque illos populo depoſceret omni
Impietas,quorum pietas inſignior eſſet.
Tunc ſenior ſanctis Nolanam legibus vrbem
Maximus:& placido formauit ſpiritus ore
I Presbytero Felice potens:quem mente paterna
Complexus veluti natum,ſediſque vouebat
Hæredem:ſubita ſed tempeſtate fugatus
Non cedente fide petiit deſerta locorum.
Tunc magis atque magis quæſito antiſtite Felix
Claruit oppoſitus gladiis,fidei quoque ſolus
Inuidia effectus nec ſpectabatur honore
Maior honore fides.fidei tantum quia cauſa

Tunc petitur, ſua cum draco liuidus excitat arma.
Protuere id cupiens quo ſurgimus & cadit ipſe.
Ergo truces pœnas fugiente antiſtite ſulus
Vel primus de plebe quaſi de corpore vertex
Comperitur Felix. hunc omnes vincere certant.
Et quaſi præcelſam obſeſſis in mœnibus arcem
Facta mole petunt: cuius munimine victo,
Cætera iam facili cadat vrbs conſtrata ruina.
O digna infidis dementia: creditur vno
Extinguenda fides: totus quam credidit orbis.
Heu miſera impietas infernis cæca tenebris
Quo ruis? in quem tale moues? an credis in vno
Mortali conſtare Deum? & ſi corpora ſoluas
Vim ſimul & mentem diuinam poſſe aboleri?
Quæ mundi per membra meat: qua naſceris ipſe:
Indignúſque aleris: cuius de numine pendet
Vincere vel vinci: venius virtute vel vnus
Fortior innumeris pietate armatus inermi
Armatus ferro: ſed inermes pectore Chriſto
Proſternet ſuperante fide: quæ conſcia veri
Cæleſtis, vitam præſenti morte futuram
Comparat: & victo victricem corpore mentem
Læta Deo referens gaudentibus inuehit aſtris.
Quid iuuat ergo pium tanta quod mole furoris
Felicem veſane petis? manet intus operto
Mens inuicta Deo: nec iam tibi ſola reſiſtit
Terreni naturæ hominis: Deus ipſe repugnat.
Quem peris atque tuis ſerpens antique venenis?
Ipſe offert ſe per famulorum corpora Chriſtus.
Teque tuis nectens laqueis in cæde ſuorum
Sternit per mortis ſpeciem de morte triumphans.
Sed fera corda ſuis ſtimulis furialibus error
Sanguinea flagrare ſiti: ſanctumque cruorem
Vrgebat veluti ſceleris depoſcere palmam.
Ergo vbi ſacrilegos excepit Nola furores:
Intemuiſque piis expauit ciuibus enſis:
Quæritur excuſſa Felix venerandus in vrbe:
Nec refugit calſo iam ſpirans ſydera flatu
Et tacitis acuens ſtimulis in prælia mentem:
Impauidus trepidum ſeruabat paſtor ouile:
Exemplo domini promptus dare pro grege vitam.
Ergo alacer ſæuos perſtat quaſi murus in hoſtes:
Et canis florente fide reuireſcit in annis:
Totus in aſtra animo Chriſti memor, immemor æui:
Corde Deum geſtans & plenus pectore Chriſto.
Nec iam ſe capit ipſe ſacer, maiórque videri,
Sidereúmque oculis & honorem fulgore vultu.
Et licet arripitur, gaudens: ſæuiſque furentum
Pertrahitur manibus: ſed qui mos hoſtis iniqui
Cui potior labor eſt animos quam corpora noſtra
Perdere: dilatum gladio, terroribus ante
Tentat: & in mortem pœnarum greſſibus exit.
Primus ſupplicij de carcere texitur ordo.
Ferrea iunguntur tenebroſis vincula clauſtris:
Stat manibus collóque chalybs neruóque rigeſcunt
Diducente pedes: ſternuntur fragmina teſtæ:
Arceat vt ſomnum pœnalis acumine lectus.
Nec requie tamen eſt vacuus: nec luminis expers
Conſeſſor: cui iam ſociatus in omnia Chriſtus
Compatitur, viriles grauior cui pœna coronas
Multiplicat, ſpatiante polum qui mente peragrat.
Séque ipſum vincto quamuis in corpore liber
Spiritus anteuolat ſummi in penetralia Chriſti:
Præmeditante anima certis ſua præmia votis.
Ergo beata ſacris Felicem paſſio pœnis
Vrgebat grauibus vinclis & carcere cæco,
Quantáſq; ex homine inducrat caro ſubdita pœnas,
Tantas à Chriſto recipit patiantia palmas.
Maximus interea ſolis in montibus æger
Contentus fugiſſe manus, feraliáque ora,
Carnificum diuerſa, at non leuiore ferebat
Martyrium cruce: quam ſi ferro colla dediſſet:

A Membráque tormentis aut ignibus: ocior illum
Cura ſui gregis vrit & adficit, vritur igne,
Frigoris & gelido cæli de rore rigeſcit:
Pannis inops, tectique ſimul, noctémque diémque
Peruigil inrenta iungit prece tempus vtrumque.
Dumoſa dum ſtratus humo compungitur artus
Sentibus, & mentem curis intúſque foriſque
Diuiecat: & ruris ſpinas in corpore perfert:
Triſtitiæ pariter ſpinas in pectore mæſto.
B Duris dura regens, cruciatu mentis acerbo
Membrorum tormenta leuat, ſenſúmque doloris
Corporei excludit cordis dolor. attamen ægra
Materies terræ licet inconcuſſa maneret:
Vis animæ ſpernente fide labentia carnis,
Victa hyeme atque fame, duróque adtrita cubili
Deficiente ſuam linquebat corpore mentem.
Altius è vacuis feſſi ſenis hauſta medullis,
C Frigore pellebant glaciato ſanguine vitam.
Muta patris ſummi pietas antiſtite tanto
Non tulit obſcuro conſumi funere corpus.
Quamquam & vt Heliam, ſic iſtum paſcere poſſet,
Eſciferas volucres ieiuna per auia mittens.
Poſſet & vt Moſen ſecreto operire ſepulchro,
D Sed ſoli hoc dederat Deus vni munus amico
Arcana tellure tegi: quia iure decebat
Tantus honos illud corpus quod comminus ore
Fulſerat & ſermone Dei: vt mortalia functus
Iura Deo, tanti frueretur teſta ſepulchri.
Ergo ſacerdotem, confeſſorémque ſereno
Lumine reſpiciens: tacitis tabeſcere ſyluis,
Non tulit vlterius mitis pater. & quia digno
Condignum comitem meritis ſociare parabat:
E Felicem numero de carceris eligit omni,
Cuius id apponat meritis opus, vt ſenis almi
Membra leuet, reuocetq; animam, reuehátq; refotam
Attonitiſque ouibus chari ſolatia reddat
Paſtoris. venit ergo micans iam nocte ſilenti
Angelus, & tota vinctorum in plebe reorum,
Felicem ſolum, pietas cui ſancta reatum
F Fecerat, adloquitur. fugit atri carceris horror.
Voce ſimul ſacri Felix & luce miniſtri,
Excuſſus tremuit & verbum trahit aure fideli.
Ac primum velut eludentis imagine ſomni
Accipiat mandata Dei: ſtupet anxius, eſſe
Cauſatur non poſſe, ſequi prohibente catena:
Inſuper & clauſtro ſimul & cuſtode teneri
Carceris obſeſſus. ſed mox diuina morantem,
G Increpitans iubet excuſſis edſurgere vinclis.
Et ſubito vt molles manibus fluxere catenæ
Sponte iugo ceruix ferrato exuta leuatur,
Proſiliúntque pedes, laxato caudice nerui,
Mira fides ſaluis reſerato carcere clauſtris,
Supito cuſtode fores interritus exit:
Pérque ipſos via fit, per quos via clauditur, ibat
Angelus & tacitæ per amica ſilentia noctis,
H Lux, & iter Felicis erat. nónne vnus in omni
Chriſtus adeſt ſanctus? viget omnibus idem
Spiritus in Chriſto genitus, ſic ipſa piorum
Gratie concordat veterem renouare recenti
Hiſtoriæ video ſpeciem qua viſus ediri
Biſſeno princeps ſuper agmine diſcipulorum,
Petrus ſponte ſua vinclis labentibus, æque
Carcere proceſſit clauſorque prævius illum
I Angelus Herodi prædam furatus agebat.
Sic meus educente Deo geminata per atra
Carceris & noctis, reliquis obſcura, ſed vni
Illuſtrata ſibi Felix impune per ipſos
Cuſtodes conſtente premens veſtigia paſſu,
Callibus ignotis directus iuſſa petebat:
Et poſtquam emenſus ſecretos auia ſaltus
Pura locum feſſi ſenis inuenit: ægra trahentem
Iam tenui cernit mæſtus ſuſpiria flatu.

Et primo vtchari cognouit membra parentis:
Fuſus in amplexum dat vulcibus oſcula notis,
Et tentat gelidis reuocare fouendo calorem
Artubus,& crebris adſlatibus oris anheli
Reddere viuentes tepefacto corpore ſenſus.
Sed neque clamatu eſt neque pulſu mobile corpus
Iam ſimile exanimo:modicus tamen vltima vitæ
Flatus & internæ prodit trepidatio fibræ.
Anxius intuitu tali pia pectora Felix
Diſtrahit exangues artus & lurida cernens
Ora fame:nec habens quicquam quo rebus egenis
Ferret opem,non igne procul:neque comminus eſca
Vt dape tabentem recrearet & igne rigentem.
Quærenti,& multa Chriſtum prece conuenienti:
Quánam ope,quáve via iuſtum complere valeret
Seruitium:ſubitam omnipotens de vitibus vnam
Edidit,& capiti iuſſit pendere propinquam,
Vt facile adtiguo poſſet decerpere ramo
Natum ſponte cibum.diuinitus ergo refectus
Mente pia oblato lætatur munere Felix.
Decerptúmque manu morientis ad ora racemum
Admouet:& quoniam ſtrictis iam dentibus ille
Et ſentire negat dulces & ſumere victus,
Exprimit humentes acinos,ſuccúmque liquentem
Inſtillat digito deducens arida labra:
Donec & adſpirante Deo conatibus ægris
Eluctante manu rigidos paulliſper hiatus
Laxauit,tenuémque aditum dedit oris aperti,
Quo rorem exiguum reſoluta infunderet vua.
Hinc animæ ſenſus,calor oſſibus,atque oculis lux:
Vitáque tota redit,quæque hæſerat obſita ſiccis
Faucibus exercet ſolitas iam lingua loquellas,
Poſtquam vocis iter patefecit lubricus humor.
Ergo reuiuiſcens notiſſima comminus ora
Felicis videt ora ſui:amplexúſque viciſſim
Conqueritur tardum.nam te promiſerat inquit
Adfore iamdudum Dominus mihi.pars mea Felix
Præcipuum Felix pignus mihi quæ rogo tanta
Aut vbi te tenuere moræ?ſi corpore ceſſi
Ad tempus fragili:ſolido tamen eſſe fidelis
Pectore duraui.docet & locus & ſtatus ipſe
In quo me cernis:vitæ ipſius ima trahentem
Non mortis fugiſſe metu:Chriſtóque meam me
Præpoſuiſſe animam:fugi non hu. is amore,
Sed fragile hac metuens infirmi corporis:atqui
Tecta petens alia vixiſſem tutus in vrbe:
Si mihi vile fides:& charum hæc vita fuiſſet.
Ignotos montes deſertáque nuda petiui
In gremio domini dulcis mea colla reponens.
Ipſo vt deſicerem teſte,aut vt paſceret ipſo.
Nec fruſtra:ecce vides:fuit hæc fiducia nobis.
Adfuit omnipotens,& te mihi mittere legit,
Per quem dona mihi ſua redderet:vtere fili
Præceptis pietatis opus mandantibus:& me
Suſcipiens humeris commune ad ouile reporta.
Impiger optato gauiſus munere Felix.
Charum onus vt Chriſti leue pondus ſumit & adfert
Tam volucri curſu tanquam magis ipſe feratur
Nec ferat:& vere Chriſtus feret ipſe ferentem.
It pedibus pietate citis:Deus addidit alas.
Nocte eadem pariter tot munera percipit vnus:
Et ſimul exequitur Felix ſua rumpere iuſſus
Vincla ſacerdotem reficit:reuehitque refectum:
Deponitque ſui tutum ſub culmine tecti,
Vnica quod ſeruabat anus:tam celſus & iſto
Maximus extabat merito confeſſor:vt illi
Turba domus ſumma & cenſus anus vna maneret.
Pulſatis foribus Felix hanc excitat.illa
Ad primus patefacta ſonus vix nota renoſcit
Adloquia,& Dominum tectis adſumit apertis:
Voce gradúque tremens, quotiente timore ſenectã.
Cui Felix,cape depoſitum hoc quod conſcia mecum

A Sydera noctis,& angelica ſub principe Chriſto
Me tradente manus tradunt tibi ſume fideli
Hunc Domini gemmam gremio quam tẽpore ſummo
Incolumem nobis Domino ſub iudice reddas
Quo nunc teſte capis.ſubit iſtis Maximus orſis:
Felicémque ſuum reuocans:cape tu quoque (dixit)
Muneris mihi nate vicem,quam me tibi iuſſit
B Reddere compoſitum:qui te mihi iuſſit adeſſe
Depoſito.tum deinde ſacram Felicis amati
Imponit capiti dextram:ſimul omnia Chriſti
Dona petens.velut ille patrum venerabilis Yſac
Rore poli natum & terræ benedixit opimu:
Felicem Chriſto ſic Maximus ore paterno
Ore & Apoſtolico benedicens & locupletans:
Immarceſcibilis redimiuit honore coronæ
C Perpetuiſque opibus,quos & modo cernimus,auxit.

NATALIS V.

TEmpora temporibus ſubeunt:abit & venit æſtas
Cuncta dies trudendo diem fugit, & rotat orbẽ.
Omnia prætereunt,ſanctorum gloria durat
In Chriſtu qui cuncta nouat dum permanet in ſe.
Tandem igitur reuoluta dies mihi naſcere toto
Exoptata dies anno:quæ dulcia feſta,
D Et mea vota nouas,quæ me ſolennia poſcis
Munera natalem referens,quo millia gaudent
Innumera populi:quo me ſpecialia tangunt
Gaudia:quo famulæ rata debeo munera linguæ
Felici libata meo.cui mente dicata
In Domino Chriſto ſum deditus.hunc & amoris
Obſequio celebrare per annua carmina ſanctum
Fas mihi.Dicam igitur merita & cauſas meritorum
E E quibus obtinuit cæleſtum præmia laudum:
Æternóſque dies & magni nomen honoris.
Iam prior huc primos vobis liber edidit actus
Martyris,vnde domo,vel qui genus, & quibus altus.
In ſtudiis,quo deinde gradu per ſancta vocatus
Munia,maluerit Chriſto ſeruire perenni.
Quam patrias errare vias per deuia mundi.
F Nam pater emeritis ſub Cæſare vixerat annis.
Diximus & tetro toleratas carcere pœnas:
Quas confeſſor obit,mortem quoque ferre paratus,
Ni Deus anticipans gladios ſoluiſſet,iniquis
Emiſſum vinclis:alióſque vocaſſet ad actus,
Vt prius ad ſacram remearet epiſcopus aulam
Maximus,in ſolis qui ſaltibus vltima vitæ
Aeger anhelabat,graſſante fugatus ab hoſte:
G Quem iuſſus proprio ſubuexit corpore Felix:
Pauperis & tecti delatum in ſede locauit:
Pen'atiſque ſibi ſancto ſenis ore beati
Officiis benedictus abit,paucíſque diebus
Delituit proprij tacitus ſub culmine tecti.
Non tacitis Dominum cæleſti mente fatigans,
Quem prece directa penetrãs ſuper aſtra propinquo
Pulſabat merito pacem procedere poſcens:
Interea fluxere dies:pax viſa reuerti
H Deſeruit latebram Felix tandémque ſereno
Confiſus cælo lætis ſe reddere lætum
Fratribus & placidæ committere cœperat vrbi:
Gratabantur oues Chriſti paſtore recepto
Ille gregem pauidum de tempeſtate recenti
Mulcebat monitis cæleſtibus & duce verbo
Anxia corda regens fidei firmabat amore:
Contemnenda docens & amara & dulcia mundi
I Nec concedendum terroribus:obuiaque ipſis
Ignibus aut gladiis promptos inferre monebat
Pectora:& ipſe ſuis addebat pondera verbis
Confeſſor paſſus quæ perpetienda docebat,
Omnibus eloquio ſimul exemplóque magiſter.
Non tulit hæc malus ille diu,ſed inhorruit atris
Crinibus & rapidis inflauit colla venenis:
Immiſitque ſuum ſcelerata in pectora virus,

Vreret vt nigras Felicis gratia mentes:
Inſeruit ſtimulos & mentibus arſit iniquis
Vipereæ furor inuidiæ:petit improba primam
Ira domum,cunctis amor impius in ſcelus ardet:
Felicem ſitit impietas.ſed ab ædibus abſens
Forte ſuis media ſteterat ſecurus in vrbe,
Fraternis de more ſuo vallatus amicis:
Et pia verba ferens populi credentis in aures.
Ecce ad eum ſtrictis quærentes enſibus adſunt.
Cum ſubito aut illis cor la hoſtibus aut huic ora
Vertuntur,notum non agnouere furentes:
Felicémque rogant Felix vbi cernitur:& non
Cernitur ipſe,nec ipſe vir eſt.cũ ſit prope,lõge eſt.
Ignotus notúſque ſuis fit ciuibus idem:
Dice neute fide vultum credentibus,ipſe
Hoſtibus alter erat:præſenſit & ipſe fauentis
Conſilium Chriſti ridenſque rogantibus inſit
Neſcio,felicem quem quæritis,ilicet illi
Prætereunt ipſum,diſcedit at ille platea
Inludente caues Domino,fruſtratus hiantes.
Nec longum emenſi ſpatium & ſcitantibus illis
Qua Felix regione foret:quidam increpat & dat
Indicium ignarus cauſæ,credénique furore
Dementes qui non vidiſſent comminus ipſum,
Ad quẽm contiguis feciſſent verba loquellis.
Perculſi nouitate doli,grauiſſ ique furentes
Mox redeunt,perque ipſa viri veſtigia currunt.
Iámque propinquabant,ſed præcurrente tumultu
Vrbis & attoniti clamoribus vndique vulgi
Admonitus Felix,inſtantia vulnera flexu
Declinat,medióque procul ſe ductus aufert.
Námque locum nactus ſpatio qui forte parenti
Panditur effugium,celebri ſeductus ab vrbe.
Sic quoque longinquus errat ſectoribus atris,
Qui prope conſpicuo ſubductus ab ore ſequentum
Infectos vtcunque timens vitauerat enſes,
Et capiendus erat,quia nullius obice clauſtri
Ille repellendis locus obſiſtebat iniquis.
Nam foribus nullis in publica roſtra patebat
Semiruti paries maleſidus fragmine muri.
Sed diuina manus ſeſe ſanctum inter & hoſtes
Oppoſitum,miróque locum munimine ſepſit.
Non ſtrue ſaxorum,neque ferratis data valuis
Clauſtra per humanas (quibus atria claudimus) ar-
Rudere ſed ſubito concreuit ſordibus agger: (tes.
Iuſſáque mutantes intendit aranea telas:
Et ſimbus tremulis in totum ſtruxit apertum,
Deſertæque dedit faciem ſordere ruinæ.
Quæ ſimul occurrit minitantibus,obſtipuerunt:
Defixóque gradu,ſimul & dixere viciſſim.
Nonne furor tentare aditus,aut credere quemquam
Hac intraſſe hominem,minimi qua ſigna dediſſent
Vermiculi?modicæ rumpunt hæc retia muſcæ!
Nos penetraſſe virum præcluſa putamus inepti:
Et tenerum tanto non ruptum corpore textum?
Ille magis noſtris manibus modo debitus index,
Qui nos in deſerta doloſo calliduſ aſtu
Induxit verſumque aliò mentiens in iſto
Felicem latitare ſitu:quo noſtra maligno
Verteret alma dolo,capiti fugientis amicus.
Ergo recedamus:nam ſtare diutius iſtic
Riſus erit vulgi:demenſque notabitur error
Scrutatum hæc hominis latebras,cõtendere greſſum
Qua vel mole putri vel araneolis obductis
Monſtrat inacceſſos humus incalcata receſſus.
Nec mora diſcedunt propere in diuerſa frementes:
Sed Deus vt ſcriptura canit veſana minantes
Irridebat eos cæleſti Chriſtus ab arce:
Felicémque ſuum ſacris velauerat alis.
Qui Domini tutus gremio,candentia tela
Diſcutiebat ouans galea,fidei quoque ſcuto:
Et gladium verbi confeſſor in ore gerebat.

A Armatus pietate manus,& pectora plenus
Caſta Deo inſignis meriti thorace tegebat.
O multis diuina modis ſapientia diues,
Semper ab infirmis confundens fortia mundi:
Vix populos altis defendunt mœnia muris:
Et fretos valido munimine ſæpius hoſtis
Opprimit,aduerſiſque expugnat montibus vrbes,
Nunc & ab armatis protexit aranea ſanctum
B Defenſante Deo:teneris ſteterit hoſtis abactus
Caſſibus:aerio ceſſit vis ferrea filo.
Vana ſalus hominum,virtus mea,non mihi virtus
Si caream virtute Dei quo vaſta gigantum
Robora?quo Pharij reges?vbi magna Hiericus?
Omnibus exitio ſua gloria qua tumuerunt
Caſſa fuit:neque vero ſuis virtutibus iſta,
Sed magis infirmis diuina potentia fregit.
C Ille gigas pueri funda paſtoris obiuit
Vt canis illam vrbem ſonitus ſoluere tubarum:
Littorea iacuit rex illa ſuperbus harena
Diuitias regni pendens in funere nudo.
Sic vbi Chriſtus adeſt nobis & aranea muro eſt:
At cui Chriſtus abeſt vt murus aranea ſiet.
Digreſſis igitur cum facta ſilentia turbis
Secretæque fugæ fidas nox alta tenebras
D Præbuit,egreditur Felix mutátque latebram,
Illa canens Domino:media ſi mortis in vmbra
Ingrediar,mala non metuam,quoniam tua mecum
Dextra,per infernum non expers luminis ibo.
Ergo Dei ductu capit in regione remota
Compluuium:anguſto breuia inter tecta cubili:
Quo vetus arebat tecto ciſterna profundo.
Propter in attiguis habitabat fœmina tignis
E Sancta Deo mulier:quæ confeſſoris operti
Neſcia,Felicem Chriſto quaſi conſcia pauit.
Mira canam:ingenium Domini paſcentis alumnum
Ignara paſcente ſuum nunc ſedula panes,
Nunc alias de more ſibi quas coxerat eſcas,
Mentis in exceſſu diuino facta paratu
Importabat eo,Felix vbi teſte latebat
Velatus Domino:ſed nec eũm tenderet illo
F Nouerat ingreſſum:nec cum diſcederet inde
Introitus erat illa ſui memor:vtque paratos
Intulerat victus:propriis licet illa cibando
Seruiret manibus ſancto:tamen inſcia tanti
Muneris:hoc de corde ſuo noniſſe nequibat,
Quod non mente ſua,ſed Chriſti numine agebat:
Próque loco latebræ & strictæ ſuper ora lacunæ
Appoſitos ingreſſa cibos linquebat,eóſque
G Sepoſuiſſe domi credens ita ſemper abibat
Ponendæ memor & poſitæ mox immemor eſcæ.
O mulier benedicta Deo,velut vna volucrum,
Quæ quondam mundo abductum pauere Prophetã:
Tu quoque ſecreto pauiſti martyra tecto,
Sicut auis Domino parens & neſcia ſancti
Conſcia ſeruitij quod geſſeris:& cui tandem
Seruieris:gaudens illo ſub tempore noſces,
H Cum Deus ipſe ſuo pro confeſſore coronam
Iuſtitiæ Chriſtus reddet tibi:tunc tua Felix
Ipſe tibi referet ſub iudice prandia Chriſto:
Quæ Deus ad dulces ſacrati martyris vſus
Tranſtulit:vt quondam coctas meſſoribus eſcas
Angelica per inane manu pendente Propheta
Miſit ieiuno rabida inter monſtra Prophetæ:
Non fera monſtra fides quia vicerat alma leones:
I Sanctáque frænabant auidos ieiunia rictus.
Sex illum perhibent totos ex ordine menſes
Expertem cœtus hominum vixiſſe ſub illa
Culminis obſcuri ſimul anguſtique latebra
Nil opis humanæ indignum:ſolamine Chriſti
Semper abundantem:qui temporo fertur in illo
Sæpe illum ſermone ſuo dignatus adiſſe:
Sæpe ſua paniſſe manu cæloque dediſſe

Pocula:

Pocula:non pluuialis aquæ:quam nubila paſſim
Omnibus effunduut:ſed quem ſpecialiter vni
Gratia Felici mittebat ab æthere rorem.
Nam nimiis vt fit tunc torrida ſolibus æſtas,
Et puteum quoque ſiccarat qui parca latenti
Pocula præbuerat:.Sed ne ſitis vreret illum
Carnea:qui Chriſtum ſitiendo ferebat,& iſtam
Corporis afflicti pœnam:delera ſereno
Inque globum tenuem nubis collecta per actum:
Impluuij dulcem ſitientis in ora liquorem
Influxit quaſi preſſa manu cæloque vocandum
Velleris ætherei ſucco lactante refecit.
Quid mirum ſi nunc terrena mole ſolutum
Chriſtus alat,poſitum quē in corpore ſanctus alebat
Spiritus:& cui panis erat,verbum Deus ipſe
Cæleſtum panis quo veſcitur angelus omnis.
Tempus vt hoc abiit:pax reddita condidit enſes.
Felicemque Deus monuit prodire latebra,
Quadudum placidas mundi clamoribus aures
Struxerat:humanis ducens obliuia rebus.
Vt nouus in lucem iam deſperantibus exit:
Vt patria tanquam rediuiuus in vrbe videtur:
Et multi dubitant agnoſcere:& ante rogantes
Vera ne te facies?(aiunt) tu ne ille beatus
Redderis heu tanto nobis poſt tempore Felix?
Qua regione venis:cælo datus an paradiſo
Redditus in terras habitacula noſtra reuiſis?
Ille fidem firmat,coram ſe corpore adeſſe:
Seruatum vixiſſe Deo.dat gaudia cunctis:
Laudibus & meritis populo celebratur ab omni
Functus erat largum perfunctus Epiſcopus æuum
Maximus:& numerus ductu paſtoris egebat.
Felicis nomen totum balabat ouile.
Quem confeſſoris redimibat adorea Chriſto:
Quémque ſaluriferum ſpondebat lingua magiſtrum:
Vtráque doctrinæ concors:ſed vt hoc quoque palmā
Iuſtitiæ ferret:meritum ſublime,quieto
Corde premens velut indignus non audet honore
Creſcere,reſtatúrque ſeni mage debita Quinto,
Quæ prior ille gradum ſocij meruiſſet honoris
Presbyter.hæc ſeptem diſtabat ſumma diebus.
Ergo ſub hoc etiam Felix antiſtite vixit
Presbyter,& creuit meritis:qui creſcere ſede
Noluit.ipſe illum tanquam minor omnia Quintus
Obſeruabat:& os linguam Felicis habebat.
Ille gregem officio:Felix ſermone regebat.
Multa aliis ſanctum Chriſti virtutibus auxit
Gratia Felicem:nec pace minora ſubegit
Prælia:quam validis confeſſor geſſerat armis.
Corpoream triſti ſub tempeſtate ſalutem
Spreuerat:eadem & opum ſimul & contēptor honorū
Secura ſub pace fuit.non ille tenendi
Securus meriti:ſed cautior vt bona vitæ
Parta tueretur:poſtquam diſcrimina mortis
Vicerat:& ſcopulos inter tranquilla timebat.
Diximus vt mortem calcarit & ambitionem.
Nunc aliam confeſſoris cognoſcite palmam.
Vicit auaritiam.nam prædia multa domóſque
Diuitiis locuples patriis poſſederat hæres:
Confeſſor proſcriptus erat:ſed pace reducta
Et ſua ſi vellet depoſcere iura licebat.
Maluit ille tamen verbum curare magiſtri.
Cuncta licent,non cuncta iuuant:licito vtile præfert
Et quaſi terrenæ contagia ducere labis
Horruit amiſſos iniuſte repoſcere fundos.
Multi obtundebant,præ cunctis nomine priſco
Archelais tam ſancta fide quam ſtēmmate clara,
Diues opum vidua:& ſanctum pietate fideli
Felicem venerans:atque illi chara viciſſim.
Hæc illum iuxta meritum venerata colebat,
Vtque ferens iunctum ſibimet pro iure ſodali
Vſurpans animum crebris pia corda querelis
A Sæpe fatigabat:vt debita promptáque reddi
Iure teculatet:quæ diſpenſare recepta
Mercedis magnæ cum fœnore poſſet egenis.
Plurima de propriis quoque rebus munera ſæpe
Obtulit:ille pio contentus ad omnia ſenſu
Fœmineam placido ridebat pectore curam:
Cæleſtum ſibimet ſat conſcius ipſe bonorum,
Quæ pro terrenis ſibi compenſata tenebat.
B Vnde potens charis inſtantibus hæc referebat.
Cogitis vt repetam terrena perennia perdam.
Præſtat opes ſaluo deſint:quam vir opulentus
Diues egebo Deo.nam Chriſtum pauper habebo.
Diuitiis inopem ditauit gratia Chriſti.
Hunc retinens animum:tria macri iugera ruris,
Nec proprio ſub iure tenens conducta colonus
Ipſe manu coluit,famulo ſine pauperis horti
C Poſſeſſor:ſed & has de ceſpite diues egeno
In dominum confudit opes,cum paupere ſemper
Collectum diuiſit olus:tum paupere menſa
Vna dies illi curam conſumpſit habendi.
Vnica veſtis eum ſæpe & vix vnica texit:
Si geminas habuit,nudum meliore refouit
Sæpe nouo miſeros veſtit velamine pannos;
Felicitque habitu pauper mutatus ab atro,
D Et nituit contra mendici tegmine Felix:
Sordult exornans inculto corpore mentem,
Hac viuens pietate Deo maturus & æui,
Et meriti plenis clauſit ſua ſecla diebus.
Mutauitque piæ non clauſit ſæcula vitæ.

NATALIS VI.

E LEx mihi iure pio poſita hunc celebrare quotānis
Eloquio famulante diem,ſolemne repoſcit
Munus ab ore meo Felicem dicere verſu:
Lætitiamque meam modulati carmine,voto:
Et magnum chari meritum cantare patroni.
Quo per iter durum,qua fert via perdita paucis
Alta per arcta petens ſuperas penetrauit ad arces
Concurdate meis precor & complaudite fratres
F Carminibus:caſtóque animos effundite luxu:
Gaudia ſancta decent & carmina caſta fideles:
Qua quis poſſit ope ingenij:linguæque reique.
Nam cui fas hominum (cui Chriſtus amórq; timórq;)
Non gaudere hodie?& vacuum procedere voti?
Cælicolas Chriſto quando adgaudere miniſtros
Ipſa etiam feſto produnt elementa colore.
Cernite lætitiam mundi in ſplendore diei
G Elucere ſacris inſignibus:omnia lætus
Candor habet.niueus teneris a nubibus imber
Ponitur,& niueo tellus velatur amictu:
Quæ niue tecta:ſolum niue:ſylua colūnia:colles
Cuncta ſenis ſancti canos teſtantur honores
Angelicáque docent & luce & pace potiti
Felicem placida clarum in regione piorum.
Lacte & aqua lecto labuntur vellera cælo.
H Chriſte Deus Felicis ades,da nunc mihi verbum:
Sermo Deus.da perſpicuam ſapientia mentem.
Nō opis humanæ facunde dicere laudes
Poſſe tuas:tua namque tui ſunt gaudia ſancti.
Cedo alij precioſa ferant donaria:meque
Officij ſumptu ſuperent qui pulchra tegendis
Vela ferant foribus ſeu puro ſplendida lino:
Siue coloratis textum fucata figuris:
I Hi læues titulos lento poliant argento:
Sanctáque præfixis obducant limina lamnis.
Aſt alij pictis accendant lumina ceris
Multiforéſque cauis lychnos laquearibus aptent:
Vt vibrent tremulas funalia pendula flammas.
Martyris hi tumulum ſtudeant perfundere nardo
Et medicata pio referant vnguenta ſepulchro,
Cedo equidem & vacuo multis potioribus auro

Corporis, in tumulo non obſita puluere mortis:
Arcano æternæ ſed prædita ſemine vitæ
Viuificum ſpirant animæ victricis odorem.
Quo medicina potens datur exorantibus ægris:
Quanta reſurgentis virtus & gloria cinget
Conjectare licet, cum gratia tanta ſepultos
Ambiat, & quanto rediuiua decore micabunt
Corpora, in obſcuris cum ſit lux tanta fauillis?
Quid nobis animis horum præſtare coronæ
Sancient, quorum & cineres dant commoda vitiis?
Cernere ſæpe iuuat varias ſpectacula formas
Mira ſalutantum, & ſibi quæque accommoda votis
Poſcentum. vidi ras etiam de iure colonos
Non ſolum gremio ſua pignora ferre paterno:
Sed pecora ægra manu ſæpe introducere ſecum,
Et ſancto quaſi conſpicuo mandare medenti:
Moxque datam ſua conſilios acciperet medelam
Experto gaudere Deo & iam credere ſana
Et vere plerumque breui ſanata ſub ipſo
Limine læta ſuis iumenta reducere tectis.
Sed quia prolixum & vacuum percurrere cuncta
Quanta gerit Felix mirarula nomine Chriſti:
Vnum de multis opus admirabile promam
Innumeris patribus ſed ab vno pende relicta
Quæ virtus eadem geſſit diuerſis cauſis.
Pandite corda pecor. breuis eſt iniuria vobis
Dum paucis magnum exiguiſque opus eloquor orſis.
Et memores viduæ primo ſermone relatæ
Quam Deus è precio mentis non munere cernens
Antetulit multum mittentibus omnia dantem
Me quoque ſcite leui dicentem magna relatu.
Et mica namque illis ſunt æmula verba minutis
Queis prædiuum pietas termlibus aurea ſecat:
Quidam homo re tenuis plebeius origine, cultu
Ruſticus e geminis anguſtam bubus alebat
Pauperiem mercede iugi: nunc ſubdere plauſtris
Suetus eos, oneri pacta regione vehendo:
Nunc operæprecium ſub aratra aliena locatis
Paupertatis habens reditum, ſpes anxia, reſque
Tota inopi, pat illud erat. non charior illi
Progenies, aut ipſe ſibi. ſed pignora & ipſos
Ducebat, neque cura minor ſaturare iuuencos:
Quam dulces natos educere: paſcitur immo
Natis quam pecori charo: non gramine vili
Illos aut ſterili palea, ſed regmine aprico
Algidus & de carne ſibi natiſque negato
Eſuriens paſcebat, egens ſibi, diues in illis
Quorum fœcundus labor exaturabat egentem.
Hos igitur tam chara ſuæ ſolamina vitæ
Nocte miſer quadam ſomno grauiore ſopitus
Amiſit tacito furto prædonis abactos:
Exurgenſque die reduci de more iugandas
Infelix primo in vacuis præſepibus intus
Moxque foris fruſtra notis quæſiuit in agris.
Illico ſed feſſus caſſis erroribus vltro,
Atque citro poſtquam nullis veſtigia ſignis
Certa videt ſpebus fruſtrata indage peremptis
Humanam aſpernat opem & pietate repletus
Aſpirante Deo deſpretiam in pectore ſtatio
Erigit in cælum mentem & mox corde refecto
Præſumente fide ſpem voti compotis hauriſ,
Sanctaque Felicis rapido petit atria curſu.
Ingreſſuſque ſacra magnis cum fletibus aulam
Sternitur ante fores, & poſtibus oſcula figit:
Et lacrymis rigat omne ſolum, pro limine ſancto
Fuſus humi. & raptos nocturna fraude iuuencos
A Felice pio velut a cuſtode repoſcit:
Increpitans: miſcetque precantia verba querellis.
Sancte Deo felix, inopum ſubſtantia ſemper
Promiſſeris Felix & ſemper diues egenis:
Te requiem feſſis Deus: afflictiſque leuamen.
Te poſuit mœſtis ad ſaucia corda medellam,

A Propterea tanquam gremio confiſa paterno
In te pauperies caput inclinata recumbit.
Felix ſancte meos ſemper miſerate labores
Nunc oblite mei. cui me rogo vel cur nudum
Deſeris? amiſi charos tua dona iuuencos,
Sæpe tibi ſupplex quos commendare ſolebam
Quos tua perpetuo ſeruabat cura fauore
Paſcebatque mihi: tua nam cuſtodia ſaluos
Dextraque ſufficiens illos præſtabat opimos: (nunc
B Quos miſero mihi, nox hæc abſtulit. heu quid agam
Quo deceptus eam? quem criminer? an tibi de re
Conquerar? immemorémque mei accuſabo patronum?
Quem mihi ſopito tam denſum increpere ſomnum
Ne mea ſentirem perfringere clauſtra latrones
Paſſus es? & nullo ſtegiſti dura pauore
Pectora? nec lucem tenebris furtóque dediſti?
C Aut vllis profugos curaſti prodere ſignis?
Quo modo diſcurram? quis deferat? omnia cæcis
Siructa mihi latebris. nunc & mea tecta videntur
Clauſa mihi abductis vbi deſolatus alumnis
Nil habeo quod habere velim. quod dulce videatur
Dulce laboranti non irrita gratia præſter
D Oblectans inopem ſenſu fructúque peculi.
Hos vbi nunc quæram miſerandus? quando vel vſquam
Inueniam tales? aut vnde parabo repertos?
Qui ſolos habui contentæ ruſticus illos
Paupertatis opes? ipſos igitur mihi redde.
Nolo alios. nec eos vlla regione requiram:
Hic mihi debentur, hæc illos limina reddant,
In quibus ipſum te ſupplex adſtringo, tibique
Hæreo. cur quæram aut vbi quos ignoro latrones?
E Debitor hic meus eſt. ipſum pro fure tenebo
Cuſtodem, tu ſancte reus mihi conſcius illis:
Te teneo, tu ſcis vbi ſint, qui lumine Chriſti
Cuncta & operta vides, longéque abſentia cernis:
Et capis includente Deo quo cuncta tenentur.
Atque ideo occulti fures quacunque lateb ra
Non tibi celantur. nec de te euadere poſſunt:
F Quos & iam manus vna tenet. Deus vnus vbique.
Cunctis blanda piis: ſed iniquis dextera vindex.
Redde igitur mihi redde boues, & corripe fures.
Sed non quæro reos, abeant, non neſcio mores
Sancte tuos: neſcis mala facta rependere. mauis
Emendare malos venia, quàm perdere pœna.
Conueniat nobis igitur ſic diuide mecum
Quæ tua, quæ mea ſunt: inde mea ſtet mea per te
Vtilitas, iuſteque tuas clementia partes
G Vendicet. æquatóque tuum libramine conſtet
Iudicium: tibi ſoluere eos: mihi redde iuuencos
Ecce tenes pactum, famuli iam nulla morandi
Cauſa tibi: accelera tantis me ſoluere curis.
Nam mihi certa manet ſententia, cedere nuſquam
Donec ſubueniat, nec ab iſto poſte refigi:
Ni properes iſto deponam in limine vitam:
H Nec iam comperies cui reddas ſero iuuencos.
Talia voce quidem querula, ſed mente fideli
Plorantem: totóque die ſine fine precantem.
Audiuit lætus non blando ſupplice martyr:
Et ſua cum Domino ludens conuicia riſit,
Poſcentiſque fide, non libertate doloris
Motus, opem properat paucis mora ducitur horis:
Interea labente die iam veſpere ducto:
I Nec precibus dabat ille modum nec fletibus vna
Vox erat adfixi foribus, non eruar iſtinc
Hic moriar: vitæ niſi caſum protinus iſtic
Accipiam: tandem tamen vt iam plurima tutum
Nox ſecretum adytis fieri cogebat, & ille
Temporis oblitus: damni memor: oſtia prono
Ore premens: toto prohibebat corpore clauſtra:
Sed multis fruſtra pulſatum vocibus aures
Aggrediens violenta manus. tandemque reuellit
Turba reluctantem & ſancta procul exigit aula.

Pulſus

Pulſus ab æditųis flet amarius:& ſua lugens
Tecta,petit.reſonant plangore ſilentia noctis
Queſtubus & magnis late loca ſola reſultant.
Donec & inuitas per tenit:& atra ſilentis
Ingrediens tuguri penetralia rurſus ab ipſo
Culminis introitu taciti:vt præſepia vidit
Nulla boum:& nullus dare tintinnabula pulſus:
Excuſſa vt ceruice boum crepitare ſolebant
Mollibus aut lentis caua linguis æra ferire:
Armentum reduces dum gutture ruminat eſcas:
His grauius tanquam reſciſſo vulnere planctum
Integrat,& quamquam neget ægra cura quietem
Et vigili tamen hæc dat ſolamenta dolori
Vt bubus ſtabulata ſuis loca corpore fuſo
Preſſa ſuperiaceat:nec duro fracta cubili
Membra dolent:iuuat ipſa iniuria:nec ſitus horret
Sordentis ſtabuli:quia notum reddit odorem
Dilecti pecoris:nec fœtor fœtet amanti.
Siqua illi extremo tulerant veſtigia greſſu
Ingemit:& ſpirat totis iam frigida membris
Signa pedum mentémque ſuam licet eminus abſit
Corpore ſacratam Felicis mittit ad aulam
Felicem flet:Felicem nomine clamans.
Nec deſperat opem.nec parcit fundere vota.
Non medium tranſuecta polum perfuderat orbem
Pace ſoporifera reticebant omnia ſomno.
Solum illum ſua peruigilem ſpes curáque habebat:
Ecce repente ſuis ſtrepitum pro poſtibus audit
Et pulſas reſonare fores:quo territus amens.
Exclamat rurſum.ſibi fures adfore credens.
Quid vacua incaſſum crudeles oſtia vultis
Frangere?iam nullus mihi bos.quid quæritis vltra?
Præuenere alij.mea tantum vita ſuperſtes
Quæ ſociis veſtris vt præda caſſa remanſit.
Dixerat hæc metuens:ſed nullo fine manebat
Liminibus ſonitus:quo crebreſcente:nec vlla
Reſpondente ſibi pulſantum voce:propinquat
Suſpenſus cunctante gradu,& dat poſtibus aurem
Sollicitam,& rimis acies per hiantia clauſtra,
Qua tenebris albus cæli color interlucet,
Inſerit,explorátque diu:nec adhuc ſibi credit
Qui videat:nec enim ſubluſtri lumine nocti
Pura fides oculis,dubio tamen ipſa per vmbras
Corpora pulſantum trepidos auferre pauores.
Spémque boni cœpere nouis promittere formis.
Non homines pulſare videt:ſed quod videt eſſe
Verum:non audet ſibi credere magna profanus:
Quamquam paruæ Deo miracula:cui ſapit omne
Rerum animal,ſenſu quo iuſſerit ipſe creator
Omnigenum pecus ecce gerens duce numine mentem
Par inſigne boum:non nota per auia nocte
Venerat ad notas nullis rectoribus ædes:
Sponte quaſi non ſponte tamen:quia numinis actu
Ereptos potiore manu prædonibus illos
Egerat occultis Felix moderatus habenis.
Et poſtquam attigerant adſueti culmina tecti,
Culmina:gaudentes reditu:expertáſque timentes
Stant memori terrore manus:quaſi ſponte timerent
Inſtantem ſibi raptorem:quatere oſtia iunctis
Frontibus:& tanquam manibus ſic cornibus vti.
Vt Dominum excirent ſonitu:ſed territus ille
Rurſus vt hoſtili circum ſua clauſtra tumultu:
Tuto etiam timuit rurſus ſapientia bruto:
Adſpirat pecori,cauſam ſentire morantis
Atque intellectum domini reſerata timentis
Edere mugitum.de quo formidine pulſa
Panderet excluſis aditum ſecurus alumnis.
Ille inopina videns diuini inſignia doni
Hæret adhuc:trepidúmque etiam ſua gaudia turbāt:
Credere non audet,metuit non credere:cernit
Coram & caligare putat dum reſpicit ad ſe:
Diffidit tantum ſeſe potuiſſe mereri:

A Sed contra reputans à quo ſperauerit:audet,
Credere cognoſcens Felicis geſta patroni.
Iámque rubeſcebant rumpente crepuſcula mane
Noctis & extremæ fuga rareſcentibus aſtris
Luce ſub obſcura vel ſublucentibus vmbris:
Cœperat ambiguos rerum ſeruare colores.
Tunc demum nota ſpecie ſibi bubus apertis
Vt primum cœpere oculis clareſcere ſetæ:
B Certior exultat remouens & peſſula clauſtris
Oſtia laxato ſtridentia cardine ſoluit.
Dum facit hoc iuncti ſimul irrupere iuuenci:
Et reſerantis adhuc molimina præuenerunt.
Dimoto faciles ceſſerunt obiice poſtes:
Oblatumque ſibi mox ipſo in limine regem
Cognoſcunt hilares lætum:lambúntque viciſſim
C Mulcentem,labriſque manus palpantis inundant:
Atque habitum totum ſpumoſa per oſcula fœdant.
Dum complectentes Domini iuga chara,benignum
Molliter obnixi blanda vice pectus adorant.
Illum dilecti pecoris nec cornua lædunt:
Et collata quaſi molles ad pectora frontes
Admouet,& manibus non aſpera lingua videtur,
Quæ lambens etiam ſylueſtria pabula radit:
D Sed tamen hæc inter non vano corde fidelis
Ruſticus officij meminit:neque curat anhelos
Ante boues ſtabulis inducere,poſtque laborem
Atque famem recreare cibo quàm ducere ſecum
Illuc vnde ſuos meruit:venit ergo reductos
Ducens:nec tacitis celat ſua gaudia votis:
Et referens denſas trahit ad ſua verba cateruas:
Ingreditúrque ſacras cunctis mirantibus ædes.
Quos miſer heſterno amiſſos fleuerat,eoſdem
E Præſentes hodie ducit,ſanctique triumphum
Martyris oſtentat populis:ducuntur & ipſi
Per medios cœtus,modo futuri præda iuuenci,
Et modo Felicis ſpolium:dat auribus ingens
Turba locum:& muto celebratur gloria Chriſti
In pecore.ille autem qui tanti muneris alto
Cauſa fuit Domino:mediis in liminibus ſtans
F Fleníque iterum ſed lætitia modo debita ſancto
Vota refert,non ære graui;nec munere ſordido:
Munere ſed viuo linguæ mentiſque profuſus
Voce pia largum teſtatur pauper honorem:
Debitor & Chriſto ſatis iſto pignore ſoluit
Immaculata ſuæ cui ſufficit hoſtia laudis.
Captiuos en ſancte tuos tibi plebe ſub omni
Victor ago:& ſupplex iterum tibi mando tuendos
Conſerua reduces,dignatus reddere raptos.
G Sed tamen in me non ipſum bone reſpice martyr.
Nāq; vides quid agas tibi adhuc ſupereſſe:ſed in me
Qui pro cæcaris oculis tua comminus adſto
Limina,nam multo merſi mea lumina fletu
Non ſolum damno:ſed & inter gaudia plorant:
Dempſiſti cauſam lacrymarum:tolle modo orta
Vulnera de lacrymis:miſeratus ſancte meorum
Damna boum:miſerare itidem modo dāna oculorū.
H Donaſti reduces pecudes mihi:rurſus & illis
Redde meos oculos.nam quid iuuat eſſe reductos
Si languente acie præſens præſentibus abſim?
Talia præſentes populi riſere querentem.
Sed procul admotæ ſecreti martyris aures
Suſcepere pias ab inepto ſupplice voces:
Móxque refecta ſacram ſenſerunt lumina dextram,
Inde domum gaudens oculis bubúſque receptis
I Conlaudante Deum populo remeabat:& illum
Læta ſequebatur gemini victoria voti.

NATALIS VII.

VEr auibus voces aperit,mea lingua ſuum ver
Natalem Felicis habet quo lumine,& ipſa
Floret hyems populis gaudentibus,& licet atro
Frigore

Frigore tempus adhuc mediis hyberna pruinis
Dncat,concreto terris canentibus anno:
Iſta luce tamen nobis pis gandia lætum
Ver faciunt:cedet pulſis à pectore curis
Mœror hyems animi:fugiunt à corde ſereno
Nubila triſtitiæ,ficut cognoſcat amicos
Mitis hirundo dies & pinnis candida nigris:
Ales & illa piæ turtur cognata columbæ:
Nec niſi vere nouo reſonant acalantida dumi:
Námque ſub hirſutis mutæ modo ſepibus errant:
Mox reducti paſſim lætantur vere volucres
Tam variæ linguis quàm verſicoloribus alis.
Sic & ego hunc agnoſco diem:qué ſancta quotannis
Feſta nouaat iuſto magni Felicis honore.
Nunc placidum mihi ver gaudente renaſcitur anno.
Nunc libet ora modis & carmina ſoluere votis.
Vocibus & vernare nouis:Deus infiue cordi
Chriſte meo,& ſuperis ſitientem fontibus exple.
Sed de te vel gnrta meis aſperſa medullis
Flumen erit.quid enim mirum ſi rore puſillo
Et minimam repleas animam?qui corpore paruo
Factus homo æterno compleſti ſemine mundum:
Et totum gutta ſeruaſti ſanguinis orbem?
Adnue fons verbi ve bum Deus,& velut illam
Me modo veris auem dulci fac voce canorum.
Quæ viridi ſub fronde latens ſolet auia rura
Multimodis mulcere modis·linguámque per vnam
Fundere non vnas mutato carmine voces.
Vnicolor plumis ales,ſed picta loquelis:
Nunc teretes rotàt illa modos:nunc ſibila longis
Ducit acuta ſonis,rurſum quaſi flebile carmen
Inchoat:& ſicut præcedens fine querelam
Attonitas rupto modulamine decipit aures.
Sed mihi iuge fluat de te tua gratia Chriſte.
Et tamen illius mihi deprecor alitis inſtar
Donetur variare modos:& iam mihi pacta
Carmina mutaris vno licet ore camœnis
Promere·diuerſas quia ſemper gratia diuea
Materias miris Domini virtutibus addit:
Quas Deus in charo Chriſtus Felice frequentat
Clara ſalutiferis edens miracula ſignis.
Cernitur illa dies ſpectari ſueta per omnem
Vipeream ſubolem ſæuos cum dæmonas vrget:
Occultáque manu cum noſſet verberat hoſtes.
Sed tamen hac ipſa mirum in virtute notatur:
Quæ licet in toto cruciaros dæmonas anno
Rex agitet:iubeátque hominum diſcere membris:
Prodùcat plerosque tamen quo longius hoſtes
Pœna malos agitet:velut illi qui meruere
Vaſa malis fieri vt meritum tardante medella
Plenius omne luant decreto tempore crimen.
Siue hoc natali ſtudet indulgere diei
Vt paucis alias det opem,quod plura benignus
Natali det dona ſuo:nam cum iſta propinquat
Elabente dies anno nunc crebrior inſtat:
Et gratior videas tunc ægra examina cogi
Denſius:& certam repeti prope feſta ſalutem:
Tunc ſolito grauius ſuccenſi dæmones ardent:
Plebitióſque vlulant & vi maiore ſubacta
Vltima iam tormenta gemunt:nec abire ſinuntur
Exceſſu facili ſed miris ante agitati:
Et variis male ſuppliciis tolluntur in altum
Suſpenſi ſolito ſublimius & patiuntur
Aeris in vacuo:vincliſque latentibus hærent
Pœnali per inane mora per non ſua quamuis
Corpora vexatos hoſtes ſua pœna fatigat.
Soluuntur pœnis cum pœnas ferre videntur
Corpora & immunis animæ expectant aliena
In membris tormenta ſuis.homo dæmone capto
Liber agit:qui non hominis,ſed dæmonis eſt crux:
Hoſtis amare quid inſultas qua ſpe vretis in nos?
Ecce redemptoris noſtri malus arte viciſſim
A Luderis illuſor,dolus & tuus in tua recidit
Vincla tibi:capiens caperis:nectenſque ligatir.
Fit laqueus laqueatos humo:& ſua præda latronem
Decipit:& capti captiuus corporis eſcam
Dum petit inlicitam lethalem deuorat hamum.
His etiam potiora tamen & ſpectata profabor.
Ante alios illum eoi membra vetuſtior hoſtis
Obſidet:ad ſacri pia limina martyris,ægra
B Excuſſum de plebe rapi:admotúmque ſacratis
Ante fores ſancti cancellis corpore verſo
Suſpendi pedibus ſpectantem tecta ſupinis.
Quodque magis mirum atque nefas eſt:ignotare
Veſtibus vt rigidit sut ad veſtigia ſutis
Corporis omne ſacrum charta velatur operta.
Scilicet vt diuini operis reuerentia tectis
Corporibus maneat·pœna nec dæmon in ipſa
C Qua cruciatur ouet nudis prodendo pudorem
Artubus inlæſo grauius torquetur honeſto:
Rectis licet vetſis ſedeant cum tegmine membris,
Mira hæc ſunt & magna.quis abnegat?& tamen vſu
Nata magis:minus audita miranda videntur:
Quamlibet vt viſu reuerenda & grandia facto.
Ergo minuta mei ſimul & noua facta patroni
Auſcultate precor,Dominus quæ Chriſtus in illo
D Multimoda virtute gerit.quibus omnibus vnam
Confirmare fidem nobis ſtudet:vt per aperta
Arcanum documenta Deum videamus adeſſe:
Reſque hominum & mentes ſtudio curare paterno
Cæleſtem Dominum:qui condidit omnia verbo.
Det mihi prima meus narrandi exordia frater
Theridius:nam quod potiúſve priúſve canendum
Suſcipiam Felicis opus:quàm quod mihi tectis
E Ipſe meis quibus eſt idem Domins deus egit?
Ex illa modo nocte diem cadit annus in iſtam.
Hoſtis eum morem:vt ieiunare ſolemus
Ante diem:& ſero libatis veſpere ſacris:
Quiſque ſuas remeare domos:tunc ergo ſolutis
Cœtibus à templo Domini,poſtquam dara ſeſſis
Corporibus requies,ſumpta dape, cœpimus hymnos
Exultare Deo,& pſalmis producere noctem.
F Interea meus iſte choro digreſſus amico
Vt ſpirante foris aura depelleret æſtum,
Quam fumoſa dabat cæratis cella papyris.
Porticus anguſti qua tenditur agmine tecti:
Nocte licet nullo via lumine cæca lateret.
Hic tamen intrepido per cognita limina paſſu:
Heu nam vicini incautus diſcriminis ibat.
Comminus in medio tecti camerã inter humúmque
G Nutabat ſolitus lignum ſuſpendere funis
Innectens triiugum ſupremo ſtamine ferrum,
Quo vitreæ inſeritur penetrabilis anſa lucernæ
Auritáſque calix tribus vndique figitur vncis.
Funditus albet aqua,ſuper vndam fluuet oliuo.
Stat liquor in liquidis:ſubiecto lubricus humor
Fonte natat:neque iuncta coit mixtura fluoris.
Et mirum quod pingue natat: neque denſa ſolutum
H Rumpit materies elementum:ſed leue craſſum
Suſtinet vt ſolido dilutior vnda fluento:
Tantáque confuſis intus diſcordia ſuccis
Lucet vt admixtos videas diſtare liquores:
Communique ſinu calicis diſcrimine claro,
Quæque ſui laticis ſeruet natura colorem.
Mergitur in medio plumbum tripes & cauus illo
Exit apex vncti ſtipatus fomite lini.
I Stuppa madens liquidum tenui face concipit ignem
Et circumfoſum ſpatio ſtagnantis oliui
In vitreis exile vadis funale coruſcat,
Et tremulo vibrans à vertice lumen acutum
Leniter vmbroſam iacit in penetralia lucem:
Et placido denſas aperit ſplendore tenebras.
Hoc tamen emenſa fuerat iam nocte remotum
Productas quoniam pueris vigilantibus horas

Conſumpto bibulum defecerat vnguine lumen
Sed puer extincto abſtulerat qui lumine lychnum,
Quem deponendo funem laxarat eundem
Neglexit ſolito adductum reſtringere nodo.
Laxior hinc humili fluitabat linea tractu
Grate locis inops & cæci plena pericli
Nam laquei ſummum dentata minantibus vncis
Armabatur,& his male tunc fuit obuia fratri
Pene male:at nutu Chriſti bene qui bene vertit
Feralem nobis memoranda in gaudia caſum.
Ergo vidente manum Chriſti male pendulus ille
Per tenebras ſolito funis ſummiſſor infra
Aeris adiunctum ſpatium pendebat. & inde
E capitis regione pari libramine factus,
Vt ſtatus huius erat ſecuram heu cuſpide trina
Excepit faciem venientis & induit vnco
Occurrens oculum:teneróque per intima lapſus
Mucro ſubte cilio:qua vix ſolet arte medendi
Cauta manus læuem trepido moderamine molem
Ducere,palpebramque leui ſuffundere tractu
Percuſſus ſubito tam duri verberis ictu:
Exclamat,trepidaſque manus tutobatus ad ipſum
Fert oculum:& pariter clauſum cum lumine teretem
Continet vt reprimat vel figeret:vel labentem
Excipiat globulum.qui laminis intima ſeruans
Intra folliculum teretem liquido interfuſo
Sub vitrea nigri latet albus imagine pupi.
Hic veluti radix oculum ſubeunte medulla
Fulcit,& humecto venarum fomite paſcit:
Dum parili iunctos oculorum ſidere conſtant.
At ſi forte graui morbo diſrupta vel ictu
Heu male diſſiliat membrana fluentis ocelli:
Proſilit iſte globus ſuccóque relictus alente
Deſerit aridulam vacuata luce lacunam.
Interea puer excuſſus clamore dolentis
Adcurrit,ſtratum ſomno fugiente relinquens:
Adcenſámque manu prætendit ad ora lucernam.
Clauſerat hic manibus vultus & fronte ſuprema
Contigero ſimilis iuueni ſpectabat in altum
Vt daret immotum librare corpore funem:
Vulneris arbitrio trepidantia membra gubernans
Dum timet aduerſo vulnus deducere motu
Captiuique oculi ex vno quo liber agebat
Lumine diſcrimen ſociali parte cauebat,
Nec tamen audebat ducendum attingere ferrum,
Ne ſimul hærentem ductu mucronis & orbem
Extraheret,neque iam poterat ſub lumine fixi
Ferre moram teli,ſed deſperante medelam
Ex ope mortali,diuina mox ope Felix
Imploratus adeſt,quem tanto in vulnere pendens
Aduocat,& tali depromit voce querellam,
Hei mihi quanta meos vrgent peccata labores
Qui tantam merui plagam Felice patrono
Vicinóque ſimul:Felicis & inſuper ipſo
Natali miſer excipere?heu magno reus ingens
Crimine,quem tunc pœna ferit quum ſoluere ſueuit?
Sancte precor ſuccurre tuo:ſcio proximus adſtas,
Et de contigua miſſis huc auribus æde
Audiſti Felix fletum infelicis alumni:
Siue modo excelſo lateri coniunctus adhæres
Ante thronum magni regis,confeſſor amicus,
Pauperis an venerande tui trans nubila vocem
Accipis aure Dei neque temnis:ſed petis illic
Qua mihi deportes Chriſto miſerante ſalutem?
Ergo veni Felix:animæque perenne patrone:
Nunc pro corporeo medicus mihi curre periclo,
Curre precor,ſanctaſque manus oppone minanti
Lapſum oculo,& fixum quod conſpicis erue ferrum.
Quod propria reuocare manu non audeo:ne me
Lumine deſpoliam,dum conor ſoluere telu.
Si etenim penitus mihi ſentio fulmen adactum
Inſerto ſub operta oculi penetralia clauu.

A Verumtamen diuina manus quæ condidit ipſos
In nobis oculos,quæ te quoque dextra potentem
Sanitera virtute dedit:qua dæmonas atros
Excruciando domas,qua corporis omne caducæ
Pellere tormentum putes alto nomine Chriſti
Omnipotente potens domino, quo præſule nunc me
Suſcipe ſanandum:nec te mea crimina vincant:
B Sed magis à te victa cadant,nam dignior iſto
Vulnere ſum fateor,placidi quam munere Chriſti,
Sed domini ipſius verbum factumque memento
Qui peccatoris vitam moriendo redemit.
Iuſtitiæ ſi iure velis decernere mecum;
Non ſum vno tantum ſed lumine dignus vtroque
Multari vt talis facie ſim qualis & intus
Corde tenebroſo:de quo male viribus vtor
C Corporeis:cæcus iuſtis:oculatus iniquis:
Et peccatorem luſcum fateor decet eſſe.
Sed recole vt dudum cœpi pars eſſe tuorum.
Quos ego non patriæ telluris amore ſequutus,
Sed deſiderio quo me tibi ſancte dicarem
Per maris & terræ contempta pericula veni.
Exemplóque boni cognatæ vincula terræ,
Vt tibi ſeruirem rupi conſortibus illis
D Cum quibus & metaſto tuo quond & hac ope mōſtra:
Ne perdam tanto confixum vulnere lumen,
Da precor indigno famulo tam nobile munus
In laudem domini:praſta hoc inſigne diei
Sancte tuo vt confeſſa tibi quem gloria Chriſti
Luminis æterni natalem in ſæcula fecit
Hunc habeam natalem oculi.dum talia templo
Ecce manus Felicis adeſt dubiamque timentis
E Adſpirans tacite firmat mentemque manúmque
Ne timeat tuto auſurus producere ferro.
Vix hoc cunatus fuit,& quaſi lubricus vncus
Ex oculo cadit abſque oculo,tantum vnda ſecuta
Euomuit lacrymis quem ſuppurauerat æſtum.
Mox oculus tanti purgetur nocte pericli:
Tam puro enituit ſpeculo quam nunc quoque ſanus
F Cernitur æterni conlucens munere Chriſti,
Et puto plus hodie ſolito niteat,quia lumen
Addidit ipſe dies qui reddidit,ergo fideles
Cernite nunc animis tanti diſcriminis inſtar,
Et pariter tanti perpendite muneris actum.
Vir iam maturo grauis æuo & corpore celſus
Staminis vncino quaſi piſcis inhæſerat hamo,
Et vice ſuſpenſus lychni pendebat aperto:
G Sed non ſponte oculo quem deducebat inuncans
Subfixo clauus cilio:neque vulnus agebat
Diuina prohibente manu quæ fecerat illic
Innocuámque aciem ferri ſimul & leue pondus
Qua pituita grauis:pilus intolerabilis,ex qua
Nec minimæ perferre atomum duramus hæreat
Hac graue & incuruo quis credat acumine ferrum
Inſuper & lychno concretis ſordibus vncto
Fixum impune diu tenuem preſſiſſe metallo
H Pupillam & nullo temeratum vulnere viſum,
Quæ tam ſubtilis digitis manus aut opis arte,
Quæ ſe tam tenui potuit diſcrimine iunctis
Inſerere?& medio palpebræ oculique ſubactum
Inter vtramque viam fragili per vtrunque meatu
Inlæſo penetrans oculo ſuſpendere ferrum?
Quod luridi craſſo totum complebat operti
Orbem oculi,figens aciem nec vulnere lædens,
I Quæ manus hæc potuit niſi quæ manus omnia fecit,
Spiritus ille Dei penetrator vbique per omnes
Naturas rerum:tenui ſubtilior omni:
Perdita cæcatis qui lumina reddidit:& qui
Ex vtero cæcum noua lumina fecit habere:
Vultum imperfecti natura corporis implens
Arte creatoris qua totum perficit orbem
Filius ille Dei manus & ſapientia patris
Omniparens rerum fons & conſtantia Chriſtus:
Ipſe

Ipſe illum quondam non plenæ matris in aluo
Finxerat vt poſt hoc homo factus & ipſe creator
Hoc quoque diuinis opus admirabile ſignis
Adderet.vt vacuos expleret viſibus orbes.
Denique humi ſputans limum facit:vnde negatos
Naſcenti obtutus credenti reddit alumno,
Materiáque eadem defecta in parte perornat
Semiperactum hominem qua toto corpore finxit
Vt ſe ipſum noſtra veniſſe in carne probaret
Qui cum patre Deus communis imaginis ore
Compoſitum limo & flatu formauerat Adam.
Ipſe opifex,lux noſtra,Deus,Felicis amici
Natalem tanta voluit decorare medela,
Vt confeſſoris meritum ſublime potenti
Munere monſtraret eum vt cumularet honorem
Martyris hoc opere ingentes cui contulit olim
Nobilibus titulis benedicto nomine palmas,
Quamdo defectis in eo virtutibus omni
Tempore,contineat domini clementia Chriſtus
Sed nobis voluit ſpecialem tempore in iſto
Lætitiam donare Deus:propriæque naturæ
Tale aliquod propriis operans ſignum dare ſeruis
Quo nos ſaltem proprios Felicis alumnos
Proderet:& merito illius cuiúque doceret
Viuere:quo noſtram ſeruans cuſtode ſalutem
Sæpius infeſtum nocturnis caſibus hoſtem
A noſtris pariter membris & mentibus arcet.
Denique iam noſtri gaudemus honore periculi
Cernentéſque pari ſplendentem lumina viſu
Quem pene amiſſo deformem vidimus vno
Lætamur tactis hoc hoſpite fratre medullis
Quem tanto ille bonis donauit munere Chriſtus.
Iure oculis hunc æquo meis in lumine cuius
Felicis manus in Chriſto mea gloria fulget.
O Felix caſus,bona vulnera,dulce periclum
Per quod cognoui me curam martyris eſſe
Tanti námque fuit lumen mihi pœne periſſe
Vt modo Felicis de lumine lumen haberem.

NATALIS VIII.

Ecce dies nobis anno reuoluta peracto
Illuſtrem reuehit Felicis nomine lucem.
Tempus erat latis modo promere gaudia verbis
Anxia ſi lætas paterentur tempora voces.
Sed tamen iſta dies licet inter prælia nobis
Lætitiæ paciſque dies erit:horrida longe
Bella fremant noſtris pax libera mentibus adſit.
Lætitiæ dulcem non obliuiſcitur vſum
Mens aſſueta piis ſua ſoluere pectora votis,
Et domino feſtis caſte gaudere diebus.
Quare importunam quamuis ſub tempore mœſto
Pellite triſtitiam bona gaudia,dulcia verba
Omne piom,lætúmque die Felicis amemus.
Natalis ſine fine dies quia natus in iſta eſt.
Perpetuus Felix ſeclis:qua corporis æuom
Functus ad æternam migrauit in æthera vitam
Ergo metus abeant triſtes:redeantque refectis
Gaudia pectoribus:decet omnia pellere ſanctum
Mœſta diem:tanti quem gloria confeſſoris
Inſignem cunctis per tempora tota diebus
Elucere facit,populiſque frequentibus ornat.
Hunc ego ſi geticis agerem male ſubditus armis
Inter & immites celebrarem lætus alanos
Et ſi multiiugæ premerent mea colla catenæ
Captiuis animum membris non iungeret hoſtis.
Pectore non victo calcaret triſte ſuperba
Seruitium pietas:licet inter barbara vincla
Liber amor placitis caneret mea vota loquelis.
Nunc igitur quamuis varias vaga fama per oras
Terrificis paſſim feriat rumoribus aures:

A Nos tamen in domino ſtabilis fiducia caſta
Roboret:& recto ſtatis pede mentibus armet.
Nec pauor ater in hanc obducat nubila lucem
Quam Deus æthereo Felicis honore ſerenat
Legifer vt quondam pharij tellure tyranni
Paſcha ſacrum Moyſes prima ſub lege dicauit,
Sanctáque tunc Iudæa domo licet impius illos
Maturare fugam valida vi cogeret hoſtis:
B Libertate tamen deuoti pectoris audax,
Nec turbante metu iuſſum ſolemne reliquit:
Sed trepidans fugienſque licet diuina peregit
Feſta ſalutifero lætis epulatus in agno
Cœtibus & ficto Chriſti iam ſanguine victor
Duxit ouans lætas victo Pharaone cateruas.
Inde fugæ memores & iam nunc azima ſumunt
Iudæi ſolo retinentes nomine gentem
C In fermentatis pulſi,quia pauidus olim
Ægypto fecere fugam paſſibus modo ſignis
Per patrios ſed iam per inuia ſabbata ritus
Antiqui recolunt veſtigia grata timoris.
Nam fruſtra veterem vacua ſub imagine legem
Exercent verum nobis,quia paſca repleuit
Vnus pro cunctis patri datus hoſtia Chriſtus.
D Et quia corpus adeſt vitæ periit vmbra figuræ.
Sic igitur modo nos turbato in tempore læti
Mente pia feſtum dilecti martyris omnes
Conlatis hilaræ ſtudiis pietatis agamus.
Forte magis pietas nobis dabit illa ſalutem
Si noſtras ideo libeat cognoſcere curas,
Vt confeſſori lætantia corda feramus
Cuius honore Deus gaudet:quia martyr honorem
Contempſit proprium domini pro nomine Chriſti
E Vilior ipſe ſibi vt Chriſto pretioſior eſſet:
Propterea tali placeat gaudere patrono
Natalemque diem ſopiti pace beata
Martyris:expoſitis lætantes ducere curis.
Hic quoque deuotis adeſt:ſi fortior extet
Nunc ad lætitiam affectus quam cauſa timoris
Ad conſternandas obducto pectore mentes,
F Credite non armis neque viribus eſſe timendos
Allophilum populos:quos propter crimina noſtra
Offenſi mouet ira Dei,vt formidine mortis
Excitet ad curam vitæ torpentia corda.
Ergo Deum mitem ſæuo timeamus in hoſte
Abſit vt hoſte metus quem formidare meremur
Negligimus ſaltem vi compellente tremamus
Placemus mœrore humiles quem læta ferentem
Spernimus ex ipſa mox proſperitate ſuperbi.
G Priſca retractemus ſanctorum exempla parentum,
Qui merita immiſſis tolerantes verbera bellis
Non armis ſibi nec muris capienda parabant
Præſidia:humana opibus ſperare ſalutem
Nulla ſalus:nec enim mortem mortalia pellent:
Ergo quòd curæ tempus,ſit cura precandi
Cæleſtem dominum à quo mœſta aut læta parantur
Qui ſolus præſtare poteſt ditione ſuperna
H Rurſus vt exactis renouentur gaudia curis.
Hoc etenim regit & variat Deus arbiter vſu
Res hominum vt ſemper ſuccedant nubila ſudis:
Atque iterum fugiant imbres redeunte ſereno,
Quanta precum virtus:quæ ſis medicina parentis
Flere Deo doceat luctu ſeruata Niniue,
Et ſeuis impenſa Moyſi prætinctus Amalech,
Et maledictus Aman ſanctæ prece perditus Eſther,
I Qui bene pœnarum verſa vice:quæ malo ſanctis
Miſcuerat ſolus bibit impius & cruce iuſta
Quam populo domini præfixerat ipſe pependit.
Ergo fides innixa Deo trepidantia firmet
Pectora:& in mœſto ſecurum tempore tempus
Præſumat confiſa Deo:quia non me iucundi
Cauſa timere Deum:quem quiſquis non timet vnum,
Omnia iure timet.fidant legionibus illi

Perfugióque parent reparatis mœnia muris
Nulla ſaluciferi quibus eſt fiducia Chriſti
Nos crucis inuictæ ſignum, & confeſſio munit
Armatique Deo mentem, non quærimus arma
Corporis, & quamquam membris videamur inermes:
Arma tamen gerimus quibus & ſub pace ſerena
Contra incorporeos animis decernimus hoſtes.
Nunc opus adiutore Deo: ſolúſque timendus
Quo ſine & arma cadunt, & quem firmantur & arma:
Ipſe intra muros turris tibi qui ſine muris
Murus erit. recolamus abhinc ſignata ſacratis
Geſta patrum libris: & perſpice qui potiore
Præſidio ſteterint: quos vrbs circundata magnis
Abſque Deo muris: an quo ſine mœnibus vrbis
Vallabat ſocio virtus diuina fauore.
Illam dico vrbem quam perdidit acer Ieſus
Mutatus proprium victuris nomine nomen,
Quamquam militiæ ſolito de more ſubegit,
Vt ſolitum eſt longa dux obſidione laborans:
Verum ope diuina ſacra, per myſteria vibrans
Tela: nec exercens tacitis exercitus armis
Luſtrauit ceſſante manu ſeptémque diebus
Septenos iterans ſibi circa mœnia gyros
Obtinuit captos numeri virtute potentis,
Atque ſacerdotum lituis clangore tremendo
Fulmineos ſuperæ tonitrus imitantibus iræ.
Tunc qui diuitiis populus fidebat & vrbe
Interiit mixtis inter ſua tecta ſepulchris
Sola Rhaab meretrix caſta n quæ ingeſſit iniqua
Gente fidem non fræta ſuis euadere muris:
Sed pietate Dei meritum pietatis adepta eſt.
Qua famulis domini tuto fuit hoſpita tecto
Cælariſque piè ciues illuſit iniquos
Fraude bona fallax animo mentita fideli:
Hoſpitibus quia fida piis infida profanis
Ciuibus extiterat vitam patriamque domúmque
Prælato contempta Deo mox cuncta benigno
Repperit in domino: quæ ſi poſuiſſet in vrbe
Præſidium patriis cecidiſſet mixta ruinis.
Indeſeſſa Deo meretrix, ſed myſtica Chriſtum
Prouida pollutas empturum ſanguine gentes
Puniceo proprium ſignauit vellere tectum.
Excepitque ſuam patria pereunte ſalutem.
Significans illos mundo labente tegendos,
Quos crucis inuictæ ſignat cruor. hinc cape quantum
Ipſe cruor valeat cuius ſaluabat imago.
Semper in omne bono valuit confidera Chriſto.
Credere cuncta Deo virtutum ponere ſolum
Omnia ſumma Deum: talis ſuper omnia ſemper
Arma fides valuit: tali puer ille puſillus
Robore grandis erat. qui ſpretis fortior armis
Perculit armatum ſiculis virtute gigantem.
Arma fide ſemper. nunquam cognouimus armis
Indigniſſe fidem. rupit mare virga fidelis:
Quod vacua arma fide cum principe merſit iniquo.
Fœmineas quoque perſonas virtute virili
Induit alma fides: mulier qua ſaucia peremit
Terribilem Syſaram transfixum tempora palo.
Terrentem iſte manu late populos Holofernem
Arte pudicitiæ deceptum callida Iudith
Reſit in impuro quæ non polluta cubili
Barbara truncato victrix duce caſtra fugauit.
Nuda fides armata Deo eſt: fideique vigore
Fortior Ezechias paucis, quam millibus ille
Sennacherim cuius Babylon & opima Niuiue
Regnum erat, Aſſyrias vires & medica regna
Mouerat, & magnis legionibus omnia circum
Regna terens ſacram domini tendebat ad vrbem,
Atque vnam tota bellorum mole petebat.
Dum parat hoc bellis retinentibus impia vota
Impediente Deo, præmiſſa ſcripta ſuperbis
Dura minis, quæ ſumpta dolens altaria circa

A Intulit Ezechias domino lacrymiſque profuſis,
Dum recitat fera verba lauans proſtratus & orans
Atrata cum plebe Deum permouit & vna
Tam grauis exitij victor prece perculit abſens
Aſſyrios pugnante Deo: compendia tanta
Promeritus ne poſſet eum, quem vinceret hoſtem:
Nam poſt Ezechiæ querulos trans ſidera fletus,
B Et de corde humili miſſas ſuper aſtra que relas
Voce pia impulſis ſummi patris auribus altæ,
Vt patuere fores cæli delabitur ales
Angelus balantem qua labitur aëra ducens
Armatus verbi gladio ferit impia caſtra,
Et ſopitorum taciturna ſtrage triumphans
Centum octoginta dedit vnì millia letho,
Et nox vna fuit tam magni conſcia belli.
C Mane minax rex ſurgit adhuc & mox miſes armis
Milite deleto vacuis fugit agmine raro
Ezechiam fugiens alio procul orbe diremptum,
Cui modo præſenti fuerat ſua vincla minatus.
Tunc velut Ezechiæ fuit interuentor Eſaias
Ad dominum nobis iſto fit tempore Felix
Iactemus noſtras, & transfundamus in ipſum
Curas atque metus: leuis illi ſarcina noſtrum
Pondus erit: quia quod paruis onus, hoc leue magnis
D Sic Deus ipſe hominum geſſit peccata, nec haſit
Et mortem paſſus non pertulit in cruce culpam
Perdidit ille meam: reparauit & in cruce vitam
Ille reus factus ne ſim reus inter iniquos
Condemnatus obit, nos vt diſcernat iniquis.
Morte pia Dominus mihi mortuus, vt ſibi viuam
Et merear ſemper viuentis viuere vitam.
Sic potiora eius venerando in corpore membra
E Martyres in quibus eſt inſigni ſobora Felix
Inter diuini capitis ſacra lumina fulgens
Iure Deo validi, quia Chriſto proxima paſſi.
Concurramus ad hunc ſpe conſpirante patronum
Suſcipiat noſtras placida pietate querellas,
Et dum natalem ipſius celebramus ouantes
Ille preces noſtras meritis pius efferet altis,
Inque vicem flebit nobis, quia mente dicata
F Nos lætamur ei: non eſt cura hæc noua ſanctis
Exorare Deum pro peccatoribus ægris,
Vique boni meriti meritum ſuperare ſiniſtrum?
Sic legimus Moyſen populo peccante precatum
Extinxiſſe graues æterni vindicis iras.
Et quum Pentapolim perfunderet igneus imber
Exiguam Segor Sodomis ſecernit iniquis,
G Lot fugiens caſtaque potens prece liberat vrbem,
Electámqua domo ſumit: qua ſede pudica
Integer inceſtæ permanſerat incola terræ
Permixtus Sodomæ tectis, ſed moribus exter
Quid loquar Heliæ precibus clauſam, atque recluſam
Cælum: & ſanctiloquo ſublimis in ore Prophetæ
Terrarum manſiſſe famem, rediiſſe ſalutem.
Vt quondam hos habuit vetus ætas ſic modò noſtra
H Cœlitem ſupplex ſalus petat omne quod audet,
Quodque cupit tali ſperet confiſa patrono.
Sancte Deo dilecte, Dei tu dextera Felix
Eſto precor nobis tu muniſſima turris:
Nam Deus Abraham Deus eſt, tuus & Deus Yſac:
Et Deus Iſrael Deus eſt tuus ille rubentia
Diuiſor pelagi, & dulcator fontis amari.
Ille dator mannæ cælo dator ortygis auſtro,
I Et ſitientis humi percuſſa rupe rigator
Ipſe tuus Deus eſt, qui per deſerta ſequentem
Præceſſit populum & prætentam nocte diéque
Temporis alterna mutauit lege columnam.
Quique quaterdenos inter deſerta per annos
Angelico plebem de cælis pane cibauit,
Et rupta in fluuios ſitientem cote refecit.
Poſce precor placidum noſtris accedere Chriſtum
Partibus: ipſe tuus Deus eſt quo fortis Ieſus

Stare

Stare ſuis iuſſit ſolem lunámque triumphis
Et tibi quam dominus Romani proſpera regni
Annuerit famulis clementis percipe Felix
Ad noſtram ſeruire bonam procedat & noſtris
Stantibus aucta dies Sol ſtet tibi Lunáque concors
Hæreat obfixo ſuſpendens ſidera curſu.
Dum Romana ſuum capiat victoria finem,
Sicut in Aſſyria Daniel Babylone leones
Effuſa domuit victor prece:ſic tibi Felix
Efferа barbaries Chriſto frangente domętur
Et tua captiui iaceant veſtigia circum,
Ceu quandoque feræ circum iacuere Prophetam
O antéque pedes linguis mulſere benignis
Naturam mutante Deo,vt damnaret acerba
Mente feros homines humana pace ferarum.
Sic & crudelem confudit flamma tyrannum
Sanctis ſpectantem pueris ſeruire caminos:
Innocuos cantare.reos ardere miniſtros.
Quóniam ſe miſeri poterunt defendere reges,
Qui tam degeneres humanæ mentis in illos
Sæuierint:quibus & feritas & flamma pepercit.
Sed velut æternos pueris recinentibus hymnos
Roſcidus accenſos diſcuſſit ſpiritus ignes,
Sic nobis placido Felicis gratia flatu
Aſpirante Deo bellorum temperet ignes,
Ortáque romuleis ſeptimens incendia terris
Sollicitos placida iam pace refrigeret æſtus:
Feſſáque reſtinctis abſoluat pectora curis.
Sed cur Liſſipiens tanquam tibi ſim rudis hoſpes,
Oblitúſque tui veterum te poſco parentum
Exemplis,vt opem tribuas in rebus egenis,
Quam tibi dante Deo facies tu cedere nobis?
Sat mihi ſunt Felix virtutum exempla tuarum,
Nec tibi pauperior Chriſtus cæleſtia fundit
Munera,quá patribus quorum generoſa propago es.
Nam Patriarcharum Felix & filius æquè
Stirpis Apoſtolicæ es tanti non degener hæres
Seminis,vt ſanctæ legis fideíque probatæ
Confeſſor patrius virtutibus æmula ſanctus
Signa geris:nec ſi ſpecies operum tibi diſpar
Non ſimilis virtus. diuerſa eſt gratia vobis:
Gloria par,quoniam ſanctus fons omnibus vnus,
Martyribúſque ſacris opera vt diuerſa fuerunt
Tempora nec coeunt ſignis diſtantia:ſic ſi
Geſta Dei per dona ſibi cæleſtia diſtant
Aequales meritis,ſi non eadem omnia Felix
Quæ Daniel geſſit , vel percuſſit & læuus iſtum
Non habuit nec terribiles cinxere leones,
Nec Daniel eadem pro nomine paſſus herili eſt
Verbera,vincla,metus,& noctem carceris atri,
Quæ Felix horrenda tulit:qui roſtra ferarum
Clauſit adorantis faciens manſueta Prophetæ,
Qui fecit tepidos pueris orantibus ignes
Humidáque in mediis dedit indumenta caminis:
Ipſe dedit cælſo Felicem iure potentem
Peſtiferis Satanæ legionibus imperitare,
In quibus iſte feras omnes compeſcit & ignes:
Nam quæ non ſerpens, quæ non hæc bellua turba eſt?
Denique de multis vnum loquar vt ſit ab vno
Diſcere dæmoniis ſenſus conſtare ferinos.
Quidam homo non longum tempus tam prodigiali
Dæmone diſtentus fuit vt iam non modo notos
Ille cibos hominum:vel ſi congeſta daretur
Multa menſa dape in facilé conſumeret hauſtu
Verum & gallinas habitantum limine raptas
Mox vt ſuſtulerat rapido diſcerperet ore,
Et pluma incoctas non ſuffocante voraret.
Quin & funeream ſaniem ſitiebat,& oſſa
Lambebat pecudum proiecta cadauera lambens
Obſcœnus conuiua canum: hic modo dæmone tanto
Sobrius ecce procul conductum exercet agellum,
Et curante Deo ſancta Felicis in aula

A Redditus ipſe ſibi claro ſatis indice monſtrat
Felicem meritis & Chriſti nomine fortem
Immites domitare feras & vincere flammas:
Dicite qui teſtes operum Felicis adeſtis.
Nonne feras ignéſque domat cum Dæmonas vrget
Qui vitiis animas & morbis corpora tangunt
Peccatáſque vorant:iſtos cruciatúſque fugatque
Nonne feras igne que domat?ſi:emit igneus vltor
B Agminis igniferi Felix flammáque nocentem
Opprimit igne Dei tenebrarum vincitur ignis.
Luminis igne pio dæmon fugit & Deus intrat:
Et fit homo bene verſa domus feliciter aula
Poſſeſſore Deo templum mutata colonum.
Candidus & medicans ſignis Deus hoc meus igne
Feruet vt incenſum relinquat Dæmona Felix:
Laſſatúmque hominem flagrante extingueret hoſte
C Mira manus,ſic virga potens & celſa poteſtas
Intra vnum mixtis inimico fœdere corpus
Spiritibus Felix interuenit inter operta
Pectoris & tenues dirimit ſubtilior auras
Dæmone diſcernens animam:quod libera pulſo
Mens hominem recipit par hoc operi eſt opus illi,
Quo myrrham triſtem ſacri dulcedine ligni
In populi potus crucis immutauit imago.
D Sic Felix pietate potens,quia nobilis altæ
Confeſſor crucis eſt ipſum quaſi triſtia myrrhæ
Pocla hominem mutat qui nunc inflatus acerbo
Dæmone vipereum per ſpumea labra ſaporem
Concuſſa laterum & ſingultu gutturis ampla
Sæpius adſiſiens flatus ructabat amaros.
Iam totus vel ſolus homo in ſua iura receſſus
Dulce ſapit ſanum ſpirat:placidúmque probatur.
E Ergo & Felicem virtutis dextera cingit
Inde potens varias tenebroſi principis artes
Deuorat,vt magicos Moſeia virga dracones.
Cernimus ecce pares domini cæleſtis adeſſe
Ad meritum Felicis opes:operum quoque formas
Congruere,& quæcunque patres in corpore ſancti
Ediderint documenta Dei ſine corpore viuum
In Chriſto Felicem agere inſignique potentem
F Mente animam perfici dum corporis oſſa quieſcunt
Ante diem reditus clari prætendere ſignis,
Qualem pro meritis ſit geſtatura coronam,
Cum ſteterit totus rediuiuo corpore Felix.
Omnes,quiſque ſuo radiabunt lumine ſancti
Diſſimili fulgore pares nec iudice Chriſto
Alter in alterius meriti diſpendia creſcent,
Chriſtus erit cunctis regnum,lux,vita,corona.
G Cernite diſtinctos actus,ſed honore iugatos
Teſtamentorum veterique,nouique magiſtros
In quibus vna dedit geminas ſapientia leges.
Atque ita virtutes varias par gloria pendit,
Non Petrus inrupit virga mare,ſed neque Moſes
Aequoris inceſſit liquido,tamen vnus vtriſque
Fulget honos:vnus quoniam fuit auctor vtrique
Scindere aquas virga,pedibus calcare fluenta,
H Qui Deus eſt veterum in ſanctis Deus ipſe nouorum
Quo data lex domino eſt.ex ipſo gratia venit
Iste Deus Danielis.& ille trium puerorum
Felicis Deus ipſe Deus nec ſe minor ipſe eſt
In ſancto Felice Deus,per quem bona dona
Et medicas exercet opes terraque marique.
Omni namque die teſtes ſumus vndique crebris
Cœtibus,aut ſanos gratantia reddere vota:
I Aut ægros varias petere,ac ambire medelas.
Cernimus,& multos peregrino à littore vectos
Ante ſacram ſancti proſtratos martyris aram,
Dum referunt grates tolerata referre pericla
Teſtantes validis colliſa naue procellis
Se raptos miſerante Deo Felicis , vt ipſa
Educente manu maris emerſiſſe profundo,
Et deſperatam placidos cepiſſe ſalutem:

Felicis meritis & aquis & cedere flammas.
Præterita vt taceam meriti documenta potentis
Nouimus experti pauor è terrore recenti
Vibrat adhuc memores animos recolentibus illa
Quæ tulimus pene abſumptis incendia tectis
Quamlibet extinctæ recalent veſtigia flammæ:
Mentibus & magni cumulant Felicis amorem.
Quem prope corporeo præſentem vidimus actu
Obiectare manus flammis & noſtra tueri
Limina iuncta ſuis: quæ tanquam tetrica ſancti
Obſtantis facie prope tangens flamma pauebat,
Pulſaque de noſtri rapiendo culmine tecti
Comminus in tuguri vicina ſtrage peratſit.
Mira loquar ſtetit immotus ſine flatibus æther
Nec nemorum foliis vllam dedit aura tremorem
Ne poſſet rapidus procedere longius ignis
Per contexta volans ſociarum tigna domorum:
Sed ventis deſerta cadentibus ire negante
Flamma & conſumpto moreretur languida paſtu:
Conſimili modo nos Felix ope ſolue periclis,
Nec domibus noſtris propiorem mala pulſaque per te
Horrida ſanguineo longe ſonet ira flagello.
Illam etiam virtutem arcendis indue bellis,
Qua male labentem vicinis montibus amnem
Qui ſubitis aucto pluuiis torrente redundans
Sic tua præcipitans in limina ſæpe ruebat,
Vt tectis coniuncta tuis habitacula vaſtis
Quaſſaret violentus aquis, ita flumine verſo
Feciſti mutare vias vt nunc nouus illum
Alueus inſolita ducat regione furentem:
Noſtraque longinquo vitantem tecta meatu:
Sic modo belliſono venientes flumine pugnas
De noſtris auerte locis: non impia ſacris
Finibus abſiſtat: quibus eſt tua gratia vallum.
Atque tuam timeant hoſtes quaſi dæmonis aulam
Nec cruor hæc violet quæ flamma vel vnda refugit.

DE ADVENTV NICETÆ EPISCOPI de Dacia qui ad natalem domini Felicis occurrerat, nonus.

NAſcere quæ tardo ſemper mihi redderis ortu:
Mox & in occaſum properans fugis ægra redire
Ales abire dies. nam te per longa morantem
Tempora dum tardo vertens rota vertitur anni
Suſtineo intentis adfecto pectore votis:
Quam cuperem totis mihi prælucere diebus,
Vel ſi quando venis ita compenſare moras, vt
Aeſtiuis poſſes ſpatiis producere lucem,
Aut illum penſare diem qui ſiſtere iuſſis
Sideribus longo inſtauit lumine mundum
Humanos duplicans dilata nocte labores.
Nunc te chara dies rapido nimis aere nobis
Temporis hiberni lex ſubtrahit & breuiatas
Cogit hyems horas cita lumine: pigra tenebris.
Sed bene quod tibi ſol Felix cui gratia perpes
Inluſtrante micat Chriſto: propriúmque coruſcat
Natali iubar ipſe ſuo: neque conditur vnquam
Caſibus occiduis æterni ſplendor honoris.
I fugitiua dies elabere non reuocabo,
Nec te iam querar eſſe breuem: quia te ſine Felix
Semper inextincto præſens mihi lumine fulget:
Si natalis abeſt plus eſt quod iugiter ipſe
Lux huius natalis adeſt nec enim ille die ſic
Sanctus, cuius honor celebrandi cauſa diei eſt.
Quæ ſi natalem reliquis præſtare diebus
Turba facit ſolito quæ denſius ad ſacra currit
Limina conferta prope ſemper plebe videmus
Natalem Felicis agi: nam quæ tibi votis
Caſſa dies oritur: vel magnis rara cateruis?
Sed tamen hanc ſpeciale decus retinere fatebor

A Iure diem: expleto quondam quo contigit æuo
Ponere terrenos habitus & in aſtra vocari
Sidera Felicem, et viuendum ſede beata.
Firmat enim ratio iſta fidem quæ tempora certis
Diſtinguit titulis ſacróſque per annua ſignat
Feſta dies: quibus aut domini miracula quondam
Antiqui tremuere patres, horrenda ſiniſtris
Et ſemper celebranda piis: quia commoda ſanctis
Dura fuere malis. teſtis memphitica tellus.
B Et mare tunc factum ſanctis humus. æquor iniquis.
Cæteráque his paria Aegypto multáſque per oras
Geſta Deo memori nobis recoluntur amore.
Sic æque diuina feruntur munere Chriſti
Vt veneranda dies cunctis qua Virgine natus
Pro cunctis hominem ſumpſit Deus, atque deinde
Qua puerum ſtella duce myſtica dona ferentes
C Suppliciter videre magi: ſeu qua magis illum
Iordanis trepidans lauit tinguente Ioanne
Sacrantem cunctas recreandis gentibus vndas.
Siue dies eadem magis illo ſit ſacra ſigno
Quo primum Deus egit opus cum flumine verſo
Permutauit aquas prædulcis nectare vini.
Quid paſchale epulum? nam certè iugiter omni
D Paſcha die cunctis Eccleſia prædicat horis
Conteſtans domini mortem cruce de cruce vitam.
Cunctorum tamen hoc magnæ pietatis in omnes
Grande ſacramentum præſcripto menſe quotannis
Totus vbique pari famulatu mundus adorat
Aeternum celebrans redíuiuo corpore regem
Hoc ſollenne dies ſequitur ſeptem numeramus
Hebdomadas & lux populis feſtina recurrit,
E Qua ſanctus quondam cælo demiſſus ab alto
Spiritus ignito diuiſit lumine linguas:
Vnus & ipſe Deus diuiſo per ora cucurrit
Omnigenáſque vno ſonuit tunc ore loquellas
Omnibus ignotas tribuens exprimere voces,
Quiſque ſuam vt gentem peregrino agnoſcet ore:
Externamque ſuo neſciret in ore loquellam.
Barbarus ipſe ſibi non notis nota canebat.
F Verba ſuis aliena loquens, ſed in omnibus vnum
Voce Deum varia laudabat ſpiritus vnus:
Vt citharis modulans vnius verbere plectri
Diſſona fila mouet: vel qui perflantia textis
Labra terit calamis, licet vnum carmen ab vno
Ore ferat non vna ſonat varióſque magiſtra
Temperat arte ſonos arguta foramina flatu
Mobilibúſque regit digitis clauditque aperitque,
G Vt rapida vice dulcis eat redeátque cauernis
Currens æolio modulabilis aura meatu
Expleat inruptos animata vt tibia cantus:
Sic Deus omniſonæ modulatur & arbiter vnus
Harmoniæ per cuncta mouet quam corpora rerum
Et naturæ opifex Deus omnis & artis, in omni
Fons opere & finis faciens bona factáque ſeruans
Ipſe manens in ſe media pietate viciſſim
H Qua pater in verbo, qua filius in patre regnat,
Quo ſine nil factum: per quem facta cuncta in eodem
Conſiſtunt: idem nouat omnia principe verbo
Qui cruce purpurea precioſi ſanguinis oſtro
Arduus aſcenſu volucri penetrauit in alta
Nube ſuper Cherubim volitans ſedítque parenti
Dexter, & in ſeruos cæleſtia dona profudit
Spiritum ab vnigena ſanctum & patre procedentem.
I Qui Deus ipſe Deo veniens licet adſit vbique,
Conſpicuo tamen adlapſu tunc igneus illic
Pubit Apoſtolicæ concors vbi cœtus agebat.
Móxque nouo ſoni ... multis ex vrbe ... aſtis
Omni ex gente viris ... quaſi flamma per omnes,
Et ſimul in ... vndique ... lumine diſ... vno
Vt lyricas facili m... pectine chordas
Diuiduis eadem ce... nia linguis
Incutiens varias humana per organa voces.

Talis

Talis vbi lectis impleuit crapula mentes
Ructauere ſacras ieiuno gutture laudes
Ebria corda Deo: qui me miseratus ab iſto
Nomine putabit quod ſobriat ebrietate.
Ergo velut cælum ſtellis, vt floribus arua,
Temporibuſque annos Dominus ſic ipſe diebus
Tempora diſtinxit feſtis vt pigra diurnis
Ingenia obſequiis ſaltem diſcrimine facto
Poſt interuallum reduci ſolennia voto
Sancta libenter agant, reſideſque per annua mentes:
Feſta parent Domino: quia iugiter intemeratus
Iuſtitiæ ſeruire piget: delinquere inertis
Parcere peccato labor eſt: decurritur omni
Valle per aſcenſum nunc eſt euadere cliuum.
Hinc via labendi procliuior: & via vitæ
Durior: illa capax multis, hæc ardua paucis.
Inde bonus dominus cunctos pietatis vt ales
Contegat inualidis nisi virtutis ad alcem
Congrua ſanctorum dedit interualla dierum,
Vt ſaltem officiis mediocribus vltima Christi
Veſtimenta legant & eos ſacra fimbria ſanet
Qui non exteriores penitus regione ſalutis
Intra perpetuæ ſtabulant præcepta vitæ
Longinqui penitus non longe fine ſecundis.
Primus enim gradus eſt cælo præponere cunctos
Continua bonitate dies & tempore toto
Paſcha ſacrum Christi cultu celebrare pudico.
Quæ ſi mixta ſeges tribulis mihi germinat, & cor
Incultum ſtimulat terreni ſpina laboris,
Vel feſtis Domino ſtudeam me offerre diebus
Vt vel parte mei tangam confinia vitæ
Corpore ne toto teneat me conſortia mortis.
Quanquam igitur iugi nos qui ſtatione propinqua
Adcolimus ſancti pellamur honore patroni:
Quem & ſine natali deuota frequentia ſemper
Concelebrat: tamen vt proprij per herilia vernæ
Feſta relaxemur curis: & vota canamus:
Huius lætitiæ princeps pſallentibus ibo
Fratribus & ſocium ducam quaſi ſignifer agmen.
Nam licet è varia populi regione frequentes
Comparibus votis hodie pia gaudia fundant:
Me tamen vberius decet atque inſignius iſto
Exultare die: quia nemo obſtrictius eſt me
Debitor huic cui priuato ſpecialiter altor
Iſta dies cantum peperit ſine fine patronum.
Salue chara dies, ſalue mihi lux mea, ſalue
Semper feſta mihi, ſed in hoc mihi clarius anno
Orta refulſiſti: quia cum Felicis honore
Nicetam reuehis ſanctorum vt amore duorum
Binum habeam natalem hodiè quo corpore ſcripti
Martyris exceſſum celebrans & corpora prompti
Ecce ſacerdotis reditum iatiatus adoro
Suſcipiens humili metantem in pectore Chriſtum.
Exultet mea nunc anima, dicatque quod olim
Sponſa canebat amans Domino vocalis amanti
Imber abit, diſceſſit hyems, vox turturis altæ
In noſtra tellure ſonat, dat vitis odorem
Florida & in terris miramur lilia cœli:
Vnde repente precor verſa vice temporis æther
Ver agit & gelidis flores viſuntur in agris?
Iunctus adeſt Domini Chriſti comitatus amicis
Nicetes: hinc vernat hyems: hinc vndique nobis
Spirat odoratos vegetabilis aura vapores.
Hoc de corde venit benedicti ſpiritus agri.
Vita pudicitiæ & liquido mens candida vero
Nicetam faciunt flores & aromata vernæ:
Munere quid tanto dignum vel corde vel ore
Pauper & inſipiens & paruulus edere poſſim?
Ipſo nunc Felice opus eſt: & in hoc mihi munus
Sumat, vt à Chriſto mihi quas impertiat ipſe
Vt digne ſibi grates opes: & nunc mihi vellem
Viua perennis aquæ manarent flumina ventre

A Vt non ore meo, ſed Chriſti munere poſſem
Lætitiam exprimere meam, quia munere Chriſti
Vberius ſolito placidum mihi tempus inundat
Natalemque mihi duplicat Felicis amore.
Multiplici video præſentis lumine coram
Nicetem rediſſe mihi vtroque parente
Cuius per cunctis amor in me regnat, & ipſe
Nicetes ſuo benedicti nominis inſtat
B Mente gerens, quæ nunc voto victore triumphat?
Ergo conſpiciens hunc longo tempore longe
Natali veniſſe tuo clariſſime Felix,
Nonne tua ducente manu aduentaſſe fatebor
Nam quis tam claro poterit non cernere ſigno
Hoc præſule prouidiſſe tua vt quod ſumere vi tis
Vix poteram aut ipſo ſaltem mihi fingere ſomno
Nicetam rurſus coram Felicis in ipſo
C Natali viſu ſimul amplexuque tenerem,
Atque iterum ſub eo caneremus debita Felici
Audire te eſt ſed quid tantum cogo pauper
Diuitiæ adſideo menſæ & miſer audeo magnis
Ipſe iniare manum dapibus neque cogito quod me
Talia conſimili vice qualia ſumo parare
Conueniat dignoque iſto dare iudice verſum.
D Qua tamen ope da ſancte tuo vt te digna patrono,
Et pariter condigna tuo loquar æquus amico
Iuſſos tuos Felix tecum ad tua vota parentes.
Quæ tua vota ſequuntur mea ſunt & verius hæc ſunt
Vota mea, vt tibi cælius honor terrena recuſat
Gaudia: ſed quia noſtra tuæ ſunt gaudia palmæ,
Vt tua digneris tibi ducere vota tuorum
Ergo tuos etiam Felix imploro parentes.
E Vos quoque ad ea mihi nunc poſcas vt adeſſe vocatos
Qui colitis lætos paradiſi cælitis hortos,
Quique ſub excelſa Domini requieſcitis ara
Et ſacer Apoſtolicus chorus agmine & Patriarchum
Gens prior: ambo chori procerum quos agmine bino
Ter duodena Deus ſignauit nomina patres
Gentibus & populis regnum ad cæleſte vocandis.
Vos etiam ſancti ſupplex depoſco prophetæ
In noſtra qui carne Deum fore præcinuiſtis:
F Vos quoque corporibus cæſis & ſanguine fuſo
Occiſum & viuum teſtati martyres agnum
Omnes diuinis à fontibus vna propago
Quos pius Abrahamus ſacer Yſaacidæus Iacob
Progenuere Deo per non numerabile ſemen
Et iuſti ſunt meritis cæleſtibus atque caducis
Aequantes his aſtra poli his telluris harenam.
Credo equidem vos officio pietatis ad iſtum
G Vnanimes conueniſſe diem Felicis amore
Vt confeſſoris ſocij celebretis honorem.
Non autem canere mihi ſum præſumptor honoris,
Vt ſanctos idcirco meis modo protinus omnes
Senſibus adſpirare precer, quaſi munere tanto
Dignus vt illa meo reſonet vox turturis ore,
Quam totum tellus audiuit læta per orbem.
H Sed quia vox ſimilis decet Felicis honorem,
Et quia Nicetes Domini puer atque ſacerdos
Longinqua tellure mihi modo miſſus in iſtum
Ecce diem venit vir tam bonus ore magiſtro
Quam ſacer eſt victore animo vel corpore victo.
O mihi fulminea Cherubim ſi fors ipſe ſumptum
Carbonem ex ipſa Domini penetralibus ferat ara,
Et peccatoris male pinguia labra perurat
Vt defæcato concretis ſordibus ore,
I Non vt ab ore meo ſed vt audientis ab ore
Ipſius hauſta meo depromam dignius ore,
Nec peccatoris ſtolidi ſermo aſper & æger
Et vili fers caſtas & doctas vulneret aures.
Sed quoniam lateri meus adludes ipſe magiſter
Comminus è regione ſitum venerante frequenter
Lumine conſpiciam forſan ſapientis ab ore
Vt quondam effœtæ pecudes paſtoris Iacob

Con. ipiam ſterili fœcundos pectore ſenſus.
Namque & Nicetes Domini benedictus, vt ille
Mitis vt Iſrahel ouibus quoque paſtor & hœdis
Ante lacum viuentis aquæ, ſed & hic etiam tres
Corde pari trina ſibi legit ab arbore virgas
Quis in aqua poſitis pecus aduocat, & coeuntes
Ingrauidat virgiſque tribus concepta colorat,
Vt [illegible] interraſa varians cortice virgis
Inſignita gregis ſancti fœtura probetur.
At pec[illegible] Laban non [illegible] nota, ſed nota vitæ:
Nam nota mortis erit Chriſto non eſſe notatos.
Sic animæ ſteriles in nomine gratia trino
Innouat, & verbi [illegible] vtero ſpiritus implet
Conceptu[illegible]que De[illegible] notat [illegible] Eccleſia fœtus
Virgine[illegible] fœcunda viro materque ſalutis
Dum [illegible] tribus bibit vuida verba
Semina [illegible] æternus [illegible] lumine vultus.
Hinc ſterilis peperit [illegible] ſeptem [illegible] defecit abundans,
Dilatatæ [illegible] ſuperbos.
Sic [illegible] Nicet[illegible] ſi[illegible] ſapienti[illegible]:
Sicut [illegible] aqua [illegible] occurri
At [illegible] ſenti me [illegible] protinus [illegible] era tendi
A [illegible] uſque diu p[illegible] centis in ora magiſtri
[illegible] varias in pectore virgas,
C[illegible]nſpectumque bibi per lumina fixa colorem,
Et me diuinis ſparſit mens roſida guttis.
Sed tamen in tribus his quia venit mentio virgis
Si placet inſpiciamus adhuc myſteria regni.
Tres Patriarcha ſibi trina legit arbore virgas
Spiritum ſtoracis læuem platano nuce firmam. (ſtus
Spiritus in platano eſt virgo in ſtorace in nuce Chri-
Nam patulos platanus ramos expandit in vmbras
Sanctus inumbrata formauit virgine Chriſtum
Spiritus: & ſtora[illegible] is puro virga ſit arbore Dauid.
Prompſit odoratum quæ virgo puerpera florem
Virga nucis Chriſtus quoniam in nucibus cibus intus
Teſta foris, ſed amara ſuper viridi cute cortex
Cerne Deum noſtro velatum corpore Chriſtum,
Qui fragilis carne eſt verbo cibus & cruce amarus
Dura ſuperficies verbum crucis: & crucis eſca eſt
Cæleſtem Chriſti claudens in carne medullam:
Sed cruce dulcis item, quia protulit arbore vitam
Vita Deus noſter ligno mea vita pependit.
Vt ſtaret mea vita Deo: quid vita rependam.
Pro vita tibi Chriſte mea. niſi forte ſalutis
Accipiam calicem: quo te mea dextra propinet,
Vt ſacro mortis precioſæ proluar hauſtu.
Sed quid agam? neq; ſi propriũ dem; corpus in ignes
Vil[illegible]ſcamque mihi nec ſangine debita fuſo
Iuſta tibi ſolum, quia me reddam tibi pro me,
Et quicquid ſimili vice fecero ſemper ero impar
Chriſte tibi: quia tu pro me mea, non tua Chriſte
Debita ſolui[illegible] pro ſeruis paſſus iniquis.
Quis tibi penſet amor? Dominus mea forma fuiſti
Vt ſeruus tua forma forem: & res magna putatur
Mercari propriam de re pereunte ſalutem:
Perpetuis mutare caduca, vt vendere terram
Cælum emere? ecce Deus quanto me carius emit
Morte crucis paſſus, deiectus imagine ſerui,
Vt viles emeret precioſo ſanguine ſeruos.
Sed quid agam toto temerarius euehor alto
Auſus in excelſum fragili me credere penna?
Martyris egreg[illegible] natalem qui meus eſt mos
Materia leuiore canens in ſumma repente
Emirus, ſuper aſtra volans mentemque procacem
Ad rerum fontem miſſo ſermone tetendi.
Vnde mihi hos animos? quæ me leuat aura ſuperbũ,
Non agnoſco rumpens mea pectora maior agit mens
Sentio Nicetan qui proximus adſidet, & me
Tangit & adiuncto lateri vicinus anhelat.
A[illegible] anhelanti iuxta me ſpiritus inrat
Inſolitumque potens meditantis ſuſcitat ignem,

A Frigentes animas admoto fomite vibrans.
Sed reprimam tumidos flatus nec magna ſuper me
Exiguus ſpirabo loqui, referarque relicta
Paruus humo & plano modici pede carminis ibo.
Quamuis Felicis meritum ſublime profari
Non poſſim ſine laude Dei: tu ſancte paterno
Suſcipe me Niceta ſinu: & dum pectore ducto
B Suſtineor caput in blando mihi corde reclinans
Sal tuus inſulſum me conciat, & ſitientes
Diues vena riget riuo mihi perpete ſenſus.
Dicam iterum gaudens: & adhuc vix muneris huius
Credulus, ingeminabo rogans, dic quæſo rediſti
Teque ipſum teneo Niceta: in quo hactenus æger
Noctes atque dies animo tabente pependi:
Veniſti tandem quarto mihi redditus anno.
C Sed grates Chriſte, quia te vel ſero reuexit.
Quam metui ne te medius regionibus hoſtis
Diſclutum oppoſita bellorum nube teneret?
Sed deſideriis ſuperantibus [illegible] nobis
Vincula rupiſti: nec te mare, nec labor vllus,
Nec Gothicæ tenuere metus, nec frigora longis
Dura viis, vere in tantis Niceta fuiſti
Caſibus . dictu victus victorque benignos
D Fortis & infirmus pariter: ſed vtrumque potenter,
Victus amicitia: victus Felicis amore,
Viciſti duros tenera pietate labores.
Nunc age ſancte parens amẽ mibi dede, manúmque:
Nodemus ſocias in vincula mutua palmas.
Inque vicem nexis alterno fœdere dextris
Sermones varios greſſu ſpatiante feramus:
Enarrare libet ſimul & monſtrare parenti
E Sollicitos noſtros toto quo defuit actus
Tempore, nam cui iure magis mea geſta retexam
Feliciſque manu nobis operata reuoluam:
Quam cui cura ſumus: gemino quoque iure magiſtri,
Et patris, vt bene geſta probet, ſic improba damnet:
Corrigat ornata, & placidus diſponat agenda:
Imperfecta iuuet precibus: perfecta ſacerdos
Dedicet, atque ita ſe Felicis in ædibus vltro,
F Atque citro referat, tanquam ipſum pectore toto
Felicem gerat & patria ſe iactet in aula.
Ergo veni pater, & ſocio mibi iungere paſſu·
Dum te circumagens operum per ſingula duco.
Ecce vides iſtam qua ianua prima receptat:
Porticus obſcuro fuerat prius obruta tecto
Nunc eadem noua pigmentis & culmine crevit.
Aſt vbi conſeptum quadrato tegmine circa
G Veſtibulum medio reſeratur in æthera campo:
Hortulus ante fuit [illegible] ie caſto cæſpite: rarum
Area vilis holus nullos præbebat ad vſus.
Interea nobis amor incidit: hoc opus ipſo
Aedificare loco: namque hunc depoſcere cultum
Ipſa videbatur venerandam vt martyris aulam
Eminus aduerſa foribus de fronte recluſis
Lætior inluſtraret honos, & aperta per arcus
H Lucida frons bifores perfunderet intima largo
Lumine conſpicui ad faciem conuerſa ſepulchri,
Quo tegitur poſito poſitus pro corpore martyr
Qui ſua fulgentis ſolij pro limine felix
Atria bis gemino patefactis lumine valuis
Spectat ouans gaudétque piis ſua mœnia vinci
Cœtibus: atque amplas populis rumpentibus aulas
Laxari denſas numeroſa per oſtia turbas.
I Ipſaque qua tumulus ſacrati martyris extat
Aula nouos habitus ſenio purgata reſumpſit.
Trina manus variis operata decoribus illam
Excoluit biiugis, laqueari & marmore fabri:
Pictor imaginibus diuina ferentibus ora.
Ecce vides quantus ſplendor [illegible] velut æde renata
Rideat inſculptum camera criſpante lacunar.
In ligno mentitur ebur tecto que ſuperne
Pendentes lychni ſpiris retinentur ahenis,

Fr

Et medio in vacuo laxis vaga lumina nutant
Funibus: vadentes flammas leuis aura fatigat.
Quæque prius pilis ſtetit: hæc modo fulta columnis
Vilia mutato ſpreuis cæmenta metallo.
Sed rurſum redeamus in atria, conſpice rurſum
Impoſitas legis duplicato tegmine cellas
Porticibus metanda bonis habitacula digne
Quos huc ad ſancti iuſtum Felicis honorem
Duxerit orandi ſtudium non cura bibendi.
Nam quaſi contiguata ſacris cœnacula tectis,
Spectant de ſuperis altaria tuta feneſtris
Sub quibus intus habent ſanctorum corpora ſedem.
Námque & Apoſtolici cineres ſub cæliſte menſa
Depoſiti placitum Chriſto ſpirantis odorem
Pulueris: alma tuter ſancti libamina reddunt.
Hic pater Andreas, hic qui piſcator ad argos
Miſſus, vaniloquas docuit muteſcere linguas:
Qui poſtquam populos ruptis erroris iniqui
Retibus explicuit: traxitque ad retia Chriſti
Theſſalicas fuſo damnauit ſanguine patras.
Hic & præcurſor domini & Baptiſta Ioannes
Idem Euangelij ſacra ianua, metáque legis
Hoſpes & ipſe mei veniens Felicis ad aulas
Parte ſua cineris fraternum munus honorat.
Huic dubius gemino Didymus cognomine Thomas
Adiacet: huncChriſtus paulæ cunctamine mentis
Viuere poſt mortem vt vero fateamur Ieſum
Corpore viua ſuæ monſtrantem vulnera carnis,
Et veniente die qua iam manifeſtus aperta
Luce Deus veniet cruciata in carne coruſcum
Agnoſcant trepidi, quem confixere rebelles.
Hic medicus Lucas prius arte, deinde loquela
Bis medicus Lucas: vt quondam corporis ægros
Terrenæ curabat ope, & nunc mentibus ægris
Compoſuit gemino vitæ medicamina libro.
His ſocij pietate, fide, virtute, corona,
Martyres Agricola, & Proculo Vitalis adhærens
Et quæ Chalcidicis Euphemia martyr in oris
Signat virgineo ſacratum ſanguine littus.
Vitalem, Agricolam, Proculúmque, Bononia condit:
Quos iurata fides pietatis in arma vocauit,
Próque ſalutiferis texit victoria palmis
Corpora tranſfixos trabalibus inclyta clauis.
Hic & Nazareus martyr: quem munere fido
Nobilis Ambroſij ſubſtrata mente recepi:
Culmina Felicis dignatur & ipſe cohoſpes
Fraternáſque domos priuatis ſedibus addit.
Quamuis ſancti omnes toto ſimul orbe per vnum
Sint vbicumque Deum quo præſentantur vbique
Corporis vt ſua membra Deo: ſed debita ſanctis
Sunt loca corporibus, neque tantum qua iacet ora
Totum corpus ibi poſitorum gratia viuit:
Sed quocunque pij eſt pars corporis & manus extat
Conteſtante Deo meriti documenta beati.
Magna & in exiguo ſanctorum corpore virtus
Clamat Apoſtolice vim corporis indice verbo.
His igitur vicinus erit quicunque ſupernis
Caſtus aget tectis: & qui procul aduena tecto
Percitus affectu ſanctas properauit ad ædes:
Cum velit oratum Chriſtu ſecretus adire
Siue die ſeu nocte velit ſua promere vota:
Impiger exiguo de limine prodeat hoſpes.
Hoc etiam mirare domus quo martyris alta
Lege ſacramenti per limina trina pateſcit.
Faſſus enim eſt vnum trino ſub nomine regem.
Et quod contextæ iunctis ſibi molibus ædes
Funge pio ſignant, quoniam etſi culmina plura
Sint domibus ſtinctis: ſancta & tamen vnica pacis
Eſt domus: & multis vnum concordia membris
Corpus agit cui compago ſtat vertice Chriſto.
Forſitan hæc inter cupidus ſpectacula quæras
Vnde replenda ſit hæc tot fontibus area diues

A Cū procul vrba & ductus aquæ prope nullus ab vrbe
Exiguam huc tenui demittat limite guttam.
Reſpondebo nihil propria nos fidere dextra:
Nil ope terrena confidere: cuncta poteſtati
Depoſuiſſe Deo & fontes præſumere cælo.
Denique ciſternas adſtruximus vndique tectis
Capturi fundente Deo de nubibus amnes.
Vnde fluant pariter pleniſ caua marmora labris
B Quæ ſi etiam interdum vt veniat defectus aquarum
Ordine diſpoſito varias diſtincta figuras
Concharúmque modis & pictis florida metis
Forte erit & ſiccis ſpectabilis area vaſis.
Namque tenes etiam magna Solomonis in æde
Quam fuerit decori ſiccum mare: quid ſapiens rex
Aere dedit ſolido & tauris ſuſpendit ahenis.
Aſpice nunc aliud latus: vt ſit porticus vna
C Et paries medius ſpatio bipatente columnis
Culmine diſcretas aditu ſibi copulat aulas
Corpus in hanc tranſferre oculis peragrantibus ædem,
Quæ longum reſerata latus cum lumine cæli
Panditur inſertos ſocians diſiuncta per artus,
Et populis rigui præbet ſpectacula campi:
Quem tamen includunt ſtructo circundata ſepto
Mœnia ne pateant oculis ſacra tecta profanis.
D Veſtibulúmque patens arca defendit operta.
Nec mirere tacras ſpatiis accreſcere caulas.
Creſcit vbique potens æterni gloria Chriſti.
Sanctorum cumulatur honor: Deus omnibus vnus
Noſcitur: illuſtrat quia ſanctus Spiritus orbem
Cúmque coæterno regno patre filius hæres
In proprius nato pia gratia lumine vert
Multiplicat populis æternæ ſemina vitæ.
E Et quia paſtor oues auget bonus ampla redemptis
Creſcere cum gregibus iubet altus ouilia Chriſtus.
Ingredere hæc pſalmis recinens antiſtes & hymnis:
Et mea vota refer domino: & tua gaudia vocis
Iunge meis: celebrans communis feſta patroni.
Hora opportuna pro peccatore rogabis:
Gaudentem dominum de confeſſoris honore.
Hoc duce pro diui tua ſtamite vota ferentur.
F Felix diuinas tibi præuius ibit ad aures,
Téque ſacra pſalmis ſimul & deuota litante
Obſequio placido deſcendet nomine Chriſtus,
Vt populum templúmque ſacra caligine velet
Infundens niueam per operta ſacraria nubem.
Nunc volo picturas fucatis agmine longo
Porticibus videas paulumque ſupina fatiges
Colla, reclinato dum perlegis omnia vultu.
G Qui videt hæc vacuis agnoſcens vera figuris
Non vacua fidam ſibi paſcet imagine mentem.
Omnia namque tenet ſerie pictura fideli,
Quæ ſenior ſcripſit per quinque volumina Moſes.
Quæ geſſit domini ſignatus nomine Ieſus.
Quo duce Iordanis ſuſpenſis gurgite fixis
Fluctibus à facie diuinæ reſtitit arcæ.
Vis noua diuiſit flumen: pars amne recurſo
Conſtitit, & fluuij pars in mare lapſa cucurrit:
H Deſtituitque vadum. & validus qua forte ruebat
Impetus aſtrictas alte cumulauerat vndas,
Et tremula compage minax pendebat aquæ mons
Deſpectans tranſire pedes arente profundo,
Et medio pedibus ſiccis in flumine terri
Puluerulenta hominum duro veſtigia limo.
Iam diſtinguentem modico Ruth tempora libro
I Tempora iudicibus finita, & regibus orta
Intentis tranſcurre oculis: breuis iſta videtur
Hiſtoria: at magni ſignat myſteria belli,
Quæ geminæ ſcindunt: ſeſe in diuerſa ſorores.
Ruth ſequitur ſanctam quam deſerit Orfa parentem.
Perfidiam nurus vna fidem nurus altera monſtrat.
Præfert vna Deum patriæ: patriam altera vitæ.
Nónne per æuum toto manet hæc diſcordia mundo?

Parte ſequente Deum vel parte ruente per orbem?
Atque vtinam pars æqua foret necis atque ſalutis.
Sed multos violata capit, faciliſque ruina
Labentes prono rapit irreuocabilis errore.
Forte requiratur quanam ratione gerendi
Sederit hæc nobis ſententia: pingere ſanctas
Raro domos viſum eſt animantibus adſimulatis.
Accipite & paucis tentabo exponere cauſas.
Quos agat huc ſancti Felicis gloria cœtus
Obſcurum nulli, ſed turba frequentior hic eſt
Ruſticitas non caſſa fide: neque docta legendi.
Hæc adſueta diu ſacris ſeruire profanis
Ventre Deo: tandem conuertitur aduena Chriſto
Dum ſanctorum opera in Chriſto miratur aperta.
Cernite quam multi coeant ex omnibus agris
Quamque pie rudibus decepti mentibus errent.
Longinquas liquere domus, ſpreuere pruinas:
Non gelidi feruente fide: & nunc ecce frequentes
Per totam lætis vigiles extendunt gaudia noctem.
Lætitia ſomnos, tenebras funalibus arcent.
Verum vtinam ſanis agerent hæc gaudia votis,
Nec ſua liminibus miſcerent pocula ſanctis.
Quamlibet hæc ieiuna cohors potiore refultet
Obſequio caſtis ſanctos quoque vocibus hymnos
Perſonat & domino cantatam ſobria laudem
Immolat, ignoſcenda tamen puto talia paruis
Gaudia quæ ducunt epulis: quia mentibus error
Irrepit rudibus nec tantæ conſcia culpæ
Simplicitas pietate cadit male credula ſanctos
Perfuſis halante mero gaudere ſepulcris.
Ergo probant obiti quod damnauere magiſtri.
Menſaque Petri recipit quod Petri dogma refutat?
Vnus vbique calix domini & cibus vnus: & vna
Menſa domuſque Dei: diſcedant vina tabernis
Sancta precum domus eſt Eccleſia: cede iacratis
Liuidulus ſerpens: non hæc male ludus in aula
Debetur ſed pœna tibi: ludibria miſces
Suppliciis immiſce tuis, idem tibi diſcors
Tormentis vlulas atque inter pocula cantas
Felicem metuis: Felicem ſpernis ineptè
Ebrius inſultans reus oras & miſer ipſo
Iudice luxurias quo vindice plecteris ardens.
Propterea viſum nobis opus vtile totis
Felicis domibus pictura ludere ſancta
Si forte attonitas hæc per ſpectacula mentes
Agreſtum caperet fucata coloribus vmbra:
Quæ ſuper exprimitur titulis: vt littera monſtrat
Quid manus explicuit: dumque omnes picta viciſſim
Oſtendunt releguntque ſibi vel tardius eſcæ
Sint memores: dum grata oculis ieiunia paſcunt:
Atque ita ſe melior ſtupefactis inſerat vſus
Dum fallit pictura famem, ſanctaſque legenti
Hiſtorias caſtorum operum ſubrepit honeſtas
Exemplis inducta piis: ſuadetur hianti
Sobrietas: nimij ſubeunt obliuia vini.
Dumque diem ducunt ſpatio maiore tuentes
Pocula rareſcunt, quia per miracula tractant
Tempora iam pauca ſuperſunt epulantibus horæ.
Quæ ſupereſt his quæ facta & quæ picta videmus
Materiam orandi pro me tibi ſuggero: poſcens
Rem Felicis agens vt pro me ſedulus ores.
Et decet vt quem mente pia comitaris eundem
Et mentis facie referas animóque ſequaris:
Par in amore Dei: nec me miſerambigo amari
Martyre vel modici dignatûs amore catelli.
Cum mihi vita, domus, res, gratia, gloria, panis
Sit Felix donante Deo: quo præſule poſco,
Montibus in ſanctis mea fundamenta locari
Et cœptam peragi inrupto molimine turrem.
De Geneſi precor hunc orandi collige ſenſum.
Ne maneam terrenus Adam: ſed Virgine terra
Naſcar & expoſito veteri noua formen imago.

A Educar tellure mea: generiſque mei ſim
Degener: & ſponſæ feſtinem ad mellea terræ
Flumina: Caldæi ſeruatus ab igne camini.
Sim facilis tectis quaſi Loth ſon ſemper aperta:
Liberer vt Sodomis: neque vertam lumina retro
Ne ſalis in lapidem vertar tale cordis egenus.
Hoſtia viua Deo tanquam puer offerar Yſac,
Et mea ligna gerens ſequar almum ſub cruce patrem
Inueniam puteos, ſed ne precor obruat illos
B Immundus: & viuentis aquæ carcer Amalech.
Sim profugus mundi tanquam benedictus Iacob
Fratris Edom fugitiuus erat, totóque ſtratrandum
Supponam capiti lapidem: Chriſtóque quieſcam.
Sit mihi caſtus amor: ſit & horror amoris iniqui:
Carnis vt illecebras velut inuiolatus Ioſeph
Effugiam vinclis exuto corpore liber
Criminis: & ſpolium mundo carnale relinquam.
C Tempus enim longè fieri complexibus: inſtat
Summa dies: prope iam dominus: iam ſurgere ſomno
Tempus, & ad domini pulſum vigilare paratos:
Sit mihi ab Aegypto bonus exitus vt duce lege
Diuiſos penetrans vadoſi pectoris æſtus
Fluctibus euadam robris: dominique triumphum
D Demerſo Pharaone canam, cum ſupplice voto
Exultando tremens & cum formidine gaudens
Ipſius pia dona meos commendo labores.
Adſere Niceta piere quod precor: & ſimul omnes
Qui ſimul huc ſancta pro religione coiſtis
Deuoti domino & gratantes dicite mecum:
Hæc tibi Chriſte Deus tenui fragilique paratu
Pro nobis facimus, nec enim te ſumme creator
Facta manu capiunt: toto quem corpore mundus
E Non capit tangit tôm cui cælum, terráque punctū eſt:
Sed ſanctis ſine fine tuis deuota ferentes
Obſequia: exiguo magnos veneramur honore:
Sperantes illis exoratoribus: vt tu
In nobis operum ponas perfecta tuorum
Culmina: & extructis habitatos mentibus adſis.

F

NATALIS. X.

IN veteri nobis noua res adnaſcitur actu,
Et ſolita inſolito creſcunt ſolennia ritu:
Materiámque ſimul mihi carminis & ſimul almi
Natalem geminant Felicis, in ædibus eius
Nata recens opera hæc quæ molibus vndique celſis
Cernitis eminuiſſe pari ſplendentia cultu
G Illic porticibus late circundata longis
Veſtibula in cliuo tectis reſeruntur aperto,
Et ſimul altra oculis ingreſſibus atria pandunt.
Illic adiunctæ ſociis noui mœnibus aulæ:
Diffuſáque ſita ſimul & coeunte potentes
Aemula conſertis iungunt faſtigia tignis,
Et paribus vtriſ & ſpecioſæ cultibus extant
Marmore, pictura, laquearibus, atque columnis.
H Inter quæ & modicis diſtinctæ gratia celliæ:
Quas in porticibus quà ſi ngius vna coactum
Porticus in ſpatium tractu porrenditur vno
Adpoſitas lateri tria comminus ora recludunt
Trináque cancellis currentibus oſtia pandunt.
Martyribus mediam pictis pia nomina ſignant
Quos par in vario redimiuit gloria ſexu.
At gemina quæ ſunt dextra læuáque patentes
I Binis hiſtoriis ornat pictura fidelis.
Vnam ſanctorum complent ſacra geſta virorum:
Iob vulneribus tentatus, lumine Tobis.
Aſt aliam ſexus minor obtinet: inclyta Iudith
Qua ſimul & regina potens depingitur Eſther.
Interior variis nitoribus area ridet
Læta ſuper tectis & aperta luce ſerenis
Frontibus atque infra niueis redimita columnis.
Cuius in expoſito prælucens cantharus extat

Quem

Quem cancellato tegit ærea culmine turris.
Cætera diſpoſitis ſtant vaſa ſub æthere nudo
Fonticulis grato varie quibus ordine fixis
Diſſidet artis opus, concordat vena metalli.
Vnaque diuerſo fluit ore capacius vnda.
Baſilicis hæc iuncta tribus patet area cunctis
Diuerſoſque aditus ea vno pandit ad omnes.
Atque itidem gremio diuerſos excipit vno.
A tribus egreſſus medio ſpatioſa parito,
Quod tamen ordinibus ſtructis per quéque nitentum
Agmina concharum ſeries dentata euecto
Marmore mira oculis aperit ſpatiantibus: arte
Sed circumiectis in porticibus ſpatiari
Copia larga ſubeſt, interpoſitiſque columnas
Cancellis ſeſſus incumbere: & inde fluentes
Aſpectare locos pedibuſque madentia ſiccis
Cernere: nec caleſte ſola, & certamine blando
Mirari placido ſalientes murmure fontes.
Non ſolum hiberno placitura in tempore præſto eſt
Commoditas, quia ſic tecti iuuat vmbra per æſtum.
Parte alia patet exterior quæ cingitur æque
Area porticibus cultu minor, æquore maior
Ante ſacras ædes longe ſpectabile pandit
Veſtibulum duplici quæ extructis tegmine cellis
Per conceatarum coeuntia tigna domorum
Caſtelli ſpeciem meditatur imagine muri
Cunctiſque forum late ſpectabile pandit
Quale loco ſignum Felix venerandus in iſto
Ediderit nuper celeri narrabo relatu.
In medio campi contra venerabilis aulæ
Limina de ligno duo texta tigilla manebant
Importuna ſitu ſimul & deformia viſu.
Quę decus omne operum perimebant, improba fœdo
Obice proſpectum ſecantia: namque patentis
Ianua baſilicæ tuguri breuis interiectu
Obſcurata, fores incaſſum clauſa patebat.
Hæc amoliri cupientibus obuia nobis
Verba dabant tectis qui metabantur in illis:
Iurabántque prius vitam ſe poſſe pacisci
Quæ cogi migrare locis, temnenda quidem vox
Iſta videbatur: ſed erat fateor mihi id ipſum
Inuidiæ: tædebat enim vel vincere rixa.
Interea quadam prima iam nocte quietum
Carpere ſopitis cœptantibus ſe relictis
Proſiliens ſcintilla focis conſedit in vna
Cellarum ipſarum lateri ea de ſtramine tecti
Quo forte inciderat ſubitū ignē: móxque per ipſam
Fiſſa caſam vt vires alimenta per arida cœpit
Ingentem fragili rapuit de fomite flammam,
Et facili lapſu per putria ligna vetuſti
Culminis erumpens magnis incendia torſit
Turbida verticibus: caliginumque per aera nubem
Miſcuit, & nigris ſubduxit ſidera fumis.
Ipſaque terribilem dabat inſuper ara fragorem
Materiæ fragilis crepitu grauiore reſultans.
Cunctaque vicanis circum metata colonis,
Atque etiam vicis ſubmotos longius agros:
Sic vapor adflabat, ſic horrida lux ferebat:
Sic prope ſic longe ſita culmina reſpergebat
Scintillis late volitantibus igneus imber,
Vt ſubito exciti nos planctibus vndique mœſtis
Et circumfuſis immani lumine tectis
Omnia circa nos lucere vt aperta videntes
Cuncta putaremus flammis correpta cremari,
Ipſaque ſanctorum ſimul igne palatia tanto
Peruſta: vt à tectis ſimul omnibus illa referri
Fulgura quæ ſparſis etiam longinqua replebant
Ignibus & multo terrebant igne vapores.
Vt quaſi vicinas omnes ſibi quiſque timeret
Ad ſua tecta faces ardentem comminus æſtum
Infeſtáſque trahens diris nidoribus auras.
Nos trepidi, vt noſtris domibus propiore periclo:

A Nil ope de noſtra præſumimus. vnde etenim vis
Et manus infirmis foret illam extinguere molem
Sufficiens? cum flamma ſuis ingentior iret
Fomitibus partimque exorta repente tigillo
Culmina cuncta ſimul pertunderet igne minaci.
Currimus ergo fide tantum & prece ſupplice nixi
Ad vicina mei Felicis limina. & inde
Contiguam paribus votis accurrimus aulam
B Poſcimus impoſitis ſubiecti altaribus ora.
Ipſe domum remeans modicum, ſed grande ſaluti
De crucis æternæ ſumptum mihi fragmine lignum
Promotenéniq; manu aduerſis procul ingero flammis,
Vt clypeum retinens pro pectore: quo tegerer me
Arceremque hoſtem conlato vmbone rebellum.
Credite nec donate mihi, ſed reddite Chriſto
Grates, & iuſtas date laudes omnipotenti.
C Noſtra ſalus etenim cruce Chriſti & nomine conſtat
Inde fides nobis & in hac cruce nixa periclo
Profuit, & noſtram cognouit flamma ſalutem,
Ne mea vox aut dextra illum, ſed vis crucis ignem
Terruit inque loco de quo ſurrexerat ipſo
Vt circunſeptam proprio limite flammam
Sidere & extingui tremitu moriente coegit
Et cinere extremam cineri tumeare procellam.
D Quanta crucis virtus? vt ſe natura relinquat
Omnia ligna vorans ligno crucis vritur ignis.
Multa manus crebris tunc illa incendia vaſis
Aſpergens largis cupiebat vincere limphis:
Sed licet exhauſtis perſarent fontibus imbres:
Et maiore tamen laſſis ſpargentibus, omnem
Vicerat ignis aquam. nos ligno extinximus ignem,
Quámquam non poterat vicit breuis haſtula flammam.
E Poſt vbi diceſſit metus operatumque reduxit
Lux operoſa diem proceſſimus acta videre
Noctis, & extincta quamuis fumantia late
Securis ſpectare oculis veſtigia flammæ:
Et credentes nos plurima damna domorum
Viſuros magni memores terroris & ignis:
Sed cleo conſpectis decreuit opinio rebus:
Et nihil exuſtum niſi quod debebat aduri
F Cernimus, ex illiſque vnum flagraſſe duobus
Hoſpitiis, quæ noſtra manus, niſi flamma tuliſſet,
Abſtulerat. ſed & hoc Felicis gratia nobis
Munere conſuluit. quod præueniendo laborem
Vſibus flammis operum compendia nobis
Præſtitit, inde patens incenſæ quam vicerat illic
Flamma domus, non vt paterentur ſtare, vel ipſam
Obſtantem ſimili bipatentibus obice valuis.
G Verum vt & hæc illum peniret flamma colonum
Conſeruans illi quod mox euerteret ipſe.
Nam ſua qui ſanctis nuper gurguſtia dictis
Prætulerat: primum flammis ſubmiſit & vnum
Mox aliud propria ipſe manu vaſtare tigillum
Incipit & celeri peragit ſua damna furore.
Dilectaſque domos & inanes plangit amores,
Qui ſimul aſpiciens incenſa & diruta tecti
Diſſimiles ſimili miratur in aggere labes
H Roderis & cineris iuncti bicolore ruina.
Hunc nobis ſine lite videns ceſſiſſe triumphum
Se tantum miſer accuſat, quem gratia nulla
Manſerit obſequij & maneat confuſio pœnæ,
Nunc quia ab immoto patuerunt obice frontes
Eloquio ſimul, atque animo ſpatiemur in ipſis
Gaudentes ſpatiis, ſanctáſque feramur in aulas:
Miremurque ſacras veterum monumenta figuras:
I Et tribus in ſpatiis duo teſtamenta legamus:
Hanc quoque cernentes rationem lumine recto:
Quæ noua in antiquis tectis, antiqua nouis lex
Pingitur: eſt etenim pariter decus vtile nobis
In veteri nouitas, atque in nouitate vetuſtas.
Vt ſimul & noua vita ſit & prudentia cauta.
Vt grauitate ſenes, & ſimplicitate puſilli

A Temperiem mentis gemina ex ætate trahamus:
Iungentes noſtris diuerſum moribus æuum.
Eſt etiam interiore ſinu maioris in aulæ
Inſita cella procul quaſi filia culminis eius
Stellato ſpatioſa ſolo, trinoque receſſu
Diſpoſitis ſinuata locis, medio pietatis
Fonte nitet, mireque ſimul nouat atque nouatur.
Namque hodie bis eam geminata nouatio comit
Dum gemina antiſtes gerit illic munera Chriſti
B In geminos adytum venerabile dedicat vſus
Caſtifico ſocians pia ſacramenta lauacro.
Sic pariter templum nouat hoſtia, gratia fontem.
Fonsque nouus renouans hominē quod ſuſcipit & dat
Munus, ſiue magis quod deſinit eſſe per vſum
Tradere diuinis mortalibus incipit vſu.
Dum finit eſſe nouus: ſed tali munere ſemper
C Vtendus nunquam veteres renouare faceſſet.
Hac Domini donū, hāc ſpeciem quā munere Chriſti
Idem homo fit nouus, & vetus interit, ecce refectis
Cernite culminibus gemina Felicis in aula
Quæ fuerant vetera, & noua nunc extare videntur.
Nam ſteterant vaſto deformibus agmine pilæ:
D Nunc meliore datis ſtant [illegible] vice fulta columnis,
Et ſpatij cepere & luminis incrementa:
Depoſitóque ſitu reducem ſumpſere iuuentam.
Namque & [illegible] duplex ſpecimen ſi gratia fulget:
Quia renouata nouis æquali lumine certant
Culmina culminibus, tectorum diſſilet ætas
Concordat ſpecies: veterum manus atque recentum
Conuenit, in facie ſimili decor vnus vtrumque
Ornat opus, coeunt olim fundata nouellis.
E Nec diſcrimen adeſt oculis nitet vna vetuſtas
Annoſis rudibuſque locis niger abditur horror.
Et ſenibus tectis iuuenem pictura nitorem
Reddidit infuſo variorum flore colorum.
Hinc operum tempus confunditur: & nitet extra
Parietibus nouitas, latet intus operta vetuſtas:
Fronte iuuentatis tegitur fucata ſenectus:
F In eteram faciem veterata reduxit ætas.
Suntque ſimul vetera & noua: nec noua nec vetera
Non eadē ſimul atque eadē quia forma futuri æque.
Præſentiſque boni eſt. namque & nunc vtile nobis
Deſerto veteris vitæ ſqualore, nouari
Mente pia, Chriſtumque ſequi regique parari.
Tunc quoque quum dabitur redeunte reſurgere vita
Ille reſurgentum potior numerabitur ordo:
G Qui ſuper illuſtri carnem perfuſus amictu
Seruilem Domini mutauit imagine formam:
Conformemque Deo conregnaturus honorem
Accipiet: Chriſto ſimilis ſed munere Chriſti.
Hæc eadem ſpecies veterem deponere formam,
Et geſtare nouam monet: & retro acta abolere:
Inque futura Dei conuerſam intendere mentem:
Congrua præteritis oblinia ducere curis:
H Cæleſtumque animo regnorum inducere curam:
Rebus & humanis & amoribus iſtius æui
Mente prius quàm morte mori: neque corporis ante
Nexibus abſolui quam criminis. ergo mouemur
Senſibus, & luteos terreſtris imaginis actus
Diſcutere à noſtro properemus corpore longe.
Veſtibus excuſſis: puros, vt corde recuſſi
Corporis atque animæ nitidi reddamus amictus.
I Nec modo commiſſum peccati, ſed meditatum,
Sicut morbiferam de labe cadaueris auram
Naribus obſtructis triſtem fugiamus odorem.
Vt faciem colubri Solomon peccata timeri
Horrerique monet, dicens armata leonis
Dentibus: & vere, quoniam velut ore ferino
Sæua vorant animam, quam vicerit ægra voluptas
Corporis, eſcámque ſuæ draco duxerit eſcæ,
Qui vorat Æthiopum populos, non ſolè peruſtos,
Sed vitiis nigros & crimine nocticolores.
Tales Æthiopas ſerpens edit in quibus eſcam
Quam capere eſt damnatus habet: quia peccatorem
Serpentiſque cibum Deus vno nomine terram
Dixit: & inde vorans peccata dracone voratur.
Tempus adeſt mutare vias & reſurgere ſomno,
Et tandem vigilare Deo, dormire viciſſim
Actibus his quibus inuigilat mens mortua Chriſto.
Si nobis doctrina Dei de lumine verbi
Non aperit ſenſum, ſaltem capiamus ab ipſis
Ædibus exempla. & lapides & ligna magiſtri
Sint ſtolidis, vt quale manu confecimus: iſtis
Tale fide faciamus opus: licet abſit ab vno
Mentis opus manuumque labor, ſed ab impare cauſa
Par operis trahitur ratio, ecce videte, probabo
Diſſimiles ſimili ſpecie concurrere formas.
Qua noua tecta ſedent multi meminere locorum.
Nam breue tempus id eſt ex quo ſunt omnia cœpta
Quæ modo facta manent: annis ſudata duobus
Tertius expleuit precé ſanctorum atq; ope Chriſti.
Pars ſpatij breuis hortus erat, pars ruderis agges
Quem collata manus populo curante, remouit:
Et viles holerum cum ſentibus eruit herbas:
Vt nitido purgata pateſceret area dorſo,
Quæ modo marmoreis ornato iugere ſaxis
Lata [illegible] nitet, cultus oblita priores,
Quam bene mutauit ſpeciem poſt ſtercoris vſum
Marmoris ornatum? parias poſt vilia conchas
Braſſica fert & ſplendet aquis, quæ ſorde nitebat.
Quónam igitur nunc iſta mihi mihi fabrica formam
Præbeat: qua me colere, ædificare, nouare,
Sentibus & Chriſto [illegible] udere poſſim?
Própta quidē ratio eſt. quæ [illegible] tera quod in me
Rudus, & vnde [illegible] in agro.
Terra cor eſt, [illegible] tadera cordis.
Luxus iners, impuras am[illegible] libido,
Rudera ſunt animæ [illegible] corporis anxia cura,
Liuor edax, & auara fames grauis ira, leuis ſpes,
Prodigáque ambitio [illegible] proprij, ſitiens [illegible]:
Spinæ ſunt animo: quia ſemper ina[illegible]ibus angunt
Ancipites animas ſtimulisque ingiter vrit
Deiectis miſeri metus, & miſer ardor habendi.
Atque ita & [illegible] opes inopes: quaſi tantalus ille
Inter aquas ſitiunt, nec habent quod habere videntur.
Nam parta vti metuunt, ſeruata relinquunt.
Dumque alimenta parant [illegible] tempora perdunt.
Has igitur ſpinas, hæc rudera, mentibus hirtis
Egerere eſt opus, & primum hanc euellere fibris
Cunctorum ſtirpem ſcelerum, quia pullulat arbos
Infelix, Domini radicitus illa ſecuri
Icta cadit: noſtris vt nunquam germinet aruis.
Hæc ſi præciſo de nobis fomite radix
Aruerit, cadet omne nefas: vitium omne peribit.
Matriciſque ſuæ cauſam mala cuncta ſequentur:
Et moriente ſua ſimul arbore, poma peribunt.
Tunc bene purgato domus ædificabitur horto:
Et firmo fundata ſolo bene ſurget in altum
Fabrica diuini moliminis, ipſe columnas
Eriget in nobis Chriſtus, veteresque reſoluet.
Obſtructæ pilas animæ: ſpatiumque ſibi rex
Senſibus efficiet noſtris, vt inambulet illis
Tanquam in porticibus Solomonis: quaque ſolebat
Ore pio medicos ſapientia ducere greſſus:
Corpora tangendo ſanans, & corda docendo.
Non igitur ſimus veteres inter noua tecta:
Vt qui corda habitat Chriſtus, noua corda reuiſat.
Peior enim ſciſſura nouo veterique coactis
Redditur, & noua vina nouos bene dantur in vtres.
Vita prior pereat: pereat ne vita futura.
Sponte relinquamus mundum, non ſponte canendū
Sponte niſi fugimus: moriamur ne moriamur,
Lethalem vitam vitali morte tegamus.
Terrena intereat, ſubeat cæleſtis imago.

Et

Et Chriſto vertatur Adam:mutemur & iſtic
Vt mutemur ibi qui nunc permanſerit in ſe
Idem & in æterno non immutabitur à ſe.

SEQVITVR CANTICVM QVOD A NONNVLLIS PAVLINO, A pluribus Auſonio aſcribitur · & eſt

Precatio matutina ad omnipotentem Deum.

OMnipotens quem mente colo pater vnice rerū
Ignorate malis & nulli ignote piorum:
Principio extremóque carens.antiquior æuo
Quod fuit aut veniet:cuius formamque modúmque,
Nec mens complecti poterit nec lingua profari:
Cernere quem ſolus coràmque audire iubentem
Fas habet & patriam propter conſidere dextram
Non genitor ex genitore Deus:qui fraude ſuperbi
Offenſus populi gentes in regna vocauit:
Stirpis adoptiuæ meliore propage colendus.
Cernere quem licuit proauis quo numine viſo,
Et patrem vidiſſe datum:contagia noſtra
Qui tulit:& diri paſſus ludibria lethi
Eſſe iter æternæ docuit remeabile vitæ.
Nec ſolam remeare animam:ſed corpore toto
Cæleſtes intrare plagas & inane ſepulchri
Arcanum vacuis adopertum linquere terris.
Nate patris ſummi noſtróque ſalutifer æuo:
Virtutes patrias genitor cui tradidit omnes
Nil ex inuidia retinens plenúſque datorum,
Pande viam precibus.patriáſq; hæc perfer ad aures.
Da pater inuictam contra omnia crimina mentem:
Vipereúmque nefas nocituri auerte veneni.
Sit ſatis antiquam ſerpens quod prodidit Euam
Deceptúmque adiunxit Adam:nos ſera nepotum
Semina veridicis ætas prædicta Prophetis
Vitemus laqueos.quos lethifer implicat anguis.
Pande viam,qua me poſt vincula corporis ægri
In ſublime feram:puri qua lactea cæli
Semita ventoſæ ſuperat vaga nubila lunæ·
Qua proceres abiere pij:quaque integer olim
Raptus quadriiugo penetrat ſuper æthera curru
Helias : & ſolido cum corpore præuius Enoch.
Da pater æterni ſperantem luminis auram,
Si lapidea non iuro Deos·vnúmque verendi
Suſpiciens altare ſacri libamina vitæ
Intemerata fero.ſi te dominique Deique
Vnigeni cognoſco patrem mixtúmque duobus:
Qui ſuper æquoreas volitabat ſpiritus vndas.
Da genitor veniam:cunctatáque pectora purga.
Si te non pecudum fibris,non ſanguine fuſo
Quæro:nec caruis numen coniecto ſub extis.
Si ſcelere abſtineo:errori ipſe obnoxius:& ſi
Opto magis quam fido bonus puruſque probari:
Confeſſam dignare animam:ſi membra caduca
Exector·& tacitum ſi pœnitet:altáque ſenſus
Formido excruciat·tormentáque ſera gehennæ
Anticipat·patiturque ſuos mens ſaucia manes:
Da pater hæc noſtro fieri rata vota precatu.
Nil metuam,cupiámque nihil:ſatis hoc rear eſſe
Quod ſatis eſt:nil turpe velim:nec cauſa pudoris
Sim mihi:nec faciam cuiquam quæ tempore eodem
Nolim facta mihi:nec vero crimine lædar,
Nec maculer dubio:paulum diſtata videtur
Suſpectus veréque reus,male poſſe facultas
Nulla ſit:& bene poſſe adſit tranquilla poteſtas.
Sim tenui victu atque habitu:ſim charus amicis:
Et ſemper genitor ſine vulnere nominis huius.
Non animo doleam:non corpore·cuncta quietis
Fungantur membra officiis:nec ſaucius vllis
Partibus amiſſum quicquam deſideret vſus.
Pace fruar:ſecurus agam;miracula terræ

A Nulla putem·ſuprema mihi cùm venerit hora,
Nec timeat mortem bene conſcia vita:nec optet.
Purus ab occultis cum te indulgente videbor
Omnia deſpiciam:fuerit cum ſola voluptas
Iudicium ſperare tuum:quod dum ſua differt
Tempora·cunctaturque dies:procul exige ſæuum
Inſidiatorem blandis erroribus anguem.
Hæc pia:ſed mœſto trepidantia vota reatu
B Christe apud æternum placabilis aſſero patrem
Saluator,Deus,ac dominus,meus,gloria,verbum:
Filius & vero verum de lumine lumen.
Æterno,cum patre manens in ſecula regnans.
Conſona quem celebrat modulato carmine plebes
Et reſponſuris ferit aera vocibus: Amen.

DE REDITV NICETÆ EPISCOPI

C in Daciam vnde ad natalem S. Felicis occurrerat.

IAmne abis & nos properans relinquis?
Quos tamen ſola regione linquis
Semper adfixa ſine fine tecum
Mente futuros?
Iamne diſcedis reuocante longe
Quam colis terra ſed & hic reſiſtis
D Sancte Niceta.quoniam & profectum
Corde tenemus.
I,memor noſtri remanéque valens
Spiritu præſens animis viciſſim
Inſitus noſtris trahe térque tecum
Quos geris in te.
O nimis terræ & populi beati
Quos modo à nobis remeans adibis,
E Quos tuo accedens pene viſitabit
Chriſtus & ore.
Ibis Arctoos procul vſque Dacos,
Ibis Epyro gemina videndus,
Et per Ægeos penetrabis æſtus
Theſſalonicen.
Appulis ſed nunc via prima terris
F Te vehet longo ſpatioſa plano
Qua canuſino medicata flagrant
Vellera fuco.
Aſt vbi paulum via proferetur,
Det precor mites tibi Chriſtus æſtus
Et leuis ſpiret ſine nube ſiccis
Aura calabris.
Sicut antiquis manibus Prophetæ
Per ſacramentum crucis vnda miſſo
G Dulcuit ligno poſuitque triſtes
Myrrha liquores:
Sic tibi cælum modo temperetur,
Et lene ſudet tenuatus aer
Flatibus puris placide ſalubres
Spiret in auras,
Qui ſolet flatu grauiſ è paluſtri
Anguium tetros referens odores
H Soluere in morbos tumefacta craſſo
Corpora vento.
Quem potens rerum dominus fugari
Siue mutari iubeat:ſuóque
Nunc ſacerdoti bona ſanitatis
Flabra miniſtret.
Sicut Ægypto pereunte quondam
Noctis & denſæ tenebris operta
I Qua Dei vultu ſacra gens agebat
Luxerat orbis.
Quæ modo in toto ſpecies probatur
Orbe cum Felix fidei piæ pars
Fulgeat Chriſto reliquos tenebris
Obruat error.
Sic mea qua ſe feret actus ora
Cuncta Nicetæ dominus ſecundet:

Donec

Donec optato patriam vehatur
Lætus ad vrbem.
Perge Niceta bene qua recurris
Proſperis Chriſto comitante curſus,
Quem tui dudum populi fatigant
Nocte dieque.
Te repoſcentes vt ager leuandis
Cum ſatis imbrem ſitit,vt quod molles
Cum ſuas matres vituli repreſſo
Lacte requirunt.
Vade nos iuſtis precibus tuorum
Qui ſuum recte repetunt parentem
Cogimur victu licet impleti
Cedere voto.
Et quia ſpes iam rapitur tenendi
Vrget affectus placitis fauere:
Iam vias illas licet exe- remur
Quæ rapiunt te:
Odimus quamuis tamen his amamus
Odimus quod te retrahunt amamus
Quæ tuum nobis procul attulerunt
Cernere vultum.
Quas prius ſtringi ſuperante amore
Nunc tibi ſterni facies precamur
Præuio terris pelagóque ſummi
Nomine Chriſti.
Qui tibi factis iter omne campi
Arduos montes reprimat cauáſque
Impleat valles ſalebras adæquet:
Iungat hiatus.
Te per Hydruntum Lepiaſque vectum
Innubæ fratrum ſimul & ſororum
Ambient vno duminum canentes
Ore cateruæ.
Quis mihi pennas daret vt columbæ
Vt choris illis citus intereſſem:
Qui Deum Chriſtum duce te canentes
Sidera pulſant?
Sed licet pigro teneamur ægri
Corporis nexu,tamen euolamus
Mentibus poſt te,dominóque tecum
Dicimus hymnos,
Nam tuis intus ſimul implicati
Senſibus vel cum canis ac precaris:
Cum tua de prece cúmque voce
Promimur & nos.
Inde iam terris ſubeunte ponto
Hadriæ ſtratus ſinus obſequetur
Vnda procumbet zephyróque leni
Vela tumeſcent.
Ibis illabens pelago iacenti,
Et rate armata titulo ſalutis
Victor antemna crucis ibis vndis
Tutus & auſtris.
Nauitæ ſoli debitum celeuma
Concinent verſis modulis in hymnos,
Et pii ducent comites in æquor
Vocibus auras.
Præcinet cunctis tuba ceu reſultans
Lingua Nicetæ modulata Chriſtum
Pſallet æternus citharista toto
Æquore Dauid.
Audient Amen tremefacta cete,
Et ſacerdotem domino canentem
Læta laſciuo procul admeabunt
Monſtra natatu.
Vndique alludent patulo ferentes
Ore Delphines ſine voce,quamquam
Æmula humanis tamen eloquentur
Gaudia linguis.
Nam Deo quid non ſapit atque viuit
Cuius & verbo ſata cuncta rerum?

A Hinc Dei laudem maris ima noſcunt
Mutaque clamant.
Teſtis eſt nobis veteris Prophetæ
Belua ad nutum domini profundo
Excita vt merſum caperet,deinque
Redderet hauſtum.
Sed modo ad noſtrum ferus ipſe vatem
Auribus tantum pia deuorauit
B Cantica:impaſtam ſaturauit aluum
Carmine paſtus.
Qualibet pergas iter & per vndas
Perque tellurem licet & per hoſtes
Ibi armatus galea ſalutis:
Vertice Chriſto.
Aduolet miſſus Raphael vt olim
Tobiæ Medis iter proſequendo
C Ipſe Nicetæ comes vſque dacus
Angelus adſit.
Durat hunc æque famulum ſuum dux
Ille qui quondam profugum minacis
Fratris á vultu Deus in ſalutem
Duxit Iacob.
Námque Nicetæ iugiter ius æque eſt
Quod ſemel fecit Patriarcha ſemper:
D Hic facit mundo fugiens ad alti
Mœnia cæli.
Et gradus illos quibus ille vidit
Angelos verſa vice commeantes
Iſte contentus ſuper ante nubes
Scandere vita.
Per crucis ſcalas properans in aſtra,
Qua Deus attens ad humum coruſcis
E thronis ſpectat varios labores
Bellaque mentis.
Tuque Niceta bene nominatus
Corporis victor velut ille dictus
Iſrael ſummum,quia vidit alto
Corde ſatorem.
Vnde Nicetes meus approbatur
Iſraelites ſine fraude verus
F Qui Deum cernit fidei ſalubri
Lumine Chriſtum.
Hic Deus noſter via noſtra ſemper
Sit comes nobis,ſit & anteceſſor:
Semitis lumen pedibuſque noſtris
Sermo lucerna.
Qua per obſcuri vada cæca mundi
Luminis veri face dirigamur,
G Donec optatos liceat ſalutis
Tangere portus,
Quos modo vndoſum petimus per æquor
Dum vagæ mentis fluitamus æſtu:
Ferreo tanquam fragili carina
Corpore vecti.
Sed gubernaclo cru- hanc regente
Nunc ratem in nobis pia vela cordis
H Pandimus Chriſto referente litus
Flamine dextro.
Ergo dux idem modo proſequatur
Te via,qua nunc properas reuertens
Ire Niceta patrióque reddat
Limine tutum.
Sed freto emenſo ſupereſt viarum
Rurſus in terra labor vt veharis
I Vſque felices quibus es ſacerdos
Præſtitus oras.
Tu Philippeos Macedum per agros
Per Tomitanam gradieris vrbem,
Ibis & ſcupos patriæ propinquos
Dardanus hoſpes.
O quibus iam tunc reſonabit illa
Gaudiis tellus,vbi tu rigentes

Edoces

Edoces Chriſto fera colla miti
Subdere gentes.
Quaque Riphæis boreas in oris
Alligat denſis fluuios pruinis
Hic gelu mentes rigidas ſuperno
Igne reſoluis.
Nam ſimul terris animiſque duri,
Et ſua Beſſi niue duriores
Nunc oues facti duce te gregantur
Pacis in aulam.
Quaſque ceruices dare ſeruituti
Semper à bello indomiti negarunt,
Nunc iugo veri Domini ſubactas
Sternere gaudent.
Nunc magis diues precio laboris
Beſſus exultat: quod humi manúque
Ante quærebat: modo mente cælo
Colligit aurum.
O vices rerum bene verſa forma
Inuij montes prius & cruenti.
Nunc tegunt verſos monachi latrones
Pacis alumnos.
Sanguinis quondam modo terra vitæ eſt
Vertitur cælo pia vis latronum
Et fauet Chriſtus ſupera occupantis
Regna rapinæ.
Mos vbi quondam fuerat ferarum
Nunc ibi ritus viget angelorum:
Et latet iuſtus quibus ipſe latro
Vixit in antris.
Præda fit ſanctis vetus ille prædo;
Et gemit verſis homicida damnis:
Iure nudatus ſpoliante Chriſto
Criminis armis.
Interit caſu ſatanæ viciſſim
Inuidus Cain: rediuiuus Abel
Paſcit effuſi precio redemptos
Sanguinis agnos.
Euge Niceta bone ſerue Chriſti:
Qui tibi donat lapides in aſtra
Vertere viuis ſacra templa ſaxis
Ædificare
Auios ſaltus, iuga vaſta luſtras,
Dum viam quæris ſterilémque ſyluam
Mentis incultæ ſuperans in agros
Vertis opimos,
Te patrem dicit plaga tota boreæ
Ad tuos ſtatus ſcytha mitigatur,
Et ſui diſcors fera te magiſtro
Pectora ponit.
Et getæ currunt & vterque dacus:
Qui colit terræ medio, vel ille
Diuitis multo boue pelleatus
Accola ripæ.
De lupis hoc eſt vitulos creare,
Et boui iunctum palea leonem
Paſcere: & tutis caua viperarum
Pandere paruis,
Namque manſueto pecori coire
Beſtias pulſa feritate ſuades:
Qui feras mentes hominum poſito
Imbuis ore:
Orbis in muta regione per te
Barbari diſcunt reſonare Chriſtum
Corde Romano placidamque caſti
Viuere pacem.
Sic tuo mitis lupus eſt ouili:
Paſcitur concors vitulus leoni:
Paruus extracta puerulus cauernis
Aſpide ludit.
Callidos auri legulos in aurum
Vertis: & verſos imitaris ipſe

A E quibus viuum fodiente verbo
Eruis aurum.
Has opes condes Domino perenni
His ſacrum lucris cumulans talentum
Audies, intra Domini perennis
Gaudia lætus:
His precor cum te domus alma ſancta
Ceperit fratrum numeroſa cœtu
In choris & nos pietate chari
B Pectoris abde.
Nam Deo grates quod amore tanto
Nos tibi adſtrinxit per operta vincla
Vis vt integram valeat catenam
Rumpere nulla.
Vnde complexi ſine fine charum
C Pectus hæremus laqueo fideli
Quaque contendas, comites feremur
Mente ſequaci.
Charitas Chriſti benefuſa cælo
Orbis aut altera neque mors reuellet
Corporis vita moriente, vita
Viuet amoris,
D Dum graueis iſtos habitamus artus
Mente te ſemper memori colemus:
Tu petes ſimus ſimul in perenni
Tempore tecum.
Namque te celſum meritis in altum
Culmen imponet precioſa virtus:
Inque viuentum ſuper vrbe magnis
Turribus addet.
E Nos locis quantum meritis dirempti
Eminus celſis humiles patronis
Te procul ſacris ſocium cateruis
Suſpiciemus.
Quis die nobis dabit hoc in illa
Vt tui ſtemus lateris ſub vmbra,
Et tuæ nobis requietis aura
Temperet ignem?
F Tunc precor noſtri nimium memento,
Et patris ſancti gremio recumbens
Roſcido nobis digito furentem
Diſcute flammam,
Nunc abi felix tamen & recedens
Semper huc ad nos animo recurre:
Eſto nobiſcum licet ad paternam
Veneris vrbem.
G Non enim vnius populi magiſtrum:
Sed nec vnius dedit eſſe ciuem:
Te Deus terræ patria ecce noſtra
Te ſibi ſumit.
Nunc tuos æqua pietate veriſque
Diuide affectus & animæ nobis
Quibus vltro geminata morare
Cipis in ora.
H Forſan & maior patria hæc habenda
Non manu facta vbi continentis
Pectorum tectis hominéſque viuam
Incolis vrbem.
Sicut antiſtes illis dignus almi
Hoſpes es Chriſti, quia Chriſtianis
Mentibus conſtans habitas heriſe
Aurea templum.
I Iam vale nobis & in omne noſtri
Diligens æuum, bonum vſque finem
Duc bonum curſum poſitámque iuſtis
Sume coronam.

PSALMVS PRIMVS.

Beatus ille qui procul vitam ſuam
Ab impiorum ſegregarit cœtibus:
Et in via peccantium non manſerit.

Nec

Nec in cathedra peſtilentiæ ſederit:
Sed corde toto fixus in legem Dei
Præcepta vitæ nocte voluit & die
Mentemque caſtis inſtitutis excuſit:
Erit ille vt arbor quæ propinqua flumini
Humore ripæ nutriente paſcitur
Suóque fructu plena reddet tempore,
Et fronde nunquam defluente peruirens
Stabit perenni viuidum lignum coma.
Non hæc iniquos proſequetur gloria,
Sed vt fauillam pulueris ventus rapit:
Sic ira iniquos verret à vultu Dei.
Ideirco tali diuidentur ordine
Hominum per orbem diſſipatorum greges
Vt iudicandi non reſurgant impij,
Qui denegarunt debitum cultum Deo,
Sed puniendi: nam ſuum crimen videns
Non indigebit quæſtione detegi.
Quoniam imminentem præferent mortis notam
Signum ſalutis non gerentes frontibus.
Peccatur autem non & impius tamen
(Quæ magna turba eſt) non reſurget gloriæ
Verum reſurget deputanda examini.
Nec enim ſedere cum piis iudex poteſt:
Cauſas ſuorum reddituros actuum,
Varieque geſtis aut probandus aut reus.
Sine lege paſſi ut legis ignari cadent:
In lege lapſus lege iudicabitur:
Opus per omne curret ignis arbiter
Quod non cremarit flamma, ſed probauerit
Illud perenni præmio penſabitur.
Qui concremanda geſſerit damnum feret:
Sed ipſe ſaluus euolabit ignibus.
Tamen ſubuſti corporis ſignis miſer
Vitam tenebit non tenebit gloriam:
Quia carne victus mente non verſus tamen,
Etſi negarit debitam legi fidem
Per multa ſæpe deuolutus crimina:
Tamen fidei nomen æternum gerens
Nunquam ſalutis exulabit finibus.
Idcirco cuncti nunc in iſto ſeculo
Dum currit ætas & dies æui patet
Rectas agamus ſemitas firmo pede,
Ne deſeramur lubrico lata viæ
Præſtat per arctum dimicantis tramitem
Laborioſis inſtruire niſibus.
Vias bonorum lætus agnoſcit Deus,
At impiorum pronom iter delebitur.

PSALMVS SECVNDVS.

CVr gentes fremuere & inania rur meditati
Sunt populi? adſtiterũt proceres cũ regibus acti
Aduerſum Dominum & Chriſtum veſani frementes,
Vincula rumpamus, iuga diſcutiamus eorum:
Qui manet æterno totis moderamine cælis
Irridebit eos iuſtáque loquetur in ira
Terribilique minas verbo turbabit iniquos.
Aſt ego rex ab eo patili ditione creatus:
Præceptum Domini ſuper almam prædico Sion.
Ipſe ad me Dominus meus inquit filius es tu,
Téque hodie genui: pete, ſis mihi gentibus hæres,
Et tua fundatur totis poſſeſſio terris.
Ferrea virga tibi eſt valido quia iure tumentes
Orbe regis toto populos ceu vaſa recocta
Ficta luto frangens corda vt meliora reformes:
Et nunc ecce omnes ſtratis aduertite reges
Mentibus: & quicunque hominum famulantia corda
Iudicio regitis retinéque tenetis habenas
Deſeruite Deo trepidi mixtóque fideles
Exultate metu: fiat diſcordia concors
Diſſimiles ſocians affectus pectore in vnos

A Ne timor affligat mentes: vel gaudia ſoluant
Si careant læto pauidi formidine leti.
Diſcite iuſtitiam rectóſque capeſſite mores,
Et iuſto trepidate Deo: gaudete benigno
Nequando meritum Deus iraſcatur in orbem
Voſque via iuſta iuſte peccatis abacti.
Amodo iam reſilire via properetis iniquæ
B Ecce breui cum magna potentis ira feriet ira
Ventilet, vt totum diuino examine mundum
Segreget & paleas igni, frumenta ſaluti.
Tunc omnes quibus eſt in eo ſpes fida beati.

SVPER FLVMINA BABYL.

SEdimus ignotos diræ Babylonis ad amnes
C Captiui, Iudæa manus miſerabile flentes
Cum patrium memori traheremus pectore Sion,
Et meritum iuſta ſuſpiraremus ab ira
Exilium: lentis qua conſita ripa ſalictis
Hoſpitibus populis vmbras præbebat amicas.
Illic Aſſyriæ mediis in mœnibus vrbes
Obliti lætas per mœſta ſilentia voces
De ſalicum ramis ſuſpendimus organa noſtra.
Namque dabat nobis durum grauis ira dolorem,
D Quæ ſolita in ſancto depromi cantica templo
Hæc ad delicias ſibi nos cantare iubebat
Impius ille domo qui nos abduxerat hoſtis.
Ergone diuinas laudes & carmina caltis
Apta choris inter ſacra barbara tœtráque buſta:
Inter & accenſas funeſtis ignibus aras.
Heu male de noſtro lætis mœrore canemus?
E Deque pio ritu luxum faciemus iniquum:
Myſtica ad hoſtilem modulantes cantica ludum?
Quo miſeri nunc ore ſacros cantabimus hymnos?
Quóve loco Babylon poſcit ſibi cantica Sion?
Sed domini carmen tellus aliena mereri
Non capit, indignas ſacra vox auertitur aures.
Si tamen vt capiis Dominus violentior inſtas,
Et ſi tantus amor Sion pia noſcere vobis
F Cantica, ſi pergis me cogere non tua fari,
Et diuina tibi quænam ſint cantica Sion
Accipe: quid captæ Deus vltor ſpondeat vrbi.
Ne longum ſperes iſto gaudere triumpho:
Impie quo ſacrum prodi tibi præcipis hymnum:
Ecce quis eſt hymnus Domini: quæ cantica Sion,
Si fuero oblitus mea mœnia & te mea rura
Vrbs Hieruſalem, fiat mea non memor vnquam
G Dextera mei: mea lingua meis & adhæreat arens
Faucibus æterno niſi te complectar amore:
Et niſi principio promiſſi in ſecula regni,
Lætitiæque meæ primo reminiſcar in anno
Te cunctis Hieruſalem præponere terris.
Eſto memor tum prolis Edom vt verſa vice noſtrum
Aſpiciat confuſa diem: quo plebs tua clarum
Mœnibus æternis Hieruſalem habitabit,
Cui nunc gens oblita tui crudele minatur
H Excidium dicens: inuiſam funditus vrbem
Diruite & vacuate manu veſtigia, donec
Nulla relinquantur muris ad inane redactis.
Infelix miſeræ Babylonis filia, felix
Qui tibi pro nobis in nos tua geſta rependet
Nec minus ille beatus erit qui parua tenebit,
Et ſimul elidet ſolidæ tua pignora petræ:
Si cupis extincta Babylonis ſtirpe beari
In te ipſo primis gliſcentia crimina flammis
Frange ſi le: iã propter adeſt petra Chriſtus in ipſo
Vipeream ſobolem validis elide lacertis.
Nam Babylon nomen confuſi: filia cuius
Et caro peccatis mater: quæ turba ſaluti
Noxia corporeis ducit mala ſemina fibris.
Hæc vincenda tibi ſi vis euincere mortem.
Namque tuis tales incluſos oſſibus hoſtes

Si permittantur creſcendo aſſumere vires
Difficili vinces luctamine: præcipe paruos
Dum rudis ex vtero cordis per pectora capta
Reptat adhuc teneris vitiorum infantia membris.
Quæ niſi præcaueas aucta virtute necabit
Concordem vitiis animam terrena propago.
Ne parcas igitur talem mactare cateruam.
Non tibi crimen erit nocituram perdere gentem
Vltricémque malo perfundere ſanguine petram:
Gaudet enim iuſtus ſi concidat impia proles:
Nam magis atque magis pius iſta cæde piatur
Si perimat peccata ſuis dominantia membris,
Et fracta in Chriſto vitiorum plebe triumphet.

C. SEDVLII PRESBYTERI IN PASCHALE OPVS, HOC EST, DE CHRISTI IESV miraculis, Liber I.

Floruit Imp. Theodoſio iuniore.

PRAEFATIO.

PAſchales quicunque dapes conuiua requiris:
Dignatus noſtris accubitare thoris,
Pone ſupercilium, ſi te cognoſcis amicum
Nec quæras opus hic codicis artificis,
Sed modicæ contentus adi ſolennia menſæ,
Pluſque libens animo, quàm ſatiare cibo.
At ſi magnarum capetis dulcedine rerum,
Diuitiáſque magis delicioſus amas,
Nobilium nitidis doctorum veſcere cœnis,
Quorum multiplices nec numerantur opes.
Illic inuenies, quicquid mare nutrit edendum,
Quicquid terra creat, quicquid ad aſtra volat
Cares gemmatis flaueſcunt mella caniſtris,
Pellucéntque ſuis aurea vaſa fauis.
At nos exiguum de paupere carpſimus horto,
Rubra quod appoſitum teſta miniſtrat, holus.
Cùm ſua gentilea ſtudeant figmenta Poëtæ
Grandiſonis pompare modis tragicóque boatu
Ridicolóve Getæ, ſeu qualibet arte canendi,
Sæua nefandarum renouent contagia rerum,
Et ſcelerum monimenta canant, ritúque magiſtro,
Plurima Niliacis tradant mendacia biblis.
Cur ego Dauidicis aſſuetus cantibus, odas
Chordarum reſonare decem, ſanctóque verenter
Stare choro, & placidis cœleſtia pſallere verbis,
Clara ſalutiferi taceam miracula Chriſti?
Cùm paſſim manifeſta loqui, Dominumque tonantẽ
Senſibus & toto delecter corde fateri.
Qui ſenſus & corda dedit, cui conuenit vni
Facturam ſeruire ſuam, cui iure perenni
Arcibus æthereis vna eſt cum patre poteſtas,
Par ſplendor, communis apex, ſociale cacumen,
Æquus honor, virtus eadem ſine tempore regnum,
Semper principium, ſceptrum iuge, gloria conſors,
Maieſtas ſimilis: hæc eſt via namque ſalutis,
Hæc firmos ad dona gradus Paſchalia ducit.
Hæc mihi carmen erit: mentes huc vertite cuncti.
Hanc conſtanter opem laſſis adhibete medullis,
Quos lethale malum, quos vanis dedita curis,
Attica Cecropij ſerpit doctrina veneni,
Sectantéſque magis vitam ſpirantis odorem
Regis, Athenæi fœtorem linquite pagi.
Quid labyrintheo Theſidæ erraris in antro,
Cæcaque Dædalei luſtratis limina tecti,
Labruſcam placidis quid adhuc præponitis vuis,
Neglectiſque toſis ſalſuncam ſumitis agri?
Quid lapides atque æra coli, quid fana profanis
Proderit, & mutis animas damnare metallis?
Parcite puluerei ſquallentia iugera campi,
Et ſteriles habitare plagas, vbi gignere fructum
Arida neſcit humus: nec de tellure cruenta
Liuida mortiferis vellatis germina ſuccis

A Tartareo damnata cibo: ſed amœna virecta
Florentum ſemper nemorum, ſedéſque beatas
Per latices intrare pios, vbi ſemina vitæ
Diuinis animantur aquis, & fonte ſuperno
Lætificata ſeges ſpinis mundatur ademptis.
Vt meſſis queat eſſe, Dei mereríque futuræ
Maxima centenum cumulare per horrea fructum,
Omnipotens æterne Deus, ſpes vnica mundi,
B Qui cœli fabricator ades, qui conditor orbis,
Qui maris vndiſonas fluctu ſurgente procellas
Mergere vicinæ prohibes confinia terræ.
Qui ſolem radiis, & lunam cornibus imples,
Inque diem ac noctem lumen metiris vtrunque,
Qui ſtellas numeras: quarum tu nomina ſolus,
Signa, poteſtates, curſus, loca, tempora noſti,
Qui diuerſa nouam formaſti in corpora terram
C Torpentíque ſolo viuentia membra dediſti,
Qui pereuntem hominem vetiti dulcedine pomi
Inſtauras meliore cibo, potúque ſacrati
Sanguinis, infuſum depellis ab angue venenum.
Qui genus humanum (præter quos clauſerat arca)
Diluuij rabida ſpumantis mole ſepultum
Vna iterum de ſtirpe creas, vt myſtica virtus,
Quod carnis delicta necant, hoc præſule ligno
D Monſtraret liquidas renouari poſſe per vndas.
Totum namque lauas vno baptiſmate mundum.
Pande ſalutarem paucos quæ ducit in vrbem
Anguſto mihi calle viam, verbique lucernam
Da pedibus lucere meis, vt ſemita vitæ
Ad caulas me tutis agat, qua ſeruat amœnum
Paſtor ouile bonus, qua vellere præuius albo
Virginis agnus ouis, grexque omnis candidus intrat,
E Te duce difficilis non eſt via, ſubditur omnis
Imperiis natura tuis: ritúque ſoluto
Tranſit in aduerſas iuſſu dominante figuras.
Si iubeas mediis ſegetes arere pruinis
Meſſorem producet hyems, ſi currere muſtum
Vernali ſub ſole velis, florentibus arua
Sordidus impreſſas calcabit vinitor vuas,
Cunctaque diuinis parebunt tempora dictis.
F Indicio eſt antiqua fides, & cana priorum
Teſtis origo patrum, nulliſque abolenda per æuum
Temporibus, conſtant virtutum ſigna tuarum.
Ex quibus audaci perſtringere pauca relatu
Vix animis committo meis, ſyluamque patentem
Ingrediens aliquos nitor contingere ramos.
Nam centum licet ora mouens, vox ferrea clamet,
G Centenoſque ſonos humanum pectus anhelet.
Cuncta quis expediet: quorum nec lucida cœli
Sydera, nec bibulæ numeris æquantur harenæ.
Primus ab vſque chao meritis viuacibus Enoch
Multa per innumeros iam ſecula contigit annos,
Natura perdente modum quem iure creandi
Terra tulit, genitum, ſed mors miratur ademptum.
Saucia iam vetulæ marcebant viſcera Saræ
H Grandæuo conſumpta ſitu, prolémque negabat
Frigidus annoſo moriens in corpore ſanguis,
Cùm ſeniore viro gelidi præcordia ventris
In partum tumuere nouum, tremebundáque mater
Algentes onerata ſinus, ſpem gentis opimæ
Edidit, & ſerum ſuſpendit ad vbera natum.
Mactandúmque Deo pater obtulit, ac ſacer ipſam
Pro pueri iugulis, aries mactatur ad aram.
I O iuſti mens ſancta viri, pietate remota
Plus pietatis habens contempſit vulnera nati,
Amplexus præcepta Dei typicique cruoris
Auxilio ventura docet, quòd ſanguine fuſo
Humana pro gente pius occumberet agnus.
Loth Sodomæ fugiente chaos dum reſpicit vxor
In ſtatuam mutata ſalis ſtupefacta remanſit,
Ad pœnam conuerſa ſuam: quia nemo retrorſum
Noxia contemptus vitans diſcrimine mundi,

Reſpi-

Reſpiciens ſaluandus erit, nec debet arator
Dignum opus exercens, vultum in ſua terga referre.
Ignibus innocuis flagrans apparuit olim
Non ardens ardere rubus, neque iuncta calori
Materies alimenta dabat, nec torrida virens
Senſit damna frutex, ſed amici fomitis æſtu
Frondea blandiræ lambebant robora flammæ.
Miris in immitem virga eſt animata draconem
Per flexos ſinuata globos, linguaque triſulcis
Squamea colla tumens inimicos ore Chelydros
Sorbuit, & proprij redit in virgulta rigoris.
Peruia diuiſi patuerunt cærula Ponti
In geminum reuoluta latus, nudatáque tellus
Cognatis ſoluitur aquis, ac turba pedeſtris
Intrat in abſentis pelagi mare, perque profundum
Sicca peregrinas ſtupuerunt marmora plantas.
Mutauit natura viam, mediúmque per æquor
Ingrediens populus, rude iam baptiſma gerebat.
Cui dux Chriſtus erat, clamat nam lectio, multas
Vox domini ſuper extat aquas, vox denique verbũ eſt
Verbum Chriſtus adeſt, geminæ qui conſona legis
Teſtamenta regens, veterem patefecit abyſſum,
Vt doctrina ſequens planis incederet aruis.
Quid referam innumeras cœleſti pane cateruas
Angelicos ſumſiſſe cibos, nymbiſque ſuperni
Nectaris, æria populum dulcedine paſtum,
In plumis habuiſſe dapes, & in imbribus eſcas?
Rurſus in exuſtis ſitiens exercitus aruis,
Qua nimium loca ſicca diu, qua terra negatis
Ægra iacebat aquis, qua ſpes ablata bibendi
Viuendíque fuit, ſubitas arente metallo
Hauſit aquas, ſterilique latex de rupe cucurrit,
Et ieiuna nouum vomuerũt marmora potum.
His igitur iam ſacra tribus dans munera rebus, (dis.
Chriſtus erat panis, Chriſtus petra, Chriſtus in vn-
Angelicis tremefacta minis affatur aſella
Seſſorem per verba ſuum, linguáque rudenti
Ædidit humanas animal pecuale loquelas.
Sol ſtetit ad Gabaon, mediſque cacumine cœli
Fixit anhelantem dilato veſpere lucem,
Inſolitus frenare diem, nec luna cucurrit
Ordine pigra ſuo, donec populantibus armis
Feruidus ingentem gladius conſumeret hoſtem,
Conitante polo, iam tunc famulata videbant.
Sydera venturum præmiſſo nomine Ieſum.
Heliam corui quondam pauere miniſtri,
Præbentes ſine more dapes, aliſque rapinis
Deditus, atque auido ſaturans caua guttura roſtro,
Tradidit illæſam ieiunis morſibus eſcam.
Nunc bonus Heliæ, qui perfidus antea Nue,
Abluit in terris quicquid deliquit in vndis.
Plenus ait ille Deo poſtquam miracula terris
Plura dedit, meritiſque ſuis ſuccedere dignum
Hæredem propriæ fecit virtutis amicum,
Aurei flammigeris euectus in aſtra quadrigis,
Qua leuis æthereos non exprimit orbita ſulcos,
Sydereum penetrauit iter, curruque coruſco
Dexteriora petens, ſpatio maiore triumphum
Duxit, & humani metam non contigit æui.
Quàm bene fulminei prælucens ſemita cœli,
Conuenit Heliæ, meritoque, & nomine fulgens
Hac ope dignus erat: nam ſi ſermonis Achiui
Vna per accentum mutetur littera, ſol eſt.
Vltima labentis miſeratus tempora lucis,
Ter quinos quondam regi Deus addidit annos
Vſus iure ſuo, protractáque limina claudens
Mortis ab occaſu vitam conuertit in ortum.
Ionas puppe ruens, Ceto ſorbente voratus,
In pelago non ſenſit aquas, vitale ſepulchrum
Nemo tremens habens, ſuoque in ventre ferino
Depoſitum non præda fuit, tutúmque per æquora
Venit ad ignotas inimico remige terras,
p ii

A Cùm ſpirante Deo Babylonia facta negaret,
Tres vna cum mente viri, durumque ſubirent
Exitium, ſæui Chaldæa lege tyranni,
Cuius Achemeniam rabies accenderat iram
Plus fornace ſua, medios truduntur in ignes,
Nil vrente rogo, tantoque ardore calentes
Cordis, imaginem vincunt incendia pœnæ
B Igne animi. O quanta eſt credentum gloria, flammis
Ardentis fidei reſtincta eſt flamma camini,
Digna ſed immitem mox perculit vltio regem,
Nam quod ab humana vecors pietate receſſit,
Agreſtes, pecudum conſors fuit ille per herbas,
Aulica depaſtu mutans conuiuia fœno.
Pronus ab amne bibit, ſeptenáque tempora luſtri,
Omnibus hirſutus ſyluis, & montibus errat.
C Nec minùs & Darij fuerunt luſtra tyranni.
Ecce etenim ſceleri ſcelus addidit ira furentis,
Hebræúmque decus Daniel decernitur inſons
Ieiunis cibus eſſe feris, ſed belua iuſto
Miris facta viro, ſanctos ne læderet artus,
Cœpit amare famem, rabies mollita furorem
Depoſuit, ſæuiſque in faucibus ira quieuit,
Et didicere truces prædam ſeruare leones.
D Dic vbi ſunt natura tuæ poſt talia leges?
Quis toties tibi iura tulit, qui amara iuſſit
Tranſlatum neſcire virum, ſterilémque marito
Fœcundauit anum, ſacram præcepit ad aram
Sponte venire pecus, mulieres tranſtulit artus
In ſimulacra ſalis, iamos incendia paſſos
Non ardere dedit: virgultum voluit in anguem,
Per pelagus ſiccauit iter: mirabile nymbis
E Manna pluit, ſaxo latices produxit ab imo.
Quadrupedem fari pleno ſermone coegit,
Suſpenſis rapidas elementis diſtulit horas:
Per volucres hominem paſci dedit, atque coruſcis
In cœlum tranſuexit equis: iam morte grauato
Adiecit tria luſtra viro: prædones in oro
Naufragio fundauit opem: flagrante camino
F Seruauit ſub rore pios: per paſcua regem
Pauit, vt hirſutam pecudem, rictusque leonum
Inſtimulante fame iuſſit neſcire furorem:
Nempe creatori (cuius quæcunque videntur,
Seu quæcunque latent & rerum machina ſermo eſt)
Omne ſuum famulatur opus, ſequitúrque iubentis
Imperium, quocunque trahit ſententia nutu.
Heu miſeri qui vana colunt, qui corde ſiniſtro
Religioſa ſibi ſculpunt ſimulacra, ſuumque
G Factorem fugiunt, & quæ fecere verentur.
Quis furor eſt, quæ tanta animos dementia ludit?
Vt volucrem, turpemque boué, tortumque draconé,
Semihominéque cané ſupplex homo pronus adoret?
Aſt alij ſolem cæcatis mentibus acti,
Affirmant rerum eſſe patrem, quia rite videtur
Clara ſerenatis infundere lumina terris:
Et totum luſtrare polum, cùm conſtet ab iſtis
H Motibus inſtabilem rapidis diſcurſibus ignem
Officium non eſſe Deum, qui que ordine certo
Nunc oritur, nunc occiduus demiſſus in oras,
Partitur cum nocte vices, nec ſemper vbique eſt.
Nec lumen fuit ille manens in origine mundi,
Cum geminum ſine ſole diem nouus orbis haberet,
Sine lunæ quoque roſa ferunt, quam creſcere certũ.
At minimis, ſtellisque litant, quæ luce vagantur.
I Hic laticem colit, ille larem, ſed iungere ſacris
Non audent inimica ſuis, ne lite propinqua
Aut rogus exiguas ſiccet fortior vndas,
Aut validis tenues miſceantur fontibus ignes.
Arboreis aliis ponit ex ilicibus aras,
Inſtituitque dapes, & numen ſlebilis orat,
Vt nautæ charámque domum diſtat aque rura,
Coniugiúque fidem, famulos, cenſumque gubernent.
Lignee ligna rogat, fortius lamenta vehens,
Amu

A mutis reſponſa petis, quæ iura domorum
Hac ratione regunt, ſi cæſa iecuribus actus,
Ardua pendentis ſuſtentent culmina tecti,
Aut ſubitæ a focis dapibus famulentur edendis.
Nonnulli venerantur holua, mollesque per hortos
Numina ſicca rigant, verique hac arte videntur
Tranſplantatorum cultores eſſe Deorum.
Plura referre pudet, ſanctoque in carmine longum.
Vel damnare nefas, ne mollia ſentibus vram
Lilia, purpurei neu per violaria campi
Carduus, & ſpinis ſurgat Paliurus acutis.
Iam ſatis humanis erroribus addita monſtra
Riſimus, aut tales potius defleuimus actus.
Nunc cœptam iuuat ire viam, montémque per altum
Nitentes firmare gradus, propetamus in vrbem
Libertatis ope, radians vbi regia ſuluis
Emicat aula Tholis, vbi dantur digna petenti.
Quærenti ſpes certa manet, clauſtriſque remotis
Peruia pulſanti reſerantur limina cordi.
Hic eſt ille lapis, reprobus quem vertice geſtat
Angulus, atque oculis præbet miracula noſtris.
Cuius onus leue eſt, cuius iuga ferre ſuaue eſt.
Per digeſta prius, veteris miracula legis
Retulimus, ſancti coniuncto ſpiritus actu,
Quæ genitor ſocia nati virtute peregit:
Per digeſta rudis, nec non miracula legis,
Dicemus ſancti coniuncto ſpiritus actu,
Quæ natus ſocia patris virtute peregit.
Semper vt vna manens Deitatis forma perennis
Quod ſimplex triplicet, quodq; eſt triplicabile ſim-
Hæc eſt vera fides, hanc ſpreuit habere ſalutẽ (plet.
Arrius infelix, qui curua per auia rectum
Flectere niſus iter, foueam delapſus in atram
Corruit, & tetri merſus petit ima profundi,
Tam vacuus ſenſu, iuſtæ quàm tempore pœnæ
Viſceribus fuſis, vacuus quoque ventre remanſit.
Demens, perpetui qui non imitanda parentis
Iura, caducorum gradibus ſimulauit honorum.
Namque hominea inter natum genitore minorem.
Lex carnalis habet quoniam pater ipſe parentis
Filius ante fuit: mox & qui filius nunc eſt,
Adforet eſſe pater, ſic per genus omne nepotum
It noua progenies, & aui numerantur auorum.
At dominus, verbum, virtus, ſapientia, Chriſtus,
Et totum commune Patris de lumine lumen,
De ſolo ſolus, cui nec minus eſt Patre quicquam,
Nec quo creſcat habet, genitus non quippe creatus.
Ipſe eſt principium: nam ſicut clarus habetur,
In genitore manens, genitor quoque clarus in ipſo
Permanet, & rerum caput eſt Deus vnus vbique,
Non quia qui ſummus Pater eſt, & filius hic eſt,
Sed quia quòd ſummus Pater eſt, & filius hoc eſt.
Sic ait ipſe docens: & ego in Patre & Pater in me eſt.
Rurſus, ego atque Pater vnum ſumus. Arrius vnum
Debet ſcire, ſumuſque Sabellius eſſe fatendum
Iſte fidem trinam, ait hic non amplectitur vnam.
Ambo errore pares, quamquam diuerſa ſequantur.
Qualiter aſſueti varias producere ſectas,
Impugnant ſua dicta viri, qui brachia nudis
Oſtentant exerta humeris, nil tradere docti,
Sed tantum certare vagi, prudentia quorum
Stulta iacet, quia vana Deo eſt ſapientia mundi.
Hic loquitur nimis, ille tacet, hic ambulat, hic ſtat,
Alter amat fletus, alter criſpare cachinnum,
Diuerſiſque modis par eſt veſania cunctis.
Incerta dum ritè viam ſermone leuamus,
Speſque fideſque meum comitantur in ardua greſſũ,
Blandius ad ſummam tandem peruenimus arcem.
En ſigno ſacrata crucis vexilla coruſcant.
En regis pia caſtra micant, tuba clamat herilis,
Militibus ſua porta patet, qui militat intret,
Ianua vos æterna vocat, quæ ianua Chriſtus

A Antea perpetuæ capietis præmia vitæ,
Arma quibus domini tota virtute geruntur,
Et fixum eſt in fronte decus, decus armaque porto,
Militiæque tuæ bone Rex pars vltima reſto.
Hic proprias ſedes, huius mihi mœnibus vrbis
Exiguam concede domum, tuus incola ſanctis
Vt merear habitare locis, alboque beati
B Ordinis extremus conſcribi in ſecula ciuis.
Grandia poſco quidem, ſed tu dare grandia noſti,
Quem magis offendit, quiſquis ſperando tepeſcit.
Chriſte faue votis, qui mundũ in morte iacentem
Viuificare volens, quondam terrena petiſti
Cœlitus humanam dignatus ſumere formam,
Sic aliena gerens vt nec tua linquere poſſes.
Hoc Matthæus agens hominem generaliter implet,
Marcus vt alta fremit vox per deſerta leonis,
C Iura ſacerdotij Lucas tenet ore iuuenci,
More volans aquilæ verbo petit aſtra Ioannes.
Quattuor hi proceres vna te voce canentes,
Tempora ceu totidem latum ſparguntur in orbem,
Sic & Apoſtolici ſemper duodenus honoris
Fulget apex numero, menſes imitatus & horas,
Omnibus vt rebus totus tibi militet annus.
Hinc igitur veteris recolens exordia mortis
D Ad vitam properabo nouam, lacrymaſque ferendo
Gaudia longa metam: nam qui deflemus in Adam
Semina mittentes mox exultabimus omnes,
Portantes noſtros Chriſto veniente manipulos.

LIBER SECVNDVS.

EXPVLERAT primogenitum ſæuiſſimus anguis
Florigera de ſede virum, blandique ſaputis
E Illecebris, lethum miſero portaret amarum.
Nec ſolus meritam præſumptor ſenſerat iram
Mortali ſub lege iacens, ſed prorſus ab ipſo
Humanum ſimul omne genus, heu noxia coniunx,
Noxia tu coniunx magis an draco perfidus ille,
Perfidus ille draco, ſed tu quoque noxia coniunx.
Proh dolor æterni fuerant duo! Creſcere poſtquàm
Cœpit origo, perit, cledemque a ſemine ſumpſit.
F Quid numeroſa dies, quid tempore proderat illo
Cernere nongentos vltra feliciter annos,
Progeniémque ſenum decimam expectare nepotum,
Iamque ſuum neſcire genus, cùm victa ſupremis
Curſibus, extremæ ſors irreparabilis horæ
Sera licet ventura foret, longumque per æuum
Vita breuis nil eſſe diu cum fine doleret,
Nec reducem ſpes ferret opem, primique ſepulchrũ
Terrigenæ, cæca ſorberet fauce nepotes.
Ni pius ille ſator culpas ignoſcere promptus,
Reddere difficilis, ſua ne factura periret,
Quaque Deo ſimilis viuens aſſlabat imago
Diſſimilis de morte foret, veniale miſertus
Inſtauraret opus, pomiſque vetaret acerbis,
Quæ mandere patres, natorum horreſcere dentes,
H Donaretque ſuis ſemper placatus, vt vnde
Culpa dedit mortem, pietas daret inde ſalutem.
Et velut in ſpinis mollis roſa ſurgit acutis,
Nil quod lædat habens matremq; ol ſcurat honore:
Sic Eua de ſtirpe ſacra veniente Maria
Virginis antiquæ facinus noua Virgo piaret.
Vt quoniam natura prior viciata iacebat
Sub ditione necis, Chriſto naſcente, renaſci
I Poſſet homo, & veteris maculam deponere carnis.
Hæc veterum ſenex poſtquàm dixere Prophetæ,
Angelus intactæ cecinit properata Mariæ.
Et dictam comita fides, vterumque puellæ
Sydereum mox implet onus, rerumque creator
Naſcendi ſub lege fuit, ſtupet inſolita tenſus
Virgo ſinus, gaudetque ſuum partum parentem.
Iamque nouem lapſis decimi de lumine menſis.
Fulgebat ſacrata dies, cum virgine ſacta

Promiſſum compleuit opus. verbum caro factum
In nobis habitare volens, tunc maximus infans
Intemerata ſui conſeruans viſcera templi,
Illæſum vacuauit iter, pro virgine teſtis
Partus adeſt, clauſa ingrediens, & clauſa relinquens.
Quæ noua lux mundo, quæ toto gratia cœlo?
Quis fuit ille nitor Mariæ cùm Chriſtus ab aluo
Proceſſit ſplendore nouo? velut ipſe decore
Sponſus ouans thalamo, forma ſpecioſus amœna
Præ natis hominum, cuius radiante figura
Blandior in labiis diffuſa eſt gratia pulchris.
O facilis pietas, ne nos ſeruile teneret
Peccato dominante iugum, ſeruilia ſummus
Membra tulit Dominus. primique ab origine mundi
Omnia qui proprius veſtit naſcentia donis,
Obſitus exiguis habuit velamina pannis.
Quemque procellosi non mobilis vnda profundi,
Terrarum non omne ſolum, ſpecioſaque lati
Non capit aula poli, pueruli in corpore plenus
Manſit, & anguſto Deus in præſepe quieuit.
Salue ſancta parens enixa puerpera regem,
Qui cœlum terramque tenet per ſecula, cuius
Numen & æterno complectens omnia gyro
Imperium ſine fine manet, quæ ventre beato
Gaudia matris habens cum virginitatis honore,
Nec primam ſimilem viſa es, nec habere ſequentem,
Sola ſine exemplo placuiſti fœmina Chriſto.
Tum prius ignaris paſtoribus ille creatus
Emicuit, quia paſtor erat, gregibusque refulſit
Agnus, & angelicus cecinit miracula cœtus.
Talia Bethleis dum ſigna geruntur in oris,
Eoi venere Magi, ſæuumque tyrannum
Grandia ſollicitis perturbant nuntia dictis,
Iudaicis nuper populis Orientis ab axe
Progenitum fulſiſſe ducem, hoc cœlitus aſtra,
Hoc ſtellam radiare nouam, ſeruus arbiter aulæ
Aeſtuat Hebrææ, ratus hunc ſuccedere poſſe
Mox ſibimet qui primus erat: tunc fronte ſerena,
Nubila mentis habens clam mandat vbique requiri,
Sicut adorandum, quem tractat fraude necandum.
Quid furis Herodes? Chriſtum ſermone fateris,
Et ſenſu iugulare cupis, legemque legendo
Negligis, & regi regum tua regna minaris.
Ne tamen infanti careant tua nomina facto,
Patrandum ſub honore crucis (ſed crimine gentis)
Herodes alius, quod tu moliris videbit.
Ergo alacres ſummo ſeruantes lumina cœlo
Fixa Magi, ſydusque micans regale ſecuti,
Optatam tenuere viam, quæ lege futura
Duxit adorantes ſacra ad cunabula gentes:
Theſaurisque ſimul pro relligione ſolutis,
Ipſæ etiam vt poſſent ſpecies oſtendere Chriſtum,
Aurea naſcenti fuderunt munera Regi,
Thura dedere Deo, myrrham tribuere ſepulcro.
Cur tria dona tamen? quoniam ſpes maxima vitæ eſt,
Hunc numerum confeſſa fides, & tempora ſummus
Cernens cuncta Deus, præſentia, priſca, futura,
Semper adeſt, ſemperque fuit, ſemperque manebit
In triplici virtute ſui. tunc cœlitus illi
Per ſomnum moniti contemnere iuſſa tyranni,
Per loca mutati gradientes denua callis,
In patriam rediere ſuam, ſic nos quoque ſanctam
Si cupimus patriam tandem contingere, poſtquàm
Venimus ad Chriſtum iam non repetamus iniquum.
Ergo vbi deluſum ſe comperit, impius iram
Rex aperit, ſi iure queat Rex ille vocari
Qui pietate caret, propriam qui non regit iram,
Ereptámque gemens facinus ſibi, ceu leo frendens,
Cuius ab ore tener ſubitò cùm labitur agnus,
In totum mouet arma gregem, manditque trahitque
Molle pecus, trepidæque vocant ſua pignora fœtæ
Nequicquam, & vacuas implent balatibus auras:
A Haud ſecus Herodes Chriſto ſtimulatus adempto
Sternere colliſas paruorum ſtrage cateruas,
Immerito non ceſſat atrox: quo crimine ſimplex
Turba perit. Cur qui vix dum potuere creari,
Iam meruere mori? Furor eſt in rege cruento,
Non ratio, Primóque necans vagitus, & audens
Innumerum patrare nefas, puerilia mactat
Millia, plangorémque dedit tot matribus vnum.
B Hæc laceros crines nudato vertice rupit,
Illa genas ſecuit, nudum ferit altera pugnis
Pectus & infœlix mater (nec iam modo mater)
Orba ſuper gelidum fruſtra premit vbera natum.
Quis tibi tunc lanio cernenti talia ſenſus?
Quósve dabas fremitus, cùm vulnera feruere latè
Proſpiceres arce ex ſumma, vaſtumque videres
Miſceri ante oculos tantis plangoribus æquor?
C Extinctisque tamen quamuis infantibus abſens,
Præſens Chriſtus erat, qui ſancta pericula ſemper
Suſcipit, & pœnas alieno in corpore ſentit.
Aſt vbi biſſenos ætatis contigit annos,
Hoc ſpatium de carne trahens, æuique meatus
Humana pro parte tulit, ſenioribus eſſe
Corde videbatur ſenior, legisque magiſtros
Inter, vt emeritus reſidebat iure magiſter.
D Nec mora (quas etenim volitans per tēpora mūdus
Nouit habere moras) vfus maiore iuuenta
Sex quaſi luſtra gerens placidam Iordanis ad vndam
Venit, vt acciperet hoc quod dare venerat ipſe.
Hunc Baptiſta potens, vt vidit ab amne Ioannes,
Quem matris dum ventre latet, mundumque creatus
Senſerat, obſtructo iam tunc ſermone Prophetes,
E Vt muto genitore fluens (cui munera linguæ,
Poſt noui tacitura diu ſpiramina menſis
Patro redduntur nato) mox prædicat: Agnus
Ecce Dei veniens peccatum tollere mundi.
Tollere enim dicit, quod non habet, hoc mihi tollit:
Non mala vt ipſe gerat, ſed vt ipſe nocentia perdat
Qualiter in medias dum lux præclara tenebras
Funditur, & proprium non obfuſcata ſerenum
Decutit, expulſas illæſis vultibus vmbras.
F Sic delicta fugans Saluator noſtra gerendo
Terſit, & á tactu procul euaneſcere iuſſit.
Tunc vada torrentum ſimplex ingreſſus aquarum,
In ſe cuncta lauat noſtræ contagia vitæ,
Ipſe nihil quod perdat habens, ſanctóque liquentes
Corpore mundauit latices, lymphasque beauit
Gurgitis, & propriis ſacrauit flumina membris,
Senſerunt elementa Deum, mare fugit, & ipſe
G Iordanis refluas curſum conuertit in vndas.
Nāq; Propheta canens, quidnā eſt mare quod fugis,
Et tu Iordanis retro quia ſubtrahis amnem? (inquit,
Ergo vbi flumineum poſt myſtica dona lauacrum
Egrediens, Dominus ſiccas calcauit arenas,
Confeſtim patuere poli, ſanctusque columbæ
Spiritus in ſpecie Chriſtum veſtiuit honore,
Manſuetúmque docens multumque incedere mitem
H Per volucrem, quæ felle caret, natóque vocato
Voce Patris, triplici Deus ex ratione probatur,
Quod pater & natus, quod Spiritus eſt ibi ſanctus,
Quo manet indignus, qui non numerauerit vnum.
Inde quaterdenis iam noctibus atque diebus,
Ieiunium dapibus, ſacro ſpiramine plenum
Inſidiis tentator adit, doctúsque per artem
Fallaces afferre dapes, ſi filius, inquit,
I Certus eſſe Dei, dic vt lapis iſte repentè
In panis vertatur opem. miracula tanquam
Hæc non ſemper agat Dominus, qui ſacra terræ
Viſcera fructiferis animans fœcundat ariſtis,
Et panem de caute creat. hac ergo repulſus
Voce prius, hominem non ſolo viuere pane,
Sed cuncto ſermone Dei, labefactus, & amens
Altera vipereis inſtaurans arma venenis,

Cum

Cum Domino montana petat, cunctáſque per orbem A
Regnorum monſtrauit opes. hæc omnia dicens,
Me tribuente feres, ſi me proſtratus adores.
Quantum peruerſus, tantum peruerſa locutus,
Scilicet vt fragilis regni affectaret honores,
Qui populis æterna parat, monſtrúmque nefandum
Primus adoraret, cuius ſuper æthera ſedes.
Terra pedum locus eſt, quem nullus cernit, & omnis
Laudat in excelſis ſummiſſa voce poteſtas. B
Chriſtus ad hæc: tantum Dominum ſcriptura Deúmq;
Iuſſit adorari, & ſoli famulariter vni.
His quoque deficiens congreſſibus audet iniquus
Ter ſeſe attollens animo perſtare ſuperbo,
Térque volutus humo, fragili confidere bello,
Tunc aſſumpſit eum ſanctam ſceleratus in vrbem,
Et ſtatuens alti ſuprà faſtigia templi,
Si natum genitore Deo te te aſſeris, inquit, C
Impiger è ſummo demiſſus labere tecto.
Nam ſcriptura docet, de te mandaſſe tonantem
Angelicis ſubuectus eas vt tutior vlnis,
Ad lapidem ne forte pedem collidere poſſis.
O quàm cæca gerit nigro ſub pectore corda,
Mens tenebris obſcura ſuis, hunc ardua templi
Culmina & erectæ quamuis faſtigia pinnæ
Credidit in præceps horreſcere, maxima ſummi D
Cura fuit qui membra poli, cœlóſque per omnes
Vectus in extremæ deſcendit humillima terræ,
Inferiora petens, & non excelſa relinquens.
Dixerat, & validi confoſſus cuſpide verbi,
Quod tentare ſuum, Dominúmq; Deúmq; nequiret
Victoris fugit ora gemens. Tunc hoſte repulſo
Cœlicolæ aſſiſtunt proceres, cœtúſque micantes
Angelici Chriſto famulantur ritè miniſtri. E
Protinus ergo viros ex piſcatoribus aptos
Humanas piſcari animas, quæ lubrica mundi
Gaudia ſectantes tanquam vada cærula ponti,
Cæcáque præcipites tranant incerta profundi,
Diſcipulos iubet eſſe ſuos, taléſque ſupernæ
Conciliat vitæ, quos non ventoſa loquendi
Gloria, nec vana de nobilitate ſuperbus
Sanguis alat, ſed fama tacens, humilíſque refulgens F
Mente nitor, cœlo faciat de plebe propinquos.
Nam quæ ſtulta potens elegit, & infima mundi,
Fortia confringens Deus & ſapientia perdens.
Quinetiam celerem cupiens conferre ſalutem
Orandi præcepta dedit, iudexque benignus
Indulgenda peti breuiter iubet, vt cito præſtet.
Sic dicens: Orate patrem baptiſmate noſtrum,
Iure ſuum propriúmque homini conceſſit honorem, G
Et quod ſolus habet cunctos permiſit habere.
Qui Dominum cœli patrem memoramus, in ipſo
Iam fratres nos eſſe decet, nec origine carnis
Germanum tractare odium, ſed ſpiritus igne
Flagrantes abolere doli monimenta vetuſti,
Atque nouum geſtare hominem, ne forſan ab alto
Degenerent terreni Deo, cui nos duce Chriſto
Fecit adoptiuos cœleſtis gratia natos. H
Sanctificatur vbi Dominus, qui cuncta creando
Sanctificat, niſi corde pio, niſi pectore caſto
Vt mereamur eum nos ſanctificare colendo,
Annuet ipſe prior, ſicque benedicet idem
Se iubet a nobis, à quo benedicimus omnes.
Adueniat regnum iamiam quoque [illegible] et illud
Morte vacans, & fine carens, cui nulla per æuum
Tempora ſuccedunt, quia neſcit tempus habere, I
Continuos ſine nocte dies, vbi principe Chriſto
Nobile perpetua caput amplectente corona,
Victor opima ferens gaudebit præmia miles.
Hoc iugibus votis, hac nocte dieque precemur,
Illius vt fiat cœlo terráque voluntas,
Qui nuſquam vult eſſe nefas, hoſtémque nocentem
Vtque polo, ſic pellat humo, ne corpora noſtra
Tanquam vile ſolum, ſæuus ſibi vendicet hydrus.
Sed qui cuncta fouet plena pietate redundans
Omnipotens, animas pariter conſeruet & artus:
Altera pars etenim cœli ſumus, altera terræ.
Annonam fidei ſperamus pane diurno,
Ne mens noſtra famem doctrinæ ſentiat vnquam
A Chriſto ieiuna ſuo, qui corpore & ore
Nos ſaturat ſimul ipſe, manens verbúmque cibúſque
Dulcia nam Domini noſtris in faucibus hærent
Eloquia, exuperantque fauos atque omnia mella.
Debita laxari qui nobis cuncta rogamus,
Nos quoque laxemus, proprij nam cautio verbi
Sponſores manifeſta tenet, grauiúſque ſoluti
Nectimur alterius ſi ſoluere vincla negemus.
Incipiétque pius decies millena talenta,
Dimittens dominus, ſi nos affligere propter
Denarios centum conſeruum ſenſerit vllum,
Tradere conſeſtim tortoribus, inque feroci
Carcere conſtricti non permittemur abire,
Donec cuncta breuem reddamus adusq; quadrātem.
Non quia nos Dominus lucis via, ſemita pacis
In laqueos tentantis agat, ſed cum mala noſtra
Deſerit, ire ſinit. nam quiſquis terrea mundi
Delicioſa ſequens, luxus & gaudia blandæ
Perditionis amat: Deus hunc, virtutis amator,
Linquit, & ingreditur qua ſe tentatio ducit.
Ab hac ergo pedem retro faciamus, & arctum
Corde peramus iter, tenuis qua ſemita monſtrat
Ire per anguſtam regna ad cœleſtia portam.
Si cupimus vitare malum, debemus adire
Sectárique bonum, hic quia liberat, ille trucidat:
Hic alit, ille necat: nam quantum ſydera terris:
Ignis aquis: lumen tenebris: concordia bellis:
Vita ſepulturis: tantum bona longius abſunt
Diſſociata malis. dextrum quicunque neceſſe eſt
Aut læuum gradiatur iter. Sed dextra bonorum
Semita conſpicuos vocat in ſua gaudia iuſtos,
Inque ſuos Patriarcha ſinus: At læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.
Ergo agnis ouibúſque Dei eſt hæc ſola voluntas,
Et bona libertas euadere torua cruenti
Ora lupi, vitáque frui per paſcua Chriſti.

LIBER TERTIVS.

PRima ſuæ dominus thalamis dignatus adeſſe,
Virtutis documenta dedit, conuiuáq; præſens
Paſcere non paſci veniens mirabile fuſas
In vinum conuertit aquas, dimittere gaudent
Pallorem latices, mutauit læſa ſaporem
Vnda ſuum, largitá merum, menſáque per omnes
Dulcia non nato rubuerunt pocula muſto.
Impleuit ſex ergo lacus, hoc nectare Chriſtus,
Quippe ferax qui vitis erat, vt tute colona
Omnia fructificans, cuius ſub tegmine blando
Mitis in occiduas enutrit pampinus vuas.
Poſt regulus nato quidam moriente rogabat
Flebilis, & ſupplex Dominum, quò viſeret ægrum
Febre laborantem puerum, trepidamque vetaret
Labe animam de ſede ſua, cui larga poteſtas
Credenti quæ nulla negat, nec dona retardat
Velocem comitata fidem ſermone ſalutem
Concedens facili, viuit iam filius, inquit,
Perge tuus. Quantum imperij fert iuſſio Chriſti,
Non dixit victurus erit, ſed iam quia viuit,
More Dei, qui cuncta priùs quàm nata videndo
Præteritum cernit, quicquid vult eſſe futurum.
Iude ſalutiferis incedens greſſibus vrbes,
Oppida, rura, caſas, vicos, caſtella peragrans
Omnia, depulſis ſanabat corpora morbis.
Ecce autem medio clamans ex agmine turbæ
Leproſus poſcebat opem, varioſque per artus

Plus candore miſer, Si vis domine, inquit, ab iſtis
Me maculis mundare potes: volo Chriſtus vt inquit,
Conſeſtim redit vna cutis, propriôque decore
Læta peregrinam mutarunt membra figuram,
Inque ſuo (magis eſt) vix agnitus ille colore.
Forte Petri validæ torquebat lampadis æſtu
Febris anhela ſocrum, dubióque in funere pendens
Saucia ſub gelidis ardebat vita periclis,
Immenſúſque calor frigus lethale coquebat.
At poſtquam feſſos Dominus manus attigit artus,
Igneus ardor abit, totiſque extincta medullis,
Fonte latentis aquæ cecidit violentia flammæ.
Quinetiam rabidas ægrotum depulit iras
Spirituum, ne flatus atrox laceraret iniqua
Peſte homines, operiſque Dei vexaret honorem,
Quem norat non eſſe Dei, paſſímque cateruas
Vt prius innumeras pulſo languore ſaluti
Reddidit, & varia populos à clade leuauit.
In ſe marina petens, arentes greſſibus algas
Preſſit, & exiguæ conſcendens robora cymbæ
Aequoreas intrauit aquas, Dominúmque ſequentes
Diſcipuli placido librabant carbaſa ponto.
Iam procul à terris fuerat ratis, actaque flabris
Sulcabat medium puppis ſecura profundum,
Cùm ſubito fera ſurgit hyems, pelagúſque procellis
Vertitur, & trepidam quatiunt vada ſalſa carinam.
Perculerat formido animos, ſeſéque putabant
Naufraga littoreis iam tendere brachia ſaxis,
Ipſe autem placidum carpebat pectore ſomnum
Maieſtate vigil, quia non dormitat in æuum,
Qui regit Iſrael, neque prorſus dormiet vnquam:
Ergò vbi pulſa quies cunctis clamantibus vna
Voce ſimul miſerere citus, miſerere perimus,
Auxilio ſuccurre pio, nil vota moratus
Exurgens Dominus, validis miteſcere ventis
Imperat, & dictu citius tumida æquora placat.
Non erat illa feri pugnax audacia ponti,
In dominum tumidas quæ ſurgere cogeret vndas,
Nec metuenda truces agitabant flamina vires,
Sed lætum exiliens Chriſto mare compulit imum
Obſequio ſeruire fretum, raptóque volatu
Mouerunt auidas ventorum gaudia pennas.
Interea placido tranſuectus marmore, puppim
Liquerat, & medios luſtrabat paſſibus agros,
Cùm procul è tumulis geminum ſtridore furentes
Proſiluere viri, quos non mala dæmone pauco,
Sed legio vexabat atrox, nexíque cruento
Sæua catenatis geſtantes vincla lacertis,
Angebat quoque pœna duplex: heu dura furoris
Conditio, qui vim patitur magis ille ligatus.
Tunc domini præcepta tremens exire iubentis
Spiritus infelix, hominem non audet adire,
Effigiem ſed lens quam Chriſtum cernit habere,
Sed pecus immunda gaudens lue, ſemper amicum
Sordibus atque olido conſuetum viuere cœno,
Pro meritis petiere ſuis, triſtéque phalanges
Porcinum tenuere gregem, niger, hiſpidus, horrens,
Talem quippe domum dignus ſuit hoſpes habere.
Hinc aliis dominus pelago delatus in oras
Intrauit natale ſolum, quo corpore naſci
Se voluit patriamque ſibi pater ipſe dicauit.
Ecce ferant viuum portantes iámque cadauer
Bis bina ceruice viri, lectóque iacentem
Vix hominem, cui vita manens ſine corporis vſu
Mortis imago fuit, reſolutáque membra iacebant
Officiis deſerta ſuis, fluxóſque per artus
Languida demiſſis pendebant vincula neruis.
Hunc vbi virtutem Dominus conſpexit egentem
Robore, peccatis primum mundauit ademptis,
Quæ generant augmenta malis, miſeróque iacente
Surge, ait, & propriam ſcapulis attolle grabatum,
In[illegible]tuam deſcende domum, nil iuſſa moratus

A Cui fuerat conceſſa ſalus, veſtigia linquens
Tandem aliena, ſuis lætatur vadere plantis,
Vectorémque ſuum grata mercede reuexit.
Principis interea ſynagogæ filia, clauſo
Functa die ſuperas moriens amiſerat auras:
At genitor, cui finis edax ſpem prolis adultæ
Sumpſerat, ſanctos Domini lacrymánſque geménſq;
Corruit ante pedes, vix verba precantia fari
Singultu quatiente valens, miſerere parentis,
B Orbati miſerere ſenis, modo filia, dicens,
Vnica virgineis nec adhuc matura ſub annis
Occidit, & miſero patris mihi nomen ademit:
Affer opem, lapſámque animam per membra refunde
Qui totum præſtare potes, hæc inquit. & autor
Lucis ad extinctæ pergebat funera, greſſum
Vix populo ſtipante mouens permixtáque turbis
C Ibat inundantem mulier perpeſſa cruorem,
Quæ magnas tenuarat opes, vt ſanior eſſet,
Exhauſta ſua domo, nec proficiente medela,
Perdiderat proprium pariter cum ſanguine cenſum.
Aſt vbi credentis iam ſano in pectore cœpit
Diues adeſſe fides, medias immerſa cateruis
Nititur anxia ſi vel filum tangere Chriſti.
D Poſterióſque petens furtiuam furata ſalutem
Extrema de veſte rapit, ſiccóque fluentis
Damnauit patulas audax fiducia venas.
Senſerat iſta Deus, [illegible] cucurrit
Quod virtus ſecreta dedit, [illegible] fidele
Laudat, & egregiæ [illegible] ſua vota rapinæ.
Ventum erat ad mæſti [illegible] culmina tecti,
Deflentémque domum, mors vbi virgo [illegible]cebat
E Extremum ſortita diem, trepidúſque tumultus
Omnia lamentis vlulans implebat amaris,
Funereóſque modos cantu lacrymante gerebant
Tibicines, plangórque frequens confuderat ædes.
Ponite ſollicita conceptos mente dolores,
Hic ſopor eſt, Saluator ait, nec funus adeſſe
Credite, nec ſomno poſitam lugete puellam.
Dixerat. & gelida conſtrictum morte cadauer
F Spiritus igne fouet, verbóque immobile corpus
Suſcitat, atque ſemel genitam bis viuere præſtat.
Obſtupuere animis inopináque vota parentes,
Aſpiciunt, verſíque modis per gaudia [illegible].
Inde pedem referens geminos videt, ecce ſequentes
Cæcatos clamare viros, fili inclyte Dauid
Diſcute nocturnas extinctis vultibus vmbras,
Et clarum largire diem. Quam credere tutum,
G Quam ſanum eſt cognoſſe Deum. iam corde videbant
Qui lucis ſenſere viam, tunc cæca precantum
Lumina diffuſo ceu torpens ignis olino
Sub domini micuere manu, tactúque ſereno
Inſtaurata ſuis radiarunt ora lucernis.
His ita dimiſſis alius producitur æger,
Multiplici languore miſer, qui voce relictus
Auditu vacuus, ſolo per inania membra
H Dæmone plenus erat, hunc pro[illegible]inus ordine ſacro
Curauit verſis Deus in contraria cauſis,
Dæmonio vacuans, auditu & voce reformans.
Nec minus interea proprios iubet omnia poſſe
Diſcipulos, totiſque ſimul virtutibus implens
Ite ait, & triſtes morborum excludite peſtes,
Sed domus Iſrael (quia necdum nomine gentes
Auxerat hoc omnes) cœlorum dicite regnum,
I Dæmoniis auferte locum, depellite lepram,
Cunctáque ſubductæ reuocate cadauera vitæ.
Sumpſiſtis gratis, cunctis impendite gratis.
Ac velut hoc dicens: ego vobis quippe miniſtris
Seruandos committo greges, ego denique paſtor
Sum bonus, & proprios ad victima largior agnos.
Nemo meis ouibus quæ ſunt mea pabula vendat.
Hæc in Apoſtolicas ideò prius edidit artes
Omnipotens, vt ab his iam ſeſe autore magiſtris.

In

In reliquum doctrina fluens, decurreret æuum,
Qualiter ex vno paradiſi fonte leguntur
Quattuor ingentes procedere curſibus amnes,
E quibus in totum ſparguntur flumina mundum.
Quiſquis enim deitatis opus, quod non habet ex ſe,
Sed Domino tradente gerit, ſub nomine puro
Suſcipiet, puro diſpenſet munere, poſſit
Vt diſpenſator, non vt mercator haberi,
Dauidisque modis vitam cantare futuram,
Intrabo in domini requiem: quia neſcio mercem.
Exin conſpicuam ſinagogæ ingreſſus in aulam,
Aſpicit inualidum demeſſo corpore mancum,
Seminecem membris, non totum viuere, cuius
Arida torpentem damnârat dextera partem,
Imperioque medens, gelidam cecaleſcere palmam
Præcipit, & reddi diuino more ſaluti.
Sic ſemper agit, nil tollit & omnia reddit.
En iterum veteres inſtaurans lubricus artes
Ille chelydrus adeſt, nigri qui felle veneni
Liuidus humano gaudet pingueſcere tabo,
Quodque per alternos toties diſperſerat ægros
Virus, in vnius progreſſus viſcera fudit.
Cui vocem lumenque tulit, triplicique furoræ
Saucia membra tenens, mutum quatiebat, & orbum
Tunc Dominus mundi, lux noſtra, & ſermo parentis
Sordibus excluſis, oculos atque ora nouauit,
Verbáque per verbum, per lumen lumina ſurgunt.
Venerat & mulier morbo contracta vetuſto
Non ſeniu tremebunda gemens, incurua caducis
Vultibus, & ſolam deſpectans cernua terram.
Quæ Domino miſerante iuges poſt octo decemque
Membra leuat meſſes, cœlumque & ſydera tandem
Cernit, & ardentem ſolis remiraſcitur orbem.
Totū erecta videns, quia quos malus opprimit hoſtis,
Ima petunt: quos Chriſtus alit, ſine labe reſurgunt.
Cumque dehinc populum ſeſe in deſerta ſequutū
(Vt typicus Moſes, veruſque Propheta) videret
Antiquam ſentire famem, maioribus actis
Antiquam monſtrauit opem, tunc alite multa
Carnis opima dedit, geminis modo piſcibus auxit,
Sufficiens tunc manna pluit: modo panibus amplum
Quinque dedit victum per millia quinque virorum.
Cætera turba latet, numero nec clauditur vllo
Maxima paruorum legio, vel maxima matrum.
Quoque magis ſtupeas, cophinos ablata replerunt
Fragmina biſſenos, populisque vorantibus aucta
Quæ redit à cunctis non eſt data copia menſis.
Iamque ſeneſcentem gelidis ſub cærula ponti
Oceano rapiente diem, cùm pallor adeſſet
Noctis & aſtriferas induceret Heſperus vmbras,
Diſcipuli, ſolo terris reſidente magiſtro,
Vndiſum petiere ſalum, fluctúque tumente
Torua laborantem iactabant æquora puppim,
Aduerſus nam flatus erat, tunc noctis opacæ
Tempore calcatas Dominus ſuperambulat vndas,
Et vaſti premit arua freti, glaucisque fluentis
Circumfuſa ſacras lambebant marmora plantas.
Miratur ſtupefacta cohors, ſub calle pedeſtri
Nauigeras patuiſſe vias, at Petrus amicam
Doctus habere fidē, Chriſtúmque agnoſcere ſemper,
In medias deſcendit aquas, quem dextra leuauit
Labentem Domini, nil tanto in gurgite paſſum.
Cui portus fuit illa manus, pelagique viator
Libra per vitreos mouit veſtigia campos.
Genezar inde ſoli Domino veniente coloni
Infirmos traxere ſuos, vt fimbria ſaltem
Via attacta Dei, morbis mederetur acerbis,
Et quotquot tetigere, iugem ſenſere ſalutem.
Quàm precioſa fuit quæ nunquam vendita veſtis.
Ipſa omnes modici redimebat munere fili.
Hinc Tyrias partes Sydoniaque arua petentem
Anxia pro natæ vitio (quam ſpiritus atris
A Vexabat ſtimulis) mulier Cananæa rogabat,
Se canibus confeſſa parem, qui more ſagaci
Semper odoratæ recubant ad limina menſæ,
Aſſuetis reſiduas dominorum lambere micas.
Vna humilis, ſed celſa fides, quæ ſoſpite nata
De cane fecit ouem, gentisque in ſenibus ortam
Compulit Hebræi de gramine veſcier agri.
B Alta dehinc ſubiens, montis iuga plebe ſequente,
Millia cæcorum, claudorum millia paſſim,
Leproſósque ſimul populos, ſurdasque cateruas,
Inualidásque manus, & quicquid debile vulgi
Venerat, in priſcum componit motibus vſum,
Et reuocata ſuis attemperat organa neruis.
Dumque medēs ægrum refouet virtute tumultum
Tertia lux aderat, ſteriliqúe in ceſpite nullum
C Contigerat plebs tanta cibum, nimióſque labores
Nutribat geminanda fames, ſi ſaucia callem
Turba per ingentem dapibus ieiuna rediret.
Qua flexus pietate Deus, qui ſemper egentum
Panis adeſt, victúmque locis ſine frugibus infert,
Piſciculis paucis, & ſeptem panibus agmen
Pauit enorme virûm, præterque infirma ſecundi
Sexus, & ætatis ſaturauit quatuor illic
D Millia veſcentum, plus vt miteris, & auctas
Diſce fuiſſe dapes, epulas nutriuit edendo
Vulgus, & attritæ creuerunt morſibus eſcæ.
Relliquiáſque ſuas ſportarum culmina ſeptem
Expauit fugitiua fames, vbi fragmine ſumpto
Vidit abundantem medico de ſemine meſſem.
Nec tamen humano quamuis in corpore Chriſtum
Matris ab occaſu mortalia membra gerentem
E Clam fuit eſſe Deum, quia non abſconditur vnquam
Vrbs in monte ſedens, medio nec ſubditur ardens
Lychnus anhelantem, ſed ſpargens Altius ignem,
Cunctis lumen agit, radians nam teſtibus amplo
Diſcipulis fulgore tribus, velut igneus ardus
Solis in æthercam verſus ſplendore figuram.
Vicerat ore diem, veſtémque tuentibus ipſam
Candida forma niuis Domini de tegmine fulſit.
F O meritum ſublime trium, quibus illa videre
Contigit in mundo, quæ non ſunt credita mundo.
Quid quod, & Heliam, & clarum vidare Moyſen:
Ignotos oculis viderunt lumine cordis,
Vt maior ſit noſtra fides, hunc eſſe per vrbem
Principiū ac finē, hunc ſimul Alpha viderier, hunc ω,
Quem medium tales circumfulſere Prophetæ:
Alter adhuc viuens, alter ſtans limine mortis.
G Sydereóque ſono, meus eſt hic filius, aiens,
Oſtendit verbo genitum vox patria Chriſtum.
Poſtquàm corporeos virtus regreſſa per artus
Texit adoratam carnis velamine fórmam,
Seque palam dominus populis dedit, ecce repentè
Vir humilis mœſto deiectus lumina vultu
Procedit, ſuppléxque manus & brachia tendit,
Imploratque gemens, vnus mihi filius, inquit,
H Eſt Domine: horrenda lacerat quem ſpiritus ira,
Nec linquit, niſi mergat aquis, aut ignibus atris
Opprimat, atque animam dubia ſub morte fatiget.
Hunc precor expulſo mōſtratus vtrunque furore
Redde mihi, vel redde ſibi, ne cæca poteſtas
Expellat trepidam ſubtracto lumine vitam.
Dixerat, & genua amplectens, genibúsque volutans
Hærebat, Dominuſque pio iam pectore votis
I Annuerat, tunc prædo furens, ac noxius hoſtis
Cui poſſeſſa diu eſt alieni fabrica iuris,
Peruería migrare domo compulſus, in iram
Tollitur accenſam, correptáque carpere membra
Nititur, & fruſtra Dominu prohibente laborans
Fugit in obſcuras puero viuente tenebras.
Rex etiam ſolus regum, Dominus dominorum
Non dedignatus Petro piſcante tributum
Soluere Cæſareum, medij de gurgite ponti

Impleuit captura ſinus,vt præda redundans
Turbaret geminas cumulato piſce carinas.
Nam ſocia iſtæ puppis erat.ſic maxima ſæpe
Gaudia non ſentimus propenſáque vota tenemus,
Quódq; Deo facile eſt, homines optare nec audent.
Talibus inſignis virtutibus ibat in vrbem,
Quæ ſit dicta Naym,populo vallatus opimo
Et grege diſcipulum,miſerum tunc cominus ecce
Conſpicit efferri iuuenem,gelidúmque cadauer,
Pluribus exequiis,& inani funere paſſum,
Triſte miniſterium,cuius ſoli infida matrem
Iamdudum viduam,gemina viduauerat vrna.
Nec remorata diu pietas,inimica doloris
Auxilium vitale tulit,tactóque feretro
Surge ait ô iuuenis,parentique in tempore dicto
Mortuus aſſurgit,reſidénſque loquénſque reuixit,
Atque comes genitricis abit,nam funere torpens
Et licet amiſſæ paſſus diſcrimina vitæ,
Non poterat famulus,Domino clamante tacere,
Nec vita præſente mori,mox agmine verſo,
Deponens trepidum rediuiuo gramine luctum,
Candida felicem reuocauit pompa parentem.
Nec tibi parua ſalus Domino medicante Maria,
Multiplici læſum curauit vulnere ſenſum,
Quam fera ſeptenis rabies inuaſerat armis,
Dæmonico cuneata globo,ſed ſquameus anguis
Imperioſa ſacri fugiens miracula verbi,
Corde tuo depulſus abit,volucréſque per auras
In chaos infernæ lapſus penetrale gehennæ
Septem ingens gyros ſeptena volumina traxit.
Néve redundantem cumularé germine meſſem
Exiguis Dominus ſineret languere colonis,
Diſcipulos alios,quorum mens conſcia recti,
Puráque ſimplicitas,numero meritóque refulgens
Aurea libra fuit,velut agnos præcipit inter
Sanguineos properare lupos,aſſumite dicens
Iura poteſtatis,nullum timeatis vt hoſtem,
Viperáſque minas,& ſcorpion,atque inimica
Omnia,virtutis ſenſu calcare fideli.
Nulla meis famulis feritas aduerſa nocebit,
Nec tantum hos gaudete viri,quod ſpiritus ater
Subiicient vobis,quantum quod nomina veſtra
Scripſit in æterno cæleſtis litera libro.
Ius eſt quippe Dei,vitam præponere factis,
Nam merito ceſſante bono,miracula nil ſunt,
Quæ faciunt plerunque mali,quibus arbiter orbis
Neſcio vos dicturus erit,diſcedite cuncti
Artifices ſcelerum,rebus qui ſemper iniquis
Diuinum ſimulaſtis opus.ſic tempore Moſi
Carminibus quidam vanis Memphitis in oris,
Signa dabant non ſponte Dei,ſed imagine falſa,
Viſibus humanis magicas tribuere figuras.
Poſt Phariſæorum cuiuſdam principis intrat
Clarificare domum,non eſcam ſumere tantum,
Ad quam tunc facili conuenerat ille precatu,
Hic homo perſpicuo diſtentus ventre tumebat
Plenus aquis,grauidámque cutem ſuſpéderat aluus
Incluſam partura necem,iam membra fluebant
Accreſcente ſinu,miſeróſque infuſa per artus
Turgida per ſiccum macies renuauerat ægrum,
Inque vteri ſpatium totus conuenerat hydrops.
Non tulit hanc ſpeciem mundi Pater,& ſua tranſit
Sabbata non curans,hominem curare paratus,
Quem voluit magis eſſe ſuum nam ſabbata propter
Condita ſunt hominé,nó eſt homo ſabbata propter
Tunc pius humentem ſiccata corporis vnda
Iuſſit abire,luem fluidus mox viſcera morbus
Deſerit,& vacuæ reſident in pectore fibræ.
Carnalemque lacum,peſtis lymphata relinquit.
Cœperat interea Dominus Galilæa per arua
Tranſgrediens ſancto quoddam pede tangere caſtrũ.
Hunc procul vt videre decem maculoſa gerentes

A Leproſi portenta viri,quos corpore fœdo
Diſcolor aſ ſcœnis turpabat pœna figuris,
Præceptor miſerere,potes namque omnia,Ieſu
Clamantes dixere ſimul,tunc flexa poteſtas.
Quæ nunquam pietate vacat,clementior iuſſit
Ire ſacerdotum conſpectibus ora referre.
Cúmque viam peterent,ſubitò mundana viciſſim
Mirantur ſua membra viri,variúmque tuentes
B Eſſe nihil,ſeſe pariter ſpeculantur,& omnes
Explorant proprias alterno lumine formas.
Ex quibus,vt grates ageret pro munere tanto
Vix vnus reduci conuerſus tramite,pronus
Sternitur ad terram,Dominum virtutis adorans,
Atque ſacerdoti verò ſua protulit ora.
Denique pontificum princeps,ſummúſque ſacerdos,
Quis niſi Chriſtus adeſt,gemini libaminis auctor
C Ordine Melchiſedech,cui dantur munera ſemper,
Quæ ſua ſunt,ſegetis fructus,& gaudia vitis.
Cúm reſidens cæcus Tymæi filius illud
Propter iter,Dominum per quod cognouerat ire
Vociferans crebro lumen clamore petiſſet,
Nec populo prohibente tacens,accedere iuſſus
Ad Dominum,palpante manu viſúmque recepit,
Et nullo ducente redit quàm fortiter inſtat
D Importuna fides,quicquid res dura negarit
Sola frequens votis oratio præſtat honeſtis.
Vnanimem panem ſic ille petebat amicum
Qui foribus clauſis per opaca ſilentia noctis
Obnixéque diu conſideréque neganti,
Vocibus aſſiduis precibúſque extorſit anhelis.
Prætereúnſque viæ Dominus loca Samaritanæ
Humanam flagrante ſitim collegerat æſtu,
E Fónſque perennis aquæ, modicam deſiderat vndam,
Vt biberet,quá corpus erat. tunc accola gentis
Stans mulier,paruum puteo quæ traxerat hauſtum,
Cúm dare cunctatur poſituræ munera lymphæ,
Agnoſcens propriam numeroſo coniuge vitam,
Orat inexhauſti tribui ſibi dona fluenti
Aeternam poſitura ſitim,qua nemo carere
Dignus erit Domini, niſi merſus gurgite Chriſti
F Percipiat placidas animæ,non corporis vndas.
Dúmque ſui reſidens media teſtudine templi
Ore tonans patrio,directi ad peruia callis
Errantem populum monitis connectit amicis,
Ecce trahebatur magna ſtipante caterua
Turpia adulterij mulier lapidanda reatu,
Quam Phariſæa manus placido ſub iudice ſiſtens
Condamnare parat,plus liberat,omnibus illis
G Nam ſimul è turbis,proprio ſine crimine nullus
Accuſator erat,ſaxum qui miſſile ſtrictus
Sumeret obſcœnæ feriens contagia mœchæ.
Nec poterat quiſquam feſtucam vellere paruam
Ex oculo alterius,proprio qui lumine grandem
Sciret ineſſe trabem,profugus ſic ille receſſit
Impetus,& clemens donat ſententia culpam,
Iam non peccandi ſub conditione ſolutam.
H Nam vomitum quicunque ſuum canis ore relambit,
Nec veterem ſtudet hic veniam , nec habere futurã,
Horus damna tenens,huius compendia perdens.
Inde means genitum cernit conſiſtere cæcum
Qui male prægnantis dilapſus ventre parentis
In lucem ſine luce init,tunc ſanguine illo
Conditor humani,mundique creatricis origo
Imperfecta diu proprij non p...
I Membra operis,nat... lu... ...auſtra genarum
Illinit ...,hominem ... de ſemine ſuppl...
Nec viſum tamen ... ſpir... vo... ...
Accepta Domini S... ...am veni... ad vndam.
Et conſanguinei lotus medicamine limi
Pura oculis fouiſſet ... ,mox ergo gemellæ
Vultibus effulgent acies tandemque merentur
Ignotum ſpectare diem.cognoſcite cuncti

Myſtica quid doceant animos miracula noſtros.
Cæca ſumus proles miſeræ de fœtibus Euæ,
Portantes longo natas errore tenebras.
Sed dignante Deo mortalem ſumere formam
Tegminis humani,facta eſt de virgine nobis
Terra ſalutaris,quæ fontibus abluta ſacris,
Clara regnaſcentis reſerat ſpiramina lucis.
Bethaniæque ſolum repetens intrarat,ibique
Lazarus occidua tumulatus ſorte iacebat.
Iam quarto ſine luce die,clauſiſque ſepulcri
Marmore,corruptum tabo exalabat odorem.
Flebant germanæ,flebat populatio præſens,
Flebat & omnipotens,ſed corpore non deitate,
Examineſque artus,illa pro parte dolebat
Qua moriturus erat,lacrymiſque impleuit amicum
Maieſtate Deum.quid cre ſere Martha moraris?
Quidve Maria gemis,Chriſtus dubitatis,an vnum
Poſſit ab infernis hominem reuocare cauernis?
Qui dabit innumeras poſt funera ſurgere turbas?
Ergo vbi clamantis Domini ſonuit tuba dicens:
Lazare perge foras,magno concuſſa pauore
Tartara diſſiliunt,Erebi patuere receſſus,
Et tremuit lethale chaos.mortiſque profundæ
Lex perit, atque animas proprias repetente medullas
Cernitur ante oculos viuens aſtare cadauer.
Poſtque ſepulcralem tanquam recreatus honorem
Ipſe ſibi moriens,& poſthumus extat & hæres.
Vtque caduca vagi contemnens culmina ſecli,
Monſtrare ſe rite Deum,non curribus altis
(Quæ pompæ mortalis honor) repidiſque quadrigis
Puluereum ſulcauit iter,nec terga frementis
Ardua preſſit equi,faleris qui pictus & oſtro
Ora tueatatum mandentia concutit aurum.
Sed lenta potius geſtamine vilis aſelli
Recto ſufficit honos,leuis vngula cuius,
Vt tanto ſeſſore decus mirabile portans,
Nobilior ſub faſce foret,non illius impar
Qui paruulo Chriſtum licet in præſepe iacentem
Agnouit tamen eſſe Deum.plebs omnis adorans
Inſolito molles ſubiecit tramite veſtes,
Dicite gentiles populi cui gloria regi
Talis in orbe fuit,cui palmis compta vel vnquam
Frondibus arboreis,laudem cœleſtibus hymnis
Obuia turba dedit,Domino niſi cum patre Chriſto,
Qui regit æthereum princeps in principe regnum
Cui ſanctus ſemper conregnat ſpiritus æquè.

LIBER QVINTVS.

HAs inter virtutis opes,iam proxima Paſchæ
Cœperat eſſe dies,Domini cùm gloria vellet
Ponere mortalem,viuámque reſumere carnem.
Non aliam,ſed rurſus eam quam munere plenam
Lucis ab infirmis releuans ad ſidera duxit,
Exclamánſque palam,Pater iſta memet in hora
Clarifica,ſed in hanc ideo veni tamen horam,
Clarifica noménque tuum,per magnáque cœlo
Vox reſonans venit per nubila:clarificaui
Clarificabo iterum.quid apertius eſt?patre teſte,
Cœlo aſſertore.Ac nec ſic cognoſcere Chriſtum
Gens voluit Iudæa Deum,pars eſſe ferebat
Hoc tonitrum pars angelicam crepuiſſe loquelam.
O gens cæca oculis,ô gens duriſſima corde.
Non tonitrus potuit Chriſtum,ſiue Angelus vllus
Autorem generaſſe ſuum,qui nomine Patris
Audito reſponſa daret,ſed ab ore tonantis
Natum agnoſcentis,populus quo crederet aſtans,
Vox emiſſa ſuo reſpondit conſona verbo.
Annua tunc ſacra celebrans per munera cœnæ
Paſchales ex more dapes,humiléinque miniſtrum
Se faciens,& grata ſuis exempla relinquens
Aſſurgit,famulaſque libens famulatur,& omnem
Linteolo accinctus tantum inclinauit honorem,
Diſcipulis vt ſponte lauans veſtigia cunctis,
Nec Iudam exciperet,quem proditionis iniquæ
Nouerat autorem.ſed nil tibi gloria ſæua
Traditor illa dabat pedibus conſiſtere nudis,
Qui ſenſu pollutus eras,velut omne ſepulchrum
Exteriora gerens albæ velamina formæ,
Sordibus interius fœdóque cadauere plenum.
Nec Dominum latuere doli,ſceleriſque futuri
Prodidit autorem,panem cui tradidit ipſe,
Qui pacis tradendus erat,nam corporis atque
Sanguinis ille ſui poſtquàm duo munera ſanxit
Atque cibum, potúmque dedit quo perpete nunquam
Eſuriant,ſitiántque animæ ſine labe fideles:
Protinus in Iudam ſedes vbi liuor habebat,
Spiritus intrauit teterrimus,armáque ſumens
In Dominum ſeruile dedit conſurgere bellum.
Pactus grande nefas parua mercede:neque illi
Culpa datur pretio,ſed inhærent crimina facto.
Tantundem ſceleris,terdenis numiſmata ſumens
Argenti,paruo cæcatus munere geſſit,
Quantum cuncta ſimul terrarum regna,mariſque
Diuitias,omnémque vagis cum nubibus æthram
Si caperet;geſturus erat:neque enim bona mundi
Sufficerent magno fuſo pro ſanguine Chriſti,
Qui pater eſt mundi, qui fecerat hunc quoque naſci.
Atque vtinam ſterili damnatus matre nequiſſet
Natalem ſentire diem,nec luminis huius
Hauſiſſet placidas flabris vitalibus auras
Aeterno torpore latens,miſeróque fuiſſet
Sors melior neſcire datam,quàm perdere vitam,
Aut male fuſus humo,confeſtim munera lucis
Perderet,vt puluis quem ventus proiicit ingens
A facie terræ,rapidiſque volatibus actus
Spergitur in vacuas nebulis obſcurior vmbras.
Tu ne cruente,ferox,audax,inſane,rebellis,
Perfide,crudelis,fallax,venalis,inique,
Traditor immitis,fere proditor,impie latro,
Præuius horribiles comitaris ſignifer enſes!
Sacrilegámque aciem,gladiis,fuſtibúſque minacem
Commoueas,ori ora premis,melliqué venenum
Inſeris,& blanda Dominum ſub imagine prodis.
Quid ſocium ſimulas,& amica fraude ſalutas?
Nunquam terribiles aut pax coniurat in enſes,
Aut truculenta pio lupus oſcula porrigit agno.
Traditus ergo viris operator ſanctus iniquis
Conſuetam non linquit opem,pueróque reuulſam
Enſe Petri (ne qua pius à pietate vacaret)
Reddidit auriculam,nec enim vindicta conanti
Conueniens humana fuit,qui millia patrem
Angelicas ſibimet legiones poſcere poſſet
Plus duodena dari,ſi mallet ſumere pœnas
De meritis,quàm ſponte ſuas ignoſcere plagas.
Tunc paci mucrone iubet,quia venerat ipſe
Ponere pro cunctis animam,non tollere cuiquam.
Iámque Petro clara iamdudum voce fatenti
Cum Dominu ſe velle mori,prius aliger,inquit,
Quàm gallus cantet,hac me ter nocte negabis.
Non reprobando fidem,ſed prædicendo timorem.
Continuò ad triſtes Caiphæ deducitur ædes.
Ille Sacerdotum fuerat tunc denique princeps,
Et princeps ſcelerum,namque hoc reſidente cathedra
Peſtifera,falſis agitatum teſtibus ardet
Concilium,iamiámque volant mendacia mille
In Dominum,vanis hominum conflata labellis,
Et pereunt leuitate ſua.velut ignis oberrans
Arentes ſtipulas.vires cui ſumma cremandi
Materies infirma rapit,victóque furore
Labitur inualidæ deformis gloria flammæ.
Poſtquàm nulla dolis patuit via,brachia tolli
Armat in inſontem ſæuus furor,heu mihi quantis
Impedior lacrymis rabidum memorare tumultum.

Sacrilegas mouiſſe manus,non denique paſſim
Vel colaphis pulſare caput,vel cedere palmis,
Aut ſpuere in faciem plebs execranda queuit,
Ille tamen patiens ſubiecto corpore totum
Suſtinuit,noſtráque dedit ſua membra ſaluti.
Namque per hos colaphos,caput eſt ſanabile noſtrũ;
Hæc ſputa per Dominum noſtram lauare figuram,
His alapis nobis libertas maxima plaudit.
At ſenior,cui cuncta putens prædixerat autor
Quæ ventura forent(quoniam tranſire nequibat
Infectum quod Chriſtus air) ſe prorſus adeſſe
Ipſius ex ſociis,ſemel ac bis térque negauit.
Et gallus cecinit.completa eſt ſanctio Chriſti,
Et ſenſus rediere Petri:memor ille malorum
Immemoris damnauit opus,gemitúque ſequente
Culpa fugit,ceciinc lacrymis delicta profuſis,
Et dulcem veniam fletus generaſtis amari.
Iámque dies aderat,nocturna mœſtior vmbra
Flagitium viſura nouum,tenebriſque remotis
Pandebat populis Iudææ crimina gentis.
Mox igitur Dominum Pilati ad mœnia duci
Nexibus aſtrictum Iudas vt vidit iniquus,
Diriguit,ſceleriſque ſui commercia reddens
Incaſſum facti pretium,non facta reliquit.
Quidnam etenim prodeſt,illic trepidare timore
Nullus vbi timor eſt?aut quæ confuſio tetro
Lucet in inferno,cùm iam demiſſa ſecuris
Arboris infandæ radicibus,exitialem
Quæ peperit fructum,feralia germina vertat
Funditus,& dignis pereant mala robura flammis?
Continuóque trucis correptus mente furoris.
Se quoque morte petit,quanquam tunc ſanior eſſet
Cùm ſcelus vlciſci præcurreret,ipsáque diræ
Guttura vocis iter,cuncti quæ vendere mundi
Auſa redemptorem,nodatis faucibus angens
Infelicem animam laqueo ſuſpendit ab alto.
Lenior ita quidem tanto pro crimine culpæ,
Cunctorum cui nulla foret par pœna malorum,
Exitus hic mortis,tamen & ſublime cadauer
Oſtendit populis,quanto de culmine lapſus
Pridem diſcipulus,qui nunc reus,alta relinquens
Sydera tartareum deſcendit adusque profundum,
Tunc vir apoſtolicus,nunc vilis apoſtata factus.
At Dominus patiens cùm præſidis ante tribunal
Staret,vt ad iugulum ductus mitiſſimus agnus,
Nil inimica cohors inſontis ſanguine dignum
Comperiens,regem quod ſe rex dixerat eſſe
Obiicit,& verum mendax pro crimine ducit.
Nec mirum,ſi iura Dei gens perfida vitet,
Imperiúmque neget,lucos quæ ſemper amauit,
Idola dilexit,ſimili nam more furentes
Tunc coluere Baal,nunc elegere Barabbam,
Damnatóque pio,conſeruatóque proteruo
Mutauit peruerſamque viam ſententia iuſtam,
Autor mortis erat,iuſſus qui ſumere lucem,
Autor lucis erat,iuſſus qui ſumere mortem.
Credite iam Chriſtum,pro cunctis credite paſſum.
Quid dubitatis adhuc,en ſectus terga flagellis,
Subditus opprobriis,pœnas amplectitur omnes,
Ne dignas ſentire necem cum latro periret.
Heu falx,torua patrum,ſegetem cæſura nepotum,
Heu facinus Pilate tuum,quod geſſeris vno
Crimina iudicio vigili ſi mente notares,
Non ſolas lauiſſe manus,ſed corpore toto
Debueras ſacrum veniæ ſpectare lauacrum.
Corripis inſontem,ſiſtis ſub præſide regem,
Præponiſque humana Deo,qua morte teneris
Qui Dominum numerum cruci per vulnera figis?
Cúmque datus ſæuis ad pœnam ſanctus abiret
Militibus,rubri vilem ſub tegmine cocci
Veſtitur chlamydem,ſpecies vt cuncta cruentæ
Mortis imago foret,ſpinis circundedit amplum
A Nexa corona caput,quoniam ſpinea benignus
Omnia noſtrorum ſuſceperat ille malorum,
Implet harundo manũ, ſceptrũ quod mobile ſemper
Inualidum,fragile eſt,vacuum, leue,móxque alienos
Deponens habitus,proprium ſuſcepit amictum,
Scilicet humanæ poſitutus tegmina carnis,
Et ſumpturus item,nil iam vt mutabile ferret
Poſt mortem propria cum maieſtate reſurgens,
Humano ponens mortalem tegmine carnem.
B Nec ſiac diuino conſtat moderamine geſtum.
Quod vinum cum felle datum,triſtémque ſaporem
Suſcipiens tetigit labiis,& ab ore remouit.
Quippe necem paruo degoſtaturus amaram
Tempore,quam reduci contemnere carne pararet.
Protinus in patuli ſuſpenſus culmine ligni
Religione pia mutans diſcriminis iram,
C Pax crucis ipſe fuit,violentáque robura membris
Illuſtrans propriis,pœnam veſtiuit honore,
Suppliciumque dedit ſignum magis eſſe ſalutis,
Ipsáque ſanctificans in ſe tormenta beauit,
Néve quis ignoret ſpeciem crucis eſſe colendam,
Quæ,Dominum portauit ouans ratione potente,
D Quattuor inde plagas quadrati colligit orbis.
Splendidus auroris de vertice fulget Eous,
Occiduo ſacræ lambantur ſydera plantæ,
Arcton dextra tenet,medium læua erigit axem.
Cunctáque de membris viuit natura creantis,
Et cruce complexum Chriſtus regit vndiq; mundum.
Scribitur & titulus hic eſt rex Iudæorum,
Quò nihil à deitate vacet:nam cœlitus actum
E Huc Hebræa refert,hoc Græca,Latináque lingua.
Hoc docet vna fides vnum ter dicere regem.
Huius in exuuiis ſuis mittitur,vt ſacra veſtis
Intemerata manens à Chriſto ſchiſma vetaret.
Quin etiam inſontis latere ex vtroque cruentos
Conſtituere viros,meritum licet omnibus vnum
Non faciat ſimilis quamuis ſententia:namque
Inter carnifices ſancto pendente latrones
F Par eſt pœna trium,ſed diſpar cauſa duorum.
Hi mundo ſunt quippe rei,pro crimine multo,
Huic reus eſt mundus,ſaluatus ſanguine iuſto.
Suppliciiſque tamen rerum dominator in ipſis
Iura poteſtatis non perdidit,æquus vtrumque
Iudex namque tuens,hunc eligit,hunc reprobauit,
Amborum merita præcelſo examine penſans.
Vnus enim,quem vita ferox nec morte reliquit,
G In Dominum ſcelerata mouens conuitia,dictis
Mordebat propriis,& tanquam ſetiger hircus
Ore venenoſo vitem lacerabat amœnam:
Alter adorato per verba precantia Chriſto
Saucia deiectus flectebat lumina,tantum
Lumina,nam geminas arcebant vincula palmas.
Quem Dominus ceu paſtor ouem deſerta per arua
Colligit errantem,ſecúmque adducere gaudet
H In campos paradiſe tuos,vbi flore perenni
Gramineus blanditur ager,nemorúmque voluptas
Irriguis nutritur aquis,intérque benignè
Conſpicuos pomis non deficientibus hortos
Ingemit antiquum ſerpens habitare colunum.
Ambo igitur varium diuerſo calle latrones
Aggreſſi facinus,violentum grande patrarunt
Infernas adit ille fores,adit iſte ſupernas,
I Ille profunda petens penetrauit clauſtra gehennæ,
Abſtulit iſte ſuis cœlorum regna rapinis.
Interea horrendæ ſubitò venere tenebræ,
Et totum tenere polum,mœſtúſque nigrantem
Exequiis texere diem,ſol nube coruſcos
Abſcondens radios,tetro velatus amictu
Delituit,triſtémque infecit luctibus orbem.
Hunc elementa ſibi meruerunt cernere vultum
Auxiliis orbata patris,læta per ortum
Mœſta per occaſum. Nam lux vt tempore fulſit

Maieſtatis Domini, ſic hoc moriente receſſit,
Non abiens manſura diu, ſed miſtica ſignans
Per ſpatium ſecreta ſuum, quippe vt tribus horis
Cæca tenebroſi latuerunt ſydera cœli:
Sic Dominus clauſi triduo tulit antra ſepulcri.
Nec tellus ſine clade fuit, quæ talia cernens
Funditus intremuit, dubióque in fine ſupremum
Expauit naturæ modum, ne cogeret omnem
Summus apex infeſta petens ſuccumbere molem,
Autoremque ſequens per tartara mundus abiret.
Sed pietas immenſa vagas properabat ad vmbras,
Perdita reſtituens, non conſiſtentia perdens.
Nulla tamen tanti metuerunt ſigna pericli
Qui dominum fixere cruci, qui inſuper hauſtum
Cum peteret ſitiens, vnus de plebe nefanda
Peniculo infuſum calamo porrexit acetum.
Manentibus populis in deteriora volutis
Conueniens liquor ille fuit: nam dulcia vina
Sicut in horrendum dum conuertuntur acetum,
A menſis proiecta iacent: ſic tempore priſco
Gens accepta Deo, nunc eſt odioſa propago.
Ergo vbi iuſti boni completa eſt Paſſio Chriſti,
Ipſe animam proprio dimiſit corpore ſanctam,
Ipſe iterum ſumpturus eam, quia mortuus idem,
Idem viuus erat, membris obeuntibus in ſe
Non obeunte Deo, Cuius virtute retrorſum
Infernæ patuere viæ, ruptæque taciſcunt
Diuiſa compage petræ, rediuiua iacentum
Corpora ſanctorum, fractis abiere ſepulchris
In cineres animata ſuos, ſubitóque fragore
Illud ouans templum, maioris culmina templi
Procubuiſſe videns, ritu plangentis alumni,
Saucia diſciſſo nudauit pectora velo,
Interna ſui populis arcana futuris
Iam reſeranda docens, quia lex velamine Moſi
Tecta diu, Chriſto nobis veniente pateſcit.
Dic vbi nunc triſtis victoria, dic vbi nunc ſit
Mors ſtimulus horrenda tuus, quæ ſemper opimis
Inſtaurata malis, cunctas inuadere gentes
Pœnali ditione ſoles, en peſſima non tu
Peruenis ad Chriſtum, ſed Chriſtus peruenit ad te,
Cui licuit ſine morte mori, quique omnia gignens
Omnia conſtituens, te non formauit, vt eſſes
Semine vipereo, culpa genitrice creatis,
Et venia regnante peris. Iam ſpiritus artus
Liquerat ad tempus, paruo iam frigida ligno
Viſcera pendebant, & adhuc furor arma miniſtrans.
Cuſpide perfoſſum violat latus, eque patenti
Vulnere purpureus cruor, & ſimul vnda cucurrit.
Hæc ſunt quippe ſacræ pro religionis honore
Corpus ſanguis, aqua, tria vitæ munera noſtræ,
Fonte renaſcentes membris, & ſanguine Chriſti
Veſcimur, atque ideo templum Deitatis habemur.
Quod ſeruare Deus nos annuat immaculatum,
Et faciat tenues tanto menſore capaces.
Ergo vbi depoſiti theſaurum corporis amplum
Nobilis accepit Domino locus ille iacente,
Nobilior ſurgente tamen generatio fallax
A[illegible] ſub corde nefas, quod nocte ſilenti
Diſcipuli Chriſtum raperent, & abiſſe referrent
Tertio redeunte die, ſicut prædixerat ipſe.
Quæ ſtimulante metu, vigilum munimina poſcunt
Præſidum, ſæuaque locum obſidione teneri.
Si nondum poſt vincla crucis, poſt vulnera ferri,
Poſt obitum mortis, numeroſa cæde cruentum,
Creditis impletum opus, nec creditis illum,
Qui toties imis animas produxit ab vmbris
Poſſe ſuam reuocare magis, perioribus aptos
Conſiliis armate dolos, ſignate ſepulchrum,
Ponite cuſtodes, monumento aduoluite ſaxum.
Quis poterat ſeruare Deum, cui cardine rerum
Cuncta patent, vndis habitat, per tartara regnat,

A Et cœli de nube tonat. Quid ſæue tumultus
Excubiis deperdis opus, quid niteris illam
Explorare fidem, cui non vis credulus eſſe?
Cœperat interea poſt triſtia ſabbata felix
Irradiare dies, culmen qui nominis alti
A Domino dominante trahit, primuſque videre
Promeruit naſci mundum, atque reſurgere Chriſtū.
Septima nam Geneſis cùm dicit ſabbata, claret
B Hunc orbis caput eſſe diem, quem gloria regis
Nunc etiam proprij donans fulgore trophæi
Primatum retinere dedit. hoc luminis ortu
Virgo parens, aliæque ſimul cum munere matres
Meſſis aromaticæ, noctu venere gementes
Ad tumulum vacuumque vident iam corpore factū,
Sed plenum virtute locum. Nam miſſus ab aſtris
Angelus, amori reſidebat vertice ſaxi
C Flammeus aſpectu, niueo præclarus amictu,
Qui gemina ſpecie terrorem, & gaudia portans,
Cunctaque diſpenſans cuſtodibus igne minaci
Venerat, in forma Chriſtum quærentibus alba.
Illæ igitur Dominum calcata viuere morte,
Angelica didicere fide, perterritus autem
Miles in ancipiti retinet diſcrimine vitam,
Deſerta ſtatione fugax, teſtiſque timoris
D Vera refert gratis, ſed poſt data munera fallit.
Diſcipulúmque globum placidi ſub tempore ſomni
Clam ſibi nocturna Chriſtum abſtraxiſſe rapina
Compoſitus ſimulator ait. Fare improbè cuſtos,
Reſponde ſcelerata cohors, ſi Chriſtus (vt audes
Dicere) concluſo furtim productus ab antro
Sopitus latuit, cuius iacet intus amictus,
E Cuius ad exuuias ſedet Angelus, anne beati
Corporis ablator, velocius eſſe putauit
Soluere contectum, quàm deuectare ligatum?
Cum mora ſit furtis contraria, cautius ergo
Cum Domino potuere magis ſua lintea tolli.
Mentita eſt vox vana ſibi, tamen iſta figuram
Res habet egregiam, Iudæis conſtat ademptum,
Quem nos deuoto portamus corpore Chriſtum.
F Plange ſacerdotes perituros, plange miniſtros,
Et populum Iudæa tuum pro talibus auſis.
Non tuba, non vnctus, non iam tua victima grata eſt.
Quænam bella tibi clanget tuba rege perempto?
Quis tuus vnctus erit, quæ verum amiſeris vnctum?
Victima quæ dabitur, cum victima paſtor habetur?
Diſcedat ſynagoga ſuo fuſcata colore,
Eccleſiam pulchro Chriſtus ſibi iunxit amore,
G Hæc eſt conſpicuo radians in honore Mariæ.
Quæ cum clarifico ſemper ſit nomine mater,
Semper virgo manet, huius ſe viſibus aſtans
Luce palam Dominus prius obtulit, vt bona mater
Grandia diuulgans miracula, quæ fuit olim
Aduenientis iter, hæc ſit redeuntis & index.
Mox aliis conuiua potens in fragmine panis
Agnitus enituit, qui verus panis apertis
Semper adeſt oculis, fidei quos gratia claros
H Efficit, vt Dominum viuentem cernere poſſint.
Sæpe dehinc proprios diuerſi temporis horis
Diſcipulos manifeſtus adit, veſcentibus illis,
Exemplo nunc ora ferens, nunc piſcis obuſti
Atque faui mandens epulas, quò ritè doceret
Corporeas res eſſe dapes, ſeſeque videri
In membris, quibus ante fuit. Formidine rurſus
Plebis apoſtaticæ, Dominum quæ cæca negaſſet,
I Cum foribus clauſis reſideret turba fidelis
Pace ſalutantis ſeſe intulit, atque foratas
Expandens palmas, nudat latus. Aſt ibi Thomas
Cui Dydimus cognomen erat, cum fratribus vnà
Non fuerat, dubiamque fidem ſub corde gerebat.
Donec rurſus eo pariter reſidente veniret,
Qui nunquam ſubtractus erat. Tunc limine clauſo
Conſtitit in medio, non dedignatus apertum

Præbe

Diſcipulo monſtrare latus, tactúque probari
Vulneris, & mentem patienter ferre labentis.
Agnitus hinc potiùs quod ſit dubitantis amicus.
Quiſquis enim artifices cæca ſub imagine fraudes
Inſtruit, & vanas cupit exercere figuras,
Non vult agnoſci, non vult ſua facta requiri,
Vt lateant ſub nube doli, nebulaque recludens
Omnia ſollicitus odit ſimulator amicos.
Goarus item Dominus Petro piſcante per æquor
Cum ſociis captum eſſe nihil: dimittere lina
In dextras hortatur aquas, mox gurgite clauſo
Penduſa ſluctiuagam traxerunt retia prædam,
Per typicam noſcenda viam nam recta dignis
Lucida ſunt præcepta Dei, quibus omnis in illa
Dextra parte manens concluditur ac ſimul vlnis
Fertur Apoſtolicis Domini ad veſtigia Chriſti.
Nec piſcis pariter, neque vacant, & panis in vno
Diſcipulis inuenta loco, quisnam ambiget vnam
Hic rebus conſtare fidem, quippe eſt aqua piſcis,
Chriſtus adeſt panis, ſanctus quoque Spiritus ignis,
Hinc etenim abluimur, hoc paſcimur, inde ſacramur.
Tunc epulis præceptor eos inuitat edendis
Alloquiis de more piis, menſamque petentes
Vnanimes nota Domini bonitate fruuntur,
Et Chriſtum ſenſere ſuum, medicóque paratu
Poſtquam victa fames, & ſurgere relictis
Rite toris, an corde Petrus ſe diligat alto
Explorat Dominus, Petrus annuit, ergo nitentes
Paſtor amans augere greges, operario in omni
Parte bono commendat oues, commendat & agnos.
Hæc terno ſermone monens, vt terna negantis
Culpa recens, pari numero purgata maneret.
Inde ſequenda docens, pacé omnes inquit habete,
Pacem ferte meam, pacem portare quietam,
Pacem per populos monitis diſpergite ſanctis.
Et mundum vacuate malis: gentéſque vocati
Finibus è cunctis, latos qua tenditur orbis,
Iuſſis mandato meis, omnéſque in fonte lauari.
Hæc vbi dicta pio Dominus ſermone peregit,
Bethaniæ mox arua petit coram atque beatis
Qui tantum meruere viris ſpectare triumphum
Aethereas euectos abit ſublimis in auras.
Et dexteram ſubit ipſe patris, mundumque gubernat,
Iure ſuo, qui cuncta tenens excelſaque & ima,
Tartara poſt cœlum penetrat, poſt tartara cœlum.
Illi autem læti cernentes vultibus altas:
Ire ſuper nubes Dominum, tractúſque coruſcos
Veſtigiis calcare ſuis, venerantes adorant,
Sydereáſque vias alacri ſub corde reportant.
Quas cunctis docuere testes nam iure fideles
Diuinæ virtutis erant, qui plura videntes.
Innumerabilium ſcripſerunt pauca bonorum.
Nam ſi cuncta ſacris voluiſſent tradere chartis
Facta redemptoris, nec totus cingere mundus
Sufficeret, denſos per tanta volumina libros.

HYMNVS.

Cantemus ſocij, Domino cantemus honorem,
Dulcis amor Chriſti perſonet ore pio.
Primus ad ima ruit magna de luce ſuperbus,
Sic homo cùm tumuit primus ad ima ruit,
Vnius ob meritum cuncti periere minores,
Saluantur cuncti vnius ob meritum.
Sola fuit mulier, patuit qua ianua letho,
Et qua vita redit, ſola fuit mulier.
Frater iniquus erat, iuſtum qui perculit olim,
Damnator Chriſti, frater iniquus erat,
Tranſitus ille monet, quid prima amiſit origo,
Quid ventura parent tranſitus ille monet.
Arca leuatur aquis, homines ne perderet æquor
Ne pereant homines, arca leuatur aquis,

A Sume pater populos, pro nati vulnere cunctos,
Cùm ſumis Chriſtum, ſume pater populos.
Hoſtia ſumma patris, tacitis ſignata figuris,
Quam referat Chriſtus, hoſtia ſumma patris.
Claudicat ecce videns, Dominum dum præualet heres,
Aſpera gens Chriſtum claudicat ecce videns.
Reppulit ille famem, diſtractus crimine fratrum,
Venditus à Iuda, reppulit ille famem.
B Perfide corde peris, dum vaſtant omnia plagæ,
Dum ceſſant plagæ, perfide corde peris.
Agnus ab hoſte ſacer, reuocauit ſanguine patres,
Sanguine nóſque refert agnus ab hoſte ſacer.
Obruit vnda nefas populo gradiente per æquor,
Nunc populis mundis obruit vnda nefas,
Murmurat impietas, manna veniente refecta,
Panis adeſt Chriſtus, murmurat impietas.
C Plebs ſibi dura caput terræ cultoris adoptat,
Abſtulit heu Chriſtum, plebs ſibi dura caput.
Lex dedit indicium veteris de crimine pœnæ,
Quodque ſalus veniat, lex dedit indicium.
Et lapis irriguus ſaciare incredule fonte,
Qui Chriſtum reprobat & lapis irriguus.
Carpitur igne ſacro muneris votumque piorum:
Seditioſa tribus carpitur igne ſacro.
D Regna beata patris legis non contigit hæres,
Ieſus diſpenſat regna beata patris.
Deſtruit arca Dei mutos, dum cernit hoſtem,
Sic hoſtem mundi deſtruit arca Dei.
Area vellus habet, madido ſed vellere ſicca eſt,
Siccum tota madens area vellus habet.
Vincis honore Dei promiſſo munere gentes
Affectum natæ vincis honore Dei.
E Tu decus omne tuis qui ſternis cæde Goliam,
Qui vincis mundum tu decus omne tuis.
Maxima dona Dei cuncti cecinere Prophetæ,
Impleuit Chriſtus maxima dona Dei.
Pondera dura tulit, mandatum legis & ...
Gratia mandati pondera dura tulit.
Virgo Maria nitet nulli temerante pudorem,
Poſt partum pueri virgo Maria nitet.
F Filius hic hominis ſit maxima quæſtio mundi,
Nobiſcum Deus eſt filius hic hominis,
Gaudia magna Dei mundus hæc ſentit, & ambit,
Reſpuit heu mundus gaudia magna Dei.
Signa mouent populos, cernunt magnalia cæci,
Nulla tamen duros ſigna mouent populos.
Aſpera mors populis ligno deducta cucurrit,
Aufertur ligno aſpera mors populis.
G Ipſe tulit Dominus pro pœnis munera ſeruis,
Pro ſeruis pœnis ipſe tulit Dominus.
Vita beata necem miſeris auertere venit,
Pertulit à miſeris vita beata necem.
Lumen adeſſe Dei perſenſit tartarus ingens,
Nec cernunt homines lumen adeſſe Dei.
Mors fera per hominem miſerum ſibi ſubdidit orbé,
H Subdita contremuit mors fera per hominem:
Suſcitat ecce genus morti pater ille prophanus,
Ad vitam Chriſtus ſuſcitat ecce genus.
Hic populus Dominum dura ceruice negauit,
Suſcepit primus hic populus Dominum.
Sanguine lætare hic fuſo gens impia Chriſti,
Guſtato Chriſti ſanguine læta redit.
Crimina cuncta ſuis terrenus contulit autor,
I Diſſoluit Chriſtus crimina cuncta ſuis.
Libera corda ſibi facinus deuinxerat olim,
Nunc reficit Chriſtus libera corda ſibi.
Fortia vincla dedit peccati ſæua poteſtas,
Dulcis amor Chriſti fortia vincla dedit.
Iam ſuper aſtra ſedet, cuncti exultate fideles,
Perfide quid ſæuis? iam ſuper aſtra ſedet.
Mortuus ille tonat, cœlum terrámque ſubegit,
Quid facient hoſtes: mortuus ille tonat

Pellitur

Pellitur vmbra dies Chriſti veniente figura,
  Chriſtus adit gentes pellitur vmbra die.
Te properare docent & ſigna & ſecula prima,
  Nos ſacra quæ gerimus,te properare docent.
Vnicus aduenìens firmauit vota piorum,
  Vota dedit nobis vnicus aduenìens.
Paſſio Chriſte tua compleuit munera legis,
  Munera noſtra replet paſſio Chriſte tua.
Hic homo qui Deus eſt, ſpes eſt antiqua piorum,
  Spes in fine piis hic homo,qui Deus eſt.
Munus erat fidei toto credentibus æuo,
  Qui dedit vt credat:munus erat fidei.
Te veniente Deus, mundanus concidit error,
  Occubuit mundus,te veniente Deus.
Gratia plena Dei eſt,quæ totis gentibus extat,
  Afrendant ſectæ gratia plena Dei eſt.
Sola columba redit,quæ totum circuit orbem,
  Defrendant corui,ſola columba redit.
Adueniet dominus dare digna piis,mala prauis,
  Credite iam miſeri,adueniet dominus.
Viſio Chriſte tui tormentum & pœna malorum eſt,
  Gloria cuncta bonis viſio Chriſte tui.
Gloria magna patri,ſemper tibi gloria nate,
  Cum ſancto Spiritu,gloria magna Patri.

ALTER.

A Solis ortus cardine
Ad vſque terræ limitem
Chriſtum canamus principem
Natum Maria virgine.
  Beatus autor ſeculi
Seruile corpus induit,
Vt carne carnem liberans
Ne perderet quos condidit.
  Caſtæ parentis viſcera
Cœleſtis intrat gratia.
Venter puellæ baiulat
Secreta quæ non nouerat.
  Domus pudici pectoris
Templum repentè fit Dei
Intacta neſciens virum
Verbo concepit filium,
  Enixa eſt puerpera
Quem Gabriel prædixerat,
Quem matris aluo geſtiens
Clauſus Ioannes ſenſerat.
  Fœno iacere pertulit,
Præſepe non abhorruit,
Paruoque lacte paſtus eſt,
Per quem nec ales eſurit.
  Gaudet Chorus cœleſtium,.
Et angeli canunt Deo;
Palamque fit paſtoribus
Paſtor creator omnium.
  Hoſtis Herodes impie
Chriſtum venire quid times?
Non arripit mortalia,
Qui regna dat cœleſtia.
  Ibant Magi,quam viderant
Stellam ſequentes præuiam,
Lumen requirunt lumine,
Deum fatentur munere.
  Cateruа matrum perſonat
Collìſa deflens pignora,
Quorum tyrannus millia
Chriſto ſacrauit victimam.
  Lauacra puri gurgitis
Cæleſtis agnus attigit,
Peccata quæ non detulit,.
Nos abluendo,ſuſtulit.

A Miraculis dedit fidem,
Habere ſe Deum patrem,
Infirma ſanans corpora,
Reſuſcitans cadauera.
  Nouum genus potentiæ
Aquæ rubeſcunt hydriæ,
Vinúmque iuſſa fundere
Mutauit vnda originem.
B Orat ſalutem ſeruulo
Flexus genus centurio,
Credentis ardor plurimus
Extinxit ignes febrium.
  Petrus per vndas ambulat
Chriſti leuatus dextera
Natura quàm negauerat:
Fides parauit ſemitam.
C Quarta die iam fœtidus
Vitam recipit Lazarus,
Cunctiſque liber vinculis
Factus ſuperſtes eſt ſibi.
  Riuos cruoris horridi
Contacta veſtis obſtruit,
Fletu rigante ſupplicis
D Arent fluenta ſanguinis,
  Solutus omni corpore
Iuſſus repentè ſurgere,
Suis viciſſim greſſibus
Æger vehebat lectulum.
  Tunc ille Iudas carnifex
Auſus magiſtrum tradere,
Pacem ferebat oſculo
E Quam non habebat pectore
  Verax datur fallacibus,
Pium flagellat impius,
Crucique fixus innocens,
Coniungitur latronibus.
  Xeromyrrham poſt ſabbatum
Quædam vehebant corpori,
Quas allocutus Angelus
F Viuum ſepulchro non tegi.
  Hymnis venite dulcibus
Omnes canamus ſubditum
Chriſti triumpho tartarum,
Qui nos redemit venditus.
  Zelum draconis inuidi,
Et os leonis peſſimi
Calcauit vnicus Dei,
Seſéque cœlis reddidit.

G

D. PROSPERI AQVITANICI EPISCOPI RHEGIENSIS EX ſententiis S. Auguſtini, qui floruit ſub Valentiniano an. 444.

H

EPIGRAMMATON LIBER.

DVm ſacris mentem placèt exercere loquelis,
  Cœleſtique animum paſcere pane iuuat:
Quoſdam,ceu prato,libuit decerpere flores,
  Diſtinctiſque ipſos texere verſiculis:
Vt proprias canerent epigrammata ſingula cauſas,
  Et pars quæque ſuo congrueret titulo.
I Nec noſtrū hoc opus eſt, ſed ab illo ſumitur hic ros,
  Qui ſiccam rupem fundere iuſſit aquas,
Vt quod in affectum cordis,pietate magiſtra,
  Venerit,hoc promat carmine læta fides.

1 Quæ ſit vera innocentia.

Perfectè bonus eſt,& verè dicitur inſons,
  Nec ſibi,nec cuiquam,quod noceat faciens.
Nam quicunque alium molitur lædere, primùm

Ipſum

Ipſum ſe iaculo percutiet proprio,
Et, cum fortè animum non ſit ſecutura facultas,
Non dubium in cordis viſcere vulnus habet.
Nec fugit infecti ſceleris mens praua reatum,
Cui nimis hoc fuit, quod voluit, nocuit.

2 *De hominibus diligendis.*

Naturæ quiſquis propriæ non ſpernis honorem,
In quocunque hominum, quæ tua noſcis, ama.
Sic tamen, vt prauos vitæ et mentis mores,
Nulláque ſint pacis fœdera cum vitiis.
Nanque, quod artificis ſum mi fecit manus, vnū eſt,
Quæque autore bono condita ſunt, bona ſunt.
Diuinum in nullo figmentum deſpiciatur.
Sola malis ſtudiis addita non placeant.

3 *De vera æternitate.*

Æternus vere eſt ſolus Deus omnicreator,
Vitam in ſe viuens permanet eſſe quod eſt.
Hoc pater, hoc verbum patris, hoc eſt ſpiritus almus,
Quibus vna natura eſt vna, et ratione trium,
Non cœptū aut finitū, nō his mutabile quicquā eſt
Quod ſubeat leges temporis, aut numeri.
Virtus præteriti prior, vlteriorque futuris,
Nil ſemper vxtrium, nihil habet occiduum.
Nam quæ, vt voluit, rerum ſapientia fecit,
Multis vox a quidam eſt præterita perpetua,
Sed quodcunque poteſt ſeſe amplius aut minus eſſe,
Quodam hinc ipſi quod fuerat, moritur:
Sic nihil æternum, quod commutabile factum eſt,
Quod cunctis ſuper eſt, ſemper idem Dei eſt.

4 *De patientia Dei.*

Multa diu ſummi differt patientia regis,
Suſpendens iræ pondera iudicij,
Et, dum plectendis parcit clementia factis,
Dat ſpatium, quò crimine purget homo.
Denique cum ſic iræ homines mala crimina ſemper,
Dat ſpatium, vt pereant crimina, non homines.
Verbere nonnunquam alligat et corde paterno,
Ne cito conſumant ſæua flagella reos.
Si pietate Dei terrarum non vacat orbis,
Et nihil eſt, quod non trahat ad veniam:
Cum rex ſaluandis ipſa quoque conſulit ira:
Vt curat medicus vulnera vulneribus.

5 *De vltione Dei.*

Cum Deus exerta peccantes verberat ira,
Vt norint homines, quid mereantur agi.
Nam, dum mortalis peraguntur tempora carnis,
Auxilium miſeris ipſa flagella ferunt.
Et vindicta breuis ſi noxia crimina finit,
Ne ſine fine habeat debita pœna reus.

6 *De vera Dei laudatione.*

Laus vera in dominum depromitur ore precantis,
Si quæ voce ſonant, intima cur dis habent.
Non prodeſt vnquam ſolis bona dicere verbis,
Ni pia mens habeat, quod bene lingua ſonat.
Nam fari rectè, miſerum eſt, & viuere prauè,
Damnat nota malum regula iuſtitiæ.

7 *De virtute charitatis.*

Plurima ſanctorum bona ſunt communia multis,
Et quiddam recti conſtat ineſſe malis.
Sed pia pacis ſummæ tendens virtutis ad arcem.
Omne operum meritum vincit amore Dei:
Quo pariter quemcunque hominum ſic diligit, vt ſe,
Huc optans aliis, quod cupit ipſe ſibi.
Vnde iſtis geminis virtutum qui caret alis,
Cœlorum ad regnum non habet, vnde volet.

8 *De doctrina Apoſtolica.*

Erueret Deus vt terra caligine mundum,
Doctrinæ accendit lumen Apoſtolicæ:
Quæ nullis animis, nullis non congruit annis,
Lacte rigans pueros pane cibans validos.
Non tempus, non ſexus huic, non cauſa reſiſtit,
Omnes curat, alit, iuſtificat, vegetat.

A Sumite quæ magnæ appoſuit ſapientia menſæ,
Et variis paſci diſcite delitiis.
Quarum pars, totum eſt epulum, quo quiſq; iuuatur.
Inde capit vitam, quam parit vna fides.

9 *De quærendo Deo.*

Scire Deum cupiens gaudere, & viuere quærit,
Si verum & ſummum norit amare Deum.
B Cui tribuat, quicquid recte ſapit, optat, agitque,
Et ſine quo carnis gloria puluis erit.
Non ergo in quoquam ſua munera deſerit autor.
Pérque ſuum dominus ſe manifeſtat opus.
Inque illis habitat diues penetralibus hoſpes,
Quæ gaudent hoc ſe, cuncta quod ipſe dedit.

10 *De faſtidio ſpiritali.*

Vt perdunt propriam mortalia corpora vitam:
Si nequeunt eſcas ſumere corporeas:
C Sic animæ, niſi delitiis rationis alantur.
Dum verbi æterni pane carent, pereunt.
Nam quid erit, quod dira procul faſtidia pellat,
Cum ſeipſo refugit mens ſaturare Deo.

11 *De malo vero & contrario ſtultitiæ.*

Eſſe Deo verum & proprium eſt, cui quiſquis adhæret,
Æterni in regni lumine ſemper erit.
Nam qui iuſtitiam ſpernunt, non eſſe laborant,
D Inque nihil tendunt, & nihil eſſe queunt.
Non ergo illorum poterit pars multa videri,
Quorum in ſanctorum nullus erit numero.
Sed vere magni & multi ſine fine manebunt
In Chriſto, quorum gloria perpes erit.

12 *De tranquillitate iræ Dei.*

Nulla Deum oblectat miſerorum pœna reorum,
Nec ſcelerum vindex ira monet placidum.
E Omnipotentis enim recta & tranquilla voluntas
Quicquid decreuit conuenire, hoc ſtatuit.
Vt nulla ſit reat regia cenſura querelis,
Cum iuſtè accipiet debitus ordo reos.

13 *De bonis ineluctis.*

Scripturam domini plenè videt omne profundum,
Implet qui factis cognita verba piis.
F Nam nimis obſcura doctrinæ deuius errat,
Si, quæ inſeruit ſcire, fingit facere.

14 *De requie adhuc in carne viuentis.*

Eſt & in hac vita requies multis data ſanctis,
Quorum animas mundus non tenet occiduus:
Quos deſideria nullis peritura fatigant,
Et quibus omne bonū eſt Chriſtus, & omnis honor:
Vincunt terra, vt cælo fugientia temnunt:
G Quod credunt, quod amāt, quod cupiūt, Deus eſt.

15 *De vouendo Deo.*

Quid voueat domino, quiſquis bene corde voluat,
Ipſum ſe totum præparet, & voueat:
Maior enim offerri nequit hoſtia mentis in ara,
Nec Chriſti ex templo ſuauior exit odor,
Quam cum humo caſtrorum profert libamina morū,
Et de virtutum munere ſacra litat.
H Sic tamen, vt nôrit, qui reddit vota Tonanti,
Vnum diuinis cultibus eſſe locum
In toto mundo, quem vera Eccleſia præbet,
Et ſine quo nullum iuſtitiæ eſt meritum.

16 *De iuſtitia & gratia.*

Iuſtitiæ merces gemina eſt, vel cum bona rectis,
Vel prauis dignè cum mala reſtituit.
Saluatrix autem cunctorum gratia Chriſti
Non penſans meritum, diluit omne malum:
I Credentesque omne renouans baptiſmate ſacro,
Dat bona, quæ propter det meliora bonis.

17 *De ſupernæ patriæ ciuibus.*

Cœleſtem ad patriam Chriſto redimente vocatus,
Vitam labentis temporis hoſpes agit:
Dúmque ad promiſſam requiem non per ſua tendit,
Mundanæ patitur multa pericla viæ:
Quæ nunc obſeſſa aduerſis, nunc plena ſecundis,

Aut

Aut frangit trepidos, obligat aut dubios:
Inter quos laqueos currentem ad gaudia vitæ
Non capiet mundus cui via Chriſtus erit.

18 *De carnis cupiditate vincenda.*

Nulla anima eſt quæ non mortali carne grauetur,
Nec quæ corporea conditione gemat.
Sed confirmare inualidam, & frenare rebellem,
Legitimum & proprium eſt mentis opus dominæ.
Quæ vis naturæ, vt moderamine temperet æquo,
Et ſubdat ſceptris noxia quæque ſuis,
Auxilium à domino, & vires petat, vt valeat ſe
Vincere, nec ſenſus incitet ipſa ſuos.
Nam nullus famulæ poterit compeſcere motus,
Ni fuerit Chriſti ſemper amore potens.

19 *De anguſta vitæ via.*

Arcta via eſt, veræ quæ ducit ad atria vitæ,
Nec recipit carnis gaudia mentis iter.
Amplis incedit ſpatiis terrena voluptas,
Anguſto virtus limite celſa perit.
Et tamen hi calles, quos mundi vana paueſcunt,
Quædam magnificis æquora ſunt animis
Difficiliſque nimis per dura per ardua greſſus,
Commendat fidei, quod tolerare iuuat.

20 *De primo religionis Chriſtianæ.*

Hac deſiderij Deus eſt pietate colendus,
Iuſtitiæ vt merces tota ſit ipſe Deus.
Nam ſperans alio ſe munere poſſe beari.
Non, quod poſcit, amat, ſed quod habere cupit.

21 *De occultis non iudicandis.*

Culpare in quoquā, quæ non ſunt nota, malignū eſt,
Præſertim, quæ ſunt cognita, ſi bona ſunt.
Non pateant faciles ſæuis rumoribus aures,
Quæ neſcire iuuat, credere non libeat.
Linquantur ſecreta Deo qui ſi quid opertum eſt,
Inſpicit, & nullis indiget indiciis.

22 *De adiutorio Dei.*

Non dubiè noſtri Deus eſt & rector, & autor,
Cùm toto affectu, quæ bona ſunt, gerimus.
Ex operum ſpecie clarebunt intima cordis:
Quæue hominis mentem ſpiritus intus alit.
Sanctus enim ſanctos facit, & de lumine lumen
Exoritur: nullus fit bonus abſque Deo.

23 *De paſſionibus Sanctorum.*

Quod plerumque mali in ſanctos ſæuire ſinuntur,
Quàſque bonis praui ſæpe nocere queunt,
Abſque Dei nutu non fit, qui corda ſuorum
His etiam bellis glorificanda probat.
Creſcunt virtutum palmæ, creſcúntque coronæ,
Mutantur mundi prælia pace Dei.

24 *De ſcientia boni.*

Scit legem, doctéque tenet iuſſa omnipotentis,
Qui quod nouit, agens diligit id quod agit.
Non ſatis eſt domini præceptum voluere linguæ,
Is meminit legis, qui memor eſt operis.

25 *De amore Legis.*

Legem ſpernentes odit cum legis amator,
Non homines odit, ſed reprobat quod agunt.

26 *De ſcrutandis mandatis Dei.*

Scrutari legem poſſunt vt námque quieti,
Si mundi à ſtrepitu libera corda vacent.
Vt mens ergo piis ſtudiis intenta inuetur,
Prælia diuinus carnea vincat amor.
Nam templum domini per ſacra ſilentia creſcit,
Et tacitè ſtruitur non ruitura domus.

27 *De proficiendo.*

Doctrinæ domini penetralia tempore in iſto,
Ad plenum nulli peruia ſunt hominum.
Semper enim ſanctis ſupereſt, quo creſcere poſſint,
Et perfectorum gloria, principium eſt.
Virtutem virtus pariat de lumine lumen
Prodeat, atque omnis palma gradum faciat.
Nam cur non cupide mens quærat, quæ Deus offert,
A Cui, danda vt rectè poſceret, ipſe dedit?

28 *De duplici opere Dei.*

Omnibus in rebus geminum eſt opus omnipotentis,
Totum iuſtitia eſt quod gerit, aut pietas:
Quæ ſimul in terris deſcendunt iuris ab arce,
Ne cuiquam parti deſit vtrunque bonum.
Et quoniam cuncti auxilio miſerantis egemus,
Præcedit ſemper gratia iuſtitiam,
B Damnantem elatos, ſaluantem iuſtificatos,
Quos Deus & donis auxerit, & meritis.

29 *De obſeruantia Pacis.*

Moribus in ſanctis pulchra eſt concordia pacis
Cùm multis vnum conuenit, atque placet.
Sed tantū hoc toleranda modo ſunt fœdera amoris,
Vt ſolis pax hæc ſit tribuenda bonis.
Iniuſtis etiam præſtetur iuſta voluntas,
C Nec quenquam ſpernant vota benigna hominem.
Non, vt amicitiæ vitiis ſocientur iniquis,
Adſit ſed prauis vt medicina animis.
Quæ ſi pace ſua non ſedat turbida corda,
Nobis non poſſit noſtra perire quies.

30 *De cuſtodia Dei.*

Sæpe quidem dominus ſic cuncta aduerſa repellit,
Vt nullo attingi vulnere poſſit homo,
D Sed mirabilior tunc eſt manus omnipotentis,
Illata afflictum cùm mala non ſuperant.
Laudetur cuſtos, virtutem dans toleranti,
Intima corrumpat nè furor exterior,
Nam non certanti nulla eſt ſperanda corona,
Palmam, qua capitur gloria finis habet.

31 *De adiutorio Dei.*

Cœleſtem ad patriam tendens cognoſce vocantem,
E Cuius proueheris, ſi bene curris, ope.
Nam ſi te virtute tua ad cœleſtia credis
Scandere, de ſuperis pulſus ad ima cades.

32 *De odio mundi in Chriſtianos.*

Impia pars mundi parti eſt infeſta piorum.
Nec tolerare poteſt diſſimiles animos:
Ridens nolentes opibus præſentibus vti.
F Sperantéſque ſibi credita poſſe dari.
Sed ſpernenda hæc ſunt populis opprobria ſanctis,
Quæ ſtultè iaciunt corda aliena Deo.
Nam ſpes noſtra ex hoc viſu fit certior omni,
Quod ſpondens, quicquid credimus, hoc Deus eſt.

33 *De patientia fidelium.*

Cum conſtans anima aduerſis non frangitur vllis,
Et fidei virtus intemerata manet,
G Norit ineſſe ſibi dominum patientia fortis,
Inque eius donum, quod ſteterit, referat.
Nam quod non cecidit, propriis ſe viribus aptat,
Hoc ipſo quo ſe ſtare putat, cecidit.

34 *De obſequiis debitis.*

Reddendum eſt, quicquid mūdi bene poſtulat ordo,
Propoſitúmque piæ non violat fidei.
Mitibus & ſanctis nulla eſt ſpernenda poteſtas:
Æquum ſeruire eſt regibus, & dominis:
H Vt Chriſti famulis ad verum proſit honorem,
Dilexiſſe bonos, & toleraſſe malos.

35 *De toleranda varietate mundana.*

Dum mutabilium decurrunt tempora rerum,
Dúmque ſuis mundus motibus atteritur,
Rectorum aduerſa pati, & tolerare modeſtè,
Nec querula in quoquam voce mouere Deum,
Cuius iudicio nulli parcetur iniquo,
I Et perpes iuſtos gloria ſuſcipiet.

36 *De ædificatione domus Dei.*

Dum lapides viui pro compage ligantur,
Inque pares numeros conueniunt vna domus:
Clarum opus domini qui totam conſtruit aulam,
Eff[illegible]unque pi[illegible] dat ſtudiis hominum.
Quorum perpetui decoris ſtructura manebit,
Si perfectè autor protegat, atque regat.

De

37 *De æternis gaudiis.*

Semper erunt, quod ſunt, æternæ gaudia vitæ,
Gaudendi quoniam cauſa erit ipſe Deus.
Nec varios pariet motus diuerſa voluntas.
Vnum erit in cunctis lumen, & vnus amor,
Inque bonis ſummis poſita experientia felix,
Nec volet augeri, nec metuet minui.

38 *De lege charitatis.*

Verus amor Chriſti vera eſt cuſtodia legis,
Et mandata Dei complet amans homines:
Quorum ignoſcentes culpis ſua crimina ſoluunt,
Quódque aliis tribuunt, hoc ſibi proſpiciunt.
Det peccatori veniam peccator, & æqua
Conciliet dominum conditione ſibi
Cuius iudicium de noſtro examine pendet,
Quod ferimus metimus, quod damus accipimus.

39 *De iuſſionibus Dei.*

Non ideo quicquam mandat Deus, vt ſibi proſit,
Nec ſeruo officio verus eget dominus.
Cuius præceptis augetur, qui famulatur,
Fitque minor, quiſquis negligit imperium.
Nam Deus omnipotés, ſimul omnitenénſq; poteſtas
Nil perdit proprium, nil capit occiduum.
Nunquam nô habuit quod habet, dans quicquid ha-
Pruderit, & ſumens non niſi quod dederit. (beri

40 *De temporali ſcientia.*

Inſolitum, ſi quid labentia tempora promunt,
Hoc mirum mundus dicit, habetque nouum.
Sed rerum autori nullus non cognitus ordo eſt,
Cernenti quicquid ſecula cuncta ferunt.
Quæ non incerto voluunt magna agmina motu,
Sed ſub iudicio ſtántque fluuntque Dei.
Vt nil exiſtat naturæ in partibus vllis,
Quod non ille ſuo temperet arbitrio.

41 *De prouidentia Dei.*

Lex æterna Dei ſtabili regit omnia nutu,
Nec mutat vario tempore conſilium.
Vtque ſlocis præſens ſimul eſt Deus omnibus vnus,
Sic rerum metas ſecum habet, & numeros.
Nec ſerum aut properum ſibi ſentit in ordine rerũ,
Cui cuncta aſſiſtunt acta, & agenda ſimul.

42 *De impunitate peccatorum.*

Qui ſe peccatis gaudet fœliciter vti,
Infelix nimis eſt proſperitate ſua.
Dúmque capit miſeros effectus praua voluntas,
A vera ſemper luce fit exterior.
Sumeat peſtifera de conſuetudine robur,
Et ſua complectens vincula mortis amet.
Deficiant potius vana oblectamina mundi,
Subdanturque pio colla domanda iugo.
Inque putres fibras deſcendat cura medentis,
Vt blandum morbum pellat amica ſalus.

43 *De legis litera.*

Index peccati lex eſt plectenda vetando,
Quæ niſi cor iuuandet ſpiritus interimit.
Nullus enim eſt inſons ſola formidine pœnæ,
Qui ſanctum & iuſtum non amat imperium.
Hunc tamen effectum non lex, ſed gratia confert:
Quódque iubet legis littera, velle facit.

44 *De lege & gratia.*

Non ſeruit iuſſis legis prudentia carnis,
Peccati ſtimulos nec ſuperare poteſt.
Sed quia mens anceps patitur mala corporis ægri,
Quærere diuinum cogimur auxilium,
Lex igitur facit, vt poſcatur gratia Chriſti,
Ardua qua legis iuſſa queant fieri.
Nec iam non valeant carnales vincere ſenſus,
Quos iuſtæ legis conditor ipſe ruuat.

45 *De promiſſione Dei.*

Quod Deus omnipotens promittit, perficit ipſe,
Nec proprium externis viribus implet opus.
Hinc ſecura fides ſperat quod credit, amátque
Autorem qui quod ſpondet, id efficiat.
Nam ſi quæ dominus promittit non operatur,
Sed ſolum humanum præuidet arbitrium:
Non hæc dona eius, ſed ſunt prædicta vocanda,
Ceu quiſquam ex proprio ſit bonus abſque Deo.
Quod quia non recipit pietas, veróque repugnat,
Gratia nos reparet, gratia iuſtificet:
Quæ ſic in cunctis implet ſua dona vocatis,
Vt quorum dux eſt, fiat & ipſa comes.

46 *De fidelium culpis, & infidelium bonis.*

Vt quædam tenues maculæ in ſplendore piorum,
Maior virtutum quas variat numerus,
Æternæ donis nequeunt obſiſtere vitæ,
Nec merita obſcurat grandia culpa leuis:
Sic aliquid plerunque boni pars impia geſtat,
Magni mole mali quod facile obruitur.
Nec prodeſt quiddam recti ſapuiſſe malignis,
Si verum & ſummum non coluere Deum.
Vna fides igitur, ſpes vna eſt, atque amor vnus,
Quo fiat iuſtus fitque beatus homo.
Nam bona, quæ prauis naturæ ex dote ſuperſunt,
Augent peccati pondera, non minuunt.

47 *De malæ voluntatis effectu.*

Cùm datur iniuſto peccandi optata poteſtas,
Vt mala mens praue quod cupit efficiat,
Ira Dei magna eſt, qua multos ſic quoque punit,
Vt quibus exultant, criminibus pereant.
Creſcit enim occulte cum longo pœna reatu,
Auſibus illicitis ſi nihil obſtiterit.
Et magis, erranti ne parcant flagra, timendum eſt,
Quam ne non fiat, quod voluiſſe nocet.

48 *De ſuperbia.*

Omne genus vitij proprio tantum valet actu,
Et peccata ſuam quæque gerunt ſpeciem,
Sola eſt innumeris armata ſuperbia telis,
Cui poſſunt vires, & bene geſta dare.

49 *De impari vſu fortunæ.*

In rebus mundi non idem eſt omnibus vſus,
Nec cuncti paribus cuncta ferunt animis.
Námq; bonos non blanda inflant, nô aſpera frangũt:
Sed fidei inuictæ gaudia vera iuuant.
Terræ autem, & fœni breuiter florentis amator,
Seu caret optatis ſeu fruitur, miſer eſt.

50 *De morte Sanctorum.*

Cuncta bonis proſunt, quos & mors ipſa beatos
Efficit, vt ſumant præmia principium.
Ille igitur finis malus eſt, quem pœna ſequetur,
Et qui perpetui porta doloris erit.
Non quo aſſumuntur lacrymæ, cunctique labores,
Vt veteris pereant omnia ſigna mali.

51 *De puritate quam non perdit inuitus.*

Mens illæſa nihil violato corpore perdit,
Inuitam carnis vulnera non maculant.
Nec crimen facti recipit non mixta voluntas.
Velle magis facinus, quam tolerare nocet.
Sic autem ad cordis penetralia cuncta recurrunt.
Vt plerunque animus ſit ſine carne Deus.
Dum, quod ab intacto ſemotum eſt corpore, ſolus
Concipit, & tectis motibus intus agit.

52 *De fortitudine tolerantiæ.*

Qui valet aduerſis ornatam ducere viam,
Et tolerare magis vult mala, quàm lugere,
Maioris multo eſt animi, quam ferre paueſcens
Indocti iniuſtum iudicium populi.
Mens etenim recta, & pura ſibi conſcia cordis
Hoc plus ſplendeſcit, quò magis atteritur.

53 *De humilitate iuſtorum.*

Oppreſſis quoties iuſtis dominantur iniqui,
Non eſt puniti ſupplicium meriti.
Sed virtus fidei ſub tali examine creſcit,
Nec ſeruile grauat libera corda iugum.
Solus peccator malè ſeruit, qui licet amplo,

Vtatur

Vtatur regno,ſat miſer eſt famulus.
Cum mens carnalis,nimium dominante tyranno,
Tot ſeruit ſceptris,dedita quod vitiis.

54 De oblatione votorum.

Optima vota Deo,quorum eſt dator ipſe,vnuntur,
Hoc ſurſum dignum eſt ire,quod inde venit.

55 De [illegible] deitatis.

Natura omnipotens vna eſt,quæ cuncta creauit,
Et propriè quod ſunt,omnibus eſſe dedit.
Quódque Deo minus eſt,non eſt,Deus à patre natum
Verbum,& qui amborum ſpiritus eſt,Deus eſt.
Vna èademque trium quoniam eſt eſſentia,quæ ſe
Nunquam vel maior,vel minor eſſe poteſt.

56 Quales nos diligat Deus.

Tales à Domino,quales formamur,amamur,
Non quales noſtris extitimus meritis.
Sanctificet,doceat,plantet,riget,excolat,ornet,
Et ſibi perpetuo quod placeat,faciat.
Nam nihil eſt hominis,quod dignè poſſit amari,
Perficiat proprium ni bonus autor opus.

57 De intemporali opere Dei.

Artificem ſummu ſine tempore temporis ordo eſt,
Inque Deo rerum non variat ſeries.
Aeterno autori ſimul adſunt omnia ſemper,
Cum quo in factorum eſt ordine,quicquid erit.

58 De principali rerum omnium cauſa.

Principium Deus eſt mundi,quo cuncta mouentur,
Et quæ permittit,vel iubet autor agit.
Hinc mutabilium rerum immutabilis ordo,
Aeterni ſeruit legibus artificis.
Inque ſuos fines procedit quæque voluntas,
Nec variis meritis arbiter æquus abeſt,
Corda regens,vires tribuens,peccata remittens,
Mitis ſubiectis,implacidus tumidis,
Vt nec pœna malum quenquam,nec gloria iuſtum
Suſcipiat,niſi cum laude & honore Dei.

59 De finibus bonorum malorúmque.

Scire volens,in qua rerum ſis parte locandus,
Diſcute,quid timeas,quidve ſit id,quod amas.
Nam cunctis gemino hoc naſcuntur fomite motus,
Reſpondentque ſuis gemina principiis.
Et quod quiſque bonum ſibi tempore duxit in iſtu,
Hoc ſummi regis iudicio capiet
Angelicos ciues & Chriſti in membra renatos,
Non trahat ad veterem carnis origo hominem.
Multa quidem in noſtros mũdus bona procreat vſus,
Et pleno tellus ſeruit opima ſinu.
Sed terræ hoſpitibus,cœli ſuper aſtra vocatis,
Virtutis palma eſt ſpernere blanda ſoli.
Et ſic præſentis ſpatium percurrere vitæ,
Ipſa peregrinis ne via ſit laqueus.
Nam delinantes pro ſummis ferre laborem,
Terrenorum audos infima ſuſcipient.

60 De ineffabili excellentia Deitatis.

Nulla quidem mens eſt mortali in corpore viuens,
Quæ plena videat cognitione Deum,
Sed miris operum ſignis oſtenditur autor,
Recturúmque ſuum condita quæque canunt.
Vnde licet ſanctis vires,animique vigorem
Vincat,& excedat gloria lauſque Dei:
Nos tamen officio cordis gaudemus & oris,
Et tanto obllectar ſuccubuiſſe bono.
Hinc fidei virtus,hinc flamma oritur amoris,
Quod latet,exercet,quod ſuperat,reparat.

61 De ſuperbia Diaboli,& Chriſti humilitate.

Lætifer immodico naturæ clarus honore
Angelus,inde hominem ſubruit,vnde ruit.
Sed Chriſtus miſerans deceptum fraude maligni,
In ſe illi ad vitam poſſe redire dedit,
Si caueat pactis hoſtis ſeruire ſuperbi,
Sectari & ſtudeat formam humilis domini.
Qui patris in deitate manens Deus omnicreator,
A Verus de ſacra Virgine natus homo eſt.
Sic noſtrum aſſumens matris de corpore corpus,
Eſſet vt aſſumptæ carnis origo Deus:
In quo per lauacrum fidei virtute renata
Cœleſte accipiet gens noua principium:
Nil hominis primi retinens,ſed plena ſecundi,
Splendore in capitis glorificanda ſui.

62 De vera beatitudine.

B Non ſemper verè eſt fœlix impleta voluntas,
Cum ſæpe iniuſtis ſint mala vota animis,
Recta igitur cupiens,etiam ſi non ſit adeptus,
Perſiſtendo tamen velle bonum,bonus eſt.
At prauus,quod fert animo,ſi non habet actu,
Tam miſer eſt,quam ſi,quod cupit,obtineat.

63 Quid ſit eſſe cum Deo.

Maieſtate Dei concluditur omne quod vſquam eſt;
C Qua ſine nil rerum ſtare vel eſſe poteſt.
Huic homo ſi rectè famulatur,proximus hæret,
Si reſilit,miſero degit in exilio:
Omnia ſic dominus diſcriminat ordine iuſto,
Quo ſint ſumma bonis,ima parata malis.

64 De incarnatione verbi Dei.

Omnipotens genitor,natuſque,& ſpiritus almus,
Vna in perſonis,par tribus eſt deitas:
D Quæ genus humanum proſtratum fraude maligni
Ad vitam hac fecit poſſe redire via,
Naturæ vt noſtræ Chriſtus cauſæque redemptor
Mortalis fieret,non minuens quod erat:
Perque habitum ſerui,vacuaret iura tyranni,
Et lethum letho vinceret innocuo.
Hinc verbum carni inſertum,carnemque receptans,
Nec ſe confundit corpore,nec geminat:
E Sic naturam hominis virtute augente ſuperna,
Eſſet vt in vero lumine lumen homo.
Qui vires mortis per vitæ abſorbuit hauſtum
Factum eſt æternum,quod fuit occiduum.
Quiſquis conſilio æterno contraria ſentis,
Et verbum in noſtra carne manere negas,
Diuinæ pietatis opus diſſoluere quæris,
Speque ſua mundum diſpoliare cupis.
F Nam quis ventura quenquam ſaluabit ab ira?
Quisve hominis primi crimine liber erit?
Si deitas verbi non noſtræ eſt inſita carni,
Aut Chriſtus falſi corporis vmbra fuit?
Qui genitus puer eſt intactæ virginis aluo?
Quæ natura annis creuit,& aucta cibis?
In qua prole patrem mundi ſe credidit Abram?
Quæue eius ſtirps eſt omnia ſanctificans?
G Quod regale genus ſimul eſt & pontificale?
Quive idem Dauid filius & dominus?
Peccati ſeruis & mortis compede vinctis
Vnam eſt dignatus ferre redemptor opem.
Qui noſtri generis carnem cum morte receptam
Noſtra,hoſti,vt nobis vinceret,oppoſuit,
Et carne exuta dominantem percuſſit hoſtem,
H Vt caperet palmam præda vetuſta nouam.

65 Quo odio odiendi ſunt mali.

Recta volens animus ſapiens,& amator honeſti,
Quoſdam odio dignos iudicat eſſe ſuo.
Nec tamen hos toto depellit fœdere,gnarus
Naturam errantem diuidere à vitiis.
Sic generi indulgens proprio,vt peccata recidi
Optet,& damnet crimina,non homines.

I *66 De labore fingentium mendacia.*

Fallaces curis ſemper torquentur amaris,
Et mala mens nunquam gaudia pacis habet.
Lubrica dum trepido mendacia plaſmate fingit,
Conſumens totum tempus in arte mali.
At ſimplex animus commenti & liber iniqui,
Nil amat iniuſtum,nil gerit implacidum.
Sectatur veri potieturdu[illegible]c ſerena.
Eſt quoniam mendax nóxque do[illegible]que [illegible]

Apa

Ad patriam vitæ functis de valle vocati.
  Virtutum gradibus ſcandite lucis iter.
Arduus atque arctus fert ad cæleſtia callis:
  Deuexa ad mortem ducit & ampla via:
Qua fallax tumidi incedit ſapientia mundi,
  Commentiſque ſuis ludificata ruit.
Et mala corporei ſequitur dum gaudia ſenſus
  Exulat à vero lumine cæca procul.
Nec falſarum habitu virtutum ornata iuuatur,
  Perdit mens veri neſcia, quicquid agit:
Nouerit ergo Deum ſapiens, totiſque medullis
  Diligat, inque ipſo ſe quoque amator amet.
Sit bonus & iuſtus, ſit verax atque benignus,
  Sit forma & ſpeculum, lux & imago Dei.
In Chriſto factus nouus, & iam carne vetuſta
  Exutus, vilem mente relinquat humum.
Vt ſacri templi quacunque in parte locetur,
  Magnum erit, in capitis corpore quicquid erit.

De diuinis ſcripturis.

Quamuis in ſacris libris, quos noſce laboras,
  Plurima ſint lector clauſa & opaca tibi,
Inuigilare tamen ſtudio ne deſine ſancto:
  Exercent animum dona morata tuum.
Gratior eſt fructus, quem ſpes productior edit,
  Vltro obiectorum vilius eſt pretium.
Oblectant adoperta etiam myſteria mentem,
  Qui dedit, vt quæras: addet, vt inuenias.

De oratione Domini.

Ferre parans Chriſtus pœnã, mortemque propinquã,
  Inuictamque ſuis ingenerare fidem:
Cum prece ſanguineas fundebat corpore guttas,
  Et precium mundi ſudor erat domini:
Nec crucis aſperitas poterat terrere volentem,
  Quæ regnaturæ gloria carnis erat.
Sed cruor ille pares ſanctis ſpondebat honores,
  Orturis toto corpore martyribus.
Nam, cum ſacra ſeges terrarum impleuerit orbem,
  Omnis ab hoc vno ſemine meſſis erit.

De ſacramentorum perceptione.

Magnum præſidium eſt ſacro libamine paſci,
  Si cur participis crimina nulla premunt.
Nam geminat ſibimet peccati pondera, quiſquis
  Quæ bona ſunt, ſumit, quæ mala non refugit.

De laudando Deum.

Qui laudat dominum de mundi conditione,
  Et rerum in ſpeciem prædicat artificem,
Laudet & æternam mortem flammaſque minantem,
  Et iuſti regis iudicium metuat.
Spes de promiſſis nihil ambigat omne dabit rex,
  Quod parat, & meritis gratia maior erit.
Si properent ſontes peccati abrumpere modos,
  Ante diem mortis, dum locus eſt veniæ.

De accelerenda conuerſione.

Conuerti ad mores rectos, & viuere ſanctè
  In Chriſto meditans quod cupit acceleret.
Cedant virtuti vanarum obſtacula rerum,
  Ne perdat voti tempora lenta fides.
Quid iuuat in longum cauſas producere morbi?
  Cur dubium expectat cras hodierna ſalus?
Scimus correctis veniam non eſſe negandam,
  Sed nulli noſtrum eſt vltima nota dies.

De timore.

Vtile prudenti eſt mundana aduerſa cauere,
  Et quod vitandum eſt, proſpiciat, fugere.
Sed cum peccati merito manus omnipotentis,
  Omnia concludens arctat vbique reum.
Vnum profugium tutum eſt Deus ipſe timenti,
  A quo diſcendens, ne pereat, redeat.
Conuerti namque ad dominum certiſſima vita eſt,
  Et pacem offenſi quærere, ſola ſalus.
Qui terret, parcit: qui percutit, ipſe medetur.
  Viuere vaſalli ſubdere, quem metuis.

A *De virginitate.*

Carnis virginitas intacto corpore habetur:
  Virginitas animæ eſt intemerata fides:
Qua ſine corporei nil prodeſt cura pudoris:
  Sed mentis pietas auget vtrumque bonum.

De modo habendi.

Magnum peccatum eſt amor immoderatus habendi,
  Et plus, quàm vitæ ſufficiat, cupiens.
B Nam quod nos veſtit, quod paſcit cura ſalutis.
  Si vanis ſit mens libera, non oneræt,
Si qua igitur ſuperans, quorum non indiget vſus,
  Debilibus proſint atque iuuent inopes,
Quiſquis enim cupidè non expedienda recondit,
  Quæ nulli tribuit, pauperibus rapuit.

De diuitiis.

Terrenis opibus cum diues gaudet iniquus,
C   Vere ſe miſerum neſcit egere bonis.
Nam quid erit, quod non momento temporis vno
  Perdere mundana conditione queat?
Cui licet, aduerſis ceſſantibus, omnia parcant,
  Lege tamen mortis ſit faciendus inops.
At bona iuſtorum nullis obnoxia damnis,
  Hoſtes furta, ignes, & mare non metuunt.
Indemnis proprium ſeruat ſapientia cenſum,
D   Nec perdunt meritum pàxque fidesque ſuum.
Omnis virtutum ſemper ſubſtantia ſalua eſt,
  Inuitis Chriſti munera nemo rapit.

De vera bonitate.

Dignus laude quidem eſt, vitam ſine crimine ducens.
  Et quæcunque ſibi ſunt nocitura, cauens.
Sed non hoc pietas contenta eſt limite claudi,
E   Nec iuſtis, vetitis abſtinuiſſe, ſat eſt.
Maior cura boni eſt, fratrum reuelare labores,
  Et ferre optatum triſtibus auxilium:
Paſcere ieiunos, nudos veſtire, ligatos
  Soluere, diſcordes conciliare ſibi:
Et quæcunque homines miſeri ſolatia quærunt,
  Hoc, vt poſſibile eſt, promere corde pio.
Vt recti verè cupidus vereque benignus,
  Quæ mala ſunt, ſugiat: quæ bona ſunt, faciat.

F *De malis impunitate.*

Gaudet tranſgreſſor, peccato impunè potitus,
  Si non infertur debita pœna reo,
Ceu nulla offendant hominum commiſſa Tonantem,
  Aut aliqua excelſi notitiam lateant.
Sed vetitorum auidis grauior tunc ira timenda eſt,
  Cum ſeſe remouent verbera iuſtitiæ.
Nam quid erit morbi, quod non dominabitur illi,
G   Cui ſupera auxilium iam medicina negat?

De gaudio recto.

Felices verè faciunt, ſemperque beatos
  De vero & ſummo gaudia nota bono.
Nam mundi ex opibus breuis ac peritura voluptas
  Edita perpetuæ ſemina mortis habet.
Non placeat vanis animum ſubmittere rebus,
  Peſtiferiſque auidam mentem onerare cibis.
H Cor mundum, & ſapiens fructu virtutis alatur,
  Et Chriſti in noſtro pectore regnet amor:
Quo ſemel impletus, nunquam vacuabitur illo:
  Aeterna æterni flumina fontis erunt.

Quid hominem Deo iungat.

Ambitum mundi totum *Deus* implet, & ambit,
  Nec præſens vlli deſinit eſſe loco:
A quo longinquus multum eſt, nimiumque remotus,
I   Quiſquis ſinceræ luce caret fidei.
Cuius ſi radius depulſa nocte niteſcat,
  Diuino impletus lumine lumen erit.
Non igitur terrarum orbis, non æquora ponti
  Inuia, circuitu ſunt obeunda vago,
Vt poſſit terram dominatur & autor adiri.
  Quem templo in cordis mens pia ſemper habet.
A quo vt diſſimilis terra in deſerta recedit,

Sic vitæ merito proximus eſt ſimilis.

81 *Quod tota infidelium vita peccatum ſit.*

Quāuis multa homini poſt vulnera prima ſuperſint,
Quæ vitam hanc faciant laudis habere decus:
Si tamen ingenio claro, & probitatis amori
Fons deſit fidei, ſubdita corda rigans,
Cunctarum frugum marceſcit inutile germen,
Nec fruitur vero lumine falſus honor.
Ignoratus enim Deus, & non credita virtus,
Quæ vera ad ſummum prouehit arte bonum,
Non ſinit eniti regna ad cœleſtia mentem
Obſtructam vanis, occiduiſque grauem.
Perque omnes calles errat ſapientia mundi,
Et tenebris addit, quæ ſine luce gerit.

82 De *ſabbato.*

Non recto ſeruat legalia ſabbata cultu,
Qui pietatis opus credit in his vetitum.
Nulla dies actus hominum non damnat iniquos.
Omnia conueniunt tempora iuſtitiæ.
Nec corrumpuntur virtutibus ocia ſancta,
Tantum à peccatis libera corda vacent.

83 De *vera libertate.*

Libertas nulla eſt melior, maiorve poteſtas,
Quàm ſeruire Deo, cui bene ſeruit amor.
Abſque iugo poſita eſt ditionis amica voluntas,
Quæ viget affectu, non gemit imperio.

84 De *ſuperbia.*

Qua primū in mortem eſt homo pulſus fraude maligni,
Hanc illi extremam bella peracta mouent,
Sublimes vt cùm palmas, clarasque coronas
Sumpſerit, atque hoſtem ſubdiderit pedibus.
Virtuti propriæ velit aſſignare triumphum,
Non Domino, cuius munus, opúſque fuit.
In quo vno ſemper ſuperat, qui non ſuperatur,
Quo dignante manum ſubdere, nemo cadit.
85. Ancipitis vitæ qui vis ſuperare labores,
Dilige, quod ſemper verus amator habet.
Inſtant terrenis infeſta pericula rebus.
Feruent pro damnis prælia próque lucris.
Et nihil eſt inter carnalia vota quietum,
Nec pax ſollicitis, nec modus eſt cupidis.
In ſolo eſt mens tuta Deo, quem linquere nolens,
Nunquam erit æterno non opulenta bono.

86 De *adulationis vitio.*

Lingua aſſentatrix vitium peccantis aceruat,
Et delectatum crimine, laude ligat.
Nulla ſic vt lapſo reparandæ cura ſalutis,
Blanditur ſonti dum malè ſuaſus honor.
Libera ſit potiùs vox correctoris amici,
Serpere nec fibris cæca venena ſinat.
Nec credens medici verbis fallacibus æger,
Noxia laudatæ vulnera peſtis amet.

87 De *martyribus non baptizatis.*

Si mundo moritur diuino ſonte renaſcens,
Fitque nouus vita qui ſepelitur aqua.
Fraudati non ſunt ſacro baptiſmate Chriſti,
Fons quibus ipſa ſui ſanguinis vnda fuit.
Et quicquid ſacri fert myſtica forma lauacri,
Id totum impleuit gloria martyrij.

88 De *venia.*

Magna quidem in multis eſt excellentia ſanctis,
Quorum animos ſuperi gratia roris alit,
Sed dum mens quædam patitur mala corporis ægri,
Et pugnam interius exteriora mouent,
Nunquam ita perfecto capitur victoria bello,
Vera vt ſecurus pace fruatur homo.
Inter diſcordes motus contagia ſerpunt,
Ipſáque virtutum gaudia vulnus habent,
Vt faciat notum longa experientia cunctis,
Non eſſe hoc plenam tempore iuſtitiam:
Ni Dominus miſerando lauet delicta ſuorum,
Et dans virtutum munera, det veniam.

A 89 De *myſterijs incognitis.*
Diuinorum operum ſecretas noſcere cauſas
Humanis non eſt poſſibile ingenijs.
Nec nullo tamen intuitu ſpeculatur operta.
Qui, multa vt lateant, ſcit placuiſſe Deo.
In quo mens imbuta fide ſimul omnia diſcit,
Pérque operum ſpeciem ſuſcipit artificem.
B Fingentem rebus formas, loca tempora motus,
Menſuris, numeris, ponderibuſque ſuis.
Scrutari nec cura procax óbſtruſa laboret.
Cui cuncta in Chriſto noſſe, & habere datur.

90 De *non deſperandis peccatoribus.*

Vt morbo oppreſſis præſtanda eſt cura medendi,
Donec in ægroto corpore vita manet:
Sic prauis multa vitiorum mole grauatis,
C Sanctarum pietas eſt adhibenda precum,
Vt, dum poſſibile eſt mutari corda malorum,
Horreſcat noctis deuia lucis amor,
Conuerſiſque nouam mentem det gratia Chriſti,
Qua fiunt homines iuſtificante boni.

91 De *quærendis præſidijs.*

Dum non perturbant animum diſcrimina mundi,
Dumque diem pacis prælia nulla mouent,
D Exercere fidem diuinis conuenit armis,
Conſilióque omnes anticipare minas.
Tranquillam & curis vacuam ſapientia mentem
Imbuet, & placidi pectoris hoſpes erit.
Nam quod non fuerit conceptum corde quieto,
Acquiri in ſæuo turbine non poterit.

92 De *bonis quæ nemo amittit inuitus.*

Omne bonum mundo concretum, & tempore partū,
E Quacunque amitti conditione poteſt.
Et quamuis damnis vigilanter cura reſiſtat,
Sæpe tamen proprijs diſpoliatur homo.
At bona, quæ verè bona ſunt nec ſine tenentur,
Semper habet, quiſquis ſemper habere cupit.
Nec vim ferre poteſt Chriſto ſubnixa voluntas,
In quo perſiſtens omnia vincit amor.

93 De *remedijs tribulationum.*

F Inter mundanæ mala conflictantia vitæ,
Sæpè quidem Domini corripitur populus:
Qui tempeſtatum varia ſub clade laborant,
Noſcant ſe iuſti ferre flagella Dei.
Atque ipſum toto gemitu, planctúque precentur,
Vt, qua ſcit, miſeris auxilietur ope.
Non etenim proprio arbitrio curabitur æger,
Nec vero leges ipſe dabit medico.
G Morbida rimetur penetralia dextra ſalutis,
Et depreſſa graui viſcera peſte leuet.
Abſque dolore quidem nequeſit mala ſueta repelli,
Sed quod læſerunt dulcia, amara mouent,
Pœniteat motum, & vitiis virtute fugatis,
Regnum peccati reſpuat aula Dei.
Ad veniam tendunt iuſti pia verbera regis.
Ira breuis rectis gaudia longa dabit.
H 94. Nunquā bella bonis, nunquā diſcrimina deſunt.
Et cum quo certet, mens pia ſemper habet.
Quæ carnem oblectant, ſancto ſunt noxia cordi.
Contra animi legem prælia corpus habet.
Pulſant exterius diuerſis motibus hoſtes,
Intus ciuile eſt, & ſociale malum.
Vt poſſit mundi illecebris, vitiiſque reſiſti,
Vis eſt corporei mortificanda hominis.
I Sed quæ mens recto famulam ſub iure tenebit,
Edomitæ vt regnent carnis in officiis?
Excelſo niſi quæ ſeruit benè ſubdita regi?
Vnde eſt facta volens, fiat & inde valens.

95. *Nullam mali eſſe naturam.*

Per verbum omnipotens Deus omnia condidit vnus,
A quo natura eſt nulla creata mali.
Et quod non fecit diues ſapientia verbi,
Non habet in rerum conditione locum,

Nulla

A Nulla igitur vitiis ſubſtantia,nullâque vita eſt,
Quæ vegetet corpus,materiámque ſuam.
Sed cùm libertas diſcedit ab ordine recto,
Nec ſeruant proprium quæ bona ſunt,modulum,
In culpa & vitio ea vague in contraria motus,
Fitque malum veram deſeruiſſe viam.
In quam ſi toto properet quis corde reuerti,
Nulſus neglecti limitis error erit.
B Totâque debenti peccati pœna peribit,
Condita in integrum reſtituente Deo.
96 *De petitionibus contrariis Deo.*
Cùm Deus effectum precibus non præſtat iniquis,
Multum concedit,quod nocitura negat.
Errantes votó non vult delinquere facto,
Iratus ſineret,quod prohibet placidus.
Diſcat felici ſupplex gaudere repulſa:
C Incipiatque animo pellere,quod voluit.
Parcentémque Deum noſcat ſibi,eum tuiturus
Non exaudiri,ne rueret,meruit.
97 *De iudiciis Dei.*
Iudicium humanum,quod falli ſæpè neceſſe eſt,
Non ſemper recipit regula iuſtitiæ.
At domini in cunctis æqua eſt,veráxque poteſtas,
Aſpectum cuius nulla remora latent.
D Talis laudetur iudex,timeatur,ametur.
Qui verè iuſtus permanet,atque bonus:
Aduerſos reuocans,conuerſis cuncta remittens,
Atque malis veniam dando bonos faciens.
Non ergo audacter mens veri neſcia culpet,
Quod placuit ſummi iudicis arbitrio.
Sed ſubdat ſeſe iuſto ignorantia regi,
Qui nunquam,quæ ſunt non bona,velle poteſt.
98 *De cohibenda ira.*
E Nemo ſuæ mentis motus,non æſtimat æquos,
Quódque volunt homines,ſe bene velle putant:
Vnde animus celeri pace eſt reuocandus ab ira,
Ne robur ſæuis tempora dent odiis.
Offenſas ſibi me: parcentia corda remittant,
Nam nemo eſt,qui non indigeat venia:
Quam noſtri memores,mundi inter vana viciſſim
F Omnibus in cauſis & damus & petimus.
99. Cultur iuſtitiæ,& diuinæ pacis amator,
Quem vocat ad ſummum vita beata bonum,
Scandere conſtanter dexteros adnitere calles,
Deſpiciens leuæ noxia plana viæ.
Tutius eſt duros mundi tolerare labores,
Infeſtique hoſtis prælia ſæua pati
Quam victum officiis animum ſubmittere blandis,
G Captáque ſeruile ſubdere colla iugo.
Tempore in occiduo non longi eſt vſus honoris,
Et celeri lapſu gaudia falſa fluunt.
Finem igitur proprij ſapiens ſpeculabitur æui,
Et via qua currit,quò ferat,aſpiciet.
Nam mundo innexis pars eſt cum principe mundi.
At ſecuis Chriſti gloria Chriſtus erit.
100. Corporeos inter ſenſus,moribundáq; membra,
H Multa animus patitur carnis ab hoſpitio:
Quæ vitæ,de qua viuit,contraria quærens,
Legem vult mentis ſoluere lege ſua
Sed prudens præſul famulam frænare rebellem
Æterni regis diſcat ab imperio:
Et verum accipiens ſupero de lumine lumen,
Noctem peccati cordis ab æde fuget.
Nam quæ cuncta Deus bona condidit, ipſáque noſtri
I Exilij regio eſt pulchra decore ſuo.
Auditus,viſus,guſtus,contactus,odórque,
Præberi gaudent vndique,quod placeat.
Fitque nocens homini præſentis temporis vſus,
Si captum blandis inferiora ligant.
Mens igitur ſapiens ſuperos adnitere ad arces,
Et ſummis fieri ſueſce beata bonis.
Delitias iam nunc promiſſi concipe regni,
Virtute atque fide,quod cupis eſſe,tenet:
Néve ad ſpem dubiam fruſtra te currere credas
Naturæ in Chriſto proſpice liba tuæ.
A quo ſuſceptum ſi te non ambigis eſſe,
Totus homo in capitis corpore ſemper eris.
Tantum vt iuſſa velis nutu obſeruare docentis,
Qui quod ait verbo,præuenit auxilio.
101. In deitate gradus,menſura,& tempora non ſunt
Et quod idem eſt,maius non habet,atque minus.
Corporeæ moles longè formæque recedant,
Virtus ſumma caret finibus,& ſpatiis:
Quod pater,hoc verbũ patris eſt,ſimul hoc vtriuſq;
Spiritus hic Deus eſt vnus,& vna fides.
Per quam verorum ſpes non incerta bonorum
Sublimem ignitò ſcandit amore viam:
Et prægustata ſuperi dulcedine roris,
Doctrinis paſci gaudet Apoſtolicis.
Tu,qui ergo indignas non vis incurrere curas,
Innecti vanis,occiduiſque caue.
Mortalis vitæ breuitas non multa requirit,
Paucorum exigui temporis vſus eget.
Eſſe volens gaudere optans,ſcire abdita quærens,
Vt te non teneant infima,ſumma pete.
Delectare Deo rege,in cœleſtibus eſto,
Et quæ ſpe ſequeris,credita amore tene.
Nulla in te maneant hominis veſtigia primi,
Nec formam veteris geſtet imago noui,
Exulta agnoſcens te verbi in carne renatum,
Cuius ſi pars es,pars tua Chriſtus erit.
Qui,ne damnandi legeres mala gaudia mundi,
Promiſſum ad regnum ſe tibi fecit iter.
102. Cùm pater in verbo ſit ſemper,& in patre verbũ,
Sitque idem verbi ſpiritus,atque patris,
Sic de perſonis tribus eſt tibi non dubitandum,
Vnum,vt docta fides,confiteare Deum
Corde patris genitum creat,& regit omnia verbum:
Nec tamen eſt aliquid,quod ſine patre gerat,
Vnus en amborum motus,ratio vna volendi eſt,
Par virtus,idem ſpiritus,vnus amor.
103. Sic Deus eſt magnus,de ſe valet,& manet in ſe,
Cui ſummũ & propriũ eſt,ſemper id eſſe quod eſt.
Splendet enim verum vero de lumine lumen,
Vt genitum agnoſcens nouerit ingenitum,
Vna trium deitas,vna eſt eſſentia ab vno.
Idem eſt & verbi ſpiritus,atque patris.
Nullum opus adiunctũ,nulla eſt non æqua poteſtas,
In cunctis vnum ſunt tria principium.
104. Cum pia mens in laude Dei ſuperata laborat,
Gaude,quod tantum te bene vincit opus.
Teque aliquid ſuperi cognoſce hauſiſſe vigoris,
Si tibi non ſatis eſt,quod cupis atque ſapis,
Quare bonum ſine fine,bono & perfiſte reperto
Quærere habeant talia vota modum.
Nam qui ſe nullo iam munere credit egere,
Creſcere non cupiens,perdit adempta tepens.
age iam,precor,mea,rum.
Age iam precor mearum
Comes irremota rerum,
Trepidam,breuémque vitam
Domino Deo dicemus.
Celeri vides rotatu
Rapidos dies meare,
Fragiliſque membra mundi
Minui,perire,labi,
Fugit omne quod tenemus,
Neque fluxa habent recurſum.
Cupidas,vagáſque mentes
Specie trahunt inani.
Vbi nunc imago rerum?
Vbi ſunt opes potentum,
Quibus occupare captas
Animas ſuis volunt?

Vandalicis gladiis ſternimur & Geticis.
Non caſtella petris, non oppida montibus altis
Impoſita, aut vrbes amnibus æquoreis:
Barbarici ſuperare dolos atque arma furoris
Eualuere omnes, vltima pertulimus.
Nec querar extinctam nullo diſcrimine plebem,
Mors quoque primorum ceſſet ab inuidia.
Maiores anni ne forte & nequior ætas,
Offenſo tulerint quæ meruere Deo:
Quid pueri inſontes? quid commiſere puellæ,
Nulla quibus dederat crimina vita breuis?
Quare templa Dei licuit populariter igni?
Cur violata ſacri vaſa miniſterij?
Non honor innuptas deuotæ virginitatis,
Nec texit viduas relligionis amor.
Ipſi deſertis qui vitam ducere in antris
Suerant laudantes nocte diéque Deum,
Non aliam ſubiere necem, quàm quiſque prophanus:
Idem turbo bonos ſuſtulit, atque malos.
Nulla ſacerdotes reuerentia nominis almi
Diſcreuit miſeri ſupplicijs populi:
Sic duris cæſi flagris ſic igne peruſti,
Incluſæ vinclis ſic gemuêre manus.
Tu quoque puluereus plauſtra inter & arma Getarū
Carpebas duram non ſine faſce viam:
Cùm ſacer ille ſenex plebem, vſta pulſus ab vrbe,
Ceu paſtor laceras duceret exul oues.
Verùm hæc ſub belli ſileantur turbine geſta,
Confuſis quoniam non fuit ordo malis.
Forsè etenim placidas res mundi, & tempora pacis,
Arbitra dignetur cernere cura Dei.
Si cunctos annos veterum recolamus auorum,
Et quicquid potuit noſtra videre dies,
Maximus iniuſtis locus inuenietur in orbe,
Oppreſſis autem pars prope nulla bonis,
Qui fuerit violentus, atrox, verſutus, auarus,
Cuius corde fides ceſſerit, ore pudor.
Hunc omnes mirantur, amant, venerentur, honorant:
Huic ſummi faſces, huic tribuuntur opes.
Quod ſi quis iuſtus caſtam, & ſine crimine vitam
Diſſimili ſtudio ducere maluerit:
Hic inhonorus, inops, odium iuuenúmque ſenúmq;,
In totis mundi partibus exul agit.
Impius exultat maturis integer annis:
Carpere non ceſſant vlcera dira pium.
Falſa valent in iudiciis, & vera laborant:
Inſontes ſequitur pœna ſalúſque reos.
Ignorata piis illudit adulrera ſacris:
Blaſphemus templi limina tutus adit.
Quæ ſi cura Dei celſa ſpectaret ab arce,
Réſque ageret noſtras ſub ditione ſua,
Aut non effugerent vltrices crimina pœnas,
Aut virtus terris ſola reperta foret.
Talia cum facilis vulgi ſpargantur in aures,
Quam multis rudibus lingua maligna nocet?
Nec tantus dolor eſt Scythicis conſumier armis,
Quantus ab infidis cordibus iſta ſeri.
Prome igitur ſanctis cœleſtia tela pharetris,
Et medicis hoſtem conſice vulneribus.
Fortè aliqui poterunt errorum euadere noctem,
Inque viam viſa luce referre pedem.
Ac ne ſermo moram patiatur ab impare verſu,
Heroi numeris porrige pentametrum.

ISta quidem melius diuinis edita libris
Cognoſcenda forent, vbi legis in æquore aperto,
Promptum eſſet ventis dare libera vela ſecundis:
Sed quoniam rudibus metua eſt intrare profundum,
In tenui primum diſcant procurrere riuo
Qui iacet extremo tellus circundata ponto,
Et quà gens hominum diffuſa eſt corpore mundi
Seu noſtros annos, ſeu tempora priſca reuoluat,

A Eſſe omnes ſenſêre Deum. nec defuit vlli
Autorem natura docens: & ſi impius error
Amiſit, multis tribuens, quod debuit vni.
Innatum eſt cunctis, genitorem agnoſcere verum.
Hic autore caret, & tempore permanet idem
Semper, & immenſum nec ſecula, nec loca claudunt.
Hic nullis mundi cauſis extantibus in ſe
B Quicquid vellet habens, cum viſum eſt omnia ſolus
Condidit vt voluit, formas, numeróſque, modóſque,
Et genera, & vitas ſtatuens & ſemina rebus,
Quicquid ineſt cœlo, quicquid terræque marique.
Quicquid quocunque eſt in corpore, ſiue animatum,
Siue expers animæ, calida, humida, frigida, ſicca,
Vno extant autore Deo: qui diuite verbo,
(Quod Deus eſt) rerum naturas, atque elementa
Protulit, & ſummis opifex intentus & imis.
C Quod verò aduerſis compugnant condita cauſis,
Atque aliis alia obſiſtunt: contraria diſcors.
Omnia motus alit: dúmque illi occurrimt illo,
Vitalem capiunt cuncta exagitata vigorem:
Quæ vel pigra ſitu, vel prono lubrica lapſu,
Aut curſu inſtabili, ſtabili aut torpore perirent,
Mollia ſic duris, ſic raris denſa reſiſtunt,
Et liquidis ſolida, & tardis velocia, claro
D Obſcurum obiectum, & dulci contendit amarum:
Nec mihi fas dixiſſe aliquid non ritè creatum:
Aut vllas auſim mundi reprehendere partes:
Cum ſator ille operum teneat momenta ſuorum,
Et carptim varios in totum temperet vſus,
Denique quicquid abeſt, aut cauſa aut tempore verſo
Prodeſt: & gemino ſubſiſtunt cuncta periclo.
Frigora perpeſſus, ſolem cupit: vſtus ab æſtu,
E Inter Hyperboreas mauult algere pruinas.
Iniuſto pluuiam metuit ſub faſce viator.
Quam poſcit votis ſitienti ruſticus agro.
Ceruleos angues timori ſti eſt vitare: at illi
Intrepida excoctis oneratur menſa chelydris.
Quod ſi fortè lupos, lynceſque, vr ſóſque creatos
Diſplicet, ad Scythiæ proceres regeſque [illegible]tarum
Reſpice: queis oſtro contempto, & vellere Serum,
F Eximius decor eſt regis horrere ſetarum.
Singula ſectari longum eſt: ſed munere Chriſti
Scire datum, quod alit tellus, quod in æquore viuit,
Quicquid in arboribus, quicquid variatur in herbis,
In laudem autoris, certis ſubſiſtere cauſis:
At quæ ſola nocent, eadem collata mederi.
Eſt igitur Deus & bonus eſt, & quicquid ab illo
Effectum eſt, culpa penitus vacat, atque querela:
G Omnem autem hanc molem mundi qui condidit, ipſe
Et regit, vtque nihil non ortum ſumpſit ab illo:
Sic nihil eſt quod ſtare queat factore remoto,
Nam qui pigra Deo dant otia, credo verentur
Ne curæ intentum vigiles durique labores
Conficiant, & tanta ſimul non explicet vnus.
O merſi in tenebras, diuinique ignis inanes.
Et plus corporeis oculis quàm mente videntes:
H Qui veſtræ æternum naturæ & conditioni,
Audetis conferre Deum: cui ſi quid amatis
In laudem praui adiicitis, veſtriſque beatum
Creditis eſſe bonis, aut vlla incommoda ferre.
An quia cum magnas vrbes populoſque tenetis
Sub veſtro imperio, miſerum eſt inſomnibus ægram
Partiri curis in multa negotia mentem:
Cumque graues trepidis incumbent vndique cauſæ,
I Non ferr vrgentes induſtria victa labores:
Et ſi animus ægris depulſa eſt ſollicitudo
Blanda voluptatem requies creat otia nactis:
De Domino hoc ſentire pium eſt. quem ſemper eūdē
Nil grauat, ex toto nil occupat, effluit ætas
Ac venit, & ſpectant genita & gignentia finem:
Ille manet, ſimul acta tenens & agenda: futuris
Vlterior, tum præteritis prior: omnibus vnus

Præſens:& ſolos ſine tempore,tempora condens.
Vtque æui ſpatia ac numeros præcedit & exit,
Sic nullo immenſus cohibetur fine locorum.
Nilque adeo eſt magnũ,quod nõ certus modus arcet:
Et cœlum,& terras,& totum denique mundum
Limes habet:meta eſt altis,& meta profundis.
Sed nuſquam non eſſe,Dei eſt qui totus vbique,
Et penetrat mundi membra omnia liber,& ambit.
Hæc igitur vis ſola poteſt moderamina rerum,
Diuidere,& placidis eadem perſiſtere curis:
Quam non effugiant cita,nec remorantia tardent:
Quæ nunquam ignata,nunquam longinqua,nec vllis
Tranſlata accedens regionibus,abſit ab vllis:
Nec de noſcendis egeat manifeſta doceri.
Hæc reſtis rerum tacita audiat,abdita cernat:
Det vitas,adimátque datas pereuntia ſaluet,
Deiecta attollat,premat ardua,proroget annos,
Et minuat,mutet corda,& peccata remittat.
Sed qui virtutem concedunt omnipotenti,
Fortè vulnere item demant:& magna regentem,
Curam hominis renuiſſe putent,in tempora nati
Exigua,& varia ſub tempeſtate relicti.
Quo vos ſponte iuuat cadere,oblitóſque parentis
In pecudum genus,& tortrem tranſire ferarum?
Incomperta latent naturæ exordia noſtræ?
Aut ſpem propoſitam in Chriſto præſentia turbant?
Parcite ſublimes æternæ gentis honores
Degeneri violare metu potiuſque relictum
Immortale decus,ſuperato apprendite cœlo.
Nota via eſt,Chriſto cunctis reſerante magiſtro,
Qui vocat,& ſecum nos deducturus,& in ſe.
At ne vaniloqui ſpondere incerta putemur,
Res monet à primis aperire parentibus ortum
Humani generis cauſáſque euoluere vitæ
Amiſſæ,& ſurſus Chriſto donante receptæ.
Diſpoſitis rebus,totum iam conditor orbem
Fecerat,& pulchra vernabat origine mundus.
Iam ſol dimenſis in tempora curſibus ibat,
Lunáque cum ſtellis præbebat lumina nocti:
Iam pecudes tellus,iam piſces pontus alebat,
Et liquidum volucres innabant aëra pennis:
Sed quod diuina poſſet ratione potiri,
Nondum erat in terris animal,dedit optimus autor
Hoc homini ſpeciale decus,cumque omnia verbo
Conderet,hunc manibus,quo plus genitoris haberet,
Dignatur formare ſuis,ſubſtantia duplex
Iungitur,inque vnam coeunt contraria vitam
Namque anima ex nullis,vt cætera gignitur:expers
Interitus,niſi quod Domino cruciabilis vni eſt.
Et rea,ferre poteſt pœnam ſub nomine mortis,
Terrenámque illapſa domum,dat viuere ſecum
Conſortem,& pariter diuinum haurire vaporem.
Nec quia diſſimili rerum natura duarum eſt.
Diſpar conditio eſt,manet exitus vnus vtrunque,
Seu potior iuri ſubdatur poſterioris,
Seu ſe maioris vires inferior æquet.
Eſt etenim ambarum vitæ,eſt & vincere poſſe:
Proficere,& minui,regnare & perdere regnum.
Non quia plus cuiquam,minus aut in origine cauſæ
Naſcendi attulerint,aut vlla externa creatos
Vis premat,ignaróſque agat in diſcrimina morum:
Sed quia liber homo,& ſapiens diſcernere rectis
Praua poteſt,in ſe intus habens diſcrimina rerum,
Iuſque voluntatis,quo temperat arbitrium mens
Si tamen ancipitis cæca inter prælia vitæ.
Non de ſe cunctat:ſed veri tuta modeſtis,
Inde putet ſtatum poſſe vnde accepit & eſſe.
Iuſta ſic nobis patriæ virtutis imago eſt,
Longo iuſtitiæ quæ multum exercita cultu
Ceu ſpeculo lumen diuinum imitata referret.
Cumque boni paſſim tranſiſſet in artubus,æuum,
Æternum victrix artem manſura teneret,

A Totáque res effecta Dei iam nulla ſubiret,
Prælia,nec trepidè ſecum decerneret in ſe,
Nec vellet quod mox nollet,voluiſſe,timere,
Ignorare,optare,pati iam neſcia:nullis
Creſcere egens cumulis,nulliſque obnoxia damnis.
Erquo promiſſis odſis fiducia magnis,
Ac ſpes propoſitæ ſit non incerta coronæ:
Munere præſentis vitæ,documenta futuræ
B Sumit homo,& dandis confidere diſcit adeptis.
Huic cœli volucres,& cuncta animalia terræ
Subiecta,& piſces quos nutrit pontus & amnes.
Huic Solis Lunæque vices,& ſidera noctis
Noſſe datũ:numeriſque dies cõprehendere & annos:
Sciſe poteſtates herbarum,& nomina rebus
Indere:& ingenium varias augere per artes.
Hunc potiorem vnum cunctis ſpirantibus,vni
C Subiectum ſeruire Deo:nec corporea vi,
Sed rationis ope,præ fortibus imperitare.
Quod ſi quis nõ totus homo hæc extendere verbis
Me putat,& nondum ſeſe cognouit in iſtis:
Audiat à primis diſtare parentibus actum
Per delecta genus multa & rubigine morum
Corrupti exiguum ſemen ſupereſſe vigoris.
Vtque ſuæ tantum naturæ diſcat honorem,
D In ſummum ſancti generis redeat caput,& ſe
Reſtituet à manibus Domini,afflatúque regente:
Qualis Adam,nondum terram damnatus in iſtam,
Et liber culpæ paradiſi diuitis orbem
Cultarum locuples virtutum fruge tenebat.
Cui cum tanta Deus largitus dona fuiſſet,
Vipereæ populi princeps inuidit & alta
E Deiectus regione poli(quia ſumma tenere
Non niſi pura poteſt bonitas)maiora nocendi
Concepit verſu mutatus corde venena.
Qui poſſeſſorem tantarum deliciarum
(Mandato excluſum quia nouerat arbore ab vna)
Perpulit à vetitis pomum decerpere ramis,
Queis inerat recti & praui experientia maior
Tunc ditione hominis:quia nõdũ acceperat hãc vim,
Quæ poſſet vitanda ſuo ſine noſſe periclo.
F His illata dolis,hoc crimine nata ſubegit
Mors hominem,culpa in cunctos manante minores.
Quæ ſemel antiqua pulſus virtutis ab arce,
Non vno tantum tranſfuſo errore parentum
Impleuit:ſed cum populis naſcentibus aucta,
Multiplicem lato porrexit ſtrage ruinam.
At quanquam immiſſa regnaret morte peremptos,
Nulla tamen placitos Domino non edidit ætas:
G Cunctáque diuerſos habuerunt ſecula iuſtos.
Quos licet ob meritum vitæ bona multa manerent,
In mortem vitiata tamen natura trahebat.
Non prius à primis vinclo abſoluenda parentis,
Quam maieſtate incolumi generatus in ipſa
Deſtrueret lethi cauſas & ſemina Chriſtus.
Cuius perpetuam cunctis aſſiſtere curam
Promptum eſt exemplis ab origine noſſe petitis
H Non latet hanc ſanctis onerans altaria ſacris
Iuſtus Abel,qui primitiis ouium grege lectis
Conuertit Domini ſyncera in munera vultum:
Nec fallit ſpecie deuota religionis
Dona Cain reprobanda dicans,cui virus amarum
Inuidia in fratrem ſuccenſo felle coquebat.
Nec reuocare ſcelum Dominus ſermone benigno
Abſtinuit:quantúmque nefas ſtrueretur ab ipſo
I. Ingeſſit formamque dedit qua vincere ſeſe
Poſſet,& inſanæ regnaret ſortior iræ.
Sed concepta ſemel facinus crudele peregit
Impietas,ſcelere immenſo primordia mundi.
At nunquid placitum ſibi iuſtum à cæde nefanda
Non potuit ſeruare Deus?ſed finis acerbi
Occaſum,potior vita & tribuenda corona,
Immodico æterni ſuperabant pondere honoris,

Quid?

Quid? cum viuentem de terris tranſtulit Enoch,
Spernebat terrena Deus? námque omnibus illud
Ponderat exemplum, quo mortis terror abiret,
Spémque inconcuſſam caperet ſubſtantia carnis.
Sic alto poſt multa æuo documenta minores
Propoſitæ in Chriſto meruerunt ſumere vitæ,
Cum raptum igneis per inane iugalibus Heliam
Scandentem rutilo viderunt æthera curru.
An aberat tum cura Dei, cùm effuſa per omnes
Gens hominum culpas, penitus pietate relicta
Dira toris vetitis generaret monſtra gigantas?
Illa quidem mundi exitium præfata futurum
Tempora larga dedit, queis in meliora reducti
Mortales ſcelerum ſerem virtute piarent.
Cúmque nefas placitum toto perſiſteret orbe,
Nec niſi diluuio deleri crimina poſſent,
Sola Noe ſeruata domus: quæ libera cladis
Concluſis paribus ſpirantum de genere omni,
Vnde forent vacuis reparanda animalia terris,
Illæſa, mundo pereunte ſuperfuit arca.
Non quia non alios populos Deus edere poſſet,
Sed multis fractus morbis, vt ſemine ab ipſo
Idem homo in Chriſti corpus naſcendo veniret:
Vtque Deo iuſto meritorum iudice, partam
Noſſemus requiem ſanctis in clade malorum.
Nónne etiam in noſtram domini iam tum miſerentis
Progeniem tendebat amor, cum credulus Abram
Multorum, patiente fide, genitor populorum,
Promiſſum genus innumeris cenſebat in aſtris?
Aut cùm in pentapolim deſcenderet igneus imber,
Nónne prius multo dilata examine venit
Iudicis ira Dei? qui promptius parcere, nullas
Inuenit cauſas veniæ: deque omnibus vnum
Diſſimilem Sodomis inceſta in plebe repertum
Exemit, paruique dedit dominum oppiduli Loth,
Cum verò Aegyptum Chananæáque regna teneret
Dira fames, totos ſeptem toleranda per annos,
Præſtruitur certè patriarchis cauſa mouendis:
Et domus externos inter placitura paratur,
Quæ blandè foueat populi incrementa futuri.
Myſtica dum Ioſeph prodentem ſomnia fratres
In ſeruum vendunt pretio, falluntque parentem:
Dum caſtum dominæ petulantia carcere damnat:
Dum rex obſcuri narrato ænigmate ſomni,
Exemptum vatem dignatur honore ſecundo:
Dumque piis traducta dolis Hebræa iuuentus
Gaudet adoratum venia cognoſcere fratrem:
Qui cum multa inſons ferret mala, nónne remotum
Réſque hominum dedignantem potuiſſet inepto
Incuſare Deum queſtu, niſi cuncta profundis
Iudice ſub iuſto ſciſſet decurrere cauſis?
Quæ licet inſidias ſoleant contundere mentes,
Non poſſunt turbare pias: quia tempore in iſto
Hæc poſita eſt virtus, vt libertate potitos
Exiguo in ſpatio, iuſti patiantur iniquos,
Quos Deus ipſe modo dilata ſuſtinet ira.
Sic gens chara Deo, & ſæuo ſuſpecta tyranno,
Iniuſtum imperium regis tolerabat acerbi:
Mœſtarum & matrum fœtu potiore necato,
Condenſas iuſſos lateres præbebat ad vber,
Vt durus labor, & ſæuæ inclementia mentis,
Omnes terribilis populi conſumeret annos.
Sed non iſta Deo patribus illata remoto.
Ipſe ducet, curámque ſibi probat eſſe ſuorum.
Nam iubet electum Pharaoni edicere Moſen,
Vt ſinat Aegypto domini diſcedere plebem:
Ni faciat, multis plectenda ſuperbia plagis,
Sentiet excitam quæ regni vis habet iram.
Ille quidem, quoties patitur cœleſtia tela,
Cedit & obſequium ſimulat ſed clade remota,
Ducatur parcente Deo: cauſas pereundi
Impius inde trahens, quo poſſit habere ſalutem.

A Donec vi victus laxat fera iura tyrannus.
Dita barbaricis & Moſes agmina gazis
Promouet inſigni fulco monſtrante columna
Per deſerta viam, quæ formam in tempus vtrumque
Temperat, alterna vt tribuat vice commoda caſtris,
Luce regens, & nocte regens, eadem ignis & vmbra,
Diſcutiens flammis tenebras, & nube calores.
Quid loquar? & trepidis patribus cum inſiberet hoſtis
B Diuiſum pelagus, ſolidóque rigore ligatas
Inſtar montis aquas, vacuo ceſſiſſe profundo,
Quáque gradum illæſæ tulerant tot millia plebis,
Oppreſſum Aegypti populum coeuntibus vndis:
Omnis enim autori ſeruit natura potenti,
Quæque ad opem cedunt, eadem famulantur ad iram.
Sed mihi nec vacuum cunctas percurrere formas
Virtutum: & geſtis oris non æqua facultas.
C Nam quis tantarum euoluat miracula rerum?
Mannæ imbrem? & cunctos in cœli pane ſapores,
Siccæ rupis aquam, & dulcorem fontis amari:
Aut inter deſerta actos denos quater annos,
Nec membris nocuiſſe æuo, nec veſtibus vſu.
Legis in exemplum iuuat ire, & quærere ab ipſis
Qui curam domini remouent, an tempore ab illo
Cœperit humanas in vitæ fœdera mentes
D Informare Deus: nec per tot ſecula mundi
Permotus vitiis, tunc ius præſcripſerit æquum?
Ite ipſi in veſtræ penetralia mentis, & intus
Inciſos apices, ac ſcripta volumina cordis
Inſpicite, & genitam vobiſcum agnoſcite legem.
Nã quis erit (modo non pecus agri aut bellua ponti)
Qui vitiis adeo ſtolidè oblectetur apertis,
Vt quod agit, velit ipſe pati? mendacia fallax,
E Furta rapax, furioſum atrox, homicida cruentum
Damnat, & in mœchum gladius diſtringit adulter.
Vnus enim pater eſt cunctorum, & ſemine recti
Nemo caret: ſimiliſque omnes produxit origo.
Vnde etenim nondum deſcripta lege fuerunt
Qui placidum ſanctis agerent in moribus æuum.
Nec ſummi patris ignari, nec iuris egeni.
Ergo omnes vna in vita cum lege creati
F Venimus, & fibris gerimus, quæ condita libris.
Nec noua cura fuit noſtri, cum tradita Moſi
Littera præſenti damnaret crimina pœna.
Sed ſuperadiecta eſt generi cuſtodia ſancto.
Qua memor in patriæ fidei perſtaret honore,
Et promiſſorum Domini ſuccederet hæres.
Cum tamen & quoſcunque eadem ſub ſacra liceret
Ire nec externos arcerent limina templi,
G Cúmque Dei monitu canerent ventura Prophetæ,
Sæpe etiam ad varias gentes ſunt multa locuti.
Sic regina Auſtri cupidis Salomonis ab ore
Auribus eloquium domini veneranda trahebat.
Sic Niniue monitis Ionæ ſub tempore cladis
Credidit, & tribus in luctu ieiuna diebus
Promeruit motum excidio conſiſtere regno.
Verum ne longo ſermone moremur in illis,
H Quæ ſparſim variéque ſuis ſunt edita ſeclis:
Neve quod in parte eſt, in toto quis neget eſſe,
Dum ſolidam domini diuiſa negotia curam
Velant, & nulla accipitur quæ rara videtur:
Dicite quem populum, qua mundi in parte remotũ,
Quósve homines, cuius generis, vel conditionis
Neglexit ſaluare Deus? vir, fœmina, ſeruus,
Liber, Iudæus, Græcus, Scytha, Barbarus; omne
I In Chriſto ſumus vnum, non perſonas reſpicientis,
Nec dominis, regisve prius diſcrimina nulla
Luminis vnius ſpeculi niſi de repet vſus.
Neq. velut ſpeculum nitet eſt: quo quæ mage terſa
Expoliente fide, radiíque intenta ſuperni
Hoc mage conſeſſi refulgeret imagine Chriſti.
Qui cum patre Deus ſemper Deus: inque paterna
Maieſtate manens, miſcetur conditioni

Humanæ:& verbum caro fit,rerúmque creatus
Naſcitur,atque annis ſuccedit conditor æui.
Hoc creatum lex,hoc veneranda volumina vatum,
Hoc patriarcharum ſpes non incerta tenebat:
Vltima cùm mundi finem propè curreret ætas,
Venturum ad terrena Deum,qui morte peremptà
Solueret inferni leges,longámque ruinam
Humani generis,meliore attolleret ortu.
Sed tu qui geminam naturam hominiſque Deique
Conueniſſe vides,anguſti in tramitis ora,
Firma tene cautus veſtigia,ne trepidantem
Alterutram in partem,propellet deuius error:
Si cernens operum miracula diuinorum
Suſpicias ſine carne Deum:cùmve omnia noſtri
Corporis agnoſcas,hominem ſine numine credas.
Nulla etenim ſoli vita eſt mihi:mórſque ſui actum
Detinet,& non eſt quo victus vincere poſſim,
Si non vera Dei virtus mihi conſociata eſt,
Aut me non vera Saluator carne recepit:
Cuius maieſtas ſtabilis non hoc violatur
Quo redimor:neque ſe minor eſt,dum moror in illo
Sed mortale meum ſubit: vt quia morte teneri
Vita nequit pereat mihi mors.& non ego iam in me
Viuam ſed Chriſtus,qui ſe mihi miſcuit in ſe.
Victus enim terrenus Adam,transfudit in omnes
Mortem homines,quoniam cuncti naſcuntur ab illo,
Et transgreſſoris decurrit cauſa parentis.
Sed nouus è cœlis per ſacræ virginis aluum
Natus homo eſt:aliudque bonus mortalibus in ſe
Fecit principium,carnemque refuſus in omnem,
Et vita functos naturam participando
Edidit,& viuos vitam mutando creauit.
Vſque illos veterum complexa eſt gratia ſolos
Qui Chriſtum videre fide:ſic tempore noſtro
Non renouat quenquam Chriſtus,niſi corde receptus
En homo quanta tibi eſt gratis collata poteſtas?
Filius eſſe Dei,ſi vis,potes,omnipotens te
Spiritus vmbrarum verbi virtute creauit.
Nec te corporeo patrum de ſemine natum
Iam reputes:pereunt captiua exordia carnis.
Nil veteris coniunge nouo non hic tibi mundus,
Non hæc vita data eſt:nulla hic tua,nec tuus ipſe es.
Emptus enim es pretiúmque tui reſoluere fas eſt,
Quo potes vt ſoluens ſis ditior,& tibi creſcat
Quæ dederis,cedarque tibi pars ipſe redemptor.
Nec te difficilis nunc obſeruantia legis
Sub durum iubet ire iugum:mens libera ſanctum
Obſequium ratione ferat,quam ſpiritus almus
In tabulis cordis deſcribat ſanguine Chriſti.
Qui nobis quicquid ſermonibus inſinuauit,
Condidit,exemplo factis præcepta coæquans:
Rex ille,& rerum dominus:ſed pauperis egit
In ſpecie nec veſte nitens,nec honore ſuperbus.
Infirmis fortis,rex ſeruis,diues egenis:
Iuſtitia iniuſtis cedit ſapientia brutis.
Sacrilegis manibus percuſſus,non parat ictum
Reddere:nulla refert auidæ conuitia linguæ.
Damnatur iudex,verbum tacet:inſpuitur lux:
Ipſe miniſterium ſibi pœna eſt.félque & acetum
Dulcius ille fauis haurit:ſanctus maledictum
Fit crucis,& moritur Chriſtus,viuente Barabba.
Impia gens,tantum auſa nefas,ſentiſne furorem
Iam mundo damnante tuum?ſol fugit ab orbe:
Et medio nox facta die eſt:concuſſáque tellus
Intremuit mortémque Deo ſubeunte,ſepulchris
Excita ſanctorum ſumpſerunt corpora vitam,
Velum etiam templi diſciſſum eſt ne quid opertum
In ſacris adytis,iam plebs indigna teneret:
Sanctáque pontifices fugerent offenſa cruentos.
Te verò extinctæ calcantem ſpicula mortis,
Et de carne nouum referentem carne trophæum,
Tertia diſcipulis Ieſum dedit attonitis lux.

A Nec dubiis dominum licuit cognoſcere ſignis,
Cum documenta fides caperet viſúque manúque
Rimans clauorum veſtigia,vulnus & haſtæ.
Cúmque quater denis firmans promiſſa diebus,
Conſpicuus multis,ſæpè & tractabilis eſſet.
Hactenus in noſtris te,Ieſu,nouimus:ex hinc
In tua noſtra abeunt:nec iam diuerſa,ſed vnum
Sunt duo:dum vita in vita eſt,in lumine lumen,
Augmento,non fine hominis:quo glorificato
B Sic homo ſic Deus es,vt non ſis alter & alter:
Nóſque ad te ire iubes ſurſum tecúmque potiri
Luce tua:ſi calle tamen curramus eodem,
Edocti non poſſe capi niſi de cruce cœlum.
Iámne Dei compertus amor?diffuſáque in omnes
Cura patet?notum & cunctis aſtare ſalutem?
Et tamen,heu,rurſus querulis homo garrula verbia
C Bella moues,iaculiſque tuis tua viſcera figis. (vis.
Cur non ſum bonus?hoc non vis,cur ſum malus? hoc
Cur volo,quæ mala ſunt? & cur quæ ſunt bona nolo?
Liberè ſed cùm recta queas diſcernere praua,
Deteriora legis,placitiſque improuidus hæres:
Erro,ais:& vellem non poſſe errare:duobus
Subiacet hæc votis ſententia:nam penitus te
D Aut eſſe exanimum cupis,aut rationis egenum.
Error enim eſt eius,qui ceſſit limite recti,
Quique poteſt ad iter Chriſto ducente reuerti.
At quem nulla via ſuſcepit linea,nuſquam
Declinat:nullumque timent non ſtantia caſum.
Numquid cura Deo de bobus?numquid ad vllas
Fit verbum domini volucres?num lege tenentur
Monſtra maris?quæ cùm faciunt iuſſa omnipotentis,
E Ignorantne ſeſe facere:affectúmque volendi
Sumunt,& quod agunt aliis,ſibi cedere credunt.
Sic etiam quæ non ſpirant ſunt ſemper in illo,
In quo ſunt formata modo:non plana tumeſcunt
Collibus,aut celſi ſternuntur in æquore montes:
Non veniunt alpes in pontum,aut pontus in agros:
Saxa iacent,amnes decurrunt,ſtántque paludes:
Et tamen his nihil eſt mercedis,quæ ſine ſenſu
F Diſpoſitos in ſe præbent viuentibus vſus.
Quod ſi horum præſtare tibi natura videtur,
Iam bone mutari velles,vel rupe,vel amne.
Deterior nollem fieri:potior voluiſſem,
Nunquid qui domino placuerunt moribus almis.
Diſplicuere ſibi?numquid non ſemine ab vno
Venimus,aut alia eſt hominum natura bonorum?
Non aliter diues quam pauper naſcitur:vnum eſt
G Principium ſeruis & regibus:optimus ille
Non plus accepit:quam peſſimus:æqua creantis
Menſura eſt,vno qui lumine luminat omnes.
Sed mundum ingreſſi variis rerum ſpeciebus
Suſcipimur,mentémque adeunt quæcunque videntur,
Iudicio cenſenda hominis:ſtant vndique formæ
Innumeræ,poſſúntque omnes ſpectando probari
Quædam etiam patulas intrant ſtipata per aures,
H Errores veterum ſtudiorum,& vana parentum
Dogmata,cum quodam fuco oſtentantia veri,
Hæc modulata ſono veniunt,hæc leuia tactu,
Hæc blandis latè funduntur odoribus,iſta
Conciliant varias in mille ſaporibus eſcas.
Magno ergo hæc domini fuit diſcernenda periclo.
Ne nimium trepidus nullum procedat in æquor
Neu vagus effuſis ſine lege feratur habenis.
I Eſt etenim ſanctus rerum vſus quem cohibentes
Intra modum numeri & momentum ponderis æqui,
Pro cunctis ſoli Domino reddemus honorem
Omnia quæ fecit bona valde,vt non vitiorum
Incentiua;ſed vt ſuperas caperemus in illis
Hic decertato virtutis agone coronas.
An tibi cœleſtes illi,quos protulit orbis
Férque viri,non hæc eadem toleraſſe videntur,
Quæ patimur?motus animi,affectúſque rebelles,

Et circumiectis vitiis oppugnantis caſtris?
Sed gladio verbi fideique vmbone potenti
Vincebant arcus tenebrarum, & ſpicula mortis:
Cúmq; opus hoc mundi magnú pulchrúmq; videret,
Non mare, non cœlum, non ignem, aut ſidera cœli
(Quæ numero ſubiecta ſibi, viſúque tenebant)
Suſpexére Deos: vnum ratione magiſtra,
Autorem & dominum rerum, non facta, colentes.
At tu nobilius qui factum te voluiſſes,
Nunquid in Angelico ſatus ordine quereretis?
Nam cùm ille excelſo deiectus Lucifer axe
Conciderit, ruerítque illo pars tetris pulſo
Aſtrorum quæro in quánam nunc parte fuiſſes?
Clara Dei ſemper bonitatis imago maneres?
An caſtra inuidiæ ſequereris & agmina noctis?
Sed quo te præceps rapit orbita, vis bonus eſſe
Abſque labore tuo? credis hoc cedere poſſe,
Si tibi mutentur natalia ſidera quorum
Te primum decurſus agit: quid vana vetuſti
Perfugia erroris Chaldæis quæris in aſtris?
Quamuis ſollicitis adeas cœleſtia curis,
Et penitus cauſas rerum ſcruteris apertas.
Non renuis mage noſſe Deum quàm cuique clemēs,
Naturam dederit, quæ pontum lege moueri
Iuſſerit aut teneris quam vim conſeuerit auris,
Sidereóſque ignes in quæ momenta creârit:
Qui cùm ſyncerus ſit fons æquique bonique,
Immitem iuſſis legem præſcripſit iniquis,
Si prius ipſe hominum mores conſtrinxerat aſtris,
Námque aduerſa ſibi [illegible] hæc, nimiúmq; repugnāt,
Exigere inſontes actus delictáque pœnis
Afficere, & cunctos eadem ad promiſſa vocare:
Contra autem natis violentum affigere ſidus,
Quod nec velle homini cedat, nec poſſe: ſed omnes
Deſuper ignaros & virtus ducat, & error.
Ergo aut æthereis nullum eſt ius ignibus in nos,
Aut quid noſtri retinent, amittere poſſunt:
Cum mihi progenito ad vitam, mandata ſalutis
Et cordi inſinuet bonus autor & auribus, ac me
Currentem mercede vocet, terrore morantem.
Solum, inquit, venerare Deum, [illegible]que memento
Seruire externas & deſpice religiones.
Hoc operis ſectare boni, hoc fuge cantus iniqui.
Vita beata iſto paritur, mors editur illo.
Coram adſunt aqua ſeruatrix, populator & ignis
Ad quod vis extende manum patet æqua facultas,
Quod legis monitus, & vatum ſcripta piorum,
Et Deus ipſe ſuo nequicquam promeret ore,
Arbitrium noſtrum ſi vis externa teneret.
Verum ſi quid obeſt virtuti, [illegible]ótque retardat,
Non ſuperi pariunt ignes, nec [illegible] manat,
Sed noſtris oritur de cordibus [illegible] bellum
Libertas mouet, & quatimur ciuilibus armis:
Otia cum mollis complexa ignaua voluptas
Difficili negat ire via [illegible]
Ardua quæque piget promptè tentare [illegible].
Cumque hæc [illegible] proſpexit callidus hoſtis,
De ſtudiis veſtris vires capit, atque parentis
Auertat veri cultum perſuadet ab aſtris
Fata ſeri fruſtráque homines [illegible] diuis:
Hinc vario vitæ dominos [illegible] honore.
Error ſbi, procul error abi [illegible] agnita priſci
Sunt cōmenta doli monitis quibus omnipotens nos
Elaqueat, cultúſque dn[illegible] vitare profanos.
Scimus enim quanta [illegible] mercede quibuſdam
Sidus adoratum Remphlam [illegible] cæli
Militia: & cultus Soli Lunæque dicatos.
Nec latet hæc verbis hominis ſubſiſtere iuſſa
Ad vocem ſeruiſſe moras [illegible] ſque repulſa
Temporibus creuiſſe diem: cum [illegible] famulata
Neſciret niſi quem faceret victoria finem.
Nouimus & cœlo præſcriptas conditiones
Arbitrio quondam ſancti manſiſſe Prophetæ

A Cùm poſitum ad tempus clauſos ſitientibus agris
Non licuit rorare polos ipſúmque vocata
Partibus è ſuperis in ſancta altaria flammis,
Quem dederat ſacris, ignem immiſiſſe profanis.
Cuius vis etiam Chriſti delapſa fuiſſet
Diſcipulis, pœnam hoſpitij exactura negati,
Ni patiens dominus veniæ præuerteret iram.
Nullum ergo in nos eſt permiſſum ius elementis,
B In quæ ius hominis nec poſſunt condere legem,
Quæ legem accipiunt: ſolus Deus omnipotens rex,
Omnia qui noſtræ diſpenſat tempora vitæ,
Nec ſeruire aſtris vult, quos ſuper aſtra locauit.
Nam quoſcunque ſacro renouauit ſpiritus amne,
In Chriſto genitos mortali ex ſtirpe receſſos
Iam ſedes cœleſtis habet, nec terrea necti
Progenies, templum in domini corpúſque redactos.
C Quòd ſi quis curſu aſtrorum effectúque notato,
Contendit naturam hominis vitamque videri:
Quæro quid hac trepidis mortalibus afferat arte?
Hic (inquit) felix, miſer hic erit hunc rapiet mors
Impubem, hic ſenio tranſcendet Neſtoris annos.
Falſum hoc, aut verum eſt? ſi ſtant prædicta canentis,
Nec miſero ſupereſt ſpes, nec ſi modo beato.
Et quæ ſideribus danda eſt reuerentia fixis,
D Si quæ ferre queunt, nequeunt decreta mouere?
Dent ſeſe ſcelerum potiùs torrentibus omnes
Fallant, diripiant, iugulent fas omne nefáſque
Confundant: perſiſtet enim nihilominus aſtrum.
Cuius ab effectu firmato ordine rerum,
Vt mala non poterunt ſancta probitate repeli,
Sic bona non fugient peruerſos debita mores.
E At ſi prædictæ ſortis mutabilis ordo eſt,
Et declinari poſſunt ventura, ſoluta eſt
Omnis ab ancipiti caſu vis pendula fati.
Scrutatis igitur ſtellarum motibus, hoc eſt
Artis opus, totam ſubuertere religionem:
Dum nullum curare Deum mortalia ſuadet:
Aut dum poſſe docet votis elementa moueri,
Innumeram miſeris plebem inſinuare Deorum.
F Sed quia detectis laqueis iam ſtudiis opertæ,
Quo captos vanis ſtudiis deduceret error
Compertum: ſupereſt nunc reſpondere querelis,
Quæ mundi rebus diuinam abſiſtere curam
Obiiciunt, dum ſæpè bonos labor anxius vrget,
Et tranquilla fluit laborum vita malorum.
Dic age, qui nullis domini moderantis habenis
Humanas res ire putas quid ab ordine ceſſat
G Naturæ? quæ bella mouent elementa? quid vſquam
Diſſidet à priſco diuiſum fœdere rerum?
Sic interiecta Solis reuocatur in ortum
Nocte dies: idem eſt Lunæ aſtrorúmque recurſus:
Et relegunt notas ſubeuntia tempora metas.
Non aliter venti ſpirant: [illegible] nubibus imber
Læta negant ſeruantque genus tendentia ſlores
Semina quæque ſuum: nec abeſt ab origine rerum
Ordo manens, iiſdem ſubſiſtunt omnia cauſis.
H Quæ niſi perpetui ſolers prudentia regis
Aſtrueret, molemque omnem ſpirando foueret:
Conciderent ſubita in nihilum redigenda ruina,
Et cum hæc peruigili cura omnipotentis agantur,
Quæ certum ad finem deuexo limite vergunt:
Quis neget in noſtram gentem ſpecialius æquum
Partiri ſui iura Deum? cui perpetis æui
Spem tribuit, propriæ largitus imaginis inſtar.
I. At qui nec pœnam iniuſtis, nec præmia ſanctis
Reſtitui ad præſens quereris vellé ſne per omnes
Vltricem culpas deſcendere iudicis iram?
Et quo magnanimi clemens patientia regia
Diſtaret ſæua immitis feritate tyranni?
Aut quæ par[illegible] hominum peccati neſcia mundum
Poſſeſſura foret? vel ſanctæ quis locus eſſet
Virtuti in terris: cui ſi præſentia dona
Adueherent cœlo potius ſublata maneret.

Sic mundi meta abruptis properata fuiſſet
Temporibus neque in ſubolem generanda veniret
Poſteritas, pariter cum iuſtos atque nocentes
Aut promiſſus honos, aut pœna auferret ab orbe.
Nunc verò & generis noſtri profunda propago
Tenditur: ac duplici ſucceſſit origine pubes
Nata patrum membris, & Chriſti fonte renata,
Et pia dum p p lis domini patientia parcit,
In lucem multos de tetra nocte reuerſos
Ac poſt a claros peccati labe videmus.
Ille per innumeros vultus, & mille per aras,
Barbaros læueſque Deos iuvenéſque ſenéſque,
Vt quondam fecerit colens, iam errore parentum
Abiecto ſolum vnigenam ſummiſſus adorat.
Hic ſophicas artes Græcorum, & vana ſecutus
Dogmata, iam Chriſtu ſapore, & bruteſcere mundo,
Gaudet Apoſtulico doctus cœleſtia ludo.
Quàm multos procul à portu rationis in altum
Decorum turbo abſtulerat, quos æquore toto
Iactatos, nimiumque vagis erroribus actos
Nunc reduces, iuuat excipere, amplexúque paterno
Confotus nuſquam ſtatione abſcedere vitæ:
Quos ſi multa inter morum delicta priorum
Plexiſſet propere rigor implacabilis iræ,
Intercepta forent melioris tempora vitæ,
Nec ſtandi vires licuiſſet ſumere lapſis.
Mortem (inquit Dominus) peccantis nolo nec vllum
Depereunte lucrum eſt: redeat magis, in quo relictū
Mutatus reſeratur iter, vitáque fruatur,
Et quia virtutum ſimiles vult eſſe ſuarum
Quos genuit, vindictam (inquit) mihi cedite reddam
Iudicio quæ digna meo ſedetur locus iræ:
Sic dum multorum differtur pœna malorum,
Nonnulli plerumque probos reuocantur in actus,
Ac ſit quiſque ſibi iudex, vltórque ſeuerus,
Quod fuerat prius interimens, aliuſque reſurgens.
At q ui perſiſtunt errori incumbere longo,
Quamuis in multis vitiis impunè ſeneſcant,
In fixum finem venient: ibi non erit vlla
Spes veniæ, minimo ad pœnam quadrante vocando,
Nos etenim quoties caui quacunque mouemur,
Vindictam celerem cupimus, quia rata facultas
Non patitur, læſis tempus tranſire nocendi.
At verò æternum ni effugit, omniaque adſunt
Salua Deo nihil eſt illi tardúmve, citúmve:
Nec dilata vnquam, nec feſtiuata putemus:
Quæ veniant noſtris mutentur tempora rebus.
Nā quod vbiq; agitur, quod geſtū eſt, quód'q; geren-
Ante oculos domini puncto ſubſiſtit in vno. (dum eſt.
Vna dies cui ſemper adeſt, cras, atque heri noſtrum.
Sed quanquam examen Deus omnia ſeruet in illud,
Quo, quæ nunc occulta latent, reſerata patebunt:
Multa tamen mundum per ſæcula cuncta regentis
Iuſtitiæ documenta dedit: ſæpe maxima bellis
Regna quatit, dum ſæpe vrbes, populoſque potentes
Exhaurit morbis, cremat ignibus, obruit vndis
Dumque inopes ditat, deiectos eleuat, auctos
Imminuit, ſoluit vinctos, ſubigitque ſuperbos.
Nec verò hoc niſi cum magna ratione putandum eſt
A . . . dere, vt quoties iram experiuntur iniqui,
S . pp . . . iſ iuſ . . . tes videntur . . . ubire nocentum:
Multa quidem ſemper p . . . ando . . . n munia in iſto
In . . . . eſt,
. . . . ra & exilus.
V . . . . eſt cun . . is . . . . & aura,
S . . . . iuſtos ma . . . fe re neceſſe eſt:
V . . . . . . nulta malis in . . . . mpatiuntur,
Sint quæ . . . . populis par . . . . quis,
F . qui . . . . imagine durant.
S . . . . cum perdendis . . . . bilis inſtat
. . . . incumbit ſententia ſanctis.
S . . quos diluuium mundi non obruat, & quos
A . . . . Sodomis . . . .

A Angelus Ægypti vaſtator limina ſigno
Scripta crucis, ſacro remouens à ſanguine plagam:
Nec rutilo mulier decepta eſt vellere, cuius
Sola domus tanta pereunte ſuperfuit vrbe.
Fit mare per tumidum ſanctis via ſicque per amnem:
Et per inane piis gradus eſt: cibus alite ſerua
Suggeritur, perdítque auidus ſua ſaecula meſſor.
Vtque Dei ſeruis nihil obſit, vertitur ordo
B Naturæ, vinctos labentia vincula ſoluunt:
Carcer ſponte patet, fera non tenet obice valuas
Deficit humor aquas, ignes calor ita leones.
Non autem dubium eſt, in magnæ turbine cladis
Inuolui teneros annos, & more parentum
Criminis expertes aliena occumbere culpa.
Nam cum homines pontus tegeret, deleta per orbē
Multa puellarum & puerorum millia notum eſt.
C Nec tamen iniuſte terris exempta videtur
Progenies auctura malo: cui multus in ipſo
Exitio eſt collatus honos, quod crimine patrum
Occidit ante, ſua caderet quam noxia culpa.
Quod ſi & iuſtū aliquem cōplexa eſt pœna malorū,
Ne dubites placuiſſe Deo: nec enim mala mors eſt
Vlla bonis, quibus è vario longóque labore
Quilibet in requiem patet exitus, aſpera vitam
D Dat via nec campo capitur, ſed fine corona.
Verum nos blandis capti, offenſique ſeueris,
Nec bona iudicio ſpectamus, nec mala vero:
Dum non noſtratum curanda negotia rerum
Suſcipimus, propriiſque iuuant aliena relictis.
Nec quenquam vitiis miſerum, aut virtute beatum
Cenſentes, fruſtra externis culpámque decúſque
Iungimus, & cœlo abrepti terrena fouemus,
E Felices dici mos eſt, quos blanda poteſtas
In ſummos apices tumidorum euexit honorum:
Quos magni quæſtus ditārunt, & quibus amplos
Congeſſit reditus totum res fuſa per orbem.
Laudantur veſtes pretioſæ, & pulchra ſupellex,
Magnæ ædes, famuli innumeri, vigileſque clientes,
Et quicquid non eſt noſtrum: quodque vel dare quiuit
F Vna dies, ſic vna poteſt auferre, nec illud (vim.
Quod ſpeciale bonū eſt hominis, nullámque timet
Amplexi, miſeros, quibus hæc perdentia deſunt,
Et per mille modos pereuntia, credimus, ac ſi
Iuſtitiam durus labor vrgeat, & dolor ægri
Corporis, & mortes natorum, & turpis egeſta?
Non quantas pariat conſtans tolerantia palmas,
Nec quo pugna breuis ſit proceſſura videmus:
Sed calicem crucis ac vitæ libare verentes,
G Vipereum oblecto peramus melle venenum.
Dulcia ſunt etenim guſtu, ſpecieque decora,
Quæ mi morbos mortemque animæ generántque fo-
Canceris & ritu languentia viſcera carpunt. . . ntq.
Cúmque Deus medicū̀m cælo demittere curam
Dignatur, penitúſque putres abſcindere fibras,
Incuſamus opem teneri, & tabeſcere morbo
Malumus, aut dolori quàm vim tolerare ſeueri.
Non igitur mala ſunt, quæ nos mala ducimus: & cum
H Vlceribus diris non parcit dextra medentis,
Amplectenda ſalus, non exacuenda querela eſt.
Iam quos peccantes Deus arguit hoc etiam nunc
Diligit, & patrio vult emendare flagello.
Meque illis potius ſocies quàm congrege illi,
Quos iam ſummoto permiſit verbere curſu
Ire voluntatis propriæ que libidine ferri.
Hi ſunt vere . . i, quos inter . . . . . na tutos
I Et ſcelerum dites fructu, impunita ſenectus
Exere næ turpis vitæ pro luxu in oras
His aliſque inuiſis odiis preſſêre: per illos
Bella ex . . . . p . . . , & flagra medentia tardi . .
Namque eadem cunctis exercent tela fideles,
Sub dupli . . cauſa, dum quo torquentur iniqui,
Hoc ſancti erect . unt & quod pœnam attulit illis
Pro culpa, hu . . . . . dat pro virtute coronam.

Denique

A Denique ſi quicquid mundanis rebus acerbum
Accidit, excutias, totum jam ſponte videbis
Anticipaſſe Dei famulos gemit ille talenta
Argenti atque auri amiſſis hunc rapta ſupellex,
Pérque nurus Geticas diuiſa monilia torquent:
Nunc pecus abductum, domus vſtæ, potáque vina
Afficiunt, triſtes nati, obſcœníque miniſtri.
Sed ſapiens Chriſti ſeruus, nil perdidit horum
B Quæ ſpreuit, cœlóque prius tranſlata locauit.
At ſi quid mundi ſub tempeſtate laborum
Incidit, intrepidè ſubiit: manifeſtus honoris
Promiſſi, & cupidus victo certamine ſolui.
At tu, qui ſqualidos agros, deſertáque defles
Atria, & exuſtæ proſcenia diruta villæ,
Nónne magis propriis poſſes lacrymas dare damnis,
Si potius vaſtata tui penetralia cordis
C Inſpiceres? multáque obtectum ſorde decorem?
Graſſantéſque hoſtes captiuæ mentis in arce?
Quæ niſi per cunctas patuiſſet dedita portas,
Inque ſuam cladem tacibus fomenta dediſſet,
Hæc etiam quæ facta manu ſpecioſa fuerunt,
Deuuti meritum populi teſtata manerent.
Sed tum deformi iaceant proſtrata ruina,
Obiiciunt nobis caſus noſtróſque, ſuóſque.
D Hos igitur cineres templorum, hæc buſta potentum,
Quæ congeſta iacent populati cordis in aula
Plangamus captiua manus, nos ſplendida quondam
Vaſa Dei, nos almæ arx, & ſacraria Chriſti.
In quibus argentum eloquij, virtutis & aurum,
Et ſceptrum captum eſt crucis, & diadema decoris.
Nec talibus iuſtam moueamus queſtibus iram,
E Iudicium culpando Dei, quod mentis & oris
Officium multa tranſcendit maius abyſſo,
Quamuis exiguo hoc fugientis tempore vitæ
Iniuſti tumeant & tuta pace ſuorum
Lætentur ſcelerum: nónque illos vinea fallat,
Non ager: & noceant illæſi & crimine creſcant:
Nos quibus in Chriſto ſunt omnia, non capiant res
Occiduæ quas nec nobiſcum inuexit ortus orti.
F Nec diſceſſuri, mundo exportabimus iſto,
Sed ſi quis ſupereſt animi vigor, excutiamus
Peccati ſeruile iugum rupciſque catenis
In libertatem & patriæ redeamus honorem.
Impia non vberunt cum ſæuo pacta tyranno
Captiua conſcripta manu, reſolubile Chriſto eſt
Hoc fœdus, quod iure poteſt ſubuertere iuſto:
Auerſos reuocans, & ſuſcipiens conuerſos,
G Sanguine quos proprio quæſiuit prodigus emptor.
Si tamen aſſertoria opem feſtina voluntas
Præueniat, fletu dominum motura fideli.
Nam vt nemo inuitus, ſomnóve quietus in alto
Fit ſaluus, nec vi petitur qui ſponte receſſit,
Sic pulſata patent redeuntibus atria vitæ,
Et recipit cœli ſeruatos curia ciues.
Cuius ſpem veniæ firmato corde fouentes,
Implorate Deum, pugnáſque te inquite fratres
H Verborum, & litea, de prauis ſenſibus ortas.
Nec quia procidimus fuſi certamine primo,
Stare & conflictum vereamur iterum,
Cuncta licet variis terroribus impleat hoſtis,
Et vigili clauſas obſidat milite portas:
Cum victo tamen eſt bellum, ſi carne vetuſta
Exuti, in Chriſti renouemur corpus, & omnem
Vincendi nobis vim de victore petamus.
I Qui dum noſtra ſuis ſociat, iunxit ſua noſtris:
Vt non humanis fidens homo, totus in illum
Se referat: ſine quo non ſtant, qui ſtare videntur:
Et per quem ſparſi coeunt, ſtratique reſurgunt.
Hæc ſat erit paſſo multis ſcripſiſſe libellos
Qui cum ſyncerum viuo de fonte liquorem
Guſtârint, ipſi profundent flumina ab aluo
Cordis? & irriguas præbebunt fratribus venas.

In obtrectatorem Auguſtini Epiſcopi.

CONtra Auguſtinum narratur ſerpere quidam
Scriptor, quem dudum liuor aduſſit edax:
Qui caput obſcuris contectum vtcunque cauernis
Tollere humo miſerum perpulit anguiculum.
Aut hunc fruge ſua æquorei pauere Britanni.
Aut huic Campano gramine corda tument.
Quæ concepta fouet pluma, tiquæ parturit, edat:
Seu vetere armatus dogmate ſiue nouo.
In quoſcunque ſinus, ſpirarum torqueat orbes,
Et fallax multa contegat arte caput:
Currentem attritos ſuper aſpidas & baſilicos
Declinare ſenem vipera non poterit.

Item in eundem.

Quidam diſſiloqui libros tenis Auguſtini
Carpere, & aduerſum condere fertur opus.
Vſque adeóne bonum ingenium, & facundia diues
Oſtentare artem non aliter potuit.
In noua proſtratas acies niſi bella cieret,
Impiaque extinctis hoſtibus arma daret?
Hæc pugna, incentor, mora eſt tua te ſtylus iſte
Conficit, & verbis perderis ipſe tuis.
Dúmque doces quantum valeat mens libera, mõſtras
Velle tuum tibimet ſufficere vt poteras.
Verte gradum, fuge pernicie monſtratóſque rebelles
Oris apoſtolici fulmine vbique vide.
Nec te mutato defendit nomine cerelas.
Si paſtorem vnum lædere vis, lupus es.

Epitaphium Neſtorianæ & Pelagianæ hæreſeon.

NEſtoriana lues ſuccefſi Pelagianæ,
Quæ tamen eſt vtero prægenerata meo,
Infelix miſeræ genitrix & filia natæ,
Prodiui ex ipſo germine quod peperi.
Nam fundare arcem meritis prior orſa ſuperbis,
De capite ad corpus ducere opus volui.
Sed mea dum proles in ſumma armatur ab imis,
Congruꝰ bellandi tempora non habui:
Et conſanguineæ poſt triſtia vulnera fraudis,
Aſpera conſerui prælia fine pari,
Me tamen vna dedit vtram ſententia leto,
Illa volens iterum ſurgere, bis recidit.
Mecum oritur, mecũ moritur mecumque ſepulchrum
Intrat, & inferni carceris ima ſubit,
Quo nos præcipites inſana ſuperbia meſſit,
Exutas donis, & tumidas meritis?
Nam Chriſtum pietate operum & mercede volentes
Eſſe Deum, in rapitis fœdere non ſtetimus:
Sperantéſque animi de libertate coronam,
Perdidimus quam dat gratia iuſtitiam,
Quique igitur geminæ miſeratis buſta ruinæ,
Ne noſtro exitio conſociere caue.
Nam ſi quæ domini data munera ſerò fatemur,
Hæc homini credis debita, noſter eris.

Præfatio in librum de Ingratis.

VNde voluntatis ſanctæ ſubſiſtat origo,
Vnde animis pietas inſit, & vnde fides:
Aduerſum ingratos, falſa & virtute ſuperbos,
Centenis decies verſibus excolui.
Quod ſi tranquilla ſtudeas cognoſcere cura,
Tutus ab aduerſo turbine lector eris.
Nec libertate arbitrij rapuére rebellis,
Vlla nec audebis dona negare Dei.
Sed bona quæ tibi ſunt, operante ſcebere Chriſto,
Non eſſe ex merito ſun pta, ſed ad meritum.

ΠΕΡΙ ΑΧΑΡΙΣΤΩΝ, HOC EST,
DE INGRATIS CONTRA PELA-
gianos D. Proſperi Liber.

COngenitæ in Chriſto gentis mihi caſtus ab alto,
Inſinuatus amor proprias excedere vires

Me

An verò excerpis quædam, quæ parte receſſa
Suſcipias cordiſque ſinu purgata recondas?
Dic igitur quidnam inde probes, quid verò refutes,
Et de damnatis quid ſit quod crimine ſoluas,
An dextram pacis palam dare te pudet hoſti?
Nec tutum eſt vlla pulſos ex parte tueri
Simpliciter? Quos non dubitas excludere templo,
Pelle animo, noua te diſcordia diuidit abs te,
Corde foues quod in ore premis, coniungere amicis
Mentibus, & tecum cupidis componere fœdus:
Lege tua iam parce minis, & congrue pactis.
Ecce peterrati terrarum finibus adiunt,
Impleńtéſque tuas lacrymoſis quæſtubus aures
Incipiunt: Pulſi mundo, nulláque recepti
Sede vagi, tandem fama ehortante redimus.
Quæque placent vobis ample&imur edita nobis
Doctrinæ veſtræ eſt pietas: nihil inficiando
Diſcutimus: liceat vobiſcum iungere ſenſum.
Immortalem hominem factum ſi creditis, & non
Credimus: inciderit mortem peccando, ſuámque
Progeniam culpa & letho deuinxerit omnem,
Nullus non egeat ſacro baptiſmata Chriſti,
Infanteſque etiam purgentur fonte lauacri:
Dum noſtri decus arbitrij luménque creatum
Principio, quod ſponte potes inſiſtere rectis,
Manſerit illæſum, nec viribus abſit ab illis
Quas condente Deo generaliter omnis in Adam
Suſcepit natura hominis, nec ſuppetat vlle
De non accepta arbitrij virtute querela:
Cùm ſiua delectu ſeu lege, ſeu gratia Chriſti
Omnem hominem ſaluare velit: donúmque vocatis
Sic ſit propoſitum, vt nullus non poſſit ad illud
Libertate ſua proprióque vigore venire:
Sitque ſalus dignis ſaluari ex fonte volendi.
Hæc ſi veſtra fides, veſtra eſt doctrina remotis,
Quæ veſtro exemplo reiecimus, addite ſancta
Nos gregibus, eandémque bonis defendite veſtros:
Talia ſubmiſſus ſi defleat hoſtis apud te
Quid referes? quo te affectu comperta mouebunt?
Conſultas, trepidas, nutas, cunctaris, & hæres:
Quóve anceps ſe præcipitet ſententia voluis.
Iniuſtum eſt animis cognatis non dare pacem:
Et quos vna fides, eadem ſapientia nectit,
His communem aditum ſanctorum ad ſancta negare.
Iungere ſed fœdus cum talibus, & violare
Sanctorum decreta patrum regúmque piorum
Scriptas lege Dei leges contemnare multum
Hoſtile eſt, nimiúmque audax & perniciosum.
Ergo Patrum ſolium Romam & Carthaginis altæ
Concilium repetant humiles: eadémque perorent,
Quæ fruſtra hic trepido ſunt deplorata fauori,
Sed cùm mille ſenum prudentia peruigil olim,
Perſpectum notúmque tenens quod tota nefandæ
Hæreſeos ſumma, exigua ſub parte tegatur,
De qua plena mali labes remouetur, & omne
Commenti corpus per ſingula membra reſurgat:
Antiquas adhibentem artes reiecerit hoſtem.
Limitibuſque ſuis ſtaterit cenſura ſalubris.
Nunquid non iuſtus poterit dolor abdita cordis
Rumpere, & in tales miſeros axcire querelas,
Vt dicant: Quænam iſta patres in cordibus almis
Iuſtitia eſt? quo ſine graues, quo ſine ſeueri,
Claudere terrarum nobis perſiſtitis orbem?
Nóſve ſumus toto mundo, quorum vndique vobis
Sit ſuſpecta fides, quos non tolerare queatis?
Si noſtra à veſtro vel ſyllaba diſſonet ore,
Non verbis iam nos argumentiſve tuemur
Iudicium exemplo petimus. Quod pace manente
Libera multorum vox adſtruit, hoc ſine bello
Ceſſatur nobis, non noſtra inuenta fouemus,
Nec primis ſtudiis inſiſtimus, ecce reciſum eſt
Vnde olim certamen erat: veſtriſque reuerſi

A Cedimus, & quæcunque illis placuere probamus,
Quid ſupereſt culpæ, quo nos decet vſque repelli?
Si verò hæc etiam, quæ nos pia ducimus, abſunt
A veris, & veſtra illis bene cura repugnat:
Cur extra inuidiam, pœnámque erroris habentur
Qui damnata docent, & per clara oppida turre
His magnos implent populos, quæ nos perhibentes,
Plectitur & nulla ſinimur conſiſtere terra?
B Hæc tu pontificum ſancto deprompta ſenatu,
Quam curam exigerent, & quæ decreta mouerant,
Perſpicis? an quoniam culpa ſecurus operta
Non premeris ſynodo, nec te pœnæ metus vrget,
Speratis propoſiti ſpeciem terroris, & iſthæc,
Plena velut vanis ſimulachris ſomnia vides?
Ergo gerendorum euentu, & fine remoto,
Hæc tantum in medio quæ iam tunc geſta vocemus:
C Vt facilè ex illis, quale hoc ſit diſcutiatur,
Quod diſceptantes dudum in diuerſa mouemur.
Inter multa ſuis quæ tradidit hæreſiarches,
Quod cognoſcis, ait, naturam quæ bona facta eſt,
Nullis cum vitiis in quoquam omnino creari,
Nec cuiquam primi culpam nocuiſſe parentis:
Et quoniam tales naſcantur nunc quoque, qualis
Ille fuit noſtri generis pater ante reatum:
D Poſſe hominem ſine peccato decurrere vitam,
Si valituræ potuit nullo delinquere primus
Libertate ſua. Nempe hæc damnata fateris
Concilius, mundique manu. Connectit & illud
Idem auctor, quod lex ita ſanctos miſerit olim
Cœlorum in regnum, ſicut nunc gratia mittit.
Hoc quoque iudicio ſancto ſcis eſſe peremptum.
Obiectum eſt aliud, ipſum dixiſſe magiſtrum
E Quod meritis hominum tribuatur gratia Chriſti,
Quantum quiſque Dei ad donis ſe fecerit aptum.
Sed nimis aduerſum hoc fidei, nimiúmque repugnãs
Eſſe videns, dixit ſe non ita credere, & illos
Damnari dignos quorum mens iſta teneret,
Quo cernis, cum iudicibus damnantibus iſta,
Conſenſiſſe reum: nec quenquam hoc poſſe tueri
Quæ tamen ipſe ſuis rurſum excoluiſſe libellis
F Detegitur, reprobum in ſenſum fallendo reuerſus.
Nunc agitur, quoniam quid noſtris diſplicuiſſet
Oſtenſum eſt, quam ſana fides ſit veſtra pateſcat.
Gratia qua Chriſti populus ſumus, hoc cohibetur
Limite vobiſcum & formam hanc adſcribitis illi:
Vt cunctos vocet illa quidem, inuitétque nec vllum
Præteriens ſtudeat communem adferre ſalutem
Omnibus, & totum peccato abſoluere mundum,
G Sed proprio quenque arbitrio parere vocanti,
Iudicióque ſuo, mota ſe extendere mente
Ad lucem oblatam, quæ ſe non ſubtrahat vlli,
Sed cupidos tecti iuuet illuſtrétque volentes.
Hinc adiutoris domini bonitate magiſtra
Creſcere virtutum ſtudia, vt quod quiſque petendū
Mandatis didicit, iugi ſectetur amore.
Eſſe autem edoctis illam communiter æquam
H Libertatem animis, vt curſum explere beatum
Perſiſtendo queant finem, effectúmque petitum
Dante Deo, ingeniis qui nunquam deſit honeſtis.
Sed quia non idem eſt cunctis vigor, & variarum
Illecebris rerum trahitur diſperſa voluntas:
Sponte aliquos vitiis ſuccumbere, qui potuiſſent
A lapſu reuocare pedem, ſtabiléſque manere.
Iam quia ſummatim, vt potuit, ſententia veſtræ
I Decurſa eſt. Dic vnde probes, quod gratia Chriſti
Nullum omnino hominem de cunctis, qui generãtur
Prætereat, vt non regnum vitámque beatam
Impertire velit? nec enim vel tempore noſtro
Omnibus in terris iam certum eſt inſinuarum
Chriſti Euangelium, ne dicam expedia doni
Non potuiſſe ſimul toto decurrere mundo.
Illa quidem ad cunctos ferri ſunt iuſſa: ſed vno

Tempo

Sed quod diſperſum exciderat, fractū atque iacebat,
Quærere: & inuentum reparare, ſe reddere curæ.
Denique ne quiſquam ex morū ſplendore putetur
Cenſeri, aut fidei merito ad bona ſumma vocati,
Ceu non diuino ſit munere mentibus ipſa
Inſpirata fides recole innumerabile vulgus
Rectò ſenum & iuuenum, qui cæca turpiter vſi
Libertate animi, per cultus dæmoniorum,
Per magicas artes, per amorem rapta tenendi,
Per ſtupra, per cædes vitam duxère nefandam:
Et tamen incumbente obitu iam limite in ipſo
Extremi flatus, miſerantem nocte remota
Cognouère Deum purgatoriſque lauacri
Munere, nulla mali linquentis ſigna prioris,
Exempti mundo mutârunt tartara cœlo.
Quæ merita hic numeras? ſi præcedentia cernas,
Impia: ſi quæris poſt addita, nulla fuerunt.
Si verò meritò aſcribis, voluiſſe renaſci.
Nempe vtero ſi lei parta eſt tam recta voluntas.
Porrò fidem quis dat, niſi gratis? ſic bene velle
Gratia dat tribuendo fidem quæ credita poſcat,
Quæque voluntatis meritum creet, ipſáque ſolo
Naſcatur ſpirante Deo, mentémque reformans,
De cinere algenti ſopitum ſuſcitet ignem.
Ergo voluntatis genitrix, operúmque creatrix
Non eſt ex merito: quoniam quod non fit ab illa,
Non bene fit, quem non recto via limite ducit,
Quanto plus graditur, tanto longinquius errat.
Siue igitur meritum, credent exiſtere poſſe
Ante fidem, donas virtutibus impietatis:
Siue illam vis eſſe tuam, non munere dantis
Sumptam, ſed genitam de libertate volendi:
Nullam habet in vobis ſaluatrix gratia ſedem,
Inflato excluſa arbitrio, quod fonte ſuperba
Erigitis, ſpatio vt grauiùs maiore tuatis.
Diuinorum operum quod ponitis in redimendis
Principium? Mandata Dei facere ante lauacrum,
Noſſe & amare Deum promiſſis credere Chriſti,
Quærere, pulſare, & petere, proprium omnibus eſſe
Aſſeritis qui ſe ſtudeant aptare vocanti.
Anne ab aquis diuina manus renouare receptos
Incipit? & vitæ cauſa eſt ſua cuique voluntas?
Vt merces operum ſit gratia, iudiciúmque
De pretio, quo, quod donum perhibetur, ematur?
An vero auxilium verbo Deus inchoat, & ſe
Voce miniſtrorum mundo declarat in omni:
Vt pulſante aures ſermone illecta voluntas
Iudicio præcurrat opem, nec gratia iam ſit
Gratia, quæ legis fungens vice, iure monentis
Solùm agat: atque agro cum plantatore miniſtret,
Terràque ſeminibus det, non Deus, incrementum:
Vbere ſeu gleba ſubſiſtat, & arte colentis
Exoritura ſeges: neque quicquam cordis in aruo
Præſulcet diuina manus, quo temperet æquoe
Edomitum, faciátque ſatis gaudere nouales?
Talibus adſumptis inimico ex dogmate, nónne
Perſpicuum eſt quantùm damnatos confuuteatis,
Dum cuique ad veræ capienda exordia vitæ
Naturam affectum fidei conferre docetis:
Dúmque aliud non eſt vobiſcum gratia, quàm lex.
Quámque propheta monens, & quàm doctrina mi-
Scilicet vt tale arbitrium generaliter inſit (niſtri
Semine damnato genitis in corpore mortis,
Quale habuit nondum peccati lege ſubactus
Primus homo & nullum in prole de vulnere vulnus
Tranſierit, niſi corpoream per conditionem:
Quæ ſic exteriùs reſpondeat, vt nihil intus
Imminuat, teneatque ſuum ſubſtantia mentis
Splendorem, & nulla pœnali nocte prematur.
Addite quod ſupereſt tumidi, ruituráque venti
Congerite, & cauſis cauſas aptate ſequentes.
Et quia nil primæ periit virtutis apud vos,

A Dicite ab illæſis animis procedere veram
Iuſtitiam, regno dignam cœlóque locandam
Et fruſtra Chriſtus ſit mortuus edite, multos
Arte & ſponte ſua ſanctos ab origine mundi
Abſque Deo placuiſſe Deo: decretaque legis
Tunc data, cum peior mos & corruptior ætas.
Terrore inſtanti & formidine mortis egeret.
Dicite plectentes apices mortiſque miniſtros
B Hoc expleſſe operis, quod gratia viuificatrix.
Nunc agite, & quoniam fuerit ſine lege voluntas
Libera, quam ſcripsi munibat pagina cordis:
Sic vitam æternam adquiri potuiſſe, vacante
Hac ope quæ legem ſupereminet, vt ſine lege
Ex naturali potuit virtute capeſſi:
Nunc autem, ſtudiis vergentibus in mala multa,
Creuiſſe auxilium: non quo ceſſante, ſalutem
C Non ſperet per difficiles natura labores,
Sed quo conatus operum affectúſque iuuante,
Propoſitam citius ferret mens libera palmam.
Dicite, cùm infantes renouantur, non renouari
Inſontes animas. & ſola carne renaſci
Exterius lotos, non exiſtentibus illis
Interius maculis, quoniam licet edere rectæ
D Signa voluntatis nequeant, tamen hoc magis omni
Sorde vacent ſuper autoris quod conditionem
De proprio nihil addiderint, quod fons aboleret.
Hæc ſi non veſtris ſpirant de cordibus, & vos
Non cum damnatis eadem ratis extulit alto
Mergendos pelago, ſummittite vela tumoris,
Nobiſcumque humiles placido conſiſtite portu,
Edite conſtanter naturæ vulnera victæ.
E Exutam virtute animam, cæcataque cordis
Lumina & in pœnam propriam iaculis ſuperatis
Armatum arbitrium nunquam conſurgere poſſe,
Inque nouos lapſus ſemper ſternendo reuolui
Cui ſua ſit laqueus ſapientia, mórſque ſubactum
Detineat, niſi vera ſalus ex munere Chriſti
Adſit, & oppreſſam dignetur gratia mentem.
An veſtrum ſublimen animum pudet iſta fateri,
F Ne ſub tam multis morbis ſit vilior æger?
Cùm nihil ex omni maiorum dote ſuperſit,
Quo medici mereatur opem, & mercede valeſcat?
Ergo in caſtra gradum reuocate hoſtilia, & illis
Addite vos, quorum ingenio & fallacibus armis
Luditis, eiuſdem vibrantes ſpicula linguæ.
Exultate bonis naturæ, & mentis honorem
Omnibus à ſeclis illapſum ſtare docete
Neu vos in totum retegatis dogmate nudos
G Corporeo tantùm decurrere tramite pœnam
Peccati perhibete, animis nihil imminuentem:
Vulnere transfixos abſoluite crimine, & ipſam
Iuſtitiam accuſate Dei, tranſire ſinentis
Supplicium, quò non vultis tranſire reatum.
Sed non iniuſtus Deus eſt, manifeſtáque Pauli
Vox docet, vno omnes homines cecidiſſe ruente:
In quo tota ſimul ſeries proſtrata nepotum
H Deperiit, nec habet quiſquam quo ſurgere poſſit
Ad vitam, ſacro niſi rurſum naſcitur ortu.
Quotquot enim ſummo iuſtos numeratis ab æuo,
Hac ope non dubium eſt ſaluatos, quam modo toto
Latius omnipotens exercet gratia mundo.
Hæc ſicut dictum eſt, non index eſt meritorum:
Quæ niſi plena malis non inuenit: & niſi donet
Quæ bona ſunt, nihil efficiet bene cæca voluntas.
I Hæc vt cuiuſquam ſtudio affectúque petatur,
Ipſa agit. & cunctis dux eſt venientibus ad ſe
Perque ipſam niſi curatur, non itur ad ipſam.
Ergo aliter pariter ferimur. ſine lumine lumen
Nemo videt vitam ſine vita inquirere mors eſt.
Hic vanam inſano profertis corde querelam,
Omne opus arbitrij ſublatum vociferantes,
Currere currentum ſi non & velle volentum eſt:

Nec

Sic quando electum ex cunctis populum Deus vnum
Lege,ſacris,templo,vnguento ſigniſque fouebat,
Quod fuit occultum, mundique in fine retectum eſt,
Non oberat neſcire,omnes quandoque vocandas
In regnum æternum gentes,totumque per orbem
Donandum quod ſpes paruæ tunc plebis habebat.
Sic poſtrema dies qua mundi clauditur ætas:
Notitiæ noſtræ non eſt data:nec tamen huius
Secreti impatiens ſanctorum turba laborat.
Ipſa quoque humani generis carnalis origo,
Quam multas vario circuntegit ordine cauſas?
Cumque omnes de fermento producat eodem
Vna manus,nec diuerſis elementa parentum
Principia coeant:limo procedat ab vno
Diſpar opus, mutat numeros per vaſcula fictor,
Materiámque vnam diſcernit iure creantis.
Ergo eadem natura animæ,naturáque carnis
Diuerſis mundum ſub conditionibus intrat.
His regnare datum eſt:illos ſeruire neceſſe eſt:
Hos decor,& vires validæ,viridíſque ſenectus
Suſcipit:hos ſpecies inhonora,& debile corpus:
His viget ingenium præclaris artibus aptum:
Horum tarda premit gelidus præcordia ſanguis.
Quoſdam nec licitus calor incitat ad generandum:
Aſt alij inſanum nequeunt frænare furorem.
Hunc mitem & placidum tranquilla modeſtia comit,
His & mille modis ſemen variantibus vnum,
Impariles ſubeunt diſtincta exordia formas.
Nec tamen hæc inter tam compugnantia quiſquam
Arguit autorem,qui ſecum continet huius
Legem operis,dum iudicio placita explicat æquo,
Et rerum cauſas obſcurat iuſta poteſtas.
Si terrenum igitur figmentum,addictáque morti
Progenies,ita diſſimili producitur ortu,
Vt cum operis ſpecies pateat,tamen edita non ſit
Norma voluntatis de qua venit hic modus impar:
Quid mirum ſi conſilij ſuper omnia magni
Arcanum latet,& placito ſubducitur alto?
Quod dum vana fluunt mundi,dum in corpore mortis
Viuitur,& poſiti explentur certamen agonis,
Non cognoſcendum reddit Deus:vtiliuſque
Duxit,ad examen quædam velare piorum.
Non ergo inſtamus clauſis,nec operta procaci
Vrgemus cura:ſatis eſt opera omnipotentis
Cernere,& autorem cunctorum noſſe bonorum:
Quo ſine nil rectum mens inchoat,audeat amens
Impietas tumido arbitrio ſubnectere cauſas
Diuinorum operum:nos cùm manifeſta videmus
Dona Dei,quorum eſt fons vnus,ſumma voluntas,
Cum Paulo tremuiſſe iuuat ſtupidúmque modeſtè
Inuictum ad ſolidum Chriſti ſuſpendere nutum:
Cuius iudicium ſic inſcrutabile & altum
Dicimus,vt verax prorſus fateamur & æquum.
Nam meritum ad mortem ſubeundam ſufficit vnum:
Ad vitam,niſi quod donarit gratia nullum.
Tu verò ô noua gens veteris quæ ſtirpe oleaſtri
Velleris,& ſertæ ramis inoleſcis oliuæ,
Quærere formatæ ſentis te frundis honorem
Non ſtudio cœpiſſe tuo,ſed iure potentis
Agricolæ inſertam fœcundo viuere ligno:
Vince ſuperborum flatus,& vana furentum:
Turbinibus ſtabili fortis pietate reſiſte,
Nec tibi falſa luis ſubrepat imago decoris.
Nullum ex his errare putes?licet in cruce vitam
Ducant,& ingi affligant ſua corpora morte,
Abſtineant opibus,ſint caſti ſintque benigni,
Terreniſque ferant animum ſuper aſtra relictis.
Si tamen hæc propria virtute capeſcere quenquam
Poſſe putant,ſiue vt dignus labor iſte iuuari,
Ingenium meruiſſe aiunt bona vera perennis:
Creſcere quæ cupiunt,minuuntur proficiendo,
Deficiunt ſurgendo cadunt:currendo receduut.

A Vnde etenim varij fruſtra ſplendeſcere quærunt,
Inde obſcurantur,quoniam ſua,laudis amore,
Non quæ ſunt Chriſti,quærunt:nec ſit Deus illis
Principium:& capiti non dant in corpore regnum.
Non horum templo eſt Chriſtus petra fundamentum:
Sed ſuper inſtabilem arbitrij nutantis arenam
Aſſurgunt,fœda lapſuri mole tumoris.
Iſti,quem quidam reprobarunt ædificantes,
B Nunc etiam reprobant lapidem:parteſque ſine ipſo
Tertius eſſe volunt,quem nullo fœdere nectat
Angelus,& quem nulla habeat compago ligatum:
Hi thalamum ad ſponſi non perducuntur,& intrant
Libertate ſua,quæ Chriſti gratia confert,
Non acceperunt,& habent.non attrahit illos
Vis patris ad verbum,ſed ſponte & præpete curſu
Præueniunt ceſſantis opem:nec ad omne gerendum
C Eius egent,ſine quo ſibi plurima poſſe videntur.
Quid prodeſt verbis commentum Pelagianum
Reſpuere,& ſola damnatos plectere voce?
Cum paucis ſqualida ſublatis de cute neruis.
Intima viperei foueantur viſcera ſenſus?
O bene quod diri erroris malus ille magiſter
Nullo prælеuit lethalia pocula melle:
Sed non ambigua infectum feritate venenum
D Protulit,& guſtu virus detexit amaro:
Nam ſi argumenti primordia non onerâſſet
His,quæ diſcipuli dempſerunt callidiores
Innumeras dubio cepiſſet plaſmare mentes:
Quæ dum multa vident informia limine in ipſo,
Horrida terrificæ declinant atria mortis.
Nec tam illis poſſunt attriti illudere fures:
Quorum quo tendant artes atque vnde oriantur,
E Non dubiis promptum eſt cuiuis cognoſcere ſignis.
Non igitur cum damnatis ſentire videntur,
Cum dicunt mortem in cunctos tranſiſſe per vnum
Primum hominem,cuius crimen reſperſerit omnes.
Nec quenquam in vitam æternam,niſi fonte renatum
Venturum:infantéſque reos hoc munere ſolui,
Quos prima ad mortem generaliter edat origo.
Sed cum damnatis ſapiunt,damnatáque promunt,
F Cum dicunt nihil eſſe animis per vulnus ademptum
Detractum decoris,ſplendorémque omnibus illum
Nunc talem innaſci,qualis fuit ante ruinam.
Hinc libertatem arbitrij diſcernere ſano
Poſſe oculo cordis,quicquid ſit rectè gerendum,
Nec ſolum ad vitæ præſentis commoda ſolers
Sufficere ingenium,quo ſe tueatur & ornet:
Seu ſummis etiam mentem aptam percipiendis
G Aeterniſque bonis,ſponte ad cœleſtia ferri:
Pérque viam ad Chriſtum,quam fecerit ipſa venire.
Hinc hominem multa recti aſſuetudine firmum
Poſſe repugnare aduerſis nec cedere pœnis,
Quas ſuperandæ animæ per carnem admouerit hoſtis
Auxilio abſcedente Dei:qui deſerat aptè,
Vtilitérque ſuos,vt de certamine agonis
Quæſitas referant palmas:ne nulla piorum
H Sint merita,& veræ priuentur laudis honore:
Sicut naturæ ſenſum noluntque,voluntque,
Præceptiſque tenent legalibus inſinuatum,
Diuini auxilij manus hoc operetur in illis.
Ceu ſolis Chriſti famulis virtute carere
Sit dignum,& non poſſe probos apprehēdere mores
Quos plerumque habeāt etiam ſimulachra colentes.
Talia lingua procax cum verbis fundit ineptis,
I Effuge tu noua gens,hoſtiles effuge ſenſus,
Et procul à laqueis ſapiens abiungere mortis.
Chriſtus enim tua iuſtitia eſt quo te duce oportet
Currere,nec curſus Chriſto ſine,ſit vagus error.
Nemo etenim nemo eſt,qui non cum vulnere primi
Sit patris genitus:quo vulnere mens prius intus
Percuſſa eſt,quàm membra foris:quū mēte receptū eſt
Quod regione poli diſiecta ſuperbia ſuaſit.

Sic animus cui lumen erat de lumine ſummo,
Arbitrium inuoluit tenebris: & luce relicta
Conſilio legit tetræ nigreſcere noctis:
Nec iam captiuos oculos extollere in altum
Sponte poteſt. quoniam hoc etiam, ſpoliante tyranno
Perdidit, vt quàm non iaceat ſub vulnere nôrit.
Si quid enim de principiis fœlicibus illi
Et vita exilij ſupereſt prudenter agenda,
Hoc ſanum, & quo nil fuerit ſublimius in ſe
Credit: amátque ſuum mundi ſapientia ſenſum,
Innumeras ſeſe claram iurat per artes,
Quod coniecturis ſublimibus abdita quærit,
Quod meminit rectè ſapit acriter: æſtimet aptè,
Quod ſtudium fandi excoluit, quod legibus vrbes
Inſtituit, mitéſque feros ratione redegit,
Vt pœnæ metus officio certaret amoris.
Iam cum exercetur numeris, ad ſidera cœli
Per curſus noſcenda ſuos. & ſcire videtur
Defectus Solis varios, Lunæque labores,
Quàm ſpecioſa ſibi eſt? & quàm vaneſcit in ipſis?
Quæ licet ex primo naturæ habeantur honore,
Non tamen ad veram poſſunt perducere vitam.
Denique ab his præceps in multas religiones
Decidit & factis hæſit factore relicto.
Nam ſi nunc etiam illæſis vigor ille maneret,
In quo inſons natura fuit: ſua quenque voluntas
Conciliare Deo, pœnaque abſoluere poſſet:
Nequicquam Chriſtus mortem moriendo piaret:
Peccatum & mundi ſanguis non tolleret agni:
Nec genus humanum generati rurſus egeret
Conditione noua, quoniam ſapientia ſana,
Sana fides, ſanum arbitrium, mens libera morbo,
Vitam agerent dignam ſummorum participatu.
Sed proſtrata ſemel, quanto natura profundo
Immerſa, & quantæ ſit mole oppreſſa ruinæ?
Verbum homo fit, rerumque ſator ſub conditione
Seruilis formæ dignatur virgine naſci:
Inque infirmorum cunctos deſcendere ſenſus.
Vexatur virtus, ſapientia ludificatur:
Iuſtitia iniuſtus tolerat. clementia ſæuos:
Gloria contemptum ſubit, & tormenta poteſtas:
Inque crucis pœnam nulli violabilis vſquam
Vita agitur: cuius perimatur morte peremptor,
Iuſto vt pro iniuſtis effuſo ſanguine, ſit mors
Vnius inſontis multorum vita reorum.
Hoc igitur pretio captiui cum redimuntur,
Agnoſcant quali cum luſi carcere, quóve
Obſeſſi fuerint morbo: quibus eripiendis
Succurri haud aliter potuit, quàm morte medentis.
Et quia de magnis opibus nonnulla ſuperſunt,
Quæ decorent nudos, & quæ ſolentur egenos:
Non ita pro ſummis oblectent vltima lapſos,
Vt de ſupplicio timeant: atque ordine verſo
Quo ſunt effecti miſeri, ſint inde ſuperbi.
Aut cùm hebetes viſus, longa ex caligine tandem,
Naturæ hoc poſſint libertatique volendi,
Quàm Chriſto tribuant: ne ſolui et euacuetur
Arbitrij virtus ſi deſit recta legendi.
Hoc patribus primis mortis ſator inſinuatus
Conſilio eſt: hac arte omnes proſtrauit in vno:
Dum ſuadet multo præſtantius eſſe, quod ipſis
(Non tribuente licet Domino) ſponderet habendum
Prudens libertas, vetitóque inſtructa cupido:
Qua nunc per veteris ſerpens veſtigia fraudis,
Deceptos ſimili ſtudet inflammare furore:
Vt quoniam pulchrum eſt veris impendere curam,
Iuſtitiæque auidos bona noſſe & velle, ſalubre eſt:
Suadeat ingenio cuiuſque hoc iure ineſſe,
Vt natura ſibi mens vinida mobilitate,
Non ſpirante Deo, Chriſti exardeſcat amore,
Grâtue ita ſaluatrix nil gratia conferat iſtis,
Sed teneat: pretióque bonos, non munere ditet.

A His de ſeminibus multo iam plura oriuntur,
Et frumenta iacet primo turgentia lacte,
Spinis ſulta ſubit ſeges horrida zizaniorum.
Sed nos qui Domini ſemen ſumus, agricolæque
Stamus ope, & ſupera perflati viuimus aura:
Viperei calicis guſtum procul excutiamus,
Diuinique operis conſtanter confiteamur
B Figmentum nos eſſe nouum: quod prorſus ab illa
Stirpe vetuſtatis diſcretum eſt, atque reciſum.
Et iam ſit penitus carnalis originis exors,
Qui membrũ eſt Chriſti, capitiſque in corpore viuit:
A quo ſubiectos vigor omnis manat in artus:
Et ſic quæque ſuo vegetantur in ordine partes,
Vt quod agunt & diſpoſitis quod muniis explent,
Ex illo poſſint, qui ſumma atque vltima pacans,
Vt nos inſereret ſummis, ſe miſcuit imis.
C Conticeant igitur, qui dicunt eſſe cauendum,
Ne deſit ſanctis ſumendæ cauſa coronæ,
Si non ipſorum bona reperiantur in illis:
Hoc etenim tumida nimis impietate docentes,
Quid niſi iuſtitia nos, & virtute Deóque
Diſpoliare volunt: ne lux in nocte coruſcet,
Languida ne in vites redeant, ne mortua viuant?
Sed nobis ſummo verorum à fonte bonorum
D Haurire hæc, ſupero & ſemper ſplendore nitêre,
Gloria ſit: non ſpes in fœni flore caduco.
Sicut enim palmes nullos valet edere fructus,
Non in vite manens, quæ de radice miniſtra
Succum agat in frondes, & muſto compleat vuas:
Sic infœcundi virtutum, & fruge carentes
Perpetui cibus ignis erunt: qui vite relicta
Audent effuſa de libertate comarum
E Fidere, ne Chriſti ſine vbertate feraces:
Et mage ſe credunt propriis excellere poſſe,
Quàm ſi virtutum placitarum ſit Deus auctor.
Viles ergo putent ſe, deforméſque futuros,
Cùm transformatis fiet Deus vnica ſanctis
Gloria: corporei nec iam preſſura laboris
Conteret incertos, ſed in omnibus omnia ſemper
Chriſtus erit, quod ſi pulchrũ, & ſuper omnia magnũ
F Cur pudet hac etiam fletus in valle potentes (eſt,
Eſſe Deo, minimúmque operis mortalis habere,
Quod non eſt niſi peccatum qua diſtrueretur
Libertas: ad quam ſolam malè geſta recurrunt?
Et tamen in ſanctos animum cùm intendimus actus,
Cùm deſideriis carnis mens caſta repugnat,
Cum tentatori non cedimus, & per acerbas
Vexati pœnas, illæſo corde manemus,
G Libertate agimus: ſed libertate redempta
Cui Deus eſt rector, ſummóque ex lumine lumen,
Vita, ſalus, virtus, ſapientia: gratia Chriſti eſt,
Qua currit, gaudet, tolerat, cauet, eligit, inſtat,
Credit, ſperat, amat, mundatur, iuſtificatur.
Si quid enim recti gerimus, Domine, auxiliante
Te gerimus, tu corda moues: tu vota petentis
Quæ dare vis, tribuis: ſeruans largita creanſque
H De meritis merita, & cumulans tua dona coronis.
Non autem hoc ideo minus, ſtudiumque reſolui
Virtutum, aut opus ingenij torpere putandum eſt,
Quòd bona ſanctorum tua ſunt. & quicquid in illis
Aut ſanum aut validum eſt, de te viget: vt videatur
Nil acturæ hominis, te cuncta gerente, voluntas.
Quæ ſine te quid agit niſi quo procul exulet à te.
Præcipites ſemper calles, & deuia motu
I Ingreſſura ſuo: niſi feſſam tu bone & ægram
Suſcipias, referas, foueas, tuearis, honeſtes.
Tunc fiet curſus velox, oculíque videntes,
Libera libertas ſapiens ſapientia, iuſtum
Iudicium, & fortis virtus, & ſana facultas.
Huius opis ſemper pater indigeamus: ab ipſa
Prodeat arbitrium noſtrum nihil, hac ſine ſenſus
Corporei poſſunt, opus vt ſeruile quieſcat.

Et tua

Et tua dum in nobis agatur, non noſtra voluntas,
Legitima in ſanctis ducamus ſabbata feſtis.

CHORVS SECVNDVS POETARVM SACRORVM VETERVM.

ALCIMI AVITI VIENNENSIS ARCHIEPISCOPI LIB. I. QVI VIXIT temporibus Clodouei & Anaſtaſij an. 500.

De origine mundi.

QVod varij eueniunt humana in gente labores,
Inde breuem capiunt mortalia tempora vitam:
Vel quod polluti vitiantur origine mores,
Quos aliena premunt priſcorum fata parentum:
Addatur quanquam noſtra de parte reatus,
Quóque etiam amiſſo dudum peccatur honore
Altribam tibi prime Pater: qui ſemine mortis
Tollis ſuccendux vitalia germina proli.
Et licet hoc totum Chriſtus perſoluerit in ſe,
Contraxit quantum percuſſa in ſtirpe propago:
Attamen auctoris vitio, qui debita lethi
Inſtituit, morbóſque ſuis ac funera miſit,
Viuit peccati moribunda in carne cicatrix.
Iam Pater omnipotens librantis pondere Verbi
Vndique collectis diſcreuerat arida lymphis,
Litoribus pontum conſtringens, flumina ripis,
Iam proprias pulchro monſtrabat lumine formas
Obſcuro cedente die, varióque colore
Plurima diſtinctum pingebat gratia mundum,
Temporibus ſortita vices tum lumina cœlo
Fulſere, alterno ſolis lunæque meatu:
Quin & Sidereus nocturno tempore candor
Temperat horrentes aſtrorum luce tenebras,
Actutum ſuaui produceus omnia fœtu.
Pulchra repentino veſtita eſt gramine tellus
Accepêre genus ſine germine iuſſa creari,
Et ſemen voluiſſe ſuit. ſic vbere verbi
Frondeſcunt ſiluæ, teneris radicibus arbor
Ditauit vaſtos paruo ſub tempore ramos.
Protinus in varias animalia multa figuras
Surgunt, & vacuum diſcurrunt bruta per orbem
Elatæ in cœlum volucres motúque citato
Pendentes, fecêre vias, & in aëre ſudo
Præpetibus librant membrorum pondera pennis.
Poſt etiam clauſi vaſto ſub gurgite piſces
Reſpirant lymphis, flatúſque ſub æquore ducunt,
Quæque negant nobis, illis dant humida vitam.
Nec minus in pelago viui[illegible] unt grandia cete,
Accipiúntque cauis habita[illegible] ula [illegible]igna latebris:
Et quæ monſtra ſolet raros producere pontus,
Aptat ad informes condens ſæcla formas:
Quódque hominum falſo credit mens neſcia fœdum,
Per propriam ſpeciem natura iudice pulchrum eſt.
Ergo vbi, completis fulſerunt omnia rebus,
Ornatúque ſuo perfectus conſtitit orbis:
[illegible]um Pater omnipotens æterno lumine lætum
[illegible]ntulit ad terras ſublimi ex æthere vultum
Illuſtrans quodcunque videt: placet ipſa tuenti
Artifici factura ſuo, laudátque creator
Diſpoſitum pulchro quem condidit ordine mundū.
Tum demum tali ſapientia voce locuta eſt.
En pr[illegible] lata nitet mundano machina cultu,
Et tamen impletum perfectis omnibus orbem
Quid iuuat vlterius nullo cultore teneri?
Ergo longa nouam ne fœdent otia terram,
Nunc formetur homo, ſummi quem tangat imago
Numinis, & noſtram, celſo donatus honore,
Induat interius formoſa mente figuram:
Hunc libet erectis ſublimem incedere plantis:
Qui tegat æterno ſubiectum pondere mundum,

A Bruta domet, legem cunctis ac nomina ponat,
Aſtra notet, cœlique vias & ſidera norit:
Diſcat, & inſpectis diſcernere tempora ſignis,
Subiiciat pelagus ſæui m[illegible] ingenióque tenaci
Poſſideat quæcumque videt: cui beſtia frendens
Seruiat, & poſito diſcat iam manſueta furore
Imperium iumenta pati, iuſſique ligari
Feſtinent trepidi conſueta in vincla iuuenci.
B Quóque etiam natura hominis ſublimior exter,
Incipiat rectos in cœlum tollere vultus:
Factorem quærat proprium, cui mente fideli
Impendat famulam longæuo in tempore vitam.
Hæc ait, & fragilem dignatus tangere terram,
Temperat humentem conſperſo puluere limum,
Moliturque n[illegible] m diues ſapientia corpus.
Non aliter q[illegible] opifex diuturno exercitus vſu,
C Flectere laxatas per cuncta ſequacia ceras,
Et vultus complere rudes, aut corpora gypſo
Fingere, vel ſigni ſpeciem componere maſſa:
Sic Pater omnipotens victurum protinus artum
Tractat & in lento meditatur viſcera cœno:
Dehinc arcem capitis ſublimi in vertice ſignat,
Septiforem vultum rationis ſenſibus aptans,
D Olfactu, auditu, viſu, guſtúque potentem:
Tactus ad hæc, ſolus toto qui corpore iudex
Sentiat, & proprium ſpargat per membra vigorem
Flexilis arctatur recauo ſic lingua palato,
Preſſus in cameram pulſantis verbere plectri,
Percuſſu reſonet modulatus in aëre ſermo.
Exin ſuccidum porrecto in corpore pectus
Spargit, ramoſas poſt brachia fortia palmas.
Succedit ſtomacho medius, qui tegmine molli
E Inter vtrumque latus foueat vitalia venter.
Diuiduam partem femur excipit, aptius vt ſe
Alternus moueat duplicato poplite greſſus.
At parte ex alia fingit quam conditor idem,
Occipiti ſubmiſſa ſuo deſcendere ceruix
Incipit, & vaſtos compagibus addere neruos.
Spina rigens crebris inter cummercia nodis
Diffundit duplicem coſtarum ex ordine cratem.
F Pars interna nouos vitæ formatur ad vſus.
Viuifico primum cordi vitalia tegmen
Naturale parant, plagam ne ſentiat vllam,
Maſſáque congeſtis pendens abſconditur extis.
Additur & tenui p[illegible] ſ ab aëre pulmo
Vt concepta trahens leni ſpiramina flatus,
Accipiat reddens, [illegible] quas ſumpſerat auras,
Pérque vices crebro pellatur anhelitus hauſtu:
G Dextra tenet iecoris vegetandum ſanguine fontem,
Quo clauſum venæ ſp[illegible]gunt per viſcera flumen,
Læua in parte lien m[illegible] ſede quieuit:
Quæ crines perhibent, vnguéſque recreſcere iectos,
Nec conciſa dolent, quæ mox augmenta reſumunt,
Et viuunt, ſenſuque carent in corporis vſu.
Poſtquam perfecta iacuit nouitatis imago,
Formatúmque lutum ſpeciem peruenit in omnem:
H Vertitur in carnem limus, duráque moles,
Hinc dura è medio traxerunt oſſa medullas.
Viſceribus, lunæ augendas creſcentis ad inſtar.
Inſeritur venis ſanguis, viuóque calore
Inficit ora rubor, toto tum corpore pallor
Pellitur, & niueos depingit purpura vultus.
Inde vbi perfectis, conſueſcit viuere membris
Totus homo, & ſumant celefacta & viſcera ſolam
I Expectant animam: puro quam fonte creator
Promit, & erectos recta [illegible] mittit in artus.
Nam, lenem ſuaui flatum profundit ab ore
Inſpirátque homini quem protinus ille receptum
Attrahit, & crebri diſcit ſpiraminis auras.
Poſtquam naſcentem ſolers prudentia ſenſum
Imbuit, & puro rationis lumine fulſit:
Surgit, & erectis firmat veſtigia plantis.

Tum varias cæli ſpecies,mundíque figuras
Mirantem,tali compellat voce creator.
Hæc quæ mundani curàm pulcherrima cultus
Incrementa vides ornatum extenſa,per orbem,
Solus habe,ſolíſque prius dominare fruendo:
Tu mihi,cuncta tibi famulentur:maximus ordo
Te patère pio,tibi qui dedit omnia,patri.
Non ſpecies vllæ,nec numina vana colantur:
Non quæ,vel cœlo ſublime nitentíque coruſcant,
Non quæ,vel terris viuunt formata,vel vndis,
Nec quod ſubtre premens prohibet natura videri,
Vſibus iſta tuis,non cultibus eſſe memento.
Præcellis factis?factorem pronus adora.
  Interea ſextus noctis primordia veſper
Retulit,alterno depellens tempore lucem.
Dúmque petunt dulcem ſpirantia cuncta quietem,
Soluitur & ſomno laxati corporis Adam.
Cui pater omnipotens preſſum per corda ſoporem
Miſit,& immenſo tardauit pondere ſenſus
Vis vt nulla queat ſopitas ſoluere mentes.
Non ſi forte fragor ſecutas verberet aures,
Nec ſi commoto cælum tunc intonet axe:
Quin nec preſſa manu rupiſſent membra quietem.
Tunc vero cunctis cuſtarum ex oſſibus,vnam
Subducit læuo lateri,carnémque reponit,
Erigitur pulchro genialis forma decore,
Inque nouum ſubito procedit fœmina cultum,
Quam Deus æterna coniungens lege marito,
Coniugij penſat fructu diſpendia membri.
Illius indicium ſomni,mors illa ſecuta eſt,
Sponte ſua ſubiit ſumpto quam corpore Chriſtus,
Qui cum paſſurus ligno ſublimis in alto
Penderet,nexúſque & culpas penderet orbis:
In latus extenſi defixit miſſile lictor.
Protinus exiliens fluxit cum ſanguine lympha:
Qua viuum populis iam tunc ſpondente lauacrum,
Fluxit martyrium, ſimul & baptiſmatis vnda,
Inde reſurgenti cœleſtiáque aſtra petenti,
De lateris membro ſurgens Eccleſia nupſit.
  Principio rector tanti ſacrare figuram
Diſponens vinculi,hoc nectit cunnubia verbo.
Viuite concordi ſtudio,mundúmque replete,
Creſcat longæuum felici ſemine germen:
Non annis numerus vitæ nec terminus eſto.
Progeniem ſine fine dedi quam tempore toto
Aſpicies,generi primus qui poneris auctor
Porrò nepos ductus,ſpargens per ſecla nepotes
Viuentes numeret proauos,atque ora parentum
Ducant annoſos natorum pignora natos.
Tum lex coniugij toto venerabilis æuo
Intemerata ſuo ſeruabitur ordine cunctis.
Fœmina perſiſtat de ſemine ſumpta virili
Coniugio ſeruare fidem,nec ſeparet alter
Quod iungit,ſociátque Deus,cum patre relinquat
Et matrem iuſſu conſtrictus amore maritus,
Nec iam vllos propter rumpant hæc vincla parentes
Vita ſed amborum carnem teneatur ad vnam.
Taliter æterno coniungens fœdere vota
Feſtiuum dicebat himen,caſtóque pudori
Conciuit angelicum iuncto modulamine carmen
Pro thalamo paradiſus erat,mundúſque dabatur
In dotem & lætis gaudebant ſidera flammis.
  Eſt locus Eoo mundi ſeruatus in axe
Secretus natura tenis:vbi ſolis ab orto
Vicinus naſcens aurora repercutit Indos,
Hic gens ardentem cæli ſubterjacet axem,
Quam candens feruens albenti ex æthere fuſcat.
Huc ſe ſuper lux pura venit,cœlóque propinquo
Natiuam ſeruant nigrantia corpora noctem.
Attamen in terris ſplendentia lumina membris
Captiuo fulgore micant viſúque nitente
Certior accreſcit pullatis vultibus horror.

A Cæſaries incompta riget,quæ crine ſupino
Stringitur,vt ferugo careat froos nuda capillo.
Sed quidquid magnum noſtros defertur ad vſus:
Hinc totum natura dedit telluris opimæ.
Quidquid odoratu pulchrum eſt,allabitur.inde
Concolor his ebeni piceo de ſomite ramus
Surgit,& hic eboris munus,quod porrigit orbi,
Informis pulchros deponens bellua dentes:
Ergo vbi tranſmiſſis mundi caput incipit Indis,
B Quo perhibent terram confinia iungere cœlo:
Lucus inacceſſa cunctis mortalibus arce
Permanet,æterno concluſus limite:poſtquam hinc
Decidit expulſus primæui criminis auctor,
Próque reis digne fœlici ab ſede reuulſis
Cœleſtes hæc ſancta capiunt nunc terra miniſtros.
Non hic alterni ſuccedit temporis vnquam
Bruma,nec æſtiui redeunt poſt frigora ſoles.
C Excelſus calidum cùm reddit circulus annum,
Vel denſante gelu caneſcunt arua pruinis.
Hic ver aſſiduum cœli clementia ſeruat,
Turbidus auſter abeſt ſempérque ſub aëre ſudo
Nubila diffugiunt iugi ceſſura ſereno.
Nec poſcit natura loci quos non habet imbres:
D Sed contenta ſuo dotantur germina rore.
Perpetuo viret omne ſolum,terræque nitentis
Blanda nitet facies:ſtant ſemper collibus herbæ,
Arboribuſque comæ quæ cum ſe flore frequenti
Diffundunt,celeri ſolidant ſua germina ſucco:
Nam quidquid nobis toto nunc naſcitur anno,
Menſtrua maturo dant illic tempora fructu,
Lilia perlucent nullo flaccentia ſole,
Nec tactus violat violas,roſeúmque ruborem
E Seruans perpetuo ſuffundit gratia vulto.
Sic cùm deſit hiems,nec torrida ferueat æſtas,
Fructibus Autumnus,ver floribus occupat annum.
Hic quæ donari mentitur fama Sabæis,
Cynnama naſcuntur,viuax quæ colligit ales
Natali cum fine perit,nidóque peruſto
Succedens,ſibimet quæſita morte reſurgit:
F Nec contenta ſuo tantum ſemel ordine naſci
Longa veternoſi renouatur corporis ætas,
Incenſámque leuant incendia crebra ſenectam.
Illic deſudans fragrantia balſama ramus,
Perpetuum promit pingui de ſtipite fluxum.
Tum ſi fortè leuis mouit ſpiramina ventus,
Flatibus exiguis,lenique impulſa ſuſurro,
Diues ſilua tremit foliis,& flore ſalubri:
G Qui ſparſus,larè ſuaues diſpenſat odores.
Hic fons perſpicuo reſplendens gurgite ſurgit.
Talis in argento non fulget gratia,tantam
Nec cryſtalla trahunt nitido de frigore lucem.
Negligit hîc virides riparum margo lapillos:
Et quas miratur mundi iactantia gemmas,
Illic ſaxa iacent:varios dant arua colores,
Et naturali campos diademate pingunt.
H Eductum leni fontis de vertice flumen
Quattuor in largos confeſtim ſcinditur amnes:
Euphratem Tygrímque vocant qui limite certo
Longa ſagittiferis faciunt confinia Parthis.
Tertius inde Geon,Latio qui nomine Nilus
Dicitur ignoto cunctis illuſtrior ortu:
Cuius in Ægypto lenis perlabitur vnda
Ditatura ſuam certo ſub tempore terram.
I Nam quotties tumido perrumpit flumine ripas
Alueus,& nigris campos perfundit arenis,
Vbertas laxatur aqua,cœlóque vacante
Terreſtrem pluuiam diffuſus porrigit amnis.
Tunc incluſa latet lato ſub gurgite Memphis,
Et ſuper abſentes poſſeſſor nauigat agros.
Terminus omnis abeſt:æquatur iudice fructu
Annua ſuſpendens coniectus iurgia limes.
Gramina nota videt lætus ſubſidere Paſtor,

Inque locum pecorum viridantis iugere campi,
Succedunt nantes aliena per æquora piſces.
At poſtquam largo fœcundans germina potu
Lympha maritauit ſitientis viſcera terræ,
Regreditur Nilus, ſparſáſque recolligit vndas.
Fit fluuius pereunte lacu, coguntur in alueum
Ad ripam effrenes concluſis fluctibus vndæ.
Donec diuiduum ſpargens per deuia flumen
Gurgite ſepteno patulum pertendit in æquor.
Cur autem perhibent laſtare ex omnibus vnum.
Fontem Nile tuum? nam qui neſciris ab ortu
Non ſolus, ſed quatuor eras, diffuſus ab illo,
Deſpicit excelſo flumina cuncta meatu:
Ipſius atq; patet pelagi ſupereminet omnes, (phas,
Quas montes, quas plana vomunt, quas nubila lym-
Quartus dehinc Phiſon, quē nominat India Gangem
Motus odorifero quoties qui vertice creuit,
Deciduas pulchro quas ſpargunt flamina luco
Prælambens furatur opes, & gurgite noſtrum
Ducit in exilium: nam ripa largus vtraque eſt,
Amnibus atque iſtis enodes ferre papyros,
Aut ſcirpos algaſque leues deducere mos eſt,
Excrementa trahens magnus ſic diria Ganges,
Hoc etiam donat mundo quod proiicit alueo,
Interea primi ſummus quos iunxerat auctor
In paradiſiaca ponuntur ſede parentes:
Quis rector tali proponit præmia lege.
O ſummum factoris opus, quos ſola creauit
Noſtra manus, naſci cum tæreta voce iuberem
Aſpicitis quanto pulcherrimus vbere locus
Diuitiis tumet immenſis, hæc cuncta dabuntur
Ad veſtros ſine fine cibos, hinc eſca petatur,
Sumite conceſſas fruges, & carpite poma.
Hic operis dulci ſtudio ſecura quieſcat,
Deliciiſque fruens longæuo in tempore vita.
Eſt tamen in medio nemoris quam cernitis arbor,
Notitiam recti prauique, in germine portans,
Huius ab acceſſu vetitum reſtringite tactum:
Ne vos forte premat temeraria diſcere cura
Quæ prohibet doctor: melius neſcire, beatis
Quod quæſiſſe nocet, teſtor quem fecimus orbem,
Quod ſiquis vetitum decerpae ab arbore pomum:
Audax commiſſum mortis diſcrimine pendet.
Non immenſa loquor: facilis cuſtodia recti.
Seruatur vitam, mortem temeratur habebit.
Accipiunt iuuenes dictum, læti que ſequuntur,
Spondentes omni ſeruandam tempore legem,
Sic ignata mali nouitas: nec conſcia fraudis
Incautas nulla tetigit formidine mentes.
At pater inſtructos ſacrata in ſede relinquens,
Lætus in aſtrigeram cœli ſe ſuſtulit aulam.

LIBER SECVNDVS.

De peccato originali.

VIuit interea venturi neſcia caſus
Libertas ſecura bonis, fruitúrque beata
Vbertate loci: largos hinc porrigit illis
Tellus prompta cibos: fruticis quin ſemper opimi
Sumitur alternus tenui de ceſpite fructus.
Nam ſi curuati fœcundo pondere rami
Mitia ſubmittunt ſublimi ex arbore poma:
Protinus in florem vacuus turgeſcere palmes
Incipit, inque nouis fructum promittere gemmis.
Iam ſi prædulces delectat carpere ſomnos,
Mollibus in pratis, pictáque recumbitur herba.
Cumque voluptati ſacrum nemus offerat omnes
Delitias, opibuſque nouis ſe præbeat amplum.
Hinc ſuaues epulas capiunt, eſcámque requirunt:
Quanquam nulla fames cogit, nec laſſa fouendo
Indigus hortatur compleri viſcera venter,
Et niſi conceſſum libuiſſet noſcere paſtum

A Eſuries ignota cibos non poſceret vllos,
Nulla fameſcentem fulcirent pabula vitam,
Interea nondum tranſgreſſi iuſſa parentes
Corpora nuda vident: nec mutua cernere membra
Diſpudet: ipſa rudis fœdum, nil ſentit honeſtas
Non natura hominis, vitium ſed cauſa pudoris eſt.
Nam quæcumque bonus formauit membra creator
Cur pudibunda forēt? neque enim ſummi ante relicta
B Iuſſa Dei; quicquam conſpectu turpe, ſed ipſa
Tunc mens intactos ſeruabat candida viſus.
Quin & talis erat naturæ gloria primæ,
Angelicæ qualis narratur gloria vitæ
Sidereas habitare domos: qualemque redemptis
Spondet reddendam mortis poſt tempora Chriſtus:
Quis neque coniugium curæ, nec fœdere turpi
Miſcuerit calidos carnalis copula ſtaus.
C Quando aberit gemitus, luctus, metus, ira, voluptas,
Fraus, dolor, atque dolus, mœror, diſcordia, livor.
Nullus egens, nullus cupiens, ſed pace ſub vna
Sufficiet cunctis ſanctorum gloria Chriſtus.
His protoplaſtūm ſenium primordia ſacra
Continuere bonis: donec certamine primo
Vinceret oppreſſos fallacem culpa per hoſtem.
Angelus hic fuerat dudum, ſed crimine poſtquam
D Succenſus proprio tumidos exarſit in auſus,
Se feciſſe putans, mox tanquam conditor eſſet
Ipſe ſui, rabido concepit corde furorem,
Auctorémque negans, diuinum conſequar (inquit)
Nomen & æternam ponam ſuper æthera ſedem,
Excelſo ſimilis, ſummo nec viribus impar
Talia iactantem præcelſa potentia cælo,
Iecit, & eiectum priſco ſpoliauit honore
E Quique creaturæ prætulit in ordine primus,
Primas venturo pendet ſub iudice pœnas,
Illum quandoquidem grauior ſententia punit
Quem mirum cediſſe putes: nam crimen acerbat
Auctor, in ignaro minor eſt peccante reatus,
Durius idque malum, quod maior fecit, habetur.
Sed quòd viuaces pertendit in abdita ſenſus,
Quodque futura videt, rerumque arcana reſignat,
F Angelici feruens ſupereſt natura vigoris.
Horrendum dictu, ſæuiſque notabile monſtrum:
Nam quicquid toto dirum committitur orbe,
Iſte docet, ſceleriſque manus ac tela gubernat,
Pugnat & occultus per publica crimina latro.
Et nunc ſæpe hominum, nunc ille in ſæua ferarum
Vertitur ora, ſubinde nouos mutantia vultus.
Alitis interdum ſubitò mentita volantis
G Fit ſpecies, habitúſque iterum confingit honeſtos.
Rurſum etiam apparens formoſo corpore virgo,
Illic ardentes obſcœna in gaudia, viſus.
Sæpe etiam cupidis argentum immane coruſcat,
Accenditque animos auri fallentis amore,
Deluſos fugiens vano phantaſmate tactus.
Nulli certa fides conſtat, vel gratia formæ,
Sed quò quemque modo capiat, teneatve nocendo,
H Opportuna dolis, elauſæque accommoda fraudi,
Sumitur exterior ſimulata mente figura,
Maior adhuc etiam ſæuo permiſſa poteſtas,
Ter ſanctum vt vincat, dudum collata creato.
Sic natura valet, tectum quam condidit auctor,
Sed poſt ad prauos ſubuerſor tranſtulit vſus.
Vidit vt iſte nouos homines in ſede quieta
Ducere fœlicem nullo diſcrimine vitam,
I Et lege accepta Domino famularier orbis,
Subiectiſque frui placida inter gaudia rebus:
Commouit ſubitum zeli ſcintilla vaporem,
Exercuitque calens in ſæua incendia liuor,
Vicinum tunc forte fuit cùm decidit alto.
Tempus, & innexam traxit per prona cateruam:
Hoc recolens, caſumque premens in corde receptum,
Plus doluit periiſſe ſibi, quod poſſideat alter,

Tunc mixtus cum felle pudor, ſic pectore queſtus
Explicat, & tali ſuſpiria voce relaxat.
Proh dolor, hoc nobis ſubitum cōſurgere plaſma,
Inuiſumque genus noſtra creuiſſe ruina?
Me celſum virtus habuit, nunc ecce neglectus
Pellor, & angelico limus ſuccedit honori,
Cœlum terra tenet, vili compage leuata
Regnat humus, nobiſque perit tranſlata poteſtas.
Nec tamen in totum periit, pars magna retentat
Vim propriam, ſummaque cluit virtute nocendi.
Nil differre iuuat: iam nunc certamine blando
Congrediar, dum prima ſalus, experta nec vllos
Simplicitas ignara dolos ad tela patebit.
Nam melius ſoli capientur fraude, prius quàm
Fœcundam mittant æterna in ſecula prolem.
Immortale nihil terra prodire ſinendum eſt.
Fons generis pereat, capitis deiectio membris
Semen mortis erit: pariat diſcrimina lethi
Vitæ principium: cuncti feriantur in vno,
Non faciet viuum radix occiſa cacumen,
Hæc mihi deiecto tantum ſolatia reſtant.
Si nequeo clauſos iterum conſcendere cœlos,
His quoque clauduntur: leuius cecidiſſe putandū eſt,
Si noua perdatur ſimili ſubſtantia caſu.
Sit comes excidij, ſubeat conſortia pœnæ,
Et quos præuideo nobiſcum diuidat ignes.
Sed ne difficilis fallendi cauſa putetur,
Hæc monſtranda via eſt, dudum quam ſæpe cucurri
In pronum lapſus: quæ me iactantia cœlo
Expulit, hæc hominem paradiſi è limine pellat.
Sic ait, & gemitus vocem clauſere dolentis.
Forte fuit cunctis animalibus altior aſtu,
Aemulus arguto callet qui pectore ſerpens:
Huius tranſgreſſur de cunctis ſumere formam
Eligit, aerium ſtatim ſibi corpus adaptans,
Inque repentinum mutatus tenditur anguem.
Fit longa ceruice draco, ſplendentia colla
Depingit maculis, teretique volumina dorſi
Aſperat, & ſquammis per terga rigentibus armat.
Qualis verè nouo primis cùm menſibus æſtas
Præmittit lætos poſt frigora pigra tepores,
Euadit veterem renouatis moribus annum,
Sicca vireſcenti permutans germina fronde,
Sic prodit coluber lucenti pelle tumeſcens,
Et tandem egrediens terrarúmque abdita linquens,
Præfert terribilis metuendum forma draconem.
Dira micant oculi, tum lumine viſus acuto
Lætior, optatum diſcit conſueſcere ſolem:
Nunc ſtridet blandum, crebro nunc carmine fauces
Ludunt, & triſidam diſperdunt guttura linguam.
Ergo vt vipeream maleſuada fraude figuram
Induit, & totum fallax proceſſit in anguem,
Peruolat ad lucum: tum ſortè rubentia læti
Carpebant iuuenes viridi de palmite mâla.
Hìc veritus ſerpens, firma ne mente virili
Non queat effuſo ſubuertere corda veneno:
Arboris in vetitæ ſpiris reptantibus altum
Porrigitur, tractúmque ſuum ſublimibus æquans,
Auditum facilem leui ſic voce momordit.
O felix, mundique decus pulcherrima Virgo,
Ornat quam roſeo præfulgens forma pudore,
Tu generi ventura parens, te, maximus orbis
Expectat matrem, tu prima & certa voluptas
Solaménque viri, ſine qua nec viuere poſſit.
Vt maior, ſic iure tuo ſubiectus amori,
Cui iuncta es, pulchram reddas vt tempore prolem.
Vobis digna datur paradiſi in vertice ſedes,
Vos ſubiecta tremit famulans ſubſtantia mundi,
Quod cœlum, quod terra creat, quod gurgite magno
Producit pelagus, veſtros confertur in vſus.
Nil natura negat, datur ecce in cuncta poteſtas.
Non équidem inuideo, miror magis, attamen iſta
A Cur Deus inuidit vobis ex arbore fructus?
Scire velim quis dira iubet, quis talia dona
Inuidet, & rebus ieiunia miſcet opimis.
Hic male blanditam fixerunt ſibila vocem
Quis ſtupor, ô mulier mentem caligine clauſit
Cum ſerpente loqui, verbum committere bruto
Non pudet, vt veſtram præſumat bellua linguam?
Et monſtrum pateris, reſponſúmque inſuper addis?
B Ergo vbi mortiferum ſeductilis Eua venenum
Auribus accipiens, cladi conſenſit iniquæ:
Tunc ad ſerpentem vano ſic ore locuta eſt.
Suauibus ô pollens coluber dulciſſime verbis,
Non, vt rere, Deus nobis ieiunia ſuaſit,
Nec prohibet largo curari corpora paſtu,
Ecce vides epulas totus quas porrigit orbis,
Omnibus iis licitè genitor promptiſſimus vti
C Præſtitit, & totas eſu laxauit habenas,
Hæc ſola eſt nemoris medij quam perſpicis, arbor
Interdicta cibis, hæc tantum tangere nobis
Poma nefas: diues præſumit cætera victus.
Quòd ſi libertas temerarit noxia legem,
Iurans terribili prædixit voce creator,
Quadam nos ſtatim futuros morte reatum,
Quid verò mortem appellet, doctiſſime ſerpens
D Pande libens, rudibus nobis incognita res eſt.
Callidus inde draco, & lethi tum ſponte magiſter,
Interitum docet, & captas ſic fatur ad aures.
Terroris vacuum ſi iuuidas fœmina nomen,
Nequaquam vos dira manet ſententia mortis,
Sed pater inuiſus ſortem non contulit æquam,
Nec vos ſcire dedit ſibimet quæ ſumma reſeruat.
Quid iuuat ornatum comprēdi aut cernere mūdum,
E Et cæcas miſero concludi carcere mentes?
Corporeos pariter ſenſus, oculóſque patentes
Et brutis natura dedit: ſol omnibus vnus
Seruit, ab humano nec diſtat bellua viſu,
Conſilium mage ſume meum, mentéſque ſupernis
Iniice, & erectos in cœlum porrige ſenſus.
Námque id quod vetitum formidas tangere pomum,
Scire dabit quæcumque pater ſecreta reponit,
F Tu modò ſuſpenſus tantum ne contrahe tactus,
Ne captiua diu frenetur lege voluntas.
Namque vbi diuinum libaueris ore ſaporem,
Mox purgata ſuo facies tua lumina viſu
Aequiparare Deos, ſic ſancta vt noxia noſſe,
Iniuſtum recto, vero diſcernere falſum.
Talia fallaci ſpondentem dona ſuſurro,
Credula ſubmiſſo miratur fœmina vultu,
G Et iam iámque magis cunctari, & flectere ſenſum
Incipit, & dubiam letho plus addere mentem.
Ille vt vicino victam diſcrimine ſenſit,
Vnum de cunctis lethali ex arbore malum
Detrahit, & ſecum nutanti protinus offert.
Nec ſpernit miſerum mulier malè credula munus,
Sed manibus pomum ignaris lethale retractans,
Naribus interdum labiiſque patentibus vlteo
H Iungit, & ignutans ludit de morte futura.
O quoties ori admotum compuncta retraxit,
Audaciſque mali titubans ſub pondere dextra
Ceſſit, & effectum ſceleris tremefacta refugit,
Diis tamen eſſe cupit ſimilis, ſerpitque venenum
Ambitione nocens rapiunt contraria mentem,
Hinc amor, inde timor, dubiam iactantia pulſat,
Interdúmque etiam lex ſubuenit, æſtuat anceps
I Diuiduì cordis dira inter prælia fluctus,
Nec tamen incentor deſiſtit fallere ſerpens,
Oſtentátque cibum dubiæ, queritúrque morari,
Et iuuat in lapſum pendentis prona ruinæ.
Vt tandem victæ grauior ſententia ſedit,
Æternam tentare famem per criminis eſcam,
Serpentem ſatiare cibo quem ſumeret ipſa,
Annuit inſidiis, & pomum morſa momordit.

Dulc

Dulce ſubit virus,capitur mors horrida paſtu,
Continet hic primum ſua gaudia callidus anguis,
Diſſimulátque ferum victoria ſæua triumphum.
Ignarus facti,diuerſa ex parte reuertens
Adam diffuſi lætus per gramina campi,
Coniugis amplexus,atque oſcula caſta petebat,
Occurrit mulier cui tunc audacia primum.
Flabat fœmineos animoſa in corde furores
Et ſic orſa loqui(ſemeſum namque gerebat
Affectuans miſero pomum exitiale marito)
Sume cibum dulcis vitali ex germine coniux,
Quod ſimiles ſummo faciet nos eſſe tonanti,
Numinibúſque pates;non hæc tibi neſcia donum,
Sed iam docta fero:primus mea viſcera guſtus
Attigit,audaci diſſoluens pacta periclo.
Crede libens,mentem ſcelus eſt dubitaſſe virilem,
Quod mulier potuit,præcedere forte timebas,
Saltem conſequere,atque animos attolle iacentes,
Lumina cur flectis?cur proſpera vota moraris?
Venturóque diu tempus furaris honori?
  Hæc effata,manu victuræ fercula mortis
Intereunte anima lethum dum crimina paſcunt,
Porrigit infauſto coniunx inſana marito,
Accipit infœlix maleſuadi verba ſuſurri,
Demiſitque ſuos ad noxia crimina ſenſus,
Non illum trepidi concuſſit cauſa pauoris,
Nec tantum eſt guſtu cunctatus,fœmina quantum
Inſequitur velox,miſeræque ex coniugis ore
Conſtanter rapit inconſtans dotale venenum,
Faucibus & patulis inimicas porrigit eſcas.
Vix vno pomum libabat ſuccida morſu
Ingluuies,ſummúmque dabat vix eſca ſaporem,
Ecce repentinos fulgor circumſtitit ora,
Lugendóque nouos reſpexit lumine viſus.
Non cæcos natura dedit,nec luminis vſu
Priuatum pepetit formæ perfectio vultum.
Nunc verò mage cæcus eris,cui non ſatis illud
Noſcere,quod tantus voluit te noſſe creator.
Ad vitam nobis cernendi facta facultas,
Nunc verò lethum,ſed veſtra ſponte videtis.
Tum patuiſſe gemunt oculos:nam culpa rebellis
Fulſit,& obſcœnos ſenſerunt corpora motus.
Tunc primùm nudos(dubium quid dicere poſſim,
Extinctus natus ne pudor)circumſpicit artus,
Erubuit propriæ tunc mens ſibi conſcia culpæ,
Pugnauítque ſuis carnis lex indita membris.
  Námque hinc poſteritas viciatu germine duxit
Artibus illicitis,cognoſcere velle futura,
Arcaniſque ſacris tardos immittere ſenſus:
Edita vel cælo,vel tetro merſa profundo
Rimari,inque cauas naturæ irrumpere leges,
Quærere quàm dextro quiſquam ſit ſidere natus,
Proſpera quàm ducat reſtantis tempora vitæ,
Diſſimilem paribus prouentum diſcere ſignis.
Nec non & geminos vno ſub tempore fuſos,
Quos indiſcretus luci ſubduxerit orbis,
Motibus aduerſis varia ſub ſorte notare.
Indigetes quoſdam ſtellis aſcribere diuos,
Iunior antiquis ætas quos prætulit aſtris,
Atque infernali iam dudum mole ſepultis,
Vana per immenſum diſponere nomina cœlum.
  Iam magicam dignè valeat quis dicere fraudem,
Occultas tacito tentantem pectore vires?
Legifer vt quondam vatei,ſub rege ſuperbo,
Dum noua monſtraret iuſſi miracula ſigni,
Commouit liuore magos vt talia tentent,
Accumuléntque ſuas zelo feruente ruinas,
Quis forſan ſi ſuppeteret non vana poteſtas
Demere,non etiam properarent addere monſtra:
Æmula ſed ſignis tantum,non viribus æqua,
Quod remouere nequit,duplicata ſuſtinet ira
Hinc eſt laudato quod poſſunt carmine Marſi,
A Cum tacita ſæuos producunt arte dracones
Abſentes,& ſæpe iubent configere ſaccum,
Tunc vt quiſque grauem bello perſenſerit hidrum
Aſpicis aut diræ clauſas cognouerit iras,
Concutit interius ſecreti carminis arma.
Protinus & laxis verbo lactente venenis,
Mox impune manu coluber tractatur inermi,
Et morſus tantum,non virus in angue timetur.
B Interdum perit incantans ſi callida ſurdus
Adiuratoris contempſit murmura ſerpens.
Hoc quoniam de matre trahunt,& origine prima,
Anguineæ fraudis quod ſic linguæque periti,
In ſpeciem reddunt commercia mutua fandi.
Nec minus hos pulſat temeraria cura ſciendi,
Angit præſcitus ducti quos terminus æui,
Cum tamen eductas infernis ſedibus vmbras
C Colloquium miſcere putent,& nota referre
Spiritus erroris,ſed qui tacebatur in illis,
Ad conſulta parat vanis reſponſa figuris,
Ne verò multis dicamus ſingula verbis,
Præſenti illuſus,damnabitur ille perenni
Iudicio quiſquis vetitum cognoſcere tentat.
Nec iam ſola fuit ſeruatrix Eua malorum,
Dicam nunc aliam tali quæ peſte laborans,
D Neſcia parendi domino mandata neglexit.
Quanquam nec ſimilé cauſſam contendero, cùm nec
Tum mage conſultum ſeduxerit illa maritum,
Peccandi quaſdam feruor ſuccenderat vrbes,
Omnia permittens laxatis crimina frænis,
Inceſtus vice legis erat,ius ſola regebat
Luxuries,regni ſedem metata voluptas,
Indigenas populos domina ſub carne tenebat,
E Et ſcelerum ingenti ſtudio,quæ iuſſerat olim
Subiectos fugitare virus reſpublica,ab illis
Abſtinuiſſe nefas:& non peccaſſe pudendum
Credebant omnes,facinus quos iunxerat vnum.
Talibus offenſus, Iudex atque arbiter orbis
Cùm fureret,flammáſque loco,finemque pararet,
Quendam diſſimilem cunctis,tectóque latentem,
Qui tunc furſan erat Sodoma peregrinus in vrbe
F Vnum inter multos verbis Loth conuenit iſtis.
  Oppida laſciuo tamdudum plena furore,
Reſpergunt cœlum maculis noſtráſque fatigant,
Quamuis obſtructas ſcelerum clamoribus vrbes.
Imminet exitium,nam incenſa libidine tellus
Ignibus ardebit:reſtingui et fulminis imber,
Quæ non extinxit feruentia crimina fletus.
Ipſa in perpetuas ſoluetur terra fauillas,
G Conſeruans cineres poſt dira incendia viuos.
Tu nunc linque domum,perituras deſere terras,
Nam rea cum dignis ſubſidunt arua colonis:
Sed tamen interea ne te coniunxeris illis,
Ne ſuiſſe impendens lethum coniungat eiſdem,
Virgineámque abduc ſobolem,ſolatia coniunx
Augeat;iis tantum ſociis contentus abito.
Accelerate fugam,& contendite tramite recto
H Nec ſubuertendas quiſquam reſpexerit vrbes.
Eſte mali expertes,pœnas quicunque videbit
Sentiet,atque ſuæ mortis ſpectacula ſecum,
Qui meruere ferent:ſaluandis terror abeſto.
Hæc pater,aſt illi properant abſcedere terra,
Incidúntque moras,crudeliáque arua relinquunt.
  Cœperat obduci denſa caligine victum,
Atque ignota prius demittere murmura cœlum,
I Nec ſic vt tonitru crebro cum percitus æther
Oſténtat pauidis innoxia fulmina terris.
Sed prorſus finale malum terrore minaci
Terra per aerios mittebat ſigna tumultus.
Tendebant moniti ſimul,& mandata tenentes,
Conceſſam rectis ad ſedem vultibus ibant,
Callidus alta petens ſed qui ſubuerterat Euam
Serpens,fœmineam conſuetus tangere mentem,

Vel quoque formidans animum tentare virilem,
Inſpirat miſeræ cognoſcere velle ruinas,
Et ſimul euaſas viſu deprendere clades.
O crudelem animũ,non iam tibi ſufficit vnam
Succubuiſſe dolo?& ſ i melta clade nepotes
Affeciſſe ſuos?ô ſtulti inſania ſexus.
Quid ſtolida affectas fruſtrari parte bonorum,
Dum mala noſſe cupiuiſti nos exempla priorum
Non terrent,noſtro fies exempla timori,
Vel poſt te pereat ſcrutandi dira libido.
Illicitum quod ſcire fuit vetitũmque tueri,
Reſpicies tantum,nec narratura videbis.
Ergo vbi maiorem vicina ex vrbe tumultum
Audiuit mulier,vultum deflexa retrorſum
Vix primo in viſu reſtrictis mutibus hæſit,
Cernere deſiſtens cum cœperat inde gelato
Sang ine marmoreus perfudit viſcera torpor,
Diriguere genæ,pallor nouus inficit ora:
Lumina nec clauſit,nec ſaltem concidit illo
Pondere,quo pulſant collapſa cadauera terram:
Sed ſtetit horrendo perlucens maſſa nitore,
Seruauitque ſuam ſpecies decepta figuram,
Nec facile noſſes vitrum,lapis, anne metallum eſt,
Succeder hominum,niſi ſal guſtu iudicet ipſo.
Extunc inſipido mulier præuenta reatu,
Plus ſalſum ſine mente ſapit,quæ pungere ſenſus,
Exemplique poteſt ſalibus condire videntes.
Hoc tamẽ hic mirũ eſt,quod Loth nõ flectitur,ipſam
Nec ſociam ſequitur primo conſtantior Adam.
Quanquam id credo magis factum,quia viſa referre
Iam nequit elinguis,quæ ſi comperta referret,
Forſan & in ſimiles auſus temeraria traxet,
Credulo vt impoſuit virgo primæua marito.
Quæ poſtquam ſeſe pariter comitẽmque fefellit,
Et nondum natam percuſſit vulnere prolem:
Tum victor ſerpens certamine lætus ab ipſo,
Puniceam criſpans ſquammoſo in vertice criſtam,
Nec iam diſſimulans quem preſſerat ante triũphum,
Acrior inſultat victis,& talibus infit.
En affectatæ vobis eſt gloria laudis
Reddita,qui perueſa ſimilque etiam optima noſtis.
Cuncta ego vos docui,ſenſumque per abdita duxi,
Et quodcunque malum ſolers natura negabat
Inſtitui,pactũmque meum,ne forte negetis,
Seruaui,& firma vosmet mihi ſorte dicaui.
Nec Deus in nobis,quamuis formauerit antè,
Iam plus iuris habet-teneat quod condidit ipſe,
Quod docui mecum eſt,maior mihi portio reſtat.
Multa creatori debetis,plura magiſtro,
Dixit & in media trepidos caligine linquens
Per medium fugiens euanuit aëra corpus.

190

ALCIMI AVITI LIBER III.

De ſententia Dñi.

TEmpus erat, quo ſol medium tranſcẽderat axem
Pronus & excelſi linquens faſtigia centri,
Vicina iam nocte leues præmiſerat auras.
Illis ſed maior curarum voluitur æſtus,
Feruente que tenent malè conſ ia corda dolores,
Tum pudor his capto datorque lumina ſenſu,
Nec iam ſecura præſtatur luce tueri
Signatam fixo peccati ſtigmate rnem.
In lamenta perunt,foliis vt m ambo
Membra tegant nudi mq; malum ſub veſte lateſcat,
Vmbr ſis p ct ſtabat ficulnea ramis,
Frondentes diffuſa comas,quas proximus Adam,
Humentem capiens raſo de cortice librum,
Aſſuit,& viridi ſolatur veſte ruborem.
Induitur ſimi i mulier lacrymabilis arte,
Quóſque aluit miſero fallax inſania pomo,
A Veſtiuit folio:& quos ſæua ex arbore nudos
Reddidit,hoc grauius tenui de cortice texit.
Et tamen adueniet tempus,cum crimina ligni
Per lignum ſanet,purgetque nouiſſimus Adam,
Materiámque ipſam faciat medicamina vitæ,
Aureus ex alta cum pendens arbore ſerpens,
Serpentis veteres morſus atque omne venenum
Eluet,& veterem perimet ſua forma draconem,
Tunc etiam inuitum letho delebere lethum.
B Interea genitor viridis per mollia luci
Rorantes ſudo capiebat ab aëre ventos,
Protinus attonitis ſenſerunt auribus ambo
Præſentem Dominum-triſti tum luce peroſam
Expauere diem,detecto in crimine teſtem.
Tunc ſi illis ſpecubus vaſtis ſe ferre barathrum
Panderet,aut ſubitum tellus monſtraret hiatum,
C Non pigeat pronó trepidos deſcendere ſaltu,
Quod ſi ſuppeteret iam tum ſententia lethi,
Hanc etiam raperet ſolandi cauſa doloris:
Seu flammis lymphiſve daret,vel pectora ferro
Appeteret vindex crudeli vulnere dextra.
Sic miſeri mortem nondum diſcrimine notam
Cum primùm meruere volunt:exordia finem
D Signant,& ſimilem prædicunt aſſore luctum,
Qui manet in finem malè ductæ tempora vitæ,
Vltima cum mundi ſenium conſumpſerit ætas,
Cumque repentinus percuſſerit omnia fulgor,
Cælorum clangente tuba,qua nuncius ante
Iudicis aduentum concuſſum terreat orbem.
Tunc cum ſynceros paſtor diſcreuerit agnos,
Hœdis diſparibus diuerſa in parte locatis,
Chaſmate diuiſa medio:quam fluctibus implet
E Sulphureis voluens vndoſo incendia gurges
Flammarum ſtagnante lacu:quo feruida quondam
Dicitur attracto nubes Sodomitica nymbo
Guttatim ſparſum fudiſſe ob crimina fulmen,
Cum plueret nox terra focos,cælóque caduco
Aera per calidum ſtillarent vndique mortes.
Taliter Ignifero miſſi de fonte gehennæ,
F Fluxerunt triſtes aliena in ſecula riui.
At quos terribilis iudex decreuerit hora
Viuere poſt mortem,pœnáque ardere perenni,
Subtrahet optato grauior ſententia letho,
Cumque foret melius diſperſis corpora membris
Carpere perpetuum dura ſub morte ſoporem:
Inuitos tamen vrna trahet,quis ſola voluntas
Rurſus poſſe mori,ſenſuque carere dolendi.
G Sed ſic accipiet feruentis flamma camini,
Ambuſtura ſuas vt nunquam finiat eſcas.
At primi interea iuuenes conamine caſſo
Per deſerta ruunt,tutóque abſcondita furto
Facta putant,cæcis optant latuiſſe tenebris,
Quid iuuat infelix oculos auertere,cùm te
Iudex ille videt?quid eum abnuis ipſe videre,
Cum videare palàm?Sol eſt,non fuſcat amœnum,
H Sed depreſſa grauem formidant lumina lucem,
Debilis & clarum viſus non ſubſtinet orbem:
Hos ergo inſolitas poſtquam tentare latebras
Vidit,terribili primum Deus increpat ore,
Infauſtúſque vbi ſit quærit nun neſcius Adam,
Qui trepidam pauido producens pectore vocem,
Vix hæc pauca refert:tuus ô celſiſſime terror
Inſolitas miſerum latebras tentare coëgit:
I Nam quia nuda forent inopertis corpora membris,
Erubui fateor,cœlúmque per abdita fugi:
Ecquis(ait)ſubitum concuſſit corde pudorem?
Viſus & vnde nouus?nam te nec vellere dudum,
Nec contexta prius velauit tegmine veſtis;
Forma rudis proprio melius contenta decore,
Iudice ſe placuit:ſed poſtquam fœdere rupto
Interdicta tuus tentauit germina guſtus,
Naturale tibi tegmen non ſufficit vnum.

Et iam nunc primum nudis nudata pateſcunt,
Arguit obſcœnus quia turpia corpora motus.
Ille vbi conuictum elato ſe lumine vidit,
Prodidit & totum diſcuſſio iuſta reatum,
Non prece ſubmiſſa veniam pro crimine poſcit,
Non votis lacrymiſve rogat, non vindice fletu,
Præcurrit meritam ſupplex confeſſio pœnam.
Iámque miſer factus, nondum miſerabilis ille eſt.
Nam ſenſu erigitur, tumidiſque accenſa querelis,
Fertur in inſanas laxata ſuperbia voces.
Heus (ait) infauſto mulier coniuncta marito,
Quam ſociam miſero prima ſub lege dediſti,
Hæc me conſiliis vicit deuicta ſiniſtris,
Et ſibi iam notum perſuaſit ſumere pomum.
Illa mali caput eſt, crimen ſurrexit ab illa.
Credulus ipſe fui, fidei ſed tu vnicus auctor,
Connubium donans, & dulcia vincula nectens.
Atque vtinam felix, quæ quondam ſola vigebat,
Cœlebs vita foret, talis nec coniugis vnquam
Fœdera ſenſiſſet, comiti non ſubdita prauæ.
Hac igitur timidi commotus mente creator,
Mœrentem verbis compellat talibus Euam:
Cur tua deceptum traxiſti in vota maritum,
Nec contenta tuo deceptrix fœmina caſu,
Sublimi ſenſum iecisti ex arce virilem?
Illa pudens triſtique genas ſuffuſa rubore,
Auctorem ſceleris clamat decepta draconem,
Qui vetito pomum perſuaſit tangere morſu.
Poſt hæc ſupremam promit ſententia legem,
Serpentémque reum prima ſic voce notauit.
Tu verò, cuius fucatis fœmina verbis
Capta ſemel, ſimiles Adam pertraxit in auſus,
Propter vtrumque reus, pendes quod fecit vterque,
Nec tibi ſublimis conſtabit pectore vertex,
Callida ſed pronus per terram corpora voluas,
Vtque fuga trepido ſinuoſa volumina curtant,
Non greſſus ſed lapſus erit, téque ipſe ſequêris
Flexibus, & ſpiras vitentia vincula nectent.
Tum propter ſuaſam miſerorum cordibus eſcam
Tellurem captans paſtu veſcêris inani,
Menſibus & certis, fugitiuus ab aëre ſudo,
Incluſus terris communi ſole carebis.
Inter cuncta replent, quæ nunc animantia mundum
Omnibus inuiſus fies, grauis omnibus horror.
Præcipuè infœlix mulier, cum prole futura,
Tecum inimicitias odio conſtante reponet,
Seminibúſque tuis eius cum ſemine bellum
Perpetuum, ſed diſſimilis victoria, nam qui
Ambos vna opera viciſti ſubdole ſerpens,
Olim erit vt ſexum muliebrem primus adores:
Cuius tu quanquam pauidæ inſidiabere calci,
Conteret vna caput tandem tibi fœmina victrix,
Naſcendúmque etiam tali de ſtirpe germen.
Poſthæc attonitam iudex commotus in Euam,
Et tu quæ primam violaſti fœmina legem,
Accipe, ait, reliquum vitæ quod reſtat in æuum,
Imperium patiere thori, dominúmque timebis,
Quem dederam ſocium: cuius tu ſubdita iuſſis
Pareto, & libitus poſt hæc aſſueſce viriles.
Móxque vbi concipiens fœtum perſenſerit aluus,
Ventris onus gemitu teſtaberis, ac tibi clauſum
Anxia creſcentem portabunt viſcera faſcem:
Donec tranſacto faſtidia tempore complens,
Naturale malum partus ab vindice partu
Producas, vita vt prolis ſit pœna parentis.
Sed quid multa loquar miſeræ diſcrimina matris?
Nam cùm prædurо mulier confecta labore
Optatam ſobolem, tali produxeris ortu
Lugebis vacuos nonnunquam orbata dolores.
Interea trepidus iam dudum ſuſtinet Adam,
Quid ſibi terribilis tandem ſententia ſeruet?
Cui pater attentis, inquit, nunc auribus & tu

A Accipe quid mereare, leuis quem fœmina vicit.
Impolluta prius pulchro ſub germine tellus,
Non iam ſicta ſatis, nec puro ſemine ſimplex,
Priſtina monſtrabit corruptum terga per orbem,
Exemplóque tuo ſemper tibi terra rebellans,
Vepribus, ac tribulis armata, reſiſtere diſcet,
Aut ſi frangenti cedens ſuccumbit aratro,
Vomeris aſſixo mordaci dente ſubacta,
B Pinguia decipient mentito germine culta.
Nam pro triticeo lolium conſurgere fructu,
Et fictas ſegetes, vacuaſque dolebis ariſtas,
Sic vt vix centum producant iugera panem.
Sudore aſſiduò nitens, quem ſumat egeſtas,
Illecebrámque cibi pœnalis vindicet eſca:
Æqualem brutis facient tibi pabula vitam,
Et ſimul herbarum ſuccos, paſtúmque requires,
C Stercoréque aſſimili depreſſa grauabitur aluus,
Atque oneroſa diu voluetur talibus ætas
Donec præſcriptum donent tibi ſecula finem,
Et compacta luto, rurſum ſoluantur in illud
Membra, ſimúlque leuis fias de puluere puluis,
Antè tamen durum nati præcurrere lethum
Conſpicies, pœnáſque tuas in prole videbis,
Vt metuenda magis cernatur mortis imago,
D Peccaſſe agnoſcas quid ſit, quid mortua fieri,
Quidve mori: ac nequid deſit tibi forte malorum,
Acrior immenſo miſcebitur ira dolori.
Nam cum prima tibi producent tempora natos,
Liuor edax arcto certabit limite mundi,
Nec iam ſufficiet vacuus conflictibus orbis,
Totáque fraterno congreſſu terra tremiſcet,
Alter in alterius conſurget vulnera frater,
E Tellurémque nouam cognato ſanguine tinget.
Exin poſteritas varios paſſura labores,
Per varios caſus mortalia debita pendet.
Dum veterem dictus diſſoluat terminus orbem,
Occidat omne vigens finiſque redarguat orta.
Audierat, motumque dedit conterrita tellus.
His pater exactis, hœdorum pellibus ambos
Induit, & ſancta paradiſi à ſede reiecit.
F Tunc miſeri egreſſum properant, mūdúmque vacātē
Intrant, & celeri perluſtrant omnia curſu.
Et quanquam variis herbis ac gramine picta,
Et virides campos, fonteſque & flumina monſtrat,
Illis fœda tamen ſpecies mundana putatur,
Poſt paradiſe tuam, totúmque videntibus horror
Vtque hominum mos eſt, ſtudio maiore negata
Amplecti, & vetitis grauiore incumbere cura,
G Sic maiore animo clauſus paradiſus amatur.
Quæque magis multo paradiſo extenditur, illis
Anguſtatur humus, ſtrictúmque tuentibus orbem
Omnia lata nimis parent anguſta duobus.
Squallet & ipſe dies, cauſſantur ſole ſub ipſo
Subductam lucem, cœlo ſuſpenſa remoto.
Aſtra gemunt, tacitóque prius vix cernitur axis,
Tunc inter curas permixto felle doloris,
Affectus ſenſere nouos, & pectora pulſans
H Nondum compertas prorumpit fletus in vndas,
Attentiſque genis iniuſſus defluit humor.
Haud aliter animas deceptus mole caduca
Spiritus impleto venit cum terminus æuo,
Poſt obitum peccata dolet, tum quidquid iniquum
Geſſerit, ad mentem reuocat, tum pœnitet omnes
Errorum lapſus, ſemet quos iudice damnat,
Quòd ſi præteritæ reddatur copia vitæ,
I Sponte ferat quoſcunque dabunt mandata labores.
Crudeliſſimiles narrant de diuite queſtus,
Hiſtoriam cuius cœleſti numine Lucas
Tradidit afflatus, paucis ego ab ordine totam
Dum repeto, linguis omnes animiſque fauete.
Ille cothurnatus gemmis, & fulgidus auro,
Serica bis coctis mutabat tegmina blattis,

Inde vt bacchantem traxiſſent tempora mentem,
Currebant epulæ totis quas porrigit orbis,
Cumque peregrinus frugem miſiſſet aceruus,
Feruebat priſcum cryſtallo algente falernum:
Viuida quinetiam miſcebant cynnama thalli,
Et ſuffita domus pingui fragrabat amomo.
Quod pelagus, quod terra creat, qđ flumina gignũt,
Certatim ad mensam vehebant, omniaque illuc
Portabat pallens auri cum lance miniſter.
Diuitis ante fores pauper tum forte iacebat
Languidus, obſtrictis reſoluto corpore membris:
Et ſupplex poſcebat opem, non munera quærens,
Sed tantum ſiquis emittat copia diues
Relliquias, ſpectans aluus ieiuna rogabat.
Verum clamanti diues non addidit aurem,
Nulláque languentem pietas reſpexit egenum:
Nec quæ completis ceciderit ſuperflua menſis,
Pauperis ad victum quiſquam dedit: inſuper ægri
Deſpicitur facies, & putria vulneris horrent.
Cúmque canes miti perlambant vlcera lingua,
Blandior, & laſſo feritas medicabilis adſit:
Sola hominum neſcit mens dura & cruda moueri.
Hæc ſed diuerſa penitus dum forte geruntur,
Impendens obitus pariter pulſauit vtrumque,
Diuite præuento, qui dum immortalia ſeſe
Secula victurum ſperat, formidine nulla
Mortis adhuc animum immemorẽ pulſauerat: atqui
Optatam pauper longo vix tempore mortem
Inueniens, victus morbos artúſque reliquit.
Ille quidem, celſa dudum qui floruit aula,
Fletibus ad tumulum ſtipato funere fertur,
Auratóque datur, conditus membra, ſepulchro,
Et precioſa tegunt elatum lintea marmor.
Spiritus abſtruſo ſed mox demiſſus auerno,
Ardet in æternis per tætra incendia pœnis.
E quarum medio ſubitum in ſede locatum
Haud procul, vt viſus conſpectat, ſed procul inde
Vt docet euentus ſinibus conſpexit ouantem
Abrahæ iuſti, mutatum in paupere vultum,
Nec ſimilem illius, quem dudum e luce receptum,
Quarto fortè die vix quiſquam legus humandi
(Ne per corruptum naturæ lege cadauer
Dira frequentato contagia mitteret orbi)
Obrectum laceris tenui velamine pannis,
Naribus adſtrictis nuda tellure locarat:
Angelicis verum manibus ſublime leuatus,
Iam diues, iam ſanus erat, contráque ſuperbus,
Qui malè congeſtos auri cumularat aceruos,
Mendicat vel tantum vnam de paupere guttam,
Arida vt extinctis irroret guttura flammis.
O pater electos (inquit) qui ſede beata
Colligis, & meritis diſpenſas præmia iuſtis,
Hæc ego non merui, ſed ſaltem hoc deprecor vnum,
Lazarus vt digitum gelidas intingat in vndas,
Et linguam extincto flammantem mitiget igne.
Quòd ſi nec refrigerio hoc extinxerit omnes,
Tempore vel ſaltem modico mihi temperet æſtus,
Donec feſſa breui reſpirent membra quiete.
   Taliter immixto lacrymis ſtridore rogantem,
Magnanimus verbis Patriarcha intercipit iſtis.
Deſine iam miſeras incaſſum fundere voces,
Et vanas miſcere preces: haud talia dudum
Dicta dabas, cum te in toribus præſente iacerer
Ipſe ignotus, egens, æger, ieiunus, inanis,
Cum congeſta tuas onerarent fercula menſas,
Nec quiſquam interea clamantem audiret egenum.
Quapropter tandem ſubiecto examine veri,
Præteritæ vitæ ſortem diſpendit vtrique,
Permutátque vices, & te iam ſuffi cis amplis
Exutum laſſe bonis: qui fleuit, gaudeat, & qui
Curarum expertem duxit per gaudia vitam,
Iam fleat æternos ſpirans e pectore planctus.

A Inſuper horrendus qui ſe interponit hiatus,
Non ſinit abiunctas miſceri fœdere partes,
Vt reuocare gradum nec vos, deſcendere nec nos
Rurſus ad inferni valeamus clauſtra tyranni.
Ille gemens vanum repetita voce precatur,
Si nil poſt obitum prodeſt commiſſa fateri,
Nec tua mutatur fixis ſententia verbis,
Hoc concede mihi, nulla quod lege vetatur.
Defuncto fratres dilecti quinque ſuperſunt,
B Obſecro ad hos properet, qui viuos corrigat, antè
In tormenta cadant quàm talia, carne ſoluti.
Nam quamuis duro perſiſtant corde rebelles,
Credent experto, pœnáſque ſubire timebunt.
Talibus ille quidem, fuſis ſed in aëra verbis,
Nulla etenim meriti poſt mortem facta poteſtas.
C Vos ergo dum vita manet, dum lege vigetis,
Patronúſque adſtat patris ante tribunal Ieſus,
Nec iam obcuratis pulſatur ianua valuis:
Dum locus eſt flendi, dum ſe clementia Chriſti
Pandit, flete admiſſa, nec inde admittite flenda.
   Et comperta tibi primi eſt occaſio planctus.
Vt qua ſui caſus nunquam reparabilis Adam
D Pertulit exitium paſſuri nomine Chriſti.
Nam licet æternus meritóſque euaſerit ignes,
Hæc nimium tamen infœlix incommoda ſenſit,
Perdita ne precibus, lacrymiſve reduceret vllis
Extunc paulatim retro ſublapſa referri
Vita prior, cunctiſque malis laxarier orbis.
Tum triſtes morbi, & varij ſubiêre dolores,
Et corrupta ſatis, dira pinguedine tellus,
E Lethali quædam ſuffudit germina ſucco,
Inde truces ſæuire feræ dudúmque timentes
Excitat ad pugnam tunc primum conſcia virtus,
Reddit & armatas, vnguis, dens, vngula, cornu,
Ipſa etiam leges elementa reſoluere primum
Et violare fidem mortalibus omnia certant.
Inflatur ventis pelagus, voluuntur & vndæ,
Excitúſque nouum turgeſcit pontus in æſtum,
F Tunc primum rectis tetra caligine cœlis,
Ingratos hominum caſtigatura labores,
Grandineos pauidis fuderunt nubila nymbos,
Atque polus diſcors inuidit germina terris.
Quin magis ipſa ſibi tellus aduerſa negauit,
Seminis excepti vertens mentita nitorem.
   Hæc mala tum primum gemini ſenſere parentes,
Poſteritas nam quanta ferat diſpendia rerum,
G Vix cui vel linguæ ſint centum, ferrea vel vox
Enumerare queat: nec ſi quem Mantua miſit,
Mæoniúſque canat diuino carmine vates.
Nam quis tot referat motus? quis denique fando
Euoluat, totos qui voluunt ſecula fluctus?
Arma fremunt, crebra quatitur formidine mundus,
Funditur irriguus ſanguis, maiórque ſitigur.
Quid dicam celſas præclaria cœtibus vrbes
H In deſerta dari? populos populante ruina
Diſpergi, & lacerum vacuari partibus orbem?
Seruitio ſubdi dominos, famulóſque viciſſim
Præferri dominis, & belli ſorte petire
Sors generis quondam quos claro è ſanguine miſit.
Et ſi forte breui requieſcant tempore bella,
Legibus armatas furere in certamina lites,
Ius anceps pugnare foro, quo iurgia fratrum:
I Non leuius votis feriunt, quàm prælia telis.
Sed quis vota notet, plangentum facta nocentum?
Quis fraudes & furta gemat gaudentia rapina?
Quiſve minora fleat, ſi coràm maxima fiunt?
Inde minora tamen, ſi ſummis iuncta notentur.
Nam per ſe nullum faciens ſub iudice paruum eſt.
Ne datur hic cunctas percurrere carmine ſtrages:
Hoc vnum dicam breuibus poſt damna priorum
Nil ſupereſſe mali, quod non vel perpetret orbis,
Vel toleret, plenus ſcelerum, plenúſque dolorum.

In caſu diſcrimen habens,& crimen in actu.
Sed tu Chriſte potēs cui ſēper parcere prōpriū eſt,
Tu figulus maſſam potis es reparare caducam,
Et confracta diu ac reſoluta refingere vaſa,
Qui dudum in vili latitantem puluere drachmam,
Clara Euangelij verbique ardente lucerna
Inueſtigaſti, magni tu paſtor ouilis,
Qui procul à caulis,longóque errore vagantem
Quærens ouem,vtque ſuo gaudens reddatur ouili,
Sarcina fit,quæ cura fuit:nec quærere tantum
Illa ſatis cæleſtis habet clementia Chriſti:
Ni ferat impoſitam tergo,atque in ouile reducat.
Vtque vnam ex ouibus ſtygij de fauce barathri,
Infeſnique lupi crudeli ex ore receptam
Accipias,Euangelicus te filius ille
Iunios inſtituet pecudis qui forma reuerſæ,
Quid fugias docet,& lapſus quo denique pacto
Ad meliora queas pacato patre reuerti.
Ille quidem exhauſtos poſtquam diſperſit aceruos,
Vitáque conſumpto mutata eſt prodiga cenſu:
Turpia porcorum dignè conuiuia ſectans,
Optauit ſiliquis compleri viſibus aluum,
Donec ſæua fames longo diſcrimine victum
Cogeret offenſo tandem ſe reddere patri,
Confeſſúmque reum laxato crimine ſolui.
Quem mox proſtratum mitis pater,alleuat vltro,
Et trepidum blanda ſolatur voce pudorem,
Quin & quem loquitur,facto teſtatur amorem,
Nam reduci ornatus veſtis dat prima ſecundos,
Lætáque ſolennis celebrat conuiuia cœtus,
Quod rediuiua ſuis quondam quaſi funere proles
Surgat,& orbato redeant noua lumina patri.
At tu cunctipotens hominum rerúmque creator,
Quamquam omnes fieri ſaluos cupis , atque beatos:
Nulla tamen pateris noſtræ diſpendia mortis,
Nec mundo pereunte,tuis contingere damnum
Diuitiis poterit neſcis decreſcere,neſcis
Augeri,& pleno perſtat tibi gloria regno:
Sed famulis id redde ſuis,quod perdidit Adam,
Quódque tulit primum vitiatæ ſtirpis origo,
Ornu reſtituat per te pia vita ſecundo,
Forma vetus nimium lacero circundata peplo,
Iam veteri ſciſſam ponat cum crimine veſtem,
Pallia prima pater redeunti porrige proli.
Olim ſemineæem miſerans tu forrè repertum,
Inque via abiectum (quem non multò ante latrones
Prætereà inflictis ſpoliarant vndique plagis,)
Hanc tu Chriſte viam,ſumpto dum corpore,curris
Allisum reperis,nec deſeris inſuper ægrum
Carnis iumento impoſitas,& vulnera ſanas.
Non ſecus inferni qui dudum præda latronis
Multiplici exanguem trahimus pro vulnere vitam:
Nullum aliud,præter te vnum,ſolamen habemus,
Quòd ſi nunc medicu curabit vulnera fotu,
Gratia deſignata oleo,ſapientia vino,
Et Samaritani nos extera cura fouebit:
Pelletur validus medicato corpore languor.
Ergo qui non vis moriendi creſcere cauſas,
Nec peccatorum crudelia funera quæris,
Sed magè conuerſi vt viuant:blando excipe vultu,
Quos confeſſa tibi gemitus pia pectora fundunt,
Vt quondam tecum paſſæ ſub tempore carnis,
Proximus immani pendens de ſtipite latro,
Quem non culpa tibi ſimilem,ſed pœna tenebat,
Confeſſi venia ſupplex eſt criminis vſus.
Ille etenim non vt membris,ita corde ligato,
Etſi confixas clauis extendere palmas
Non potuit,liber mentem cum voce tetendit,
Sicque reus ſcelerum cum digna piacula pendit,
Martyrium de morte rapis,cui ſine ſagaci
Prouida cura fuit tales non perdere pœnas,
Præripuitque aditum moriens,cœlóque leuandus

A Ardua ſublimi tenuit compendia ſaltu.
Porrige ſic nobis celſam pater inclite dextram,
Nos quoque perpetuæ conſortes effice vitæ.
Atque profanati deceptis fraude latronis,
Vt tibi compaſſo miſerans ſuccurre latroni:
Inuida quos hoſtis paradiſo depulit ira,
Portios antiquæ reddat tua gratia ſedi.

B

ALCIMI AVITI DE DILVVIO MVNDI.

LIBER IV.

INfectum quondam vitiis concordibus orbem,
Infandúmque nefas,cœlo vleiſcente piatum
Diluuio,repetam, ſed non quòd fabula mendax,
Victuros lapides mundum ſparſiſſe per amplum
C Deucaliona refert,durum genus,vnde reſumpti
Deſcendant homines,cunctiſque laboribus apti,
Sacra qui duræ monſtrant primordia mentis.
Sed veri compos,fluctus nunc perſequar illos,
Per quos immiſſus rebus vix penè creatis,
Lactentem vel iam præuenit terminus orbem.
Extulerat mortale genus crudelibus auſis
D Ingentes animos:omni pro lege voluntas
Sola erat,vſque adeo conuerſi in crimina mores:
Ius hominum nullum,cum nil diſtare putatum
Faſque nefáſque inter,tecti cuſtodia nunquam,
Non Iudex,non teſtis erat, non denique rectos,
Arbiter aut morum , vel qui ſuaderet honeſtum:
Sed princeps ſibi quiſque fuit virtute nocendi.
Nec meritis,ſed mole potens qui fortior eſſet,
E Hic melior ſibimet ſeſe Cenſore placebat.
Brutorum quàm hominum vitam magis eſſe putares,
Nam diuinum in ſe non intellexit honorem
Mens humana ſuum,brutóque ſimillima facta eſt.
Sanguis potus erat,cæſorum viſcera paſſim
Indomitis laceras præbebant mentibus eſcas.
Inſuper & quadrupes ſi cuiquam humanius eſſet
Ingenium,mediis vel mortua bellua campis
F Paſtus erat:tum nulla fides,lex nulla vigebat.
Quàm verò pecorum ritu promiſſa voluptas,
Et diffuſa palam ruptis laſciuia frenis,
Luxuriæque forum,atque obſcœni nundina mundi
Ferueret,caſto fas non eſt dicere cantu.
Talibus ac tantis hominum gens improba geſtis,
Silueſtres animos,naturæ fœdere rupto
Induerat,pulſáque procul ratione ſurebat,
Deſertáque Dei cœleſtis imagine,prorſum
G Omne decus mentis turpi deiecerat actu.
Haud ſecus ac pulchri cùm fertilis area campi
Quam ſucciſa dedit purgato robore ſylua,
Dum colitur,nullo parer fœcunda labori
Subiicitus raſtris,reſpondet frugibus,ac ſe
Seruat compoſito ruralis gratia vultu.
Contrà autem exercere ſolum ſi negligit aut ſi
Agricola oblitus ſua brachia fortè remiſit,
H Laxáuitque manus,feſſoque quieuit aratro:
Pigreſcit primùm durato ceſpite tellus,
Mox rudibus ramis,atque aſpera palmite crebro,
Diſciplinatos diſſueicit promere fructus,
Et frutices mittit,ſiluamque minatur inanem:
Quam ſi nec ſera ſucceſſor falce repurget,
Non iam in virgultis,ſed denſo ſtipite lucus
Texitur,& ſteriles diffundit in aera frondes:
I Donec concluſa ramis currentibus vmbra,
Mox importunæ depulſo ſole tenebræ,
Ad ſecura feras inuitent ludere luſtra.
Taliter humani generis non ordine recto
Perdita mandatæ iam poſt primordia legis,
In peiorem labens paulatim vita tetendit.
Proficiens peiore via,conſtantior ipſo
Iam paribus ſtudiis nutriti criminis vſu,

Et

Et tamen auctorem vitij culpæque magiſtrum,
Doctior errans,lapſuque peritior omni
Succeſſiuæ prolis creſcens audacia vicit.
Vt fluuius,primùm parua diffuſus ab vrna,
Perpetuum lecho promit qui gurgite fontem,
Tramite quem ſummo facili tranſmittere ſaltu
Cuiuſque poteſt:mox irriguo deductus ab ortu,
Viribus augetur ſubitis,ripaſque retrorſum
Pellens excreſcentes pellit per plana liquores,
Occupat & ſpatium,pereuntique imminet aruo,
Tunc cir unfuſos vicinis vallibus amnes
Sorbet prætеriens,externáſque incipit vndas
Augmento ſi iure ſuo,mixtáſque ſub vno
Nomine,corroſis diffuſo gurgite terris
Cum trabibus ſtabuliſque boum, luſtriſque ferarum
Sæuior acceſſu,longóque furore potitus,
Tandem deſiſtens pelagi tranſportat in vndas.
Sic eius motus ſimiliſque ad turbinis inſtar
Humanum vitiis ibat genus,& tamen ipſa
Longius inſanas mentes diſſoluerat ætas,
Centenos nouies crebro cùm duceret annos
Vita tenax,tantu ſuſpenſi tempore lucri.
Nullus ſerior erat,quod ſi qui debita lecho
Iura darent,ſerientque aſſuetæ funera mortis,
Perpetuam interimi fragili cum corpore vitam
Credebant:æui ſic cunctis nulla futuri
Spes inerat ſolúſque ſibi fundauerat omnem
Seculibus in cæcis periturus mundus amorem.
Tempore quineriam peccatrix terra ſub ipſo
Nutribat ſæuos immania monſtra Gigantes.
Nec tamen effari ſolitum quo ſemine cretos.
Communi cunctis ortum de matre ferebant,
Qui genus,vnde patres,prohibent arcana fateri.
Si ſpeciem quæras,humani corporis illis,
Plus vultus quàm forma fuit:ſic linea membris
Conueniens,hominem monſtrabat diſſona molem.
Quapropter deinceps commentis Græcia fictis,
Dedecus infandum maſſis informibus auxit,
Et portentoſis deſcripſit corpora membris,
Pube tenus cùm forma viri,cum corporis ima
Supplerent vaſti mixto pro crure dracones,
Artus ſemihominum patulis qui faucibus,immò
Integros viuóſque homines crudo ore vorarent.
Tunc etiam aiebant diro terrore,tonanti
Blaſphemis crepitu tonitru iamittere plantis,
Mortaleſque pedes motu ſic muiſſe veneni.
His ſimiles mendax Phlegræi fabula belli,
Excuſſas finxit ieciſſe per aera rupes,
Pro telis,ſpacioſa manus,quod turbine montes
Sparſerit,& miſſis cœlum quaſſauerit aruis.
Hæc ſunt priſcorum quæ de terrore Gigantum
Carmine mentiti Graij cecinere poetæ,
Qui cœlum aduerſus,prauis contendere factis
Inſtiterint,nec iam miſſis configere telis
Cùm poſſent,diris agitarint prælia votis,
Montibus impoſitis nec enim fas credere,montes.
Hoc tamen & deinceps illos tentaſſe putabo,
Qui coctos lateres,lentóque bitumine iunctos
In ſublime rati manibus ſic poſſe ſuperbis
Suſtolli.& celſas in ſidera ſurgere moles.
Cum fureret mortale genus,caſſóque labore
Irrita conſcenſis cementa inferret in altum
Nubibus,& refugum ſequeretur machina cœlum,
Quam daret,& varius confunderet omnia ſermo.
Hinc ſparſum fœdus diuiſa lege loquendi,
Quod ſcelerum aſſenſu turbata ſuperbia rupit.
Interruptæ pereunt culmina maſſæ,
Effectuſque carens ceſſauit in ædibus ruinis.
Hæc poſt diluuium nati quantas tempore priſco
Picta gigantæas reliquas produxerit arces,
Atque laceſſitis contemptum immiſerit aſtris,
Abſtergente Deo dira eluuione docemur.

A Cernebat patiens iam dudùm inſana furentes
Terrarum populos hominum rerumque creator.
Expectans ſi quem vani conſortia mundi
Linquentem melior moneat reſipiſcere cura:
Sed continuatus(poſtquam percurrere cœptum eſt)
Perditionis iter ſtatuit,cenſuſque per omnes
Obtinuit victor peccati inſignia mundus.
Nec reuocare gradum à vitiis,greſſumque referre
B Cuiquam erat in votis:id tandem exhorruit auctor.
Pœnituitque illum miſeri,quem fecerat,orbis.
Tum tales tonuiſſe minas commotus ab alto
Fertur,& excitas laxaſſe his vocibus iras.
O nullis illecta bonis,nulliſque repreſſa
Legibus,antiquo tantum ſubmiſſa draconi
Effera gens hominum,ducta corruptior æuo.
Non Euam cecidiſſe ſat eſt,tranſcenditur omni
C Crimine,compertor lethi,nec ſufficit illud,
Vicit inexpertum ſerpens quod priſtinus Adam:
Non contenta ſui fœdari crimine patris
Addidit ipſa ſuos mortalis vita reatus,
Expectaſſe diu nihil profuit,inſuper omne
Conceſſum veniæ rapuerunt crimina tempus.
Iam nimium longas patientia continet iras,
Vindictæ iam tempus adeſt,nec fulmine terras
D Flammeus ardor aget,vaſto nec cedet hiatu,
Quæ premitur nimio tellus inſana tumultu,
Sed vitiis ſordens,fluctu delebitur orbis.
Ad Chaus antiquum ſpecies mundana recurrat,
Inque ſuas redeant vndarum pondera ſedes.
Arida ſuccombat lymphis,rurſuſque ſepultas
Terrarum ſpecies informis contegat humor.
Hæc clades homini,carnique hic terminus eſto.
E Sic Pater æternus diſponens funera rerum,
Diluuium dextra terras vibrabat in omnes.
Interea pleno viuebat iuſtus in orbe
Vnus homo,& mentem ſolus ſeruabat honeſtam:
Nullus vota Deo donis precibuſque ferebat
Hunc præter,ſummus quem dignum laude creator
Noſſet & ceptrum vitæ ſeruare pararet,
Stemmatis hic ſacri nam claro nobilis ibat
F A proauo,quem priſca fides & conſcia virtus
In cœlum ſine morte tulit:ſic celſa petentis
Succeſſit magnis non impar filius actis.
Nec minimum eſt,illum ſalui cum corporis vſu
Terrenas liquiſſe domos,intraſſe ſupernas.
Quamquam quo Noë proauus conſcenderat Enoch,
Elias curſu poſt tempora longa ſecutus,
Scribitur ignitis ſcandens penetraſſe quadrigis,
G Cum ſuſpenſa leues tranſmitteret orbita ventos,
Vngula vel premeret caſſato pondere nubes,
Vallatumque ferens ſanctum non vreret ignis,
Et motus ſeruans neſciret flamma calorem,
Hos igitur ſatis eſt cœlum potuiſſe mereri
Membrorum ſub lege ſitos:ſed non tamen illud
Segnius admirer,ſancti quod tempore Noe,
Vnius ob meritum,natis nuribuſque tuendis
H Orbis in exitio allatam noſcere ſalutem.
Eſt ille in cœlis,numeros qui præterit omnes,
Angelicus ſiue fine chorus,qui laude perennis
Conclamat celebrátque Deum famulantia ſuetus
Ferre miniſteria,& iuſſis parere ſupernis.
Hi nunc quod rectum mortalia corda precantur,
Concipitur dignis ſacro quod pectore votis,
Quicquid larga manus collectis ſpargit egenis,
I Excipiunt,ſanctóque ferunt ſuper aſtra volatu,
Quinetiam iuſtos,fragilis dum vita fatigat,
Tuentur,mundique inter diſcrimina ſeruant.
Sed tamen in cunctis præcellit clarior ille,
Maxima quæque Dei quo diſpenſante miniſtro,
Res geritur,rebus myſteria qui paret altis.
Hic dominum cœli venturum corpore ſumpto,
Virginis intactam iuſſus prædixit in aluum,

Sacrá

Sacráque dotali compleuit viſcera verbo.
Hic & Baptiſtæ præcurrens nuncius ortum
Deſperata diu dum ferret germina patri,
Inter ſacra virum conterrutt & dubitantes
Protinus inſolito reſtrinxit more loquelas:
Donec prædicto fœcundam redderet ortu
Prolis anum: multos ſterilis quæ tanta per annos
Fudit diffidens effœta puerpera fœtum.
Hic rerum ſolers, ſummúſque archangelus ille,
Aëra per liquidum, leuibus circundatus auris,
Vibratáſque mouens ignito corpore pennas,
Nulli conſpectus ad terram motibus ibat.
Et tum forte gemens cunctorum crimina Noë
Inflexis ſtratus genibus, cum ſupplice planctu
Mundanis veniam mundo nolente petebat:
Cum ſubito clauſis foribus tamen aliger intrat,
Conſpicuus claro reſplendens nuncius ore.
Horreſcit viſu tanto perterritus heros,
Mortaliſque oculus fulgurem ferre ſupernum
Vix valet, & pauidi detorquent lumina vultus.
Ille ſaluiferis primùm mulcere timentem
Aggreditur verbis, cœlique exponere iuſſus.
Hæc per me ſummus pelagi terræque creator
Imperat, vt primùm conceſſa pace quietus
Excipias, noſtriſque fidem des optime verbis.
Inſperata quidem cunctis ſententia lethi
Imminet hanc ſolus: ſed enim tu euadere cladem,
Et præſcire potes: nam te calcata voluptas,
Iam pridem rectum toto diſcreuit ab orbe.
Vnica ſed quoniam ſæuo te excludere letho
Forma modúſque poteſt: tantos euadere caſus
Qualiter incipias, paucis ex ordine ſabor.
Finis erit rerum permiſſis vndique lymphis,
Atque relaxata vaſtabitur orbis abyſſo,
Nunc age congeſtis creſcat fortiſſima lignis
Machina, quæ ſurgens fluctu ſupernatet omnes
Tercentum cubitos, per longum ducta tenebit,
Biſquinis late claudetur, biſque vicenis
In triginta illi conſtabit culminis altum,
Triſtegáque hic facies, ſimul & cœnacula in illis,
Cuiuſque aſſeruans animalia plurima formæ,
Quis ſtatues variis diſcreta cubilia cellis.
Tum ne rimoſi compagum forte meatus
Accipiant inimicum imbrem, memor eſto linire
Iuncturas laterum, pigrúmque infunde bitumen.
Taliter effectam cum conſummaueris ædem,
Protinus ingredere, ac mundum dimitte cadentem,
Extruſit quem culpa frequens, includere clades
Incipiat circúmque fremant te ſoſpite mortes,
Quin etiam lateris ſociam ſuccedere tecto,
Et cum coniugibus natos intrare iubeto,
Túque ſecundus eris deleti germinis auctor,
Vt te poſt primum repleatur terra parente.
Sed quia perfecto diuinis viribus orbe
Poſt operis finem, poſt leges, póſtque ſacrata
Sabbata, formari quidquam non conuenit vltra,
Ne penitus ceſſans intercidat omne creatum,
Spirantum è cunctis pecorum celerúmque volucrũ:
Siluarúmque feris, iumentorúmque potentum:
Vel quæ per tractos reptant, labentia motus,
Bina cape, & tecum clauſtro victura reconde;
Sic tamen vt proprios teneant ſua vincula ſexus,
Vnde genus rurſum tellus implenda reſumat,
Nec timeas ne forte feros animantia motus
Seruent, aut ſolitis præſumant rictibus iras:
Fœdus erit cunctis, quæ diſcordantia profert
Per varios natura modos, & pace fideli
Parebit iuſſis, quidquid concluſeris illuc
Serpentis tantum ſemper figmenta caueto,
Vertice ſubmiſſo blandum licet ille triſulcis
Finxerit abſcondens per dulcia ſibila linguis
Immortale odium: nec quidquam ſi ſapis illi

A Crediderìs, blando ſermone infidus ineſcat.
Nam quicunque ſemel lædendi quæſiit artes,
Hic ſemper ſuſpectus erit, penitúſque cauendum eſt,
Ne iam mentito coniunga . fœdere prudens.
Tu poſt exemplum iuſſus ſeruire memento.
Hæc fatus vacuum leuibus ſecat aëra pennis
Mortalem fugiens aciem, cœlóque relatus
Heroem trepidum mandata lege reliquit.
Ipſe tamen tali manibus cum voce leuatis,
B Quiſquis, ait, nobis tantam ſpondere ſalutem,
Seu miſſus, ſeu ſponte venis ex æthere celſo,
Et placidum fauſto confirmas, fœdere pactum:
Sis fautor, firméntque tuas promiſſa loquelas,
Auxiliúmque tuum conatibus inſere noſtris,
Vt tenuis tantam valeat manus edere molem,
His breuiter dictis vitæ ſpem corde reponit,
C Aggrediturque celer ſacti præcepta laboris.
Quis tantus capiat ſenſus? quis denique ſermo
Explicet, adnectis fuerit quæ copia lignis?
Nudati colles, ſpoliatis arbore ſyluis,
Iam ſua certatim concedunt robora montes.
Pelion immenſas mittit de vertice quercus,
D Inſuper expoſuit multa virtute reciſum
Oſſa nemus, Pindóque abies ſubducitur alto.
Atlas ipſe nouas ictu reſonante ſecures
Senſit, & annoſas dedit ad naualia pinus.
Immenſum tunc ſurgit opus, contexta leuatur
Porrectis trabibus præcelſi culminis ædes.
Hæc inter, diſcors varij ſententia vulgi.
Nam multi limphis obſtacula tanta parantem
E Irriſere virum, moles quod tanta moueri
Fluminibúſque dari nequeat: quam forte nec ampla
Euphrates, Nilúſve queant includere ripis.
Humani generis quid mens incredula reris,
Mortalem non poſſe manum coniungere ponto
Ædem longinquam? pontus namque obuius vltro
Curret, & adductum tanget ſtans fabrica littus.
Aſt alios celſam compacto robore maſſam
F (Ignaros quanquam cladis cauſæque latentis)
Mirari nouitas & formidare coegit.
Haud aliter ſtudium iam tunc diuiſerat omnes
Quàm nunc mundus agit, ſunt qui compuncta fideli
Corda dicant operi, rebuſque inſtare ſupremum
Diſcrimen norunt: corpus cum concidet omnes
Bacchatámque diu conſument ſecula carnem:
Effugiet tunc ille malum, quicunque paratus
G Præduri validam ædificarit tegminis arcam,
Per lignum vitale crucis ſeruatus ab vndis.
Tunc cernet quanto contempſerit ocia fructu.
Hic tamen interea ſudantem, operique vacantem,
Nónne piger lucri quiſquis tædénſque laboris
Inſanire putet? cura quod ſolus inani
Æſtuet, & rebus nolit pereuntibus vti?
Sic epulans parcum, ſic largum quiſquis auarus,
H Sic nudum raptor, ſic caſtum ridet adulter,
Sic circumſcribens illuſo ſimplice gaudet,
Sic ſapuiſſe dolet diues, dũm congregat aurum
Spargentem nummos varios in pauperis vſus
Conſumptis opibus miſerum ratus eſſe beatum.
Ergo repentinum iudex cum cerneret orbi
Aduentare diem, finis, ſic protinus inquit,
Imminet, vt iuſti quondam ſub tempore Noe,
I Diluuium vanos mundi cùm repperit actus,
Et carnem conſumpſit aquis, opiféxque ſalutis
Euaſit facto diffuſa pericula clauſtro.
Hæc Euangelicis ſunt inclamata figuris.
Prouidus interea conſummat conditor arcam.
Tunc iuſſæ accurrunt volucres, tunc beſtia quæque
Conſuetum linquens ſiluoſo tegmine luſtrum,
Depoſita feritate venit, ſeſeque tenendam
Ingerit occurrens, & libertate relicta
Includi gaudet, tantum decreta futuri

Vis valet nec tultus bruei in ſenſibus ardet
Terror,& expectans agitat formidine mentem:
Aſt homines quos ſors certi diſcriminis vrget,
Vicina nec morte pauent,ſic vindice cœlo
Securos Iaioſque reos tellure Gomorrhæ,
Iam prope ſub flammis ſententia dicta videbat.
At contra Niniuæ populis terrore ſalubri
Præſoluit pro pace metus:iam venerat illuc
Iuſtus,multum ille,& terris iactatus & alto,
Qui clamaturus tantæ diſcrimina plebi,
Diluuium timuit,mundo conſtante Propheta.
Hauſerat hunc valido peruadens bellua rictu,
Immerſumque mari ventris concluſerat arca.
Deglutire virum,fauces implere capaces,
Ardenti monſtro cum ſic permiſſa poteſtas
Non licuit,mordere tamen,nil dentibus actum eſt,
Sed cupidum intrauit deludens præda vorantem,
Innatatque cibus ieiuna vixit in aluo.
Dumque illum ternos agitaſſet bellua ſoles,
Et noctes totidem,ac lutus vacuanda viderent,
Tunc caſtigatum vomuere ergaſtula paſtum.
Vt monſtro exutus vates,cœlúmque recepit,
Contingens terras magnam tunc perſitus vrbem
Terribili cum voce petens:vis criminis,inquit,
Ardentis niſi pœniteat,purgabitur igni:
Iamque venit finis,lentum eſt hoc dicere venit,
Non plus ſatus erat,totus conuitat in omne
Lamentum populus,concurruat vndique fletus,
Pectora tunduntur,cœlum ſuſpiria pulſant,
Mollibus abiectis,cilicum dant tegmina ſetæ,
Inque cibos cineres,lacrymas in pocula fundunt.
Ipſe etiam dignus tali qui tempore princeps
Ante aciem fletuum portet vexilla ſalutis,
Atque nouum ictu metuens diſcrimina vineat,
Proiicit hinc ſceptrum,linquit ſublime tribunal,
Pallia blatarum ſpreto diſſibulat auro,
Serica deſpiciens,atque aſpera tegmina ſumens.
At pius ex alto contemplans talia rector,
Excitas reuocat ſedatis mollibus iras,
Vibratúmque tenens reſtringit miſſile ferrum.
Ergo vbi collegit ſilueſtres vndique ſexus,
Incluſítque feras pecudum,tunc eligit illa
Sumere quæ licitum eſt,& ob id quæ munda vocantur.
Hinc centum ſeptena dedit viuentia clauſtro.
Vt ternis paribus ſeruato ſemine ſaluis,
Septima quæ fuerint ſacris quandoque litentur.
Et iam vitalis concluſerat omnia carcer.
Tunc iuſtum cunctoſque ſuos natóſque nurúſque
Accipit expectans clauſtrum,vitæque reponit.
Nam ſeruos nondum dederat natura vocari,
Nec dominos famulis diſcernere nouerat ordo,
Primus enim maculam ſeruili nomine ſenſit,
Huius natorum medius,qui forte cachinno
Diſtectum petiit miſero ſpectamine patrem,
Maternamque ſui riſu deformior ortus,
Quod poſtquàm ſanctus Noe reſciuit,in iras
Ardet,& iuſſit ſeruum pro crimine patris
Germanis tuber eſſe ſuis:primum inde repertum
Seruitij nomen,cunctis nam ſemine ab vno
Prodimus,patremque omnis ſibi vendicat vnum
Poſteritas,déque ingenuo mala crimina ſeruum
Efficiunt:quod ſi vitam poſt degat honeſtam,
Natales faciens ſibimet tum nobilis inde ait.
Seruitij cauſas igitur feciſſe reatus
Cernitur,& liber peccans,fit crimine ſeruus.
Nunctus interea dudum qui miſſus ab alto,
Detulerat iuſto cœleſtis munera verbi,
Vt clauſam vidit perfectis omnibus arcam
Expectare diem,rurſus deſcendere cœlo
Feſtinans,laxos firmauit cardine poſtes,
Incluſitque viros atque oſtia fortia traxit,
Confeſtimque ieuans ſupero ſe retulit axi.

A Æuo ſexcentos ſenior tranſcenderat annos,
Lunáque bis plenos addebat menſtrua curſus,
Septimus & decimus qui poſt illuxerat orbis,
Vltimus ille dies,jam tunc dedit omnia letho.
Ilicet obtegitur cœlum nimiiſque tenebris
Victa repelluntur fuſcati lumina ſolis,
Inſanas hominum mentes via tangere terror
Cœperat,inſolito mox profluus æthere nymbus,
B Et valido primum ſimilis demittitur imbri.
Arida terrarum pariter maduere per orbem.
Vna fuit toto facies & nubila cœlo.
Ægyptus tuus ipſæ nouas expauit ad vndas,
Alſit & infuſus Garamas dudúmque calentea
Humida Maſſilas tetigerunt frigora Syrtes.
Nec longum pluuiæ ſpecies,non denique guttæ
Stillant,ſed rupto funduntur flumina cœlo.
C Non aliter Tanais niuibus compaſcitur albis,
Ryphæo de monte ruens illiditur amni,
Præcipitáque ſimul longo quod tramite durat.
Vndarum cali quatitur certamine tellus,
Fitque latas inſtar compreſſus fluctibus aër.
Nec tamen hic lymphas tantum fudere ſuperna,
Terreſtres etiam mundus conſurgit in iras,
Rumpitur omne ſolum,crebros dant arua meatus,
D Proſiliunt fontes,ignotáque flumina manant.
Vergitur in ſurſum mutato pondere nymbus.
Inde cadens cœlis,hinc terris vndique ſurgens,
Occurrit mox vnda ſibi,iunctóque furore
Coniurant elementa neci,tranſcenditur omnis
Riparum limes fluuiis,atque abiec rupta
Sæuit laxatis diſcurrens humor habenis.
Sed cum diffuſæ ſpacium concludere terræ
E Omnia cerrarent,mundúmque implere capacem:
Suſpendi forſan potuit ſententia lethi,
Atque mora maiore trahi,quo tardius omnem
Concedens ſpacium rapiat mors vltima carnem.
Ni pater Oceanus,munditur indignatus in ipſum,
Qui terras omnes tantùm vao littore cingit,
Exiret,tumpenſque fidem perfunderet arua.
F Ergo vt peruerſi vindex crudelior orbis,
Diſſipat æternas leges,& ſede relicta
Regna aliena petens,naturæ fœdera turbat.
Vt duros primùm pelagi ſenſere ſuturos
Illuſtres fluuij,magnos quos inclita curſu
Fama refert,motuſque a nos ſtupuere parumper:
Vt credas tepuiſſe fugam,ſic verſa retrorſum
Vndarum in terris inblata volumina ſpargunt.
G Inſequitur tamen Oceanus refugiſque fluentis
Imminet,& ſalſis impellit motibus amnes.
Tunc maior ſtrepitu tanto mortalibus ægris.
Fit metus:aſcendunt turres;& celſa dumorum
Culmina,præſentémque iuuat vel tempore paruo
Sic differre necem,multos dum ſcandere tentant,
Creſcens vnda trahit:quoſdam fugitare volentes
Conſequitur,curſúque fugam deprendit inanem,
H Aſt alij longo iactantes membra natatu,
Defeſſi ſpirant animas,aut pondere nymbi
Obruta flumineas immixta per æquora lymphas
In quocunque bibunt morientia corpora monte.
Ædibus impulſis alij periere ruina,
Cúmque vndis fluxere ſimul dominúſque domuſq;.
It fragor in cœlum,ſonitu collectus ab omni,
Quadrupedumque greges,humana in morte ruentũ,
Augent confuſos permixta voce tumultus,
I Hæc inter miſeri fermentia funera mundi,
Prægrauis inſanis pulſatur motibus arca,
Compagéſque tremunt,ſtridens iunctura laborat.
Nec tamen obſtructam penetrat vis improba,quãquã
Verberet,& ſolidam fluctu feriente ſatigeu
Non aliter crebras Eccleſia vera procellas,
Suſtinet,& ſæuis nunc diuexatur ab vndis:
Hinc gentilis agit duros ſine more furores,

Hinc

Hinc Iudæa fremit, rabidóque hanc imperit ore.
Hæreſeon veſana furens exinde Charybdis
Concutit, & Graiûm ſapientia ſtulta ſophorum.
Quæ quamquam inter ſe vario certamine pugnant,
Debellanda tamen ſi quando Eccleſia gaudeat
Conſenſu vnanimi Chriſti conſurgere contrà
Nauiculam, & vanis mendacia fingere verbis,
Sed clauſam vacuo pulſant impune latratu.
Iam medium creſcens arcæ contexerat vnda,
Commotátque cauam ſuſpendens vndique molem:
Sed melius tutam facili portante natatu,
Quoque vocant vndæ ſequitur iam mobile pondus,
Sic nos ſeruati meliora in tempora, mundo
Cedere diſcamus. dum ducimur omne reſiſtens,
Si flecti neſcit, metuat vel pondere frangi.
Sed ſic cedamus, fluxum ne ſentiat intus,
Peccatúmve trahat mens impenetrabilis vllum.
Nauigat interea clauſtro commiſſus eunti
Fons vitæ, ſeruátque furens ſuper omnia pontus
Orbis depoſitum, fido quod tegmine prumat,
Cum pax terrarum reddi ſibi debita poſcet.
Sic fluitanti vndæ tellus ſubducitur omnis,
Quinetiam inflatæ liquidum ſuper æthera ſummis
Collibus impoſitæ vicerunt edita lymphæ.
Delituit tectus ponto tum piniger Othrys,
Parnaſi vertex rautem non protulit altam,
Ipſa cupreſſiferi latuerunt ſaxa Licæi,
Subductæ rupes, æquatæ fluctibus Alpes.
Excluſis domibus totus iam denique mundus
Axis & vnda fuit: nam cunctis morte ſubactis
Regnabant pelagi ſiluoſo in gurgite monſtra,
Et iam vicinum pulſabant humida cœlum.
Iámque quaterdenis manabat noctibus imber,
Compleràtque necem, nec mors quod tolleret vltra
Inueniens, iuſtum audebat contingere Noë,
Frenantur tandem pluuiæ, reſplendent & æther,
Redditur & cæli vultus, ſólque ipſe reductus,
Sed non inuectis qui reddas lumina terris,
Tantum in aquis lucens triſtis videt æquora fulgor,
Cúmque etiam radios admotas frangit in vndas,
Tum conſumendis feruens ac proximus inſtat.
Non minus & patuli terræ clauduntur hiatus,
Quæque prius vomuit lethali ex ore fluenta,
Obicibus propriis conſtricta reſorbet abyſſus.
Nec tamen vt breuiter concreuerat vnda receſſit,
Siccant non pauci longo ſub tempore menſes
Quod pauci fudere dies. iam ducta natatu,
Armeniæ celſis inſtabat montibus arca,
Et nondum nudis fundo conſederat aruis.
Vt ſtabilem ſenſit ſenior, motúque carentem,
Nec fluitare natans ventoſa per æquora lignum,
Credidit abductis nituiſſe liquoribus orbem,
Tunc reſerat ſummam ſublimi à fronte feneſtram,
Emiſſa refluos exploret vt alite fluctus:
Illa volans longo diuerberat aëra plauſu;
Pennarúmque leues diffundit motibus auras,
Cúmque diu feſſis vndas perſtringeret alis.
Nec locus optatam requiem concederet vllus:
Conſuetum repetit proſpecto ex æquore clauſtrum,
Exceptam ſenior manibus tunc colligit intus,
Aduertens nullas patuiſſe per humida terras.
Interea magna pontus ſe mole mouendo,
In chaos antiquum linquens mundana redibat.
Excelſi tandem proferre cacumina primùm
Incipiunt poſt quos parui crebreſcere montes.
At verò vt pelagus cinxerunt littora priſcum,
Oceanúſque ſacer notas collectus in oras,
Contentus ſolito labentia fluminis tractu,
Sorbuit, & cunctis diſtrinxit frena fluentis,
Torrentéſque ſuæ clauſerunt vndique foſſæ.
Libera ſubductis nituit mox arida lymphis,
Tunc interpoſito producens tempore coruum,
A Scire cupit ſenior, vacuúmque interrogat orbem.
Ales vt extenſis nitidum petit aëra pennis,
Aſpiciens plenis immenſa cadauera terris,
Carnibus incumbens, & mox oblita reuerti,
Rectorem placidum communi in ſede reliquit.
Sic neſcis Iudæe fidem ſeruare magiſtro,
Sic carnem dimiſſus amas, ſic gratia nunquam
Cuſtodi vitæ dominóque rependitur vlla.
B Mente vaga ſic laſſus abis, ſic fœdera legis
Rupiſti, & primum violaſti perfide pactum.
Temporis vt ſpatio ſenior collegit, inertem
Iam potuiſſe ſuis coruum ſe reddere clauſtris:
Ignarus tardi reditus, cauſæque morandi,
Ne fors innexis feſſum conſumpſerit alis,
Iunxerit & cunctis pereuntibus vnda recurrens:
Protinus albentem mittit de ſede columbam.
C Illa memor iuſſi rapido petit arua volatu;
Paciferúmque videns ramum viridantis oliuæ
Decerpit, mitique refert ad condita roſtro.
Tali legatus firmauit fœdera ſimplex
Indicio, purúmque pius ſic comperit orbem.
Integer immenſum vertebat circinus annum,
Quo fœlix clauſtrum ſpirantia cuncta tenebat:
Tum pater ablatis obducta repagula valuis
D Pandit, & incluſis diſſuetum reddere ſolem,
Incipit, effœto redeant vt ſemina mundo.
Antè tamen iuſtus iubeat quàm ſparſa vagari
Singula de ſeptem quæ dudum claudere munda
Curauit, natis pariter nuribúſque vocatis,
Ceſpite conſtructa diſponens immolat ara,
Aſcendens ſanctos his primum altaribus ignes,
Plurima dum magnis adolentur corpora flammis,
E Et numerosa leuat per pinguem victima fumum:
Suauis odor tetigit lætum trans æthera cœlum,
Primáque purgati ſuſcepta eſt hoſtia mundi,
Tunc igni permixta ſarro vox intonat iſta.
Hactenus infectus contagia traxerit orbis,
Sufficiat tranaſſe nefas, mundata lauando
Perpetuò maneat tellus, vultuſque reductos
Contineant elementa ſuos: haud amplius vllis,
F Perturbata malis moles mundana fatiſcat.
Vos quoque quos lethi ſaluauit tempore vita
Incluſóque tenens ratis defendit ab omni,
Ducite ſecurum ſeruatis legibus æuum:
Vóſque caput generis fœcundo ſemine prolem
Spargite, diffuſum latè quæ compleat orbem,
Deletum inſtauret numerum, dominetur & orbi.
Fertile quinetiam reddant animantia germen,
G Quod tamen inflexum ſimulabitur ordine priſco,
Porrò autem terris ex hoc iam non erit vltra
Diluuium regnans, carnem quod conterat omnem.
Vnum quod fuerit ſigno monſtrabitur vno.
Nec ſimilem repetita necem peccata videbunt.
Et ſi crimen erit, terror non deerit alter.
Sic vnam genitor iutans baptiſma ſacrabat:
H Vt ſemel abluto lymphis purgantibus orbe,
Baptiſmum haud liceat nobis ſperare ſecundum.
Via tribus exactis cœli iam partibus ibat
Pronus in occaſum radius, cùm forte remotam
Axe ſub Eoo iuſſos contingere nubem
Protulit excuſſum madefacto ex aëre ſignum,
Arcus & enituit, quam nunc Thaumantida Graio,
Irim Romuleo vocitant ſermone poetæ,
I Pendulus obliquum ſolem cum ſenſerit humor,
Ancipites vario mittens ſplendore colores.
Nec numerare queas, ſic mixtos lumine viſus
Multiplici illudunt diuerſis vultibus orbes.
Sapphyrino, viridi maculoſo, cœrulo, & albo.
Purpureum de nube trahit, de ſole coruſcum,
De cœlo rutilum, de terra ſumit & atrum.
Et nunc abiunctis quæ conſtant hæc elementis
Sic diuerſa putas, vt concordantia ternas.

Hanc,

Hanc formam ſigno trepidis mortalibus arcus
Præſtitit eſſe Deus, promittens nube ſerenum
Nulláque iam terris debere pericula cœlum
Nunc quiſquis ſemel allatam ſeruare ſalute
Optas, ſignatum potius ſigno inſpice Chriſtum,
Verus enim atque vnus firmati fœderis arcus,
Ille Deum atque homines inter, qui virgine carne
Virgineo ex vtero ſumpta, iam munere lucet
Multiplici in cœlo varius, ſed fulgidus, omni
Vitalem monſtrat ſacrati pignoris arcum,
Hunc coram aſpicies, quiſquis Baptiſmate tinctus,
Ad cœlum liber culpis pereuntibus ibis,
Quòd verò ſparſis Noë ſaluatur in vndis,
Baptiſmi hinc formam Petro teſtante docemur.
Arca vetus Noë, Chriſti eſt eccleſia, per quam,
Extra etiam quam nemo poteſt ſaluarier. ergo
Quicunque es Chriſti Baptiſmate lotus in arca,
Hoc votis precibúſque petas, hoc fletibus opta:
Ne redeant peccata tibi, ne merſa leuentur,
Mortua ne ſurgant, neu debellata rebellent.
Ne poſt ablatum valeant diſcrimina crimen,
Et flammam timeas, quia iam non ſuppetit vnda.

ALCIMI AVITI DE TRANSITV MARIS RVBRI.

LIBER V.

HActenus in terris vndas ſediſſe canenti,
Terram inter fluctus aperit nunc carminis ordo,
Ilic diluuium quos proderet ante petiuit,
Hic ad diluuium pleno ſuccenſa furore,
Sponte ſua current perituræ millia gentis,
Suſtinuit durus externa in ſede labores,
Cum Peluſiacæ ſeruiret ſubdita genti
Plebs oppreſſa diu denſi quam pondere cœni,
Et laterum numeris, operis menſura diurni,
Afflictam, ſæui vexabat fraude tyranni:
Inuiſam ſibimet frendens qui creſcere turbam,
Augeri doluit famulos, númque ille vocatis
Cunctis Ægypti obſtetricibus, imperat illis
Vt quoſcunque mares lux alma emitteret, ad vnum
Interimant, ſolæ euadant ea fata puellæ:
Sed tamen auerſis fugerunt talia matres,
Atque interdictos renuerunt perdere fœtus,
Perſiſtente Deo plebem diffundere ſanctam.
Quoque magis mens cæca trahit crudelia pacta
Hoc plus accreſcunt teneræ primordia gentis.
Viderat interea genitor de ſede ſuperna,
Afflictámque manum placido proſpexerat ore:
Iam ſacer innocuas dederat de fomite flammas,
Et rubus in rubeo viridis permanſerat æſtu,
Quo ſigno ſpinas noſtræ ferueſcere mentis,
Et lucere bonis, qui non conſumeret ignem,
Sed tenebras mundi auferret pia pectora noſſent.
Illicet electi vates mandata ferebant.
Depromit regi cum primus talia Moſes.
Seruitij longo laſſatam pondere plebem,
Oppreſſos tophinis humeros, attritáque colla,
Quáſque opus aſſiduum fecit dureſcere palmas,
Laxandi iam tempus adeſt, dimitte precantes,
Tandem cœleſti domino perſoluere vota,
Et complere datos patrio moderamine ritus.
Ille fremens inquit quæ tanti cauſſa tumultus
Quiſve nouus populum Deus exigit, omine miſſo?
Sciſne et hæ vacuæ tangunt cœleſtia curæ,
Et Dominus Dominis famulos nunc tollere priſcos.
Noſtraque vult populum contemnere iuſſa rebellē?
Quis Deus iſte recens, cui nunc parere neceſſe eſt?
Eſtne aliquid quæſo mihi formidabile? verùm
Iam video veſtras ſeducunt ocia mentes.

A Et niſi laxatos requies conceſſa foueret,
Nulla ſuper vacuis tererentur tempora verbis.
Quæ ſi caſtigans reſtringat ſarcina maior,
Illicitus veritum conari deſinet auſus.
At vos ſignifero qui talia vota ducatu
Inſtruitis, vano & plebem ſubnectitis ore,
Conſpectus vitare meos vultúmque cauete.
Direm namque Pharon, vel pollentiſſime curſus
B Teſtor Nile tuos, & diuæ vocis Anubim
Cum rabidus latrat iam non impune futurum,
Si noſtrum rurſus repetant hæc dicta tribunal,
Sentiet iratum mens hæc temeraria regem.
Virgam forte manu geſtabat legifer heros,
Qui baculo nitens greſſum dum dextra regebat.
Excutit hanc valido proiectam comminus ictu.
Tum (mirum dictu) commotum ſerpere lignum,
C Non inſenſibiles ceu promit palmite ramos,
Vita mouens tantum quos altum creſcere cernis,
Non etiam ſentire, ſed hic multo amplius actum eſt:
Fiuait enim reptans, mutati & corporis vſu
Senſum animúmque gerens cœpit decurrere virga.
Mox anguem formata refert, conterritus hæſit,
Æternúmque niger tum palluit ore tyrannus,
D Sed ne confuſum tali ſuccumbere ſigno
Cerneret aſſiſtens vultu nutante ſatelles,
Diſſimulat peragi cœleſti numine factum.
Nec diuina volens, hominum ſed geſta putari.
Tum mandat quoſcunque magos, & carmina doctos
Illiciram diris tentent vt fraudibus artem.
Vndique tunc iuſſi concurrunt, & medicatas
Armat quiſque ſuas noto phantaſmate virgas.
E Dant iactæ vanas ſpecies, anguéſque putati
Illuſos terrent oculos fallente figura.
Nec longum tumuere Magi, conſumitur omne
Quod feciſſe rati, fictos namque arte dracones
Primus adhuc mordax abſorbuit ore ceraſta.
Poſtquam virtutis clauſit ſpectacula Moſes,
Victoriſque tenens erexit in aëra caudam:
Decedit ſerpens ligno, vultúſque recedit.
F Diriguere vagi durato corpore flexus.
Quid multis? fit virga prior, qua deinde ſacerdos
Plurima ſuccidno monſtrauit tempore ſigna.
Hinc dirum frendens Pharaonis conſcius ardor,
Diuinæ incepit per cuncta reſiſtere dextræ,
Quæ iam cognoſcens, noluit tamen ipſe fateri:
Protinus excluſos iuſſit diſcedere vates.
Illi diuinas pulſant cum fletibus aures,
Vt fremitus gentis tandem frenetur iniquæ,
G Quam grauius ſæuam monitus fecere ſuperni.
Ipſis quinetiam cœleſtibus arma minantem.
Tum pater accipiēs gemitus, lacrymaſq; precantū,
Taliter hortatu blando ſolatur amaros.
Ne tantum vacuo ſubmittite corda timori
Plebs mea, quam toto mundi de corpore ſumptam
Elegi, & propria ſolam mihi ſorte ſacraui.
Iam nunc cernetis quanto primordia veſtra
H Proſequar auxilio, veſtros vt perſequar hoſtes,
Ducam ſublimem portenta per omnia dextram.
Nec valet in paucis Pharius rex cedere ſignis,
Longius vt duram vincant miracula mentem.
Poſt hæc laxatos etiam diſcedere coget,
Expelletque dolo: quod nunc negat, ingeret vltro.
Ibitis ad magnas poſt fortia prælia ſedes,
Quā vocat expectans prætertilis vbere terra,
I Et claras victis condetis gentibus vrbes.
Vos modo promiſſis tantum confidite donis,
Et quos depoſcent ingentia facta labores,
Læta ferat virtus, ſeſéque ad proſpera ſeruet.
Talibus auditis, melior ſpes arripit illos,
Attolunt animos, palmaſque ad ſidera tendunt,
Concipiuntque fidem votis, grateſque rependunt.
Poſtera lux dubios primùm præmiſerat ortus,

Es

Et ſucceſſorem depulſa nocte ferebat
Inſiſtens aurora diem:tum flumina ſanguis
Imbuit,& ſubito maduerunt arua cruore,
Sed non in minimis portentum hoc contigit vndis,
Flauorum rex ipſe rubet,nec lumine priſco
Nilus agit proprium quem ſumpſit fonte nitorem.
Vndarum vice ſanguis ineſt,non corpore fuſus
Aut de ſtrage,ſed irato delapſus Olympo.
Ergo hinc naribus obſtructis,victóque natatu,
Interiore ſimul peregrini in gurgite craſſo,
Amiſerúntque ſuo ſaniem de funere piſces.
Fuit & ſanguineus mortis cladiſque futuræ
Indicium iam Nilus erat:qui protinus omnes
Aegypti terras,vel quo patet ampla Canopus,
Et portentoſæ tellus vaſtiſſima Memphis,
Imbiberat dirum ſpargens per rura cruorem,
Et iam inter pingues ſitiens defecerat vndas
Aegyptus,ſi non celerem ſuper arua medelam
Afferret,Niloque ſuas Deus inderet vndas.
Tum verò vt requiem peſtis ſubducta reduxit,
Effertur rurſus dilata morte tyrannus,
Et vix euaſæ ſpernens diſcrimina mortis,
Innocuam flagris perſiſtit ſubdere gentem,
Nil iuuat hic multis omnem narrare ſuperbi
Perfidiam,& duri periuria dicere regis:
Protinus vt duris inſontem affligere gentem
Imperiis,rurſum ſolita inclementia cœpit,
Vnda putreſcenti vix dum purgata cruore,
Ranarum fœdis impleuit ſaltibus vrbes.
Complentur cellæ penetraliáque abdita ranis,
Ipſa etiam raucas regalis purpura voces
Suſtinet,atque ſuis homines ſubmittere iuſſis
Sueta,loculenteis frendet ſuccumbere ranis.
Quarum mox cumulis flamma tonitru ſubactis,
Nec ſic crudelis placata eſt ira tyranni.
Ergo muſcarum (Cyniſes dixere) peremptis
Confeſtim ranis,ex aura plurima ſurgunt,
Pendula quæ portant leuibus corpuſcula ventis,
Pennarúmque vires peragunt ſtridentibus alis:
Mox a ſeſe pariter fundunt,atque omnia complent.
Et licet immenſis defigunt vulnera roſtris,
Plus horror quàm pœna mouet, plus vulnere terror.
Vt verò infectam corrupto ex aëre peſtem
Suſtulit ad Moſis pia vota pióſque precatus
Ventus agens,creuitque ſerit iracundia regis,
Nec terrore mali clementia longior eius
Conſtitit,ablatis purgato ex aere muſcis.
Succedunt aliæ grauius:quibus impius heros
Nec quidquam motus noua mox diſcrimina ſentit.
Nimirum grauis inuadens animalia tabes
Omnia dat letho,& crudelia funera ſpargit,
Hebræiſque cadunt iumenta Aegyptia ſaluis,
At cùm nec tali commotus clade tyrannus,
Vexare Hebræos pœnis iam pergeret auctis,
Mox diræ clades in cœlum puluere ſparſo
Surgunt,& penitus turgentia vulnera membris,
Et ſacer incubuit percuſſis oſſibus ignis,
Et morbus mentis diſcrimina corporis auget.
Tranſierat iámque illa dies,tum luce ſequuta
Admonito tantis nequidquam principe plagis,
Concutitur cœlum tonitru,nubeſque coactæ
Terribili ſplendore micant,ferit omnia fulgor,
Coniuráta omnes vno ſub tempore mortes
Aethere turbato terris elementa minantur.
Et tonitru inſeritur prægrandi pondere grando:
Non vt guttatim in terras de nubibus exit,
Sed quocunque cadens vt deprimat,atque ruinam
Pondere vel ſolo faciat:coniungitur ergo
Grandineum flammis feruentibus. ære frigus.
Poſtquam hominũ ſtragem mixta cum grãdine flãma
Negligit euaſo Pharius diſcrimine princeps:
Exin reſtantem ſurgit conſumere fructum

A Bruchus,& excuſſo confidens crure locuſta,
Sed quoniam durata malis,& neſcis flecti,
Hanc nihili cladem calloſa ſuperbia duxit:
Inſequitur velox grauius quæ vindicet ira.
Cæcas mane nouo ſurgens ſol ſparſerat vmbras,
Et lætus iubaris ſplendebat fronte ſereni:
Cum mediam ſeſe opponit teterrima nubes,
B Naſcentémque diem depulſo lumine claudit:
In molem nox denſa coit,perit obrutus aër,
Palpantéſque manus denſas ſenſere tenebras,
Quòd ſi ſopitos flando quis ſuſcitet ignes,
Aut flammas excire velit:compreſſa notantur
Lumina,nec vibrant reſtricto munere motus.
Et quo quemque loco tenebroſus repperit horror
Continuit,nullum vidit,nec viſus ab vllo eſt,
Squallentes pariter viuentia millia credas
C Infernas intraſſe domos,aut forte reuulſa
Obice terrarum patriam ſordentis abyſſi
Migraſſe in ſuperos,ac mundum luce fugata
Sub leges miſiſſe ſuas:tres perdidit iſta
Nocte dies,dignè pendens periuria tellus,
Quæ Phario regi ſuberat,nec ſenſerat vllas
Sole fruens ſolito,plebes Hebræa tenebras.
Interea Moſes lacrymas,ieiunia,vota
D Continuat,precibúſque frequens ac peruigil inſtat,
Maioris natu fultus ſolamine fratris.
Vnde & diuinæ meritus ſolatia vocis
Inſtruitur ritus,Domino ſic fante,ſacratus.
Cernis quàm varia deſudans clade reorum,
Sed tamen immota perſtans ceruice rebellis,
Aegyptus contrita gemat,formidine tantum
Ducta necis:monſtrat propius mens turgida lethum,
E Nec ſeram inſinuant iſthæc portenta ruinam.
Vnus adhuc ſupereſt,qui vindicet omnia luctus:
Poſtque nouem decima percellat cæde merentes.
Vos modò perpetuos ſacrorum diſcite ritus,
Manſuróſque ſua cultus in lege tenete.
Principio in cunctis,orbis quos circinat,anni
Menſibus,iſte caput poſthæc ſit & ordine primus,
Lunáque bis ſeptem cùm fecerit addita noctes,
F Veſperáque extremæ iam cœperit eſſe diei:
Manſuetum annalia tum ſumite temporis agnum,
Qui careat macula,& purum det corpore vellus,
Quem dum quiſque tribu in propria mactauerit, eius
Illinat effuſo confeſtim ſanguine poſtes,
Hoc dabit indicium ſeruandæ cura ſalutis,
Cum percuſſor aget tacitam ſine vulnere cædem.
Nam quodcumque ſacro limen maduiſſe cruore
G Viderit,hinc illo tranſibit ad altera ſaluo
Limina,nec genti ſpes vlla accedit Hebrææ
Hanc præter noſtræ quæ prima eſt forma ſalutis.
Námque euaſuros diri Pharaonis,& omnis
Aegypti,imperium velut,agni ſanguis inunctus
Poſtibus,immunes crudeli à funere fecit:
Sic agni illius Chriſti,qui vellera neſcit
Noxia,qui nullum contraxit corpore næuum,
H Inter labentis feruentia funera mundi,
Sanguis ab inferno miſeros Pharaone redemit,
Aegyptique dedit ſaluos euadere terram.
Ergo agnoſce tuum in nobis rex Chriſte cruorem,
Atque tuos educ Aegypti è carcere ſeruos,
Et quocumque loco ſanctus mactaberis agnus,
Inque cibos ſanctum porrexerit hoſtia corpus
Chriſte tuum,non attingat tua dextera vindex.
I Præterea veterem exutos formamque,virumque,
In vitæ nouitate tuum fac ſumere corpus,
Et ſacrum æterni calicis potare cruorem.
Finierat rector,legéſque & fœdera phaſe
Deſierat mandare ſuis,quod protinus omnes
Arripuere ſimul peragunt conuiuia læti,
Sollenniſque nouo cultu diſponitur eſus,
Tranſeat ad ſacros quæ condita forma nepotes.

Nox erat, & mediam carpebant cuncta quietem,
Vmbráque libratas iamiam diuiſerat horas:
Ecce venit tacito per dira ſilentia motu
Angelus, exerto miſſus qui ſæuiat enſe,
Nec confuſa datur ſubiti ſententia lethi:
Non hic luce opus eſt, clarè longéque videtur
Quem petit in tenebris præfixi funeris ordo.
Maiores natu pereunt, ſulique leguntur
Ad mortem, primos luci quos edidit ortus.
Cum dominis pereunt famuli, natique potentum
Permixta cum plebe cadunt, viliſque perinde ac
Quem tenet aurati morientem purpura fulcri.
Serica ducuntur nihili vt pannoſa, parique
Diſparibus ſtratis ſternuntur corpora letho.
Non quenquam mors æqua timet, non excipit vllos,
In viuis tantum qui diſcernuntur honores.
Pauperis ad fletum nulla pietate mouetur,
Ditibus vt parcat, nullo corrumpitur auro
Angelus, æquali que exterminat omnia lance.
Aegrotum ſanus, longæuum iuniorante
Migrat, eunque omnes eadem mors percutit, vni id
Et ſolum ſupereſt, vita diſcrimen in illa,
Viuant vt meritis ſuperata morte, ſuique
Præmia ſuſcipiant dudum promiſſa laboris,
Qui ſuperum in terra monitis ſtuduere tenendis.
Contra qui tantum carni indulcere, neglecto
Spiritu, in æternos rapiantur protinus ignes.
Ergo vbi percuſſas ſoboles confuſa repente
Aula videt, currunt flentes ad funera matres,
Pectora contundunt pugnis, crinéſque reuellunt
Vnguibus, & nigras feſtinant ſcindere malas.
Nec paucæ planxere diu, mox occupat omnes
Luctus, quámque ſuus, ſonat vnus in æthere clamor
Non vno ex fletu: gemitu conterritus aër.
Nulla vacans à morte domus tum lumine multo
Tota cutatur populoſum funus in vrbe,
Coguntúrque ſuam prolem mœrere merentes:
Nec iam funebres peragi cum funere ludos
Turba dolorq; ſinunt, tantus tremor occupat omnes,
Quinetiam niſi plebens & honore carentes
Sacraſſent igni, aut foſſa tellure locaſſent,
Nullæ ſufficerent capiendis omnibus vrnæ.
Tum regem circum commota murmure ſiſtit
Mœſta cohors, triſteſque trahens ex ore loquelas:
Heus (inquit) noſtris aduerſa potentia rebus
Hebræi populi, toties cui vindice dextra
Militat omne malum, totus cui denique mundus
Seruit, & irato ſuccedunt proſpera cœlo.
Vis quædam ſecreta Dei, maiorque poteſtas
Hæc in ſceptra furit gentémque vlciſcitur ipſam:
Quinetiam noſtræ ſeruant contraria genti
Victores elementa ſuos: coniurat in omnes
Et cœlum & tellus Pharios coniurat & aër
En iacet Aegyptus, nec iam reparabilis vltra.
Atque vtinam pœnas & dura pericula viuis
Ferret adhuc diuina manus, nec funere tanto
Deceptum ſubita vacuaſſet ſede Canopum:
Tandem parce ſolo, cauſáſque expellere ruinæ.
Dum leuior ſtrages, ſuperant dum millia noſtræ
Gentis adhuc grauiora prius, quàm funera triſtes
Experti, non poſſimus cum forte volemus,
Quin diram eiecto depellimus hoſpice cladem?
Nil ne mouet noſter natorum funere planctus?
Quod niſi communi fortaſſe mouebere planctu,
Vel nati mors dira tui, te vindice zelo
Commoueat, puiſiſque illis, ſac pauca ſuperſtent
Pignora, quæ tantum abſtergant ſeruata dolorem,
Et detruncatæ reparent diſpendia gentis.
His dictis lacrymas populus dedit ipſa ſuperbi
Frangitur ad fletum dira inclementia regis.
Hæc perturbata ſed dum tractantur in aula,
Hebræi, vatum ſtudio monitiſque ſupernis,

A Optima quæque parant ad ſacra, epuláſque requirût,
Vaſáque ſolennis quæ poſcit plurima cultus,
Ornamenta etiam veſteſque, monilia, gemmas,
Mutua ab Aegypto plebes Hebræa requirit,
Confeſtim reddenda ſibi: mox commodat illis,
Ditat & ignorans trepidam manus æmula plebem.
Quænam digna tuis pandantur laudibus ora,
Summe pater, qui tam ſæuo ſic vteris hoſte,
Commodet vt precioſa ſuis quæque hoſtibus? & iam
Annuit aduerſus, largitur munera nolens,
Quæ ſecum demiſſa ferant, nec ſoluere tantum
Sufficit oppreſſos, opibus ditantur euntes,
Theſauróſque nouos libertas reddita ſumit.
Atque inter medios inimica in ſede furores,
Prædatur dominum fugiens, fallitque videntem,
Præſentem ſpolians: nec tam diſcedere pulſos
C Quam lætus migraſſe putes: tolluntur auari
Sic Pharaonis opes: quem tunc mercede ſoluta
Seruitij longum credas laxaſſe laborem.
Sic ſtudiis aliquando hominum in contraria verſis
Auctorem redeunt commenta pericula in ipſum.
Tunc fruſtra innocuo meditatus vulnera fratri,
Inuida plus lædit fruſtrato vulnere bilis.
Egreſſi interea trepido de rege miniſtri
D Compellunt celerare fugam, cogúntque volentes,
Præcipitant alacres, & feſtinantibus inſtant,
Pellendáſque putant pulſa cum gente ruinas.
Iam prope centenum compleuerat aduena luſtrum
In regnis Ægypte tuis Iudæus apella,
Quattuor atque decem luſtris tantum inde remotis
Ex quo illuc Iacob ſecum perduxerat omnem
E Biſſena cum prole domum, caróſque nepotes
Multa propagatos tandem per millia, donec
Ægypti inuidiam populus conflauerit auctus.
Quando induratum plebes Iudaica regem
Effugiens, factis Ægyptum claſſibus exit.
Primo conſpicuus fulgebat in ordine doctor
Legifer, adiuncto præcedens agmina fratre:
Poſt quos belligeræ diſponunt arma cohortes,
Ducunt & validas inſtructo robore turmas,
F Arma ferunt humeris, enſes & balthea læuo
Accingunt lateri preſſo cum vertice caſſis.
Fulget, & albenti certat lux ferrea lunæ.
Nituntur iaculis alij, clypeóſque ſiniſtris
Voluunt, & rapido meditantur bella rotatu.
Gaudet pars etiam pharetris voluceréſque ſagittas
Hoſtis in occurſum mittendis motibus aptat.
Aut ſi forte virûm fugientia terga ſequatur,
G Vt pennata leues tranſmittunt ſpicula ventus.
Incedit pauidum poſtrema per agmina vulgus
Non impar numero, quis cælum pingitur aſtris
Aut quis ferueſcit pelagus criſpantibus vndis.
Vel quibus exundat coopertum littus arenis,
Vel quot deſtillant humentia nubila guttis,
Mirantur Pharij numerum, nec credere poſſunt,
Quod cernunt oculis: placet eiaciſſe tot hoſtes.
H Quanquam non acie Pharao perimetur ab iſta,
Quamlibet innumeris fuerit ſtipata cateruis:
Vnus pugnabit cunctis pro millibus auctor.
Interea lento moderatus tramite greſſum
Hebræus carpebat iter: procedere tantum
Permiſſus ſpacij, quantum vel tarda ſenectus,
Vel rudibus reptans infantia ſuſtinet annis.
Ne nimium fragiles inter delaſſet eundum
Aetatem ſexúmque labor, ſic cuncta ſupernus
Diſpenſat nutus, plebique aſſiſtit eunti.
Ergo vbi ſignatis ſederunt millia caſtris,
Armatáſque pedes vulgus vallauit inerme,
Veſpere tum primo ſtanti aſſimilata columnæ
Inſiſtens, puro reſplenduit æthere flamma:
Non veluti noto dirum micat ignis in axe,
Prodita cum terris cœli portenta minantur,

Atq

Aut morbis triſtem belliſque, aut cladibus annum.
Sed radiis fulgens, & lumine candida læto,
Oſtendit nitidum caſtris mirantibus ignem,
Diffugiunt tenebræ, vicináque ſidera cedunt.
Obſtupuere viri primum, ac perterruit omnes
Incuſſitque metum nouitas, tum luminis vſu
Paulatim cœleſte iubar conſueſcere cœpit.
Maxima nocturnas iam pars exegerat horas,
Et voluenda dies inſtabat ſorte propinqua,
Cunctorum ecce oculis per cœlum viſa moueri,
Altera iter rupuit populo ſpectante columna.
Protinus hanc ſancti patres ſenſere ſequendam,
Et duce cœleſti gaudentes, protinus omnes
Abrupêre moras caſtriſque excedere certant.
Tunc vt quæque tribus primum ſortita laborem,
Ordine carpit iter, ſequitur tum cætera pubes.
Hæc inter clarum rediens lux pandit olympum,
Flammea mox viſo palleſcit ſole columna,
In nubémque redit totus qui fulſerat ignis:
Sed ſpecies perſtat tenſæ ſuper æthera formæ.
Tertia nocturnos detterſerat hora liquores,
Et matutinas iam ſol ſuperauerat vmbras,
Ecce (nouum dictu) cœlo ſeruata ſereno,
Feruenti radio ſe iuſſa opponere nubes
Frigida condenſum cumulauit in aere tegmen.
Nec tamen hanc nubem tetro ſuffuſa colore
Forma dabat, nec erat nigro ſic horrida vultu,
Vt validos terrent cum promunt nubila nimbos,
Sed qualis ſolem madidus cum viderit arcus:
Tanta fuit pulchræ ſpecies oblonga columnæ,
Noctibus ignis erat, luménque accenſa ferebat,
Cum ſol torreret, gelidum dabat humida rorem,
Has alternantem ducens cum tempore ſortem,
Mutauit natura vices: ſubſtantia diſcors
Muneribus propriis concordem reddidit vſum.
Si manſit manſere viri: ſi mota, ſecuti.
Si multis etiam viſa eſt pendere diebus,
Subdita defixo tardabant agmina vallo.
Iſta quater denos miracula viſa per annos,
Tempore quo vaſta Hebræi verſantur eremo,
Veſtibus integris nullâque in parte minutis:
Tunc nulli longo currendi prorſus ab vſu
Detritis ſoleis, priſci ſeruantur amictus.
Sic longæua fuit, ſed non damnoſa vetuſtas,
Dum ſacrum populo victum, candentia manna
Ferrent, & cœli frugem terrena viderent.
Myſtica quæ longe præluceret ante figura,
Virgineo ex vtero, purum ſine ſemine, Chriſti
EDANDVM, nobiſque aliquando corpus edendum:
Quis caperet paſcendus homo, de ſede ſuperna
Illabente Deo, ſanctis altaribus eſcas.
Nec portentificæ cepit me obliuio virgæ,
Quo ſigno ſummus percuſſa rupe ſacerdos,
Protulit irriguos populis ſitientibus hauſtus:
Inſinuans Chriſtum ſtabilem conſiſtere petram,
Percuſſus iaculo largas qui præbuit vndas,
Porrexitque ſuis ſacro de vulnere potum.
Hebræi interea læti ducente columna,
Greſſu per terras ibant pérque æthera vultu.
Ecce iterum Phariis inſedit mentibus ira,
Et populum ſine more ferox his vocibus armat,
Exit & in tales vicina morte furores:
O nimium ſtultis imponens mentibus error,
Præſtigiæque diu nebuloſa in fraude peractæ.
Nónne pudet ſeruam nullo certamine gentem
Sic impunè rapi? ſic nos patiemur inulti,
Deſerat vt vacuas diſcedens accola terras?
Rura vacant, cœptis deſiſtunt oppida muris,
Nec ſolitum conſurgit opus, non cultor in agris
Exercet validos attrito dente ligones,
Quin potius ſumptis exercitus irruit armis,
Imbellémque manum profugóſque reducit alũnos,

A Quod ſi ſeruilis tantum procederet auſus,
Vt contrà pugnare velint: mox occidat omnis
Confuſa cum plebe manus: fruentibus armis
Permixtæ pariant confoſſo pectore matres,
Vberibus iunctos configant ſpicula natos,
Prolem quiſque ſuam cernens ante ora cadentem,
Oblatis optet iugulis præcedere mortem.
Orbatum noſtros faciat libare dolores
B Vltima ſors populum: ſic viuens omnia perdat,
Tum pereant, denſa & campi ſub ſtrage iacentes
Triſti committant inhumata cadauera cœlo.
Inde vbi ſanguineo ſatiauerit enſe furores,
Theſauros reuocet fugientes dextera victrix.
Talibus excitas acuebant flatibus iras,
Irridente Deo, ſolus qui deſpicit omnem
Conatum rigido meditantem vana tumore,
C Conſiliúmque ducum caſſatis diſſipat auſis,
Ergo bella rogant, feruens rapit arma iuuentus,
Spumantes ducuntur equi, phalerisque potentes
Suſpendunt alacres ſplendentia fræna iugales.
Pugnax pompa nitet, ſubiectis curribus axes
Aurato temone trahunt: tum cætera pubes
Induitur chalybe, aut fuluo circundatur ære.
D Et loricarum vaſto ſub tegmine gaudet,
Intexit creber ſibimet quas circulus hærens.
Aſt alios tenui contexit lamina ferro,
Aſſuetos aliis crates, compacta metalla,
Horrendéſque habitus diuerſa fecerat arte
Ira ferox, nudos etiam quæ ad prælia miſit,
Et tamen ardentũm cuncta inter tela virorum
Terribilis plus forma fuit: quis námque furentes
Vſque adeò ſpectans vultu ſpecoleiur amico?
E Incluſæ galeis facies, & ferrea veſtis
Cinxerat iratas armorum luce tenebras.
Mox prodit collecta manus, rex ipſe frementes
Curru cogit equos: telis tamen vndique ſeptus
Delitet, & denſam reddunt haſtilia ſiluam.
Concutitur pulſata rotis, ac pondere tellus
Preſſa gemit, nec iam capiendis ſufficit illis,
Vſque adeò Ægyptum anguſtat ſtipata iuuentus,
F Occluditque vias, fugiendi vt nulla ſuperſit,
Hinc equite Hebræos, illinc claudentibus vndis,
Spéſve modúſve vllus, vt iam mortalibus illos
Præſidiis vacuos cœleſtis dextera ſaluet,
Quæ ſolet extremam miſeris afferre ſalutem.
Iunxerat interea, quà ponto Magdalus inſtat,
Hebræus populus rubicundo caſtra profundo,
Euaſos credens ſecuris mentibus hoſtes,
G Ecce autem vt cepere ſuas tentoria ſedes,
Dum reſident fixóque parant requieſcere vallo:
Cernunt puluereas in cœlum ſurgere nubes,
Móxque etiam propius ſpectantibus alta pateſcunt
Nigrantes vultus ad operta nitentibus armis
Agmina, crudeles tantùm ſpirantia mortes,
Nec tamen inſenſas patiunt committere partes
Sole ſub occiduo vicinis prælia veſper,
H Craſtina lux ergo vallati bella tyranni
Diſtulit ardentes qui ne compeſceret iras,
Inſomnem ducit meditans crudelia noctem,
Auróramque cupit ſtellis properare remotis,
Iam ſuper Hebræos conſiſtens forte columna
Flammea mirandam reddebat in aëre lucem.
Vt vidit inſuetum Pharao, & mirabile lumen
Ardet, & excitas iam plus ſeueſcit in iras,
I Paulatimque mori non ſuſtinet: itur ad vnam,
Quæ claudat cunctas pelago ſorbente ruinas.
Interea concluſa loco, finémque ſequenti
Expectans pauefacta die, nec tela, nec vllas
Bellorum verſat curas Hebraica plebes:
Sed deſecta animo voces erupit in iſtas,
Moſen inceſſens O térque quatérque beati,
Quos morte abſumptos calidis Ægyptius arenis

Condidit, ante patrum morientes ora ſuorum:
Digni habiti, qui tam duros ſentire dolores,
Nec ſtragem hanc poſſent, nec pignora capta videre.
Alitibus nos eſca dati, nec ſede ſepulchri
Ornati, vaſtæ corpus reddemus heremo.
Talia dicebat permixtis luctibus omne
Vulgus, & accenſo plangebat turba tumultu.
Sanctus ad has Moſes promiſſa referre querelas,
Solarique metum, luctúſque his tergere dictis.
Quæſumus ingratos populus depone timores,
Expertus toties, numquam fidentibus in ſe
Deforé cæleſtes: nec deſperanda putetis,
Quæ tantis ſpondent cæleſtia numina ſignis.
Infidiſne poteſt elabi cordibus vnquam
Aegyptus tot cæſa malis? iam credite, dura
Niliacum regem manet atque extrema ruina.
Nónne inter medias Aegypti Ebraica clades,
Iumentiſque viriſque ſimul Deus agmina ſaluis
Seruauit? Sed quid memorem tranſacta? videtis
Vt mediatricis curet tutela columnæ,
Ne quid ab aduerſa liceat nos fraude vereri.
Quin magis erectas ſpe firma attollite mentes,
Vltima namque dies præfixa eſt craſtina genti,
Quæ nunc bella crepans, ſumptis confidit in armis,
Illi illi ſua bella crepent & fulmina: non ſic
Pugnandum nobis, nec telis tela feretis
Obuia: nec veſtro vobis ſudore triumphus
Craſtinus adueniet, cœli pugnabitur ira,
Hanc diuina ſibi pugnam iracundia ſeruat.
Talibus intentus Moſes, deiecta leuabat
Corda virûm, & ſancta ſedabat voce timorem.
Interea validus feruenti flamine ventus
Vrebat tota conſumens nocte profundum,
Confeſtim inſolitas mirantur flumina flammas,
Ardet enim afflatus percuſſo in gurgite fluctus,
Ad matutinum peruenerat horrida tempus
Vix acies, primóſque nitens aurora rubores
Spargebat mundo, terris cùm protinus omnes
Erumpunt caſtris, fremit vndique nota iuuentus.
At pauidæ plebis poſtquam peruenit ad aures,
Clangentiſque tubæ percuſſit pectora terror:
Arripiunt capiúntque viam, qua proxima ponti
Littora ſollicitant rubris inſignia lymphis.
Vt ſummas pelagi populus peruênit ad oras,
Ceſſit confeſtim iuſſi reuerentia fluctus,
Expanditque viam cui terram clauſerat hoſtis,
Quam noua pendentis conſtruxit machina fluctus,
Frenatas celſo ſuſpendens aëre lymphas.
Aggreditur medium fugiens, vincénſque fugantes
Gens electa Dei pontum, veſtigia rubri
In regione maris figens, & ſaxa profundi
Conculcat nudum percurrens orbita limum,
Aſpectum inimicans ſciſſis ſol torridus vndis,
Ignotámque nouo contingens lumine terram,
Ima laborantes radios ad tartara ponti
Via miſit, feſſúmque iubar vix extulit imis.
Credens excluſos primum, fluctúque repulſos,
Inque fugam verſos Pharius date terga tyrannus,
Præcipitare moras tali iubet agmina verbo.
Ecce iterum fugitiua cohors pendentia bella
Deſerit, auxiliúque pedum confiſa recedit:
Vns armis premite, & clauſis ſiſtite turbis,
Cætera pontus aget. vix hæc prædixerat, illi
Proſiliunt, curſuque parant attingere littus.
Vt venere vident arentis vaſta profundi
Laſſitam præbere viam, paruóque receſſu
Pontum aperire ſuas illis fugientibus vndas.
Hos quoque per ſiccum rectos deſcendere callem,
Securos pelagi, nil que æquora dira timentes.
Tum nouitate rei perculſos accipit horror,
Subſiſtit & paulum reſtrictis motibus agmen,
Frenáque ſuſpenſos retinuerunt ducta iugales.

A Nec dubium eſt, miranda aliquos portenta ſtupêtes,
Turbato ſecum ſic protinus ore loquutus.
Quis Deus à priſco deturbat cardine mundum
Lege noua, variátque vices, & condita mutat?
Nam ſi ſeruatur rebus natura creatis,
Monſtriferæ quæ cauſa viæ? quid denique reſtat,
Si mare tranſitur pedibus, niſi nauibus arua
Sulcentur, cælúmque ſuo decurrat ab axe,
In ſuperos infernus eat, plaga feruida cœli
B Algeat, afflatam ſuccendat Scorpius Vrſam?
Hic quia confuſus rerum ſubuertitur ordo,
Me duce ſiccatum nemo deſcendet in æquor,
Sit ſuſpecta nouum quæ pandit ſemita callem.
Fruſtra bellatur ſuperis nolentibus. ergo
Nunc abeant, tantúmq; vagos ſua monſtra ſequãtur.
Sed quo dementem rapit hæc ſententia mentem?
Ergo ne ſublatis plebes Ebraica ſecum
C Diuitiis abeat? num ſic ſpoliata Canopus
Impunes vltrò permittat abire latrones?
Quin illos igitur lymphis ſectamur apertis?
Hæc ardens verſat cum ſeditione tumulens,
Inſtantiſque latens vrget ſententia lethi.
Vicerat æquoream pedibus plebs inclyta vallem,
D Gurgitis & vacui connexa volumina linquens,
Et barathri emenſi ſuperas aſcenderat oras:
Crudeli efficitur nigri dux agminis ira,
Ignaruſque ſuæ, quæ iamiam eſt proxima mortis,
Accelerare ſuos iubet, atque intrare profundum.
Arripiunt pariter reſerati concaua ponti,
Inuadúntque viam, quid non furor audeat amens?
Hinc equitum pars agmen agit, pars inde citatis
Ire iubet ſtimulis rapidas ſuper arua quadrigas.
E At medium vt vênit frendens equitatus in æquor,
Fulminat abſentes, fugientéſque increpat illos,
Accuſátque moras tam laxi gurgitis ardens
Ira virûm, iam vicini malè gnara pericli.
Tum per ſublimem pendenti nube columnam,
De cœlo vox miſſa tonat, verbíque ſuperni
Interpres, verbis ad Moſen talibus infit.
F Venit iam tempus, mea cùm mandata probentur,
Aegypto iam finis erit, iam clade ſuprema,
Tot caſtigatam vicibus diuina Canopum
Afficiet cum rege ſuo ſententia: iamiam
Sentiat Aegyptus ſapiens vel morte ſuprema,
Quàm nihil inuitis proſit contendere diuis.
Tu modò diuiſum virga iam percute fluctum,
Atque reducta ſuos aſſumant æquora vultus.
G Ille genu flexo ſiccati marginis oras,
Et vacuum litus iuſſis accedere lymphis
Percutit, inſigni credens myſteria ligno,
Hinc ſubitus crepitare fragor, tonat vndique circùm
Lympha ruens, primúmque illic committitur vnda,
Quo monſtrabat iter Phario mors vltima regi.
Poſtquam clauſa via eſt, fluctuſque rebellat eunti,
Pœnitet intrati iam gurgitis, & fuga ſerum
H Molitur reditum: trepidæ dant terga cohortes,
Armáque proiiciunt: pontus fugientibus inſtat,
Occurritque ſequens perit vndique circumiectus
Decurrentis aquæ laxatis murus habenis,
Ille ferox ſemper, mitis iam morte ſub ipſa:
Non hæc humanis agitur victoria bellis,
Expugnamur, ait, cœlóque euertimur hoſte,
Effuge ſi liceat, victúſque euade ſatelles,
I Nec iam tela Deo conatibus ingere caſſis.
O ſi compunctas humana ſuperbia mentes
Ante obitum mutare, nec expectare ſuprema
Fata velit, quanto infelix felicior eſſet?
Pœnitet ambiguè, quem ſerò pœnitet. ergo
Præſentis ſpacium nobis dum creditur æui,
Dum patulam cunctis Chriſti clementia ſeſe
Præbet. prætetitæ plangamus crimina vitæ,
Pœnitcátque olim negligenter temporis acti,

Dum

Dum licet, & ſano ingenióque animóque valemus,
Nam qui peccatum noſcens dimittere, & ipſa
In ſerum tempus differt admiſſa fateri,
Non tam dimittit, quàm dimittatur ab illis.
Ergo exaltatis pendens ſuſtollitur vndis
Conteſtim mergenda phalanx Ægyptia, & ipſo
Pondere reſutum premitur, fundóque tenaci
Succinctam reuehunt morientia corpora ferrum,
Pars exanimatis cùm primum libera membris,
Implicuit nantes morientum amplexibus artus,
Auxilio decepta perit, pariterque tenentes
Alterno ſub faſce ruunt, nexique necantur.
Atque alij laſſata diu dum brachia iactant,
Incurrunt enſes, iaculiſque natantibus hærent,
Concolor & rubro miſcetur ſanguine pontus.
Quin & conſpicuus princeps Memphitidis aulæ,
Candentes ducens nigro rectore iugales,
Inſpector cladis propriæ, gentiſque ſuperſtes,
Vltimus ingreſſis per currum naufragat vndis.
Et vacat hos inter plebes Hebræa tumultus,
Interea pugnante ſolo, vincitque quietus
Iſrael ſolo peragens certamina viſu:
Dum vallis completa perit, fluctúque reuerſo
Dicitur extentum planari gurgitis æquor,

A Exponitque ſuum pelagus ſuper arma triumphum.
Ergo Deo dignas illo certamine laudes,
Atque repenſurus memori tot munera mente,
Inclytus egregium ſolenni carmine ductor
Deſcribit, toto quod pſallitur orbe, triumphum,
Cùm purgata ſacris deletur culpa fluentis,
Emittitque nouam parientis lympha lauacri
Prolem, poſt veteres quos edidit Eua reatus.
De qua ſermonem præmiſſo carmine fecit,
B Luctificos repetit tenuis dum pagina lapſus.
Quòd verò Ægyptus lapſis ouaditur vndis,
Euaſóque mari noſtri illa figura lauacri eſt.
Cum Pharao infernus ſacris ſubmerſus in vndis
Ingemit è tanto miſeros diſcrimine lapſus.
Nos vero Chriſti ſolennem in morte triumphum
Baptizati agimus, tanta eſt Baptiſmatis eius
Gratia, quo veteris peccatum expellitur Adam
In nobis, viuitque nouus pereunte vetuſto,
C Quo mala noxa perit, quo virtus inclyta creſcit,
Iſrael verus ſacris quo tingitur vndis,
Hæc præcurrenti ſignantur dona figura.
Diuinum verò lector venerande triumphum
Hactenus inſulſis cantatum verſibus, æquus
Accipe, & Hebræis conſide in littore ſaluis.

ALCIMI AVITI VIENNENSIS ARCHIEPISCOPI, IN LIBELLVM DE CONSOLATORIA CASTITATIS LAVDE, PRÆFATIO.

POST conſummationem libellorum, quos non ſicut volueras, edidit diſpoſitio mea, ſed tua ſodaliúmque pia feſtinatio, affectuoſa quidem, ſed inconſulta præripuit, cogis inſuper tibi ſpecialiter dari verſus illos, quos ad venerabilem Fuſcinam ſororem noſtram, de conſolatoria caſtitatis laude conſcripſi: quos ego poſt denunciatum poematis finem, Epigramma rectius dicerem: tu primùm libri nomine vocitaſti, nec ſcilicet vocabulum prolixitati eius aſſerens conuenire. Quapropter habe me etiam in hac parte famulantem iudicio, imò potius affectui tuo: quoniam profectò iniquum eſt, vt cui parui in maioribus, in exiguis contradicam. Meminerit autem pietas tua hunc ipſum, quem ſic vocas, libellum, vel de religione parentum communium, vel de virginibus noſtræ familiæ familiarius diſputantem, illis tantummodò legendum dare, quos reuera nobis aut vinculum propinquitatis, aut propoſitum religionis annectit. Detet enim ex materia qualitate meritique, germana ſanctimonialis compeſitas, vix vel tibi crebra victus iuſſione credo: quando aut qualiter venire in manus extraneorum velim? Sanè à faciendis verſibus pedibúſque iungendis pedem ſum de cætero relaturus, niſi fortè euidentis cauſa ratio extorſerit alicuius epigrammatis neceſſitatem: cuius tantam exiguitatem fere pollicear, vt ei aliud nomen aſſumere nec ipſe præſumas. Decet enim dudum profeſſionem, nunc etiam ætatem noſtram, ſi quid ſcriptitandum eſt, grauiori potius ſtylo operam ac tempus inſumere: nec in eo immorari, quod paucis intelligentibus menſuram ſyllabarum ſeruando canat, ſed quod legentibus multis menſurata fidei aſtructione deſeruiat.

ALCIMI AVITI DE CONSOLATORIA CASTITATIS LAVDE, AD FVSCINAM SOROREM.

LIBER I.

SVſcipe complectens Chriſto digniſſima virgo,
Alcimus iſta tibi quæ mittit munera frater,
Inq; leui calamo cauſarũ reſpice pondus.
Nam quoties ſanctum compleueris ordine curſum,
Alternos recinens dulci modulamine Pſalmos,
Quos viuens in corde chelys virtute canora
Interiore ſono, & caſtis concentibus aptat:
Rite fatigatam poteris hoc carmine mentem
Ludicro, & feſſis tete oblectare remiſſis.
Nec tamen hic vana tingetur barbitos vnda,

A Pegaſus vnde leues præuertens motibus vndas,
Fingitur aſſumpto pendens innaſſe volatu,
Dum ferretur equi grauis vngula præpete penna:
Sed nec Pieriæ ducent hæc cantica Muſæ,
Quas ſibi diuinas mentitur fama ſorores,
Dat permana tibi ſed verax muſica plectrum,
Nec Chriſto reſonans, cantabit fiſtula Phœbo.
Edidit vt quartam genitrix Audentia prolem,
Téque dedit lucis, partu ſœcunda ſupremo,
B Conteſtim Chriſto victuram dedicat vnus:
Ac deinceps paribus caſtum ſeruare cubile
Conſtituit votis charo cum pignore mater.

Er quia principium tam ſancti fœderis eſſes,
Et mox conſecrat Chriſto,qui protinus ipſis
Accipit in cunis lactentia membra dicatis,
Nulla Deo ſiquidem eſt acceptior hoſtia, quàm quæ
Immaculata ſibi primis offertur in annis.
Sic quondam cùm prima nouo ſplendeſceret ortu
Terra nitens, pulchráſque darent ſua ſemina fruges,
Viuentem ducens ad ſancta altaria fœtum,
Innocuis ſonuiſſe Deo balatibus agnum,
Inſinuante Deo iuſtus cognouerat Abel:
Cum capite oblato placuit grex totus ab vno.
Ergo vbi vitalis fouit te lympha lauacri,
Atque ſuum peperit cœleſtis gratia pignus:
Non tibi geminato poſuêre monilia collo,
Nec te contexit ſparſo quæ fulgurat auro,
Veſtis ductilibus concludens fila talentis:
Nec te Sidonium biſcocti muricis oſtrum
Induit,aut rutilo perlucens purpura,cocco,
Mollia vel tactu quæ mittunt velleta Seres:
Nec tibi transfoſſis fixerunt auribus aurum,
Quæ compenſarent pendentes vulnera baccæ,
Dum precioſa grauant,ſed ſaxea pondera malas.
Quid multis?tantùm illa tibi tegumenta parantur,
Frigora quæ pellant, non quæ tua membra venuſtẽt.
Et quid enim prodeſt periturum comere vultum,
Putria vel variis onerare corpora gemmis,
Interior dum ſordet homo,ac ſe crimine fœdat?
Sed tibi cum geminum tetigerunt tempora luſtrũ,
Mox ſtola ſincero velat te candida cultu,
Virginis os habitúmq; decens, quem mater amictum
Relligioſa ſuis manibus confecerat,olim
Non ſecus exultans ſterilis poſt damna iuuentæ,
Iam fœcunda nouum cùm ferret fœmina fœtum,
Veſtem læta ſuo paruam texebat alumno,
Diſceret vt Samuel iam tum puer eſſe ſacerdos,
Sic pia te genitrix ſanctis altaribus aptans,
Aſſueto docuit dignam concreſcere templo,
In thalamum aſcribens ac magni fœdera regis,
Electam hinc cœpit ſpeciem ſibi iungere Chriſtus,
Ornatu vario ditat quam gratia pollens.
Hinc vbi creuiſti paulo maioribus annis,
Collatúmque tibi primæua ætate videret
E cœlóque datum genitrix accreſcere munus,
Virtutéſque etiam teneris coaleſcere in annis:
Gaudebat,Chriſtum hinc laudãs: gratéſq; rependẽs.
Sed tamen à mundi illecebris dum forte timeret,
Conſcia tot fraudes ætati occurrere primæ,
Téque reparturiens,& mente & corpore Chriſto
Iungere percuperet:quis te protruderet iſtos
Artibus in laqueos ac ſancta ergaſtula,multis
Voluebat curis metuebátque anxia,ne quod
Illa tuo quondam nouiſſet nomine,iam tunc
Arbitrij campos ac tali libera voto
Reddere fortaſſis nolles:ſic pendula mater
Spémque metúmq; inter,tum demũ audentior his te
Aggreditur lacrymans dictis,ac talia fatur.
Deliciæ mea gnata meæ,chariſſima matri
Pignora grandæuæ,per ego has te deprecor vlnas,
Per quæ,& ſuxiſti primæuis vbera in annis:
Fac iſthinc abeam promiſſo libera voto.
Olim ego te genui,Chriſtóque è ventre dicaui.
Tunc ego quod poteram feci.tu perfice quod iam
Per te ſola potes,votóque adiungito votum.
Exue delicias mundi huius,& indue Chriſtum.
Non deſunt exempla tibi:nunc reſpice quantas
Virginibus florens iam noſtrum ſtemma coronas
Miſerit in cœlum ſancto quas dogmate mater
Sæucriana docens,his te coniungier optat,
Nec multo ſenior gaudens Aſpiſia,quondam
Sacratum velata caput,tua munia ſumpſit
Biſſenus iungens ſanctis altaribus annos.
Quam licet hæc celeri tulerit ſors vltima letho,

A Nil tamen eſt ſubitum,ſemper migrare paratis,
Aſpice nunc culmen quod virginitate renidet,
Eximiúmque decus,cuius tu iure propinqua
Fuſcinam Fuſcina refers,nec ſegnius illa
Quæ pietate potens,Graia ſi voce vocetur,
Significat propriam ſumpto de nomine mentem,
Clara exempla domus:quarum licet ætheræ ſupra
Emicat,atque omnes cœlos ſuper inclyta virtus,
Has generoſa tamen ſi mente imitabere matres,
B Gaudebunt vinci dum proficis,ac tibi ſummam
Sponte dabunt palmam.nec enim vlli candida virtus
Inuidet,inuidiæ quamquam eſt ſubiecta malignæ.
Hæc dicens,teneros ſancto exhortamine ſenſus
Impulit,accendens in virginitatis amorem,
Sic prægnans fœcunda olim,ac fœcundior orba,
Atque animos ſuperans genitrix Machabæa viriles
C Fœmineam & viuens animo vincente ſenectam,
Orbari læto ducebat in omine,ſiquos
Ediderat mundo,patriis pro legibus illos
Felici iam morte Deo generaret,vt eſſet
Mors illis requies,fauſtæque exordia vitæ.
Ergo in tormentis poſitos,conſtantior ipſo
Supplicio genitrix corde hortabatur & ore,
D Spernere crudelis nimium felicia regis
Tormina,lætitiæ dehinc commutanda perenni,
Augebátque pios ad fortia facta furores.
Scilicet æterno digniſſima carmine,& illo
Plus miſero partu felici funere felix.
Quid verò memorem,tenero quæ fortior æuo,
Ante annos animúmque ſoror reſponſa dediſti?
Quanquam aggreſſa tuas non eſt hæc pagina laudes:
Exitus impleto veniet cum tempore victor,
E Cantius ac melius mihi tum laudabere,cùm iam
Hoſtibus euictis,& iò clamante triumpho,
Conſummata tuis reddentur præmia factis.
Nunc decet attentis vitare pericula nobis
Tecum,& ſollicitas partiri ac voluere curas,
Atque iuuare tuos hortantia dicta labores:
Dum pugnat varius per tot diſcrimina caſus,
F Lubrica dum fragili currit ſub tramite vita,
Dum tua calcatus capiat veſtigia ſerpens,
Molitúrque ſuis iuuenem ſeducere technis.
Nemo adeo tutus,qui non aliquando timere
Debeat,ac tali ſibi prorſus ab hoſte cauere.
Nulli tuta datur requies in carne caduca.
Sæpe boni peccant,vitiis perit obruta virtus,
Partáque tranſactæ decedunt præmia laudis.
G Contra aliquando ſolet ſubito ſuccenſa calore,
Frigida quæ fuerat blandam mens linquere carnem,
Atque repentino reſtringere crimina freno.
Sic alternantem commutant facta rotatum,
Impius vt ſperet veniam iuſtúſque timendo
Proficiens,cumulum magnis virtutibus addat.
Contra ſi ſanctos piger exercere labores,
Pigráque conſuetas diſſoluunt ocia curas,
H Labitur in præceps damnoſæ gloria vitæ.
Si vires nullas virtus acquirit eundo,
Amittit rediens paulatim extincta priores.
Ergo inter dubij tam dira pericula mundi,
Tam varios caſus,nitendum eſt viribus amplis,
Vt ſatis anguſtum obſeruent veſtigia callem:
Principio anguſtus fine,eſt ampliſſimus ipſo,
Nec quærenda alia eſt quæ in cœlum ſemita ducat.
I Arcta via eſt,modo ſi verax ſeruator Ieſus,
Æternæque etiam porta eſt anguſta ſalutis.
Et qui diffuſam ſpacio laxante plateam,
Mundi conſectans fallacia gaudia currit,
Strictior hunc carcer crudeli ſorte ligabit.
Tu modo da veniam,qui te exhortatur,amori,
Currentémque monet,cùm vix tamen ipſe ſequatur.
Quod ſi etiam tardus properantem currere greſſus
Incitat,vtque ſequi nequeat,præcedere ſuadet:

Ecq

Fraterno haud dubium quin te donabis amori.
Nec iam à me inſtituenda venis,quæ iunior ortu
Relligione prior,viuendi iura ſacraſti,
Annorúmque ſequens meritorum ſorte præiſti:
Quod ſi ſacratæ conuerſio prima ſororis,
Fratribus exemplum facta eſt & forma ſequendi:
Grati animi librum hunc ſoror ô chariſſima teſtem,
Aere tibi frater grauiore obnoxius offert.
Exigit alma fides etiamnum vt corde lubenti,
Participata leuet fraternum ſarcina pondus.
Ergo iſthæc valitura tuis conſortibus æqui
Conſule:námque aliis,non hæc tibi ſcribimus vni,
Virgineiſque tuo canimus ſub nomine turmis.
Par ergo eſt ſponte ingreſſum ceruice fideli,
Sanctum ferre iugum,nec vincla in coniugis ire,
Mundanas odiſſe vias,percurrere mundas:
Hinc nolle thoros, hinc Chriſtū quærere ſponſum,
Ignorare virum,fœtus tamen edere tales,
Quos nunquam poſſit triſtis tibi tollere caſus:
Sic nunquam orba gemes fœcundæ pignora vitæ,
Nec viduam ſponſo metues ſupereſſe perennis
Expers ipſa mali nec te ſententia tanget,
Qua prolis mortiſque parens compellitur Eua,
Occiſam pariens ſobolem viuente reatu
Plangere,quam ſequitur quæcunque obnoxia mater,
Quæ ſubiecta viro,& dominum paſſura cubilis
Seruit,in obſcœno tolerans connubia lecto.
Quæ captiua thori,nomen comportat inane
Coniugis,vt vana ditatur imagine conſors,
Sola ſubacta iugo non æquam ducere ſortem.
Et cum longa decem complent faſtidia menſes,
Perfectóque grauis fœtu diſtenditur aluus,
Sentina quæ patris fuerant,hæc pondera matri
Inſtigiunt duros vtero turgente dolores.
Et cum luctato ſoluuntur viſcera partu
Carnis delicias immenſo tormine pendit.
Sed tamen hunc lenit,dices fortaſſe,dolorem
Editus in lucem ſi viuat filius.atqui
Contingit plerumque,gemens vt mortua fundat
Pignora,deformémue emittat in aera maſſam:
Ne dicam quòd monſtra parit ſæpe horrida mater.
Illud iam leuius quoties interuenit,ipſa
Vt pereat nuri ſola parens,ac pondere fuſo
Emittat cum prole animam quod fortè leuatum
Nutritúmque diu rapitur ſi funere pignus,
Vnica quod crebrò ſpes reſpicit,hic perit omne
Quod ſibi conceptis ſpondebant gaudia curis:
Omnibus id verò grauius,ſi fortè lauacri
Diuini expertem,tenerum mors inuida natum
Præripiat,dura generatum ſorte gehennæ,
Qui mox vt matris ceſſarit filius eſſe,
Perditionis erit:triſtes tunc edita nolunt,
Quæ flaminis tantum genuerunt pignora matres.
Quis verò tanti narrare pericula caſus,
Aut vtriuſque queat diſcrimina coniugis,in quæ
Perducit tandem dilectæ gloria carnis?
At latè longéque tuam diſcernere ſortem
Libertas cum lege poteſt,qua necteris,vt te
Impia fallentis non ſtringant gaudia mundi.
Tu Mariam ſequeris,dono cui contigit alto
Virginis & matris gemina gaudere corona,
Conciperet cum carne Deum,cœlique creator
Intraret clauſum reſerans myſteria ventrem,
A genitrice ſatus:ſed quam formauerat ante,
Qui nitidam elegit de qua procederet aluum,
Solus qui carnis proprium diſponeret ortum,
Præſciréte que diem longè,tempúſque videret,
Quo pariendus erat:quod vbi iā nunc adfore nouit,
Intactam matrem pro ſpermate ſanctus adumbrat
Spiritus,hac tantum ſanctam præbente cruorem,
Inde caro verbum efficitur,quique imperat ipſo
Cum patre in cœlo,matetnn in corpore ſeruit.

A Ante æuum de patre,& matre in tempore natus,
Seminis hinc expers omnino,& temporis illinc.
Sic virgo fœcunda fuit,quæ pondere caſto
Factorem portare ſuum,Dominúmque perennem
Edere promeruit,dignóque agnomine dici
Virgo,Dei mater:cuius ſuper omnia primæ
Laudis eris,ſi fortè voles chariſſima conſors,
B Relligioſa pio ſi Chriſtum & credula corde
Concipiens,operum cœlo pia germina gignas.
Si quis enim,Chriſtus,mea iuſſa peregerit,inquit,
Atque voluntatem patris compleuerit almi:
Is ſoror & frater meus eſt,is denique mater.
Ecce vides ſexu vt careat cœleſtis imago,
Interior ſpiritus homo quam mente retentat,
Nec ſexum acceptat.quia ſi ſcrutabimur alte,
Præbuit exemplum ſurgens à morte creator,
C Fœmineum maribus ſeſe præponere honorem.
Quod ne fœmineum poſthæc qui ſpernere ſexum
Audeat,hic paucis viſum eſt oſtendere verbis.
Cùm diram lueret noſtro pro crimine mortem,
In crucis excelſo pendens ſine crimine Chriſtus,
Atque animam,viuos quæ mox remearet in artus,
Fixus adhuc clauis diuino efflaret ab ore,
Deſerit inſoliti,populus ſpectacula monſtri,
D Signáque ferre nequit,cœlum quæ triſte minatur:
Nam ſol obductus,vultúmque auerſus ab orbe,
Ceſſerat in iuſtas nocturnis luctibus horas,
Temporáque externis dederat non viſa tenebris:
Et recta abſcedens mutato cardine rerum
Nox erat in ſuperis,lucémque inferna videbant
Intremuit tellus,& viſu mœnia magno
Concuſſis ſummo nutarunt vertice triſtis.
E Senſerunt motum priſci deſcendere iuſſa
Saxa locis,ſonitúſque nouos colliſa dederunt,
Hos inter ſtrepitus cunctis fugientibus,illæ
Interea ſanctæ matres,Chriſtúmque ſecutæ
Decernunt,quamquam trepidæ perſiſtere:cùm iam
Diſcipuli Chriſto fugiſſent ante relicto:
Vt quæ erga viuum,fuerat pia cura,ſepulto
Seruiat,& iuſtos defuncto ſoluat honores.
F Ergo fragranti componunt illita ſucco,
Albáque ſaluificum quæ ſeruent lintea corpus,
His amor intentis lugubria dona parabat,
Supremum credens ſemel perſoluere munus,
Quod credebatur ſeruandum poſcere corpus,
Omnibus his ergo ad funebria iuſta paratis,
Vncturæ accedunt Domini pia membra ſepulti,
Hic delectari noſtro conamine,ſéque
G Quo non indiguit lætari munere Chriſtus
Oſtendit,matrum largè pia vota rependens,
Pro quis reſpondens confeſtim gratia facta eſt,
Angelicos cernant humana vt lumina vultus,
Atque reſurgentis primæ dent nuncia Chriſti:
Quæ primum vt tumuli venêre ad limina ſancti,
Apparet dextra cœleſtis parte miniſter,
Splendida candebat niueo cui corpore veſtis,
H Cui vultum rutilus conſperſerat vndique fulgor,
Matribus vt dignis verbum cœleſte ſonaret,
Occurſúque ſuo attonitas formidine cuncta
Solueret,aggreſſus ſanctas quas taliter ore.
Quid timidæ trepidatis,ait,conſiſtite,néve
Aſpectu trepidate meo:vos nulla timendi
Cauſſa manet,quas cura pij confirmat amoris.
Quæritis(agnoſco)precioſi in ſede ſepulchri
I Funere ſolenni tumulatum nuper Ieſum:
Sed meminiſſe decet,qui præſens ore fideli
Dixerit ante obitum,duplici non amplius vna
Seruandum ſe nocte,& tantum tertius hicce eſt,
Qui complet promiſſa dies : patet ecce ſepulchrum,
Deſerit evacuum victa quod morte reſurgens.
Taliter excelſus iuſſo ſermone miniſter,
Sparſurus mundo vitalis dona triumphi,

Has primùm gaudere dedit,luctúque leuauit.]
Hinc læto impauidæ diſcedunt pectore matres,
Credula conceptæ ſeruantes corda ſaluti.
Cùm medium ſeſe Chriſtus gradientibus offert,
Agnoſcique iubet,blando & ſermone ſalutans:
Ite(ait) & noſtris hæc iam mandata referte
Diſcipulis,vt vel tandem me viuere credant.
Mox illæ amplexis defigunt uſtula plantis,
Atque ad diſcipulos alacri cum mente recurrunt,
Doctoréſque ducent,& quæ ſpargenda per orbem.
Primùm fœmineis iuſſi ſunt diſcere verbis
Diſcipuli:tanta eſt muliebris gratia ſexus.
Communis virtus igitur,commune periclum
Matribus atque viris:nulla eſt diſtantia cuique
Si mens tecta ſubeſt,ſi gratia conſtet vtriſque,
Vitáque ſi iuſto inſudat ſtudioſa labori,
Nam quid dona iuuant hominem ſi mente ſoluta
Turpia collatum male perdunt ocia munus?
Auxilium conatus amat,quis námque vacantem
Adiuuat,aut ſomno virtutem iungat inerti?
Cœleſtis vult œconomus,concredita ſeruis
Creſcere dona ſuis,qui quondam abſcedere terra
Dum parat,& carnem peregrinu immittere cœlo:
Mnas biſquinque prout cuiuſque induſtria ſolers
Exigeret,famulis partiri cœpit,ibi vous
Quinque duas alius,ſed tantum tertius vnam,
Reddendas multo cum fœnore quiſque recepit.
Hæc ita partitus,mox ſeruis talibus infit:
Theſaurus geminare meos,vt fœnore multo
Cum primùm fuero patria de ſede reuerſus,
Auctus inueniam,& meritis ſua præmia reddam.
Dixit,& abſcedens cœleſtia regna petiuit,
Mnas autem quas ille dedit,diuerſa parentis
Munera cœleſtis ſunt hæc,quæ pneumate miſſo
Chriſticolis ſacro infudit baptiſmate tinctis,
Naturæque etiam vel corporis,exteráque illa
Quæ bona fortunæ falsò appellare ſolemus,
Qualia diuitiæ,valetudo corporis,ipſum
Robur,& ingenij quam feliciſſima prompti
Dexteritas,vario quæ noſtra induſtria pacto
Diſpenſare ſolet:pars auget,& altera ſumptas
Imminuit retinens,quas ſola eleemoſyna ſeruat:
Creſcit enim in cumulos quidquid confertur egenis.
At quidam,quibus exiguum æs,& rara facultas,
Si qua animi ſiue ingenij virtute valentes
Extiterint,rudibus iuuat exercere docendis.
Non deſunt contrà(quorum vel maxima pars eſt)
Qui ſiue externas,illa inſtrumenta bonorum,
Siue etiam internas cœleſti à patre receptas
Diuitias,terra infodiunt,nec fœnore ſancto
Multiplicant.quos dura manet ſententia tandem.
Nam cùm terribilis iudex aduenerit ille,
Fœnora commiſſi poſcens reddenda talenti:
Tunc ſoli quorum cumulos induſtria primos
Auxerit,ij vitæ referent promiſſa beatæ
Præmia centuplum cumulati fœnoris vſum.
At verò minimu qui ſumpſit pondere libram
In ſcrobibúſque datum foſſis incluſerit aurum,
Contempſitque ſui cumulare talenta magiſtri,
Degentióque fluens elegit viuere luxu.
Sentiet incenſi crudelem iudicis iram,
Talibus ad ſeſe dictis,ſic ore tonantem:
Tantáne te noſtri tenuerunt ocia cenſus,
Serue piger,rediſúſque mei ſic cura neglecta eſt?
Conceſſum ad menſam nequiſti ferre talentum?
Illam ego vel modico cum fœnore vt exegiſſem?
Ergo quos illi mea munificentia nummos
Tradidit,ablatos fidis concredite ſeruis:
Sic commiſſa ſuis vt creſcant munera,Chriſtus
Quærit,& vt meritis augeſcat gratia multis.
Ergo age ſuccinctis ad fortia prælia lumbis,
Armata cum mente veni,nec fœmina quanquam es.

A Duram formides aciem:victoria dudum
Sexus iſta tui,tibi credo incognita non eſt.
Et memori nunc mente tenes, vt Debbora quondam
Duceret inſtructas poſt fortia claſſica turmas,
Et mulier ſumpto præcederet agmina ſigno,
Mirantes hortata viros:quos ipſa ferocem
Exemplo verbóque monens accendit in hoſtem:
Quas poſtquam ducens princeps animoſa cateruas
B Impulit,accendens vegetata furoribus arma,
Barbaricæ cecidere manus,diſſoluitur omnis
Hoſtilis virtus,tum quà ſe fœmina monſtrat,
Palantes dant terga viri,latebramque petentes,
Si viuant,viciſſe putant:tum maximus ille,
Forma giganteæ quem fecerat horrida molis
Conſpicuum,immenſámque humani verticis arcem
Siſara rex geſtans,telorum faſce neglecto,
C Incomitatus abit,metuens ſublime notari,
Corpus & excelſa fugitiuum prodere maſſa.
Qui poſtquam latuiſſe putans,tectóque receptus
Mollia perpetuo dimiſit lumina ſomno,
Mox animoſa Iahel peragit,quod Debbora victrix
Cœperat,inque ſolo ſtrati terraque iacentis
Tempora transfixo penetrans immania clauo.
Fœmineus duplex ſic vno ex hoſte triumphus.
D At tu virgo Dei,ſanctis quam moribus ornant
Hinc pudor,inde fides,internis fortior armis
Bella geris,iuſtis triplex quæ commouet hoſtis,
Spes tibi fida micat,felix in vertice caſſis,
Constinet & lumbos pretioſi zona pudoris,
Iuſtitiæ lorica tuos conſtringit amictus,
Pro gladio vibrat bis acutum dextera verbum.
Hæ virtutis opes,hæc ſunt ſolatia belli,
E Quis dubium aduerſus mentis cum corpore bellum
Ipſa ſuos armat clamantis buccina Pauli:
Quæ prudenti olim cecinit Prudentius ore.
Præterea tibi bellatrix,& robore plena
Virginitas armata viget,quam fœda libido
Appetit,& caſſo vocat in certamina orſu,
Sed bellatricem te ſentiat æmulus anguis:
F Vt cum pugnatam dederint tibi prælia palmam,
Læta feras ſummum calcato ex hoſte trophæum.
Præterea verò quis victo ex hoſte rebelles,
Atque reſultantes victrici in corpore motus,
Artibus allidas,Chriſtoque in corde retundas,
Diuino eloquio ſcripturaque indice noſti.
Nam quicquid ſacræ diuina volumina legis,
Aut ſenſu aut verbo monſtrant,quod prædicat ille
G Antiquus mundi repetens exordia vates,
Siue ille hiſtorias texit,ſeu forte figuras:
Quidve etiam ille Naue Moſi ſucceſſor Ieſus,
Succiduóque ſimul quod quiſque in tempore Iudex
Geſſerit,vt digitos ſoror iſthæc omnia dudum
Docta tenes:quid enim nunc Ruth Moabitida dicã?
Præterea reprobo qui ſucceſſere Sauli,
Quique gubernarint Iudam atque Iſraëla reges:
Quæque inſtaurator templi promptiſſimus Eſdras
H Egerit,aut melius rœcatæ in corpore cernens
Thobias,quid pro populo confecerit Heſter,
Fœmineáque animi Iudith in mente virilis,
Et quæ tum miſerè afflicti patientia Iobi.
Porro etiam vnde animi poſſis deſumere mores,
Ter quinquagenos perſcriptos ordine pſalmos,
Et quicquid docti Salomonis dextera ſcripſit,
Quodque bis octoni poſt ſe vidêre prophetæ,
I Et Machabæorum fortiſſima prælia fratrum.
Vis vnu breuius complectar vt omnia verbo?
Tota inſtrumenti veteris tibi pagina nota eſt.
Dehinc quicquid priſcæ ſuccedens gratia legis
Intonat,atque noui miracula Teſtamenti:
Quæ canit hinc hominis facies,vox inde leonis,
Et pernix aquila,& fortis certamine taurus,
Quicquid Apoſtolicis Lucas deſcripſit in Actis,

Biſſe

Biſſeptena pij quod ſpargit Epiſtola Pauli,
Quid Petrus docet,& Iudas,Iacobus & ipſe,
Et quæ diuini quondam ſecreta Parentis
Vidit Ioannes,nobiſque incognita ſcripſit,
Et quæ veridici nec in hoc tamen ordine,patres
Expoſuere ſuis myſteria digna libellis:
Hæc tu cuncta tenens,animo ſitiente bibiſti,
Nec ſiquid ſacrum noſtri cecinere poetæ
Te latet,agnoſcique legens,& cognita ſeruas,
Atque aliena tuo commendas carmina cantu.
Cætera quid replicem?tu ſenſibus vtere doctis,
Et quæ nota tibi vel quæ percurſa legendo,
Ad virtutis opus ſtudio conuerte virili,
Nam niſi doctrinæ iungatur vita fideli,
Maiores faciet coniuncta ſcientia pœnas.
Eſurit quondam Chriſtus cum forte,vianti
Conſpicitur diffuſa leui ficulnea fronde,
Nec iam maturum præbens ex arbore fructum,
Præteriens obiter Chriſtus,mox vt videt illam
Indutam tantum foliis,ſed germine nudam,
Prorſus in hacce virens ornatus inutilis horret.
Tum ſubitò quatitur radiis afflata colore,
Aruit & poſito ramorum tegmine truncus.
Nec verò immeritam temerè ficulnea pœnam
A Chriſto maledicta luit.nos inde docemur,
Ne vanum præ ſe tumefacta ſcientia nomen
Noſtra ferat,ſed iuncta ſibi dilectio ſubſit.
Nam ſi Chriſticolas noſmet ſanctóſque putamus,
Aggrauat hoc etiam nomen,ne facta ſequantur.
Sic & virginitas ſacro deuota pudori,
Indiget adiunctis virtutibus:& niſi mentem
Intactam ſeruans caſto cum corpore iungat,
Succumbit vitiis,nec caſtam dicere carnem
Iure poteſt,animus quem ſi corrumpat adultér,
Ira,furor,mœror,liuor,diſcordia,luxus,
Lingua duplex,conſtricta manus,ſaſiata voluntas,
Mœchantur cum corde hominis:tum ſemine mortis,
Fœtus mortis alunt,en quò perducitur omnis,
Nomine virgineo quæ ſe dum iactitat intus,
Criminibus grauidam neſcit turgeſcere mentem.
Ecce ubi è multis vnum,quo cætera noſcas,
Exemplum,dominus plebem cùm forte doceret,
Peruigili cura ſupremo attendere fini,
Cœlorum regnum quæ Chriſti Eccleſia ſancta eſt,
Virginibus ſacro ſignatis chriſmate confert.
Quarum quinque ex his ſapientia diues adornat,
Quinque alias ſtolido declarat inertia ſenſu.
Quas dum ſub noctem requies complectitur vna,
Atque ubitum ſignans captiuat lumina ſomnus:
Ecce autem medio taciturnæ tempore noctis
Perſtrepuit ſubitus,rupitque ſilentia clamor,
Tandem ſponſus adeſt,de corpore torpor inerti
Abſcedat,ſapidæ raptim properate puellæ,
Vnáque quæque ſuo procedat & obuia ſponſo.
Protinus exiliunt omnes,ſtratiſque relictis
Aptauere ſuas quæſito lumine flammas.
Sed tunc quinque,quibus maiur ſolertia menti,
Lampades accipiunt,oleum quibus addere ſumptis
Sollicitudo fuit vaſis,pinguique liquore
Ignibus armatis ſquallentem rumpere noctem.
Ac quæ neglectum liquit pars altera ſuccum,
Incenſos lychnos nequidquam ſuſtulit:vnde
Emicat exiguus commori luminis ignis:
Sed virtute carens languentem lampada feruor
Deſerit,& ſiccam percurrit flamma papyrum.
Mox inter piceos nebuloſa volumina fumos,
Caneſcunt pigra creſcentis mole fauillæ,
Ergo vt ſe indignas tali videre paratu,
Quæ ſponſo occurrant,iam comminus aduenienti,
His prece ſubmiſſa prudentes vocibus orant:
Iam noſtræ inſpicitis moribundo vt lampades igne
Deficiant,niſi veſtra oleum dilectio nobis
A Mutuet,extincto vitam quod præbeat igni:
Quòd niſi torpentes adiutrix dextera flammas
Suſcitet,æternum ſponſo excludente perimus.
Ergo agedum miſeris oleum concedite nobis.
Finierant paucis,longas inhibente loquelas
Aduentu ſponſi,ad quorum quæſita rogatæ
Reſpondent ſapidæ tali ſermone ſorores:
Eſt miſeranda quidem veſtrorum cauſſa malorum,
Sed tamen hoc oleum non plus quàm ſufficit,affert.
B Vnus quiſque ſibi conſtat,quia copia vaſis
Et perfecta ſuum ſeruat menſura liquorem:
Nec fas quæſitum partiri aut perdere ſuccum,
Ne diſperſa canis deſit fumenta lucernis:
Cúmque lucrum vobis diſpendia noſtra pararint,
Tota ſimul pereant extinctis lumina flammis.
Talibus abiectæ dictis,triſtique repulſa,
C Perluſtrant quocunque loci commercia feruent,
Vænaléſque manus:ſed dum diſceditur,ecce
Introiit ſponſus thalamum,induitque paratas,
Dimitténſque vagas excluſit clauſa ſorores
Ianua,nec eaſdem redeuntes excipit intro.
Virginei ecce vides quàm vanum nomen honoris,
D Ni fertur ſanctus thalamis cœleſtibus ignis.
Fœlix illa manus,largis quæ prouida donis,
Accenſum pura fouit pinguedine lumen:
Tantùm namque olei vaſis infunditur amplis,
Quantum quis miſerans miſero porrexit egeno.
Hinc dominus cunctos ardentes ferre lucernas
Admonet:hoc opus eſt,hæc claræ gloria vitæ.
Suppetat ergo tibi pietas,patientia,virtus.
E Nec vero eſt quod iam timeas, quicunque pudicam
Fortunæ caſus,diſcrimináve altera voluant:
Vna tibi modò conſtiterit mens conſcia recti,
Neglige quid de te rumor diuulget inanis.
Nec lædi iam fama poteſt,innoxia cuius
Vita vel inuitis tandem patet hoſtibus:vt ſe
Opponat mundus,mendaciáque omnia fingat.
Nec deeſt ipſe ſuis tandem expectatus amicis,
F Qui verum prodat verax Deus,atque fidelis:
Cuius habe monumenta rei pauciſſima paucis.
Eugeniæ dudum toto celeberrima mundo
Fama fuit,Chriſti quæ cùm pro nomine vitam
Puderit,antè tamen fortes proceſſit in actus.
Námque habitum mentita viri,non proinde virile
Pectus,præficitur ſanctis à fratribus abbas,
Tum patris officium complens,ac veſte virili
G Fœmineum occultans ſexum,muliebria ſpreuit,
Et meritis anniſque graues,longáque verendos
Relligione ſenes iuuenili rexit in æuo.
Tunc recti impatiens,omni qui tempore ſerpens
Mille dolos,damnique artes ter mille volutat,
Inuidet Eugeniæ,& ſanctum crebreſcere frendens
Nomen,ad aſſuetas redit vndique callidus artes,
Eugeniam quærens vulgo traducere:verùm
H Quo famam violare cupit,dedit inde coronam.
Quæ ſexum mentita piè,cùm munia patris
Sancte exerceret,morbiſque leuaret ademptis,
Quotquot ſubſidium ſancta pietate rogarent:
Contigit à morbo vt precibus reualeſceret eius,
Iam dudum confecta grauis matrona,bonique
Numinis,inſano quæ mox accenditur igne
Virginis heu,ſpecie infœlix decepta virili.
I Cumque pudicitiam ſanctam donique,doliſque
Non ſemel inuaſam fruſtra captare,nihilque
Profore ſe noſſet:(quid non amor impius auſit?)
Addere vim verbis ſtatuit,longéque remotis
Arbitris,morbum ſimulans morbique leuandi
Eugeniam cauſa appellans:vi nititur illam
Opprimere,inque ſuos inuitam adducere nexus.
Illa autem valido ſtuprum clamore repellens,
Auxiliúmque petens magna virtute reſiſtit.
Ergo luxuriæque ſuæ matrona parandæ

Complendique exſpes mulier malè perdita voti,
A Patre Eugenio (quam cum decepta putabat
Ob mutatum habitum longa aſſuetudine plebes)
Interpellatam ſtupri ſeſe impia fingit,
Inque forum vocat innocuam: quo protinus omnis
Turba ſenum turbata coit, quo denique cuncti
Attoniti nouitate rei matreſque viriſque
Currunt: interea Eugenius (ſic neſcia ſanctam
Matrem turba vocat) populo ſpectante tribunal
Cauſam dicturus tam diri criminis intrat,
Et iam tàmque reum ſecreti ignara tenebat
Publica vis, odio tantum inflammata ſiniſtre.
Conſcia cùm ſexus proprij cordiſque pudici
Vincitur, vt vincat iam virgo innoxia fraudem,
Et ſexum oſtendit dudum mentita virilem,
Fœmineum, ac fraudes populo applaudente retexit
Dæmonis. vſque adeo caſti cuſtodia voti
Semper tuta manet, multis licet acta procellis,
Quamlibet impugnet miſeri fraus callida mundi,
Intendátque dolis laqueos, mendaciáque addat,
Nec fert immeritam mors culpæ ignara ruinam,
Quóſque tremens hoſtis fallaci ventilat aſtu,
Purgandos ſancto patientia diſcutit igni,
Nec deſperandum eſt, ſi quando aduerſa videntur
Numina, quæ norunt optatam afferre ſalutem,
Et ſperata ſuis in tempore gaudia ſeruis.
Vendiderat puerum Ioſeph manus æmula fratrū,
Quem cum olim ſeruum tellus Mephitis haberet,
Pellicis inſultus dominæ (quæ tota furebat,
Et tota interius iuuenis feruebat amore)
Suſtinuit: quod ſe inuitam cognoſcere, viq́ue
Opprimere auſus erat, quanquam contraria paſſus:
Pertulit vnde inſons ergaſtula, vincla, catenas,
Dum ſpacium replicans geminos ſol duceret annos,
Et iam oblitus erat lucis, iam crine fluenti
Longus ad vſque pedes pendebat ab aure capillus.
Cum vegetante Deo, nullis mens clauſa tenebris,
Eruit è tenebris arcani abſcundita ſenſus,
Atque Canopæi patefecit ſomnia regis,
Vnde & tanta illi ſucceſſit gratia coram
Principe, vt imperij conſors, & totius eſſet
Ægypti ſecum dominus: quin protinus illi
Captiuo Pharaon diadema in vertice ponit.
Sic regno exilium commutat, principe ſeruum,
Opprobrium euitans, ac præmia magna reportans.
Suſannam poſt hunc dignis quis laudibus vnquam
Excolat, infirmis quondam quæ vicit in annis
Improba vota ſenum, coniuratóſque furores?
Optimus Hebræos & præſtantiſſimus inter
Illi vir Ioachimus erat, quem ſi quid habebat
Iudicij ac litis populus, referebat ad vnum.
Mos eſt Hebrææ genti, vnumquenque per annum
Eligere ex omni ſenio & virtute probatos
Gente duos, qui dent populo reſponſa petenti,
Iniſque ferant, verùm quodam (vt fors contigit) anno
Lecti è plebe duo, non tam virtute valentes,
Quantum obdurati ſenio, atque libidine fortes:
Exarſere ſemel Suſannæ ardore, nec illos
Coniugis auctoritas, matronæ aut fama pudicæ,
Non propè natiuis defecta caloribus ætas
Continuit, quin luxuriæ paradigma ſenilis,
Et iuueneſcentes defecto in corpore flammas
Proderet, & mores probitas ſimulata malignos.
Fortè per vrentes iam grandi æſtate calores,
Dum medium amplexus cœli ſol torridus axem,
Æqua ſorte diem atque in partes diuidit æquas,
Caſta ſubingredier pomari clauſtra virentis
Captatura leues auras Suſanna ſolebat:
Huius verò illius morem ſpeculata ſenilis
Luxuries, opportunam captabat & horam
Et tempus: quanquam alterius neſciret amores
Alter, & improbitas velut eſt ſuſpecta, timeret
A Alter ab alterutro) cum explere libidine ſeſe
Poſſet, & alterius fructu gaudere mariti,
Dumque explorantes conceptæ accommoda fraudi
Tempora, ſæpe lucum effrenes coguntur in vnum,
Et ultimum tardus ſecum indignantur amores:
Mutua ſenſerunt perculſi incendia cordis,
Confirmantque ſui cauſſam agnouère doloris.
Conueniunt ergo, atque ocius (quò ſæpe ſolebat
B Aduerſum æſtiuos Suſanna intrare calores)
Ingreſſi, denſam latitant pone arboris vmbram.
Ecce autem volucris per mollia gramina luce
Suſanna ingreditur famulis comitata duabus,
Quas ſmigma atque oleū iubet ad ſe afferre, foráſq;
Deſtinat, imprudens caſúſque ignara futuri.
Illi autem vt ſolam egreſſis videre puellis,
Illicet effrontes incautam fraude puellam
C Appetiere ſimul, verbiſque hanc talibus ambo
Aggreſſi. En, aiunt, ſoli ſumus, en age noſtris,
Vndique dum clauſum nemus eſt, accedito votis,
Larga tibi dabimus violati præmia lecti:
Contra ſi noſtros temeraria ſpernis amores,
Fingetur tecum à nobis iuuentus adulter,
Qui cum tu emiſſis habitaueris inde puellis.
Talibus aggreſſi iuuenem gens improba verbis,
D Inſuper intentant & verbera, protinus in te
Deliciáſque ſuas ni ſtatim aſſentias. hic tum
Anceps illa diu ſecum luctatur, & æſtens
Fluctuat incerta quò vergat pondere mentis,
Lex peccare vetat, turbiſque infamia terret,
Hinc iterum duros precibus mollire furores
Tentat, & obſcœnas lacrymis extinguere flammas,
Sed poſtquam nullis precibus mon ... repulſos
E Obſtinatóſque ſenes vincit cognata libido,
Fœmina præclaro mentem ſuccenſa pudore,
Decreuit iam caſta mori, ne crimine tanto
Fœdarent miſeram carnis commercia vitam,
Teſte Deo gaudet, fámámque recuſat inanem,
Iudicio contenta ſuo. tum protinus omni
Auxilio deſerta hominum matrona, ſuæque
F Conſcia virtutis, ſuperis commendat inermem
Mœſta pudicitiam, quóſvis paſſura labores,
Antè ferat quàm luxuriæ aſſentire ſenili.
Ergo pudicitiæ cuſtos, ſpes vna ſuorum
Summa Deus, ſolúſque animi ſcrutator operti
Rem cupiens aperire loco, facinúſque recluſum
Pandere, & obtectas laqueis producere fraudes,
De cœlo auxilium, quod vis humana nequibat,
G Miſit, & occultas ſeniorum in tempore fraudes
(Nil minus aduerſum ſeſe ſperantibus illis)
Prodidit, illorum puero prodente furores.
Porte ſemiramia puer hoc ætatis in vrbe
Vnus erat, plebes Danielem Hebræa vocabat,
Qui tanta Aſſyrio quæſita eſt gratia coram
Principe, vt imperij primores inter haberet
Balthazarem (namque hoc illi Chaldaica nomen
Gens dederat) cui coniunctos tres nouimus illos
H Inſignes pueros Sidrach, Miſach, Abdenagóque,
Quos ſtatuam Aſſyrij negligentes principis illam
Inſtar adorantum venerarier Aſſyriorum,
Protinus ardenti nudos fornace receptos
Ambibat ſaluos vſtis tortoribus ignis,
In medijs Domino reſonantes cantica flammis:
Quos meritis æquans Danielis candida virtus,
Horrida frendentum compeſcuit ora leonum.
I Nam cum in ſe Aſſyrios, & Belis imagine fracta,
Atque ſacerdotum detecta fraude ſuorum,
Dignus ob id mercede puer, mouiſſet, in antrum,
Quo ſeptem ingentes ſolitum nutrire leones,
Ora fameſcentum ſatiet qui dira ferarum
Mittitur, vtque illi feritas minus horrida parcat,
Subtrahitur diris conſueta leonibus eſca.
At verò qui nunquam non in tempore lętis

Nouit adeſſe ſuis,puero adſuit,inque leones
Virtutem dedit,vt poſita feritate,ſuæque
Iam famis obliti,ſartum tectúmque ſi nerent,
Immunémque ſuis à rictibus,& tamen illud
Quis non addiderit toti admirabile mundo?
Quod cum in Iudæa degens regione Propheta,
Angelica medium ſublatus in aera dextra,
Vertice de ſummo pendens,ſummóque capillo,
Subiectáſque terens immotis greſſibus auras
Intulit optatas,puero nil tale putanti,
In Babylona dapes,gratiis tum protinus actis
Excepit Daniel tranſmiſſas deſuper eſcas:
Et quamquam è longis veherentur fercula terris,
Seruauere ſuos peregrina in ſede ſapores.
Septima iámque dies clauſo Daniele ridebat,
Cum rex Aſſyrius Danielem vt ploret amicum,
Illuc inuidia populique timore repoſtum,
Dirotum triſtis feſtinat ad antra leonum.
Vt verò illæſum,vitæque per omnia plenum,
Sæuitiáque feras poſita manſueſcere vidit:
Magnum illum Dominú atque Deum Danielis adorans,
Abſtulit & vinctum, multis & honoribus auxit.
Iſte ergo impubes Suſannam fortè videbat
Ad tormenta rapi,veri quam neſcius antè
Vulgus inauditam damnauerat,& ſimul omnes
Inſontis ſontem certabant cernere mortem:
Cum ſubito in medium iuuenis ſe proripit agmen,
Accenſum tenera caſtigans voce tumultum:
Immeritam ecquid (ait) plebes inſana puellam
In mortem rapitis? ſeniores quin magis illos?
Ecquid ad iniuſtum certatis currere lethum?
Protinus ad verbum pueri commota repreſſit
Turba ſequax animos,atque huius criminis illi
Iudicium defert.tum læta precarier omnes
Suſannæ,& finem attentos ſpectare videres.
Ille autem aſcendens populo impellente tribunal,
Confeſtim abiunctos ſeniores quemque ſeorſim
Quæ ſit adulterij ſeries interrogat,& qua
Teſtiaus his mulier depreṅſa ſub arbore peccans.
At dum reſpuaſis variant diſcordibus ambo,
Coniunctum facinus diſiuncta voce fatentur.
Tunc omnes pariter timor accipit,vndique clamor
Surgit,& auctores ſceleris plebs obruit omnis,
Inque Dei varias iuncto modulamine laudes
Ferunt,& merito Suſanna erepta marito
Redditur.hic omnes communi voce parentes
Collaudare Deum,digniſque extollere Pſalmis,
Qui dare ſuppetias(modò ne fiducia deſit)
Nouerit auxiliúmque ſuis in tempore ſeruis.
Ergo ſi nubens terrena lege puella,
Eſt etiam curæ domino:connubia ſique
Integra ſeruauit,ſeruari illæſa meretur:
Conijce virgineis quantum diſponitur illic
Quò Chriſtus vocat hinc meritis,& quãta futura eſt.
Illius à prima quæ mox ætate pudica eſt
Gloria: cum cunctis iudex atque arbiter orbis,
Laſciuos caſtis hœdos ſecernet ab agnis,
Et ſua pro merito dabit vnicuique labore
Præmia,demeritis tormenta æterna reſeruans:
Cum vel in extremis quid quiſque cubilibus olim
Egerit,id nulla demum celabitur arte.
Et vero hoc etiam memori tibi mente tenendum,
Chara ſoror,quod iam potiori in parte locata es,
Quam(modo tu vigiles) nunquã nemo auferet abs te
Olim id dum Mariam aduerſus,pia murmura fundit
Martha ſoror,Chriſto didicit correpta magiſtro
Optimum enim Maria elegit,neq; ſenitet inquit
Illa vacat verbo,curis attenta neglectis.
Ergo age iam germana,ſuis dum ſecula curis
Flagrant,inque ſuos mundus conuoluitur æſtus,
Electam ſeruare tibi non deſine partem
Te primam metuit cognatio tota patronam,
Iam te ſignifeṙam ſequimur,vexilláque Chriſti
Te præeunte libens ſectatur ſtemma parentum:
Quos licet antiquo mundus donarit honore,
Et titulis à primæuo inſigniuerit ortu,
Plus tamen ornantur ſacris inſignibus illi,
Quod ſanctas ſtudio & meritis rexere cathedras.
Nec iam atauos ſuror alma tibi proauóſque retexam
Vita ſacerdotum quos reddidit in lyra latos:
Pontificem ſacris adſumptum reſpice patrem:
Cumque tibi genitor vel auunculus vndique magni
Virtute & meritis præeant,ſectarier aude
Siue præire magis:precibus nec deſine Chriſtum
Flectere, quos ſumptos patrum ad conſortia fratres,
Dignè ſuſcepto fungi pro munere donet.
Pro quibus aſſiduas illi perſoluere grates,
Fundere vel fletus non tædeat:vt tibi nullus
Fratrum de numero deſit,cum præmia ſumes
Factis digna tuis,matérque effecta parentum
Virgineæ victrix ſociabere læta cateruæ.

EPITAPHIVM ALCIMI
AVITI, TOM. VII. BIBL. PP.

QVisquis mœſtificum tumuli dum cernis honorẽ
Ceſpite concludi totum deflebis Auitum:
Exue ſollicitus triſti de pectore curas.
Nam quem plena fides,celſæ quem gloria mentis
Quẽ pietas,quem larga manus quem fama perennãt,
Nil ſocium cum morte tenet,quin proſpice ſancti
Geſta viri ; primum floreſcens indole quanta,
Spreuerit antiquos demiſſo ſtemmate faſces:
Maturum teneris animum dum præſtat in annis.
Et licitum mundi voti virtute relegat.
Nec mora,Pontificis ſic digna inſignia ſumit,
Augeat vt ſoliti fœlicia cœpta laboris.
Nec tamen ob ſummi culmen tumefactus honoris
Erigitur,ſeque ipſe aliis plus æſtimat:immo
Subiicitur magnus ſeruat mediocria ſummus
Diſtribuit parcus,paſcit ieiunus, amando
Terret & auſteris indulgentiſſima miſcet,
Cunctantes ſuaſu inuit, ſolamine mœſtos:
Iurgia diſſoluit,certantes fœdere iunxit
Diſſona veridicam inficiunt quæ dogmata legem
Hortatu,ingenio,meritis, monitiſque ſubegit.
Vnus in arce ſuit quoquolibet ordine ſandt
Orator nullus ſimilis,ſimiliſque poëta
Clamant quod ſparſi per crebra volumina libri
Qui vixit, viuit,pérque omnia ſæcula viuet.

B. ENNODII TICINENSIS
EPISCOPI QVI FLORVIT SVB THEOdorico Rege Italiæ anno 500.

IN NATALEM SANCTI EPIPHANII
Epiſcopi Ticinenſis Panegyricus.

VAtibus antiquis dicendi maxima virtus
Illa fuit , doctis ſi ſcirent fallere veris
Laus erat in laudem mentitum pangere carmen:
Tunc operi tranſcripta fuit,nam more poetæ
Seruantes quod crimen habet,veruere pudore
Vera loqui,carménque fides deſpexit vbique.
Ars placuit quam culpa deret : nam ductior error
Extorſit certis metuenda poëmata linguis.
Lex docuit ſine lege loqui,cum iudicat arte
Quicquid iura negant,tantum retinacula morum
Numina fallaci finxerunt fœtida cantu.
Phœbum.& ter ternas dixerunt eſſe ſorores,
Caſtalium laticem varias quoque Palladis artes,
Tunc laurus,tripodas,Cortinam,tympana, plectrum
Narrabant,illos à veri tramite fugit

Senſus.

Sēſus & [illegible]antes deluſit viſus imago
Nunc linq[illegible]m citharæ quæ cantat pollicis ore:
Sperne fides, magis [illegible]le veni nunc ſpiritus oro,
Cu[illegible]s inexhauſto reuiuiſ it ſemper in anno
Quicquid terra creat, gignit mare, parturit æther.
Qui freta diffundit, ſolidum dat corpus in aruis,
Saxa ciet iuſſu metuit quem cantibus horrens
Cau[illegible]aſus, auritu famuli [illegible]um fortia ſenſu
Corda domat, qui cuncta videt, quem cuncta tremiſcunt
Fons, via, dextra, lapis, vitulus, leo, lucifer, agnus,
Ianua, [illegible]pe[illegible], virtus, verbum, ſapientia vatis,
Hoſtia, virgultum, paſtor, mons, rete, columba,
Flamma, [illegible]ygas, aquila ſp[illegible]nſus patientia vermis
Filius ex[illegible]celſus d[illegible]in[illegible] Deus [illegible]mnia Chriſtus
Nunc precor vt dictis [illegible]dſit, qui pectora priſci
Vatis vt ingreſſus Pharaonis tempore regis
Admuit gracill lo[illegible] [illegible]utum v[illegible] [illegible]e Prophetam
Se ſtupuit hunc ipſe, reor bene [illegible]onſ[illegible]us oris:
Murmuris, & ſoli [illegible] complectere principis aures
Pond[illegible]re, v[illegible]ce, ſono, ſenſu, prob[illegible]tate, pudore,
Tu famulum tu ſ[illegible]ncte mone, da ſoluere grates
Q[illegible] [illegible]lei ete tuua: ſanctum [illegible]omplectimur [illegible]mnes:
E[illegible] [illegible]c die [illegible] v[illegible]luit quo ſe tubar in lere terris.
Promp[illegible]us & radiis animas [illegible]nim te propinquis,
Quo g[illegible]udet mundus cùm non ſint ga[illegible]di[illegible] mundi
Cernis a[illegible]forantem p[illegible]uid[illegible]s ſubmit[illegible]tere vultus
Vatis in obſeq[illegible]i[illegible]m natalis tempora ſentit
Feſta nec amiſſis [illegible]ontemnit triſtis alumnis
Iſte dies cunctis vitæ cunctique ſalutis
Cauſa fuit veteris diſſoluens vincula noxæ:
Chr[illegible]ſtus in hoc tri[illegible]uit de[illegible]us, & tu tamen in aruis
Auſ[illegible]nius patili populos qui mente gubernet.
Et gentes pietate regat, quibus auſ[illegible] [illegible]lympi
Polli[illegible]ius ſimili regem piet[illegible]te parauit.
Dexter & ipſe Deus ſolio dat [illegible]ra [illegible]otuſ[illegible]o:
Proximus hic cœlo cui recti [illegible]onſ[illegible]ia mens eſt.
Semper erit quem iuſta prol[illegible]ant quem iudice mundo
Publica vota legunt fateor ſuffragia magna
Contulit vt ſedis gremio frueretur inemptæ.
Libera te dominum poſuit ſibi turba perennem,
Seruitio laudanda ſin[illegible]: prô quantus vbique
Feruor erat ſancto mundi plaudente tumultu.
Omnibus idem animus, turbis vox omnibus vna,
Sic tamen alterutrum certabant vin[illegible]ere votis,
Seu ſibi cum diro bellandi cominus hoſte
Cauſa foret, vulgus proprio tunc ſanguine vicit,
Pollicitum quoties fuer[illegible]t ſufferre pericla
Caſpia non aliter cum [illegible]ygria fœta Niphatem
Circuit aut catulus rapiendi format ad vſus
Ardet in abſentes ſæuit mortalia mandit
Membra animi, hominúmq; necem petit ore cruēto.
Alter in hoc ſenium teneris miratus in annis,
Alter in antiqua iactabat ſtirpe parentes;
Alternis contenta parum de ſanguine mens eſt,
Digna referre viro virtutum ſtemmata mille
Commemorat; qu[illegible]nta tituli tunc laude ſuperſtant
Vincuntur quoties, & morum gloria victis
Parturit inſignem per ſæcula longa triumphum,
Ille pudicitiam quæ pulchro in corpore regnat
Pulchrior, & caſta ridentem luce figuram
Laudibus ad cœlum portat; decus illa profectò
Attulit huic facies quæ multis cauſa periclis
Sæpe fuit, pulchrum ſatis eſt mauſiſſe pudicum,
Hæc mihi de ſummo non dantur culmine olympi.
Sic vbi c[illegible]ntingit vel formæ commoda ſanctis
Mentibus ac [illegible]reſe[illegible]nt bello ſe vincere certant
Tun homines [illegible]ditque de[illegible]us, vel munera terræ
Dextra animæ, iun[illegible]que ſib[illegible]dum deperit illi
Hæc cum multoli[illegible] i[illegible]p[illegible]pulus narraret ab ore
Vna fuit cunctis ſententia fixa cateruis,
Turba ſacer[illegible]orum veneran[illegible]áque curia ſedis
Elegit, voluit, meruit, ſuſcepit, amauit,

A Ecce aliud, dictúque nouum mirabile cunctis
Tranſierat quod quiſque pauet, quod ſuſpi[illegible]it orbis.
Vix primæuus erat tremulis cum limina lucis
Calcantur plantis, [illegible]um matris ab vbere raptu[illegible]s;
Blandior à tenero ſuccus de[illegible]u[illegible]itur aſtu,
Callida mentitum genitrix cum forte ſ[illegible] potem,
Herbarum querulis infundit dura labellis,
Neſciat vt natus guſtu cognoſcere matrem,
B Vnde ſubornatum ſorbetur lacte negato
Fau[illegible]ibus inſuetis ridenda fraude venenum
Iſtius illa fuit cum ſignum contigit ætas:
Námque fuiſſe ferunt huius [illegible]unabula magno
Lumine cum tantus [illegible]mi[illegible]uiſſet ſplendor in [illegible]lo,
Quantus in obſequium potuit tum fungier æther,
Cum iuſſas ternire viro mortalia raptim
Mem[illegible]ra len[illegible]t lapſo, g[illegible]ad ens celer ignis olympi
C Cornipedum pe[illegible]uis curſus imitatus equorum,
Proſpera non aliter puerum tunc flamma pererrans
Cir[illegible]u[illegible]i luſtrat, veneratur, ſuſpicit, ambit,
Tunc p[illegible]uidas genitor ſubmiſſ[illegible] lumine fatur
Summe Deum tanti cuſtos qui culmine cœli
Omnia dextra facis, quæ cernis lumine dextro,
Hunc tibi deprimis & adhuc reptantibus annis
D Sancta pater vo[illegible]eo quæ nec dum caſſibus artis
Lubrica terrenis inuectunt ſæcula culpis.
Nec faciunt ſit ſumm[illegible]e Deus tibi munus opimum:
Hæc ait, & lacry[illegible]as qu[illegible]s pr[illegible]munt gaudia fundit.
Criſpinum petit inde [illegible]bens, quem dicere digno
Non datur eloquio, nec ſi modo ſurgat auitino,
Qui potuit rigidas de rupibus apennij
Flumina cum ſtarent, ad plectrum ducere ſyluas.
E Helias fuit hac mage nam quis Heliſæum
Linqueret in terris duplicato munere palmæ
Nutriuit que u lacte pio, quod ab vbere Paulus
Preſſit Eu[illegible]ngelicis plena cui dextra papillis.
Salue ſancte parens, ſeu per ſalucte receptis
Criſpini cineres ad[illegible]nius tota redundat
Quicquid in hoc Chriſti mir[illegible]mut dogmate dignum.
Tunc bene tranſmiſſum tibi centum poſſidet hæres,
F Res non parua decet triplicatis iuncta talentis
M[illegible]nſtrat ab occidui reuocatum partibus orbis,
Q[illegible]d ſupplex capium tranſmittit Gallia vulgus.
Efera [illegible]e viſo didicerunt pectora flecti:
Armatum precibus ſuperaſſe maximè regni.
Sic pugnax gladios obtundit verbere linguæ;
Sic ferrum expugnat verborum lamina fortis.
Nam ſi fanda ferunt ſociant qui maxima paruis,
Sic dominum expectat domitatis villicus aruis,
G Cùm bene molitus incurui dente ligonis
Scribit agros, faciémque ſoli, ſic pectit aratris,
Vt ſpumet plenis currens vindemia labris,
Inſerat externas peregrino in ceſpite plantas.
Ardua [illegible]onnictis ſociatur nexilibus arbor,
Truncantur ſtirpes, demeſſum falce maritat
Virgultum, tenero lignum moderat hiatu,
Germine nobilitas conſurgit non ſua paruo
H Sur[illegible]ulus ignato coaleſ[illegible]it numine diues,
Dum made[illegible]cta nouo inugit plantaria libro,
Pæſtanis pariter depingit terga roſetis,
Regius agreſti veſtitur murice campus
Lilia pro viridi funduntur lumine calces.
Tunc pingit violas, cithiſos, colacaſia, calthas,
Cinnama, te[illegible]pillum, narciſſus, balſama, coſtus
Tunc rediuiua ſerit, quæ portat ſemina phœnix.
I Hunc iubet adueniens dominus diſcumbere ſeruum,
Surgit & ipſe ſuis manibus dat fercula menſæ
Sic tua ter denis animarum cultor in annis
Halant tura roſas interpellata, ne[illegible] vllis
Frigoribus marceſſit humus; quam vere perenni
Seruat odorifero meritorum ceſpite [illegible]o ſtor
Arbuta ſiccantur, quoties tua rore negato
Infundes lacrymis, c[illegible]phinum quoque congeris illic
Stercoris immundi, tunc ramis ſurgit opimi:

Tunc ſecunda Deo naſcendi iura ſuperſtant
Suſcipe nunc dexter vitæ lux aurea noſtræ
Gaudia, quæ faciunt modicum tibi promere carmen:
Cum mea vota Deus produxerit ordine cœpto,
Fulſerit & docilis quem plantat dextera paluere
Debita poſt ſectum reddam tibi furtuis annos.
En ſtatui quodcunque tibi nunc ſculpere carmen
Nodoſo ſub inte pater, quud nexus & artis
Diuerſa ſub ſutte, modis les proxima pene,
Vſquam ne ſallax mutarer ſyllaba dixi.

IN REDITVM SVVM EX VRBE.

POſt canas hyemes, gelidi poſt damna profundi
Tranquillum quoties nauita carpititer
Mœret & inſidi deſperat pruſpera ponti
Quámque videt faciem non putat eſſe ſali,
Sibilat aura leuis, validas timet ille procellas
Fluctibus & blandas æſtimat eſſe minas:t,
Lintea ſi criſpant, zephiri pendentia malo,
Et dulci ludit ſpiritus obſequiu,
Couſuſam ventis naturam perdere leges
Iurat, & antiquum credit adeſſe chaos.
Gaudia ſi tollunt placidis diſcrimina rebus,
Nulla fides lætis integra, nec dubiis.
Non aliter variis tenuit quos Roma periclis
Littoris optati reddidit ad gremium.
Permulcent pelagi numen venerabile cantu,
Anchora quod proprium mordet obunca ſolum.
Flamina ſed laſſis tenerum ſactura ſoporem
Perturbant mentem militis æquorei:
Arma ratis ſubigit remos, & lintea vibrat:
Sic mens naufragium ſuſpicionis habet,
Adueniat ſiccis quæ preſſit cærula plantis:
Nam portus feſſis ille ſalutis erit.
Qui latices iunxit, fundens in pocula ſaxum,
Qui lapides ſoluit, qui ſolidauit aquas.
Quem genitrix fudit ſæclis ſine ſemine fœta,
Ad matrem iungens virginitatis onus:
Qui mortem propriæ ſuperauit munere mortis
Dans vitam mundo funere quam peperit.
Ille per excelſum videat me dexter olympum,
Tunc patriam teneam, tunc ſtationis opus.
Nubila laxati verrant licet æquora venti
Rimoſam puppim nil noticuia petunt.
Dulcia compoſitis quatiam nunc tympana chordis,
Floribus & pingam carmina nultra nouis,
Vt fatear doctis conſtat benedicere lætum,
Triſtia nil capiunt pectura verſiloqui,
Sed redeat vernum, ceſſit iam bruma timoris,
Stringite quæ nectant frondea ſerta comas.
Cantem quæ ſolitus dum plebem poſteret ore
Ambroſius vatis carmina pulcra loqui.

Olybrio.

Fama refert veterum quæ neſcit perdere geſta,
Quæ loquitur ſemper quicquid in orbe fuit,
Germina dum lucis Titan diſpergit in axem,
Et dirat mundum nobilibus radiis.
Vda vaporiferas cohibent dum lora quadrigas,
Et nitidum gurges mittit vbique diem.
Vndantes datis manibus ſol flectit habenas,
Artificem dominum lux bene nota rulit.
Sed Phaëtonteo poſtquam dare regna precatu
Non exploratis viribus inſtituit:
Degenerem primis rectorem motibus aſtrum
Senſit & excuſſis curtere cœpit equis.
Tunc totam ſonipes lucem de naribus efflans
Non tenuit legis rempora certa ſuæ:
In flammam ceſſit ſplendor quod lumina cuſſit,
Quodque animat terras, exitium peperit:
Tunc & hyperboreas dum frangit lampade cruſtas

A E potu canis ſiccus abibat equis.
Criſtallum fluxit, ſed curſus fluminis arſit
Quud lapides ſoluit, nexuit eridanum.
Sit ego Rhetoritum tentans tranſcurrere callem
Aggredior curſus ſolis & imperium.
Curia te pullens teretem formauit ad vnguem,
Et patribus iuſſit flumina ferre ſuis.
Tu Phœbum reddis, fumat tibi victima pinguis
B Pro qua ceſſiſſent fulmina cœlicolæ,
At tibi vix illud tranſmittunt pauperis horti,
Terra quod acceptum teſta reſutat olus.
Dum ſateur cuins diſtillent verba relatu
Quæ maciem monſtrant pauperis ingenij.
Carmina nulla Cano nec te modulante Camœna
Manſurum dabitur pollicis ore textos
Quidquid Apollineo loquebamur pectore ceſſi
C Oblitus linguæ quam niſi fila dabant
Ruſtica per teneras errat mihi dextera chordas,
Conſtringunt dulces barbara plectra modos,
Ah quoties vitreis & Helicon mihi fluxit in herbis
Aridens labiis quæ facit vnda ſitim:
Ah quoties ederis redimitus tempora dixi
Aonium mulces carmina concilium.
At nunc per ſyluas inter Spelæa ferarum
D Agreſtem cerrus ducere militiam:
Grandia per validos commendu ſemina ſulcos,
Vt germen vitæ deſtituant lolia
Lactea ne mentem denudent verba ſulutam,
Edictis mollis dicar, & ingenio
Non niſi per campos diſcurtat lingua patentes,
Maſcula nec lituis dicta feram granibus.
Ne mea grandiſono flammentur corda cothurno
E Et tumidus ſcriptis moribus eſſe puter.
Qui mihi tunc potius famam petit vndique lector,
Sed ſtabilis pudor eſt, ſi taceam, proprius.
In cœlum teneas, me tetris linque quietum,
Qui ſolum noui, quod bene nil didici.

Rhetorica.

Sic noſter tantum non ſtringunt crimina quenquam
F Nos vitæ maculas tergimus artis oper
Si nineo conſtet merito quis teſte ſenatu,
Cogimus hunc omnes dicere nocte ſatum.
Et reus & ſanctus de noſtro naſcitur ore,
Dum loquimur captum ducitur arbitrium
Læta tarentinæ laus vrbis, gemma poteſtas,
Quid ſunt ad noſtrum iuncta ſupercilium?
Qui noſtris ſeruit ſtudiis mox imperat orbi,
G Nil dubium metuens ars mihi regna dedit.

Fides.

Qui cupit cœlo ſociare terram
Linquere fluxa vitium parentis
Me petat certum decus & coronam
Muneris alti.
Ille nec dirum metuit tribunal,
Nec per vrbanos volitat potentes
Conſcius tecti tenet inter vndas
H Stagna ſalutis·
Barbarum quamuis timeat Gelonum:
Parthica & læta morimus figura,
Omne quod mundi rabies ſuſurrat,
Deſpicit, arcet,
Intrat excelſi penetrale regis,
Diuitum tutus manet in ruinis.
Ille nec legem patitur ſepulcri
I Nec mala vita.

Caſtitas.

Nil moror afflictos conſtantis prodere vultus,
Dum niſi pœniteant caſti monimenta decoris,
Pinguia nam renuem ſuffocans corpora ſenſum,
Et maleſacta ſuas conculcant viſcera mentes.
At mihi crux cuſpis, crux ſcutum, cruxque corona:
Hac tegar, hac feriam, hac pacis fœdera firmem:

Hac

Hæc mihi dux belli, quo belli lubrica calcans,
Dira cupidinei detestor mella veneni,
Ad me currentes puerum ſeponite tactis,
Deque meo iuuenes canam præſumite vitam.

Verecundia.

Tingite candentes roſeo de murice vultus,
Atque fidem morum pandite de facie:
In niueo ſpargens maculas ſis pulchior ore,
Cum ſudans tenerum roſcida colla feras:
Nil tibi plus ligno tribuas quàm ſtemmate frontis,
Quidquid amare libet hunc tibi concilia.

De *cæco quodam luxurioſo.*

Orbe percuſſo fluidum de lumine vulnus
Peſtifer oſtentans ora ſepulta geris.
Cæca per innumeros facies portatur amicos,
Qui te conſpiciunt iure dolent oculis.
Ebria marcenti locupletas flumine menta
Circumfers craſſo ſordida labra fimo:
Oſcula nulla peras madidam ſuſpendere vitem,
Te propter cupiam perdere quod video.
Quis putet ex oculis flammas coaleſcere turpes,
Nil videt & rectum ſeruat iter ſcelerum.

De *ſancto Ambroſio.*

Egit quod docuit, meritis & honore ſuperſtes
Ambroſius vates moribus, ingenio.
Roſcida regifico cui fulſit nitrice lingua
Vere ſuo pingens germina quæ voluit.
Certa redimitus geſtabat lucida fronte,
Diſtinctum gemmis ore parabat opus.
Inſtituit populos geſtu, probitate, pudore
Fouit, reſpiciens perculit, admonuit.
Vocis vt officium poſtrema [illegible] poſcunt,
Sic teneras culpas, qui tacet, inſequitur,
Succinctus gladiis, clypei de pondere tutus:
Pectora claudebat textilibus chalybis
Enſis habet vites vitiorum ſectoe, & hoſtis
Vipera non tangit ſquamea terga viri.

De *ara victoriæ.*

Dicendi palmam victoria tollet amiro:
Tranſit ad Ambroſium plus fauet ira deæ.

De S. *Simpliciano.*

Ambroſius linquens viduatæ munia plebis
Tranſtulit ad curam Simpliciane tuam.
Succeſſoris opes, ſpoliati viſcera regni
Creuerunt merito temporis alterius.
Ac velut annoſum Zephiris pallentibus ornum,
Ne metuat bellum longa quies ſolidat:
Tiro tamen fœlix [illegible] ad rudimenta vocatus
Non flexit priſcum degenerans apicem:
Nil timuit gelidis anima feruente medullis:
Pontificis virtus floris habet ſenium.
Æquora qui tecto preſſit terrena potenti,
Moribus, & cultu ſydera cum tetigit.

De *Marolo.*

Marolus extremæ potatur tygridis vndæ,
Qui iubar in madidis viderat hoſpitiis.
Quem labor in proprio lyriæ ſolidauerat axe,
Orditur vatem dotibus innumeris.
Peruigil, intentus, ieiunus, prouidus, ardens,
Quod morem tenuit ſat fuit officiis:
Os tenerum quoties guſtus contingit honeſti,
Tranſit ad effectum quod fuit imperij.
Terra potens olim patribus fundata beatis
Nobilibus mundum partibus irradiat.

De *Martiniano.*

Mens niuei lactis, ſpecies manifeſta columbæ,
Aſtutiâ ſerpens, Martiniane, vale.
Lubrica [illegible] dubij dum poſcunt flamina vulgi,
Inueniunt paudam ne mereare legi.
Vnus erat mundo [illegible] contraria iudice narrans,
Qui, vt caperet regnum vincere non meruit.
Protinus ad magni perductus culmen honoris

A Exul cœlorum ciuibus inſeritur.
Poſt geminas ſanctis conſtruxit mundior ædes,
Lumine quas clauſo iuſſit habere diem.

ARATORIS SVBDIACONI ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALIS, IN APOSTOLO-

B rum acta, Libri duo.

Floruit ſub Iuſtiniano ann. 544.

AD FLORIANVM ABBATEM PRÆFATIO.

QVi meriti florem maturis ſenſibus ortum,
Nominis ore tui iam Floriane tenes.
C Nam primæuus adhuc ſenibus documenta dediſti,
E quibus in cœlum vita pararet iter:
Ad carmen concurre meum, pedibuſque labanti,
Porrige de placido ſæpe fauore manum.
Ieiuno ſermone quidem, ſed pinguia geſta
Scripſimus, ac pelagi pondere gutta fluit.
Inter grandiloquos per mille volumina libros
Maxima cùm teneas, & breuiura lege.
D Naturæque modo, quam rerum condidit autor,
Concordent ſtudiis celſa vel ima tuis.
Quæ genuit tigres, quæ nutrit terra leones,
Formicis, apibus, præbuit ipſa ſinum.
Et ſi reſpicias diſpenſet vt omnia rector,
Ingenium mites, vim meruere truces.
Ipſaque continuum virtus infracta laborem
Deterit, & varias quærit habere vires.
Luctam ſolitus membris imponere miles,
E Gymnaſij gaudet nudus adire locum
Et qui ſerratas acies, atque agmina vincunt,
Imbelles feriunt per ſua tela feras,
Ergo gradum retinens, & priſca volumina linquens,
Cede dies operi, quod pia cauſa iuuat.

F ARATOR SVBDIACONVS VIGILIO PONTIFICI SAL.

MOenibus vndoſis bellorum incendia cernens,
Pars ego tunc populi tela pauentis eram.
Publica libertas Vigili ſanctiſſime Papa
Aduenis incluſo ſoluere vincla gregi.
De gladiis rapiuntur oues paſtore miniſtro,
Inque humeris ferimur te reuocante piis.
G Corporeum ſatis eſt ſic euaſiſſe periclum,
At mihi plus animæ naſcitur inde ſalus.
Eccleſiam ſubeo dimiſſa naufragus aula,
Perfida mundani deſero vela freti,
Transferor ad niueas Petri ſine turbine caulas,
Et fruor optati iam ſtatione ſoli.
Littoris ille ſinus ad carbaſa noſtra parauit,
Fluctibus in mediis cui via ſicca fuit.
H Eſſe reus poteto grates ſi reddere ceſſem,
Vnius officio diſplicuere nouem
Senſibus ardor ineſt horum celebrare labores,
Quorum voce fides obtinet orbis iter.
Verſibus ergo canam, quos Lucas retulit Actus,
Hiſtoriámque ſequens carmina vera loquar.
Alternis reſerabo modis quod littera pandit,
Et res ſi qua mihi myſtica corde datur.
Metri vis ſacris non eſt incognita libris,
I Pſalterium lyrici compoſuere pedes.
Exametris conſtare ſonis in origine linguæ
Cantica Hieremiæ, Iob quoque dicta ferunt.
Hoc tibi magne pater cùm deſero munus amoris,
Reſpice quod meritis debita ſoluo tuis.
Te duce tyro legor, te dogmata diſco magiſtro:
Si quid ab ore placet, laus monitoris erit.

LIBER

LIBER PRIMVS.

VT ſceletis Iudæa ſui polluta cruore
Auſa nefas compleuit opus,rerum que creator,
Hoc quod ab humanis ſumpſit ſine ſemine mēbris,
Humana pro ſtirpe dedit,dignatus vt ima
Tangeret inferni non linquens ardua cœli,
Soluit ab æterna damnatas nocte tenebras
Ad manes ingreſſa dies fugitiua relinquunt
Aſtra polum comitata Deum,cruce territa Chriſti.
Vult pariter natura pati,mortiſque poteſtas
Se vincente petit,quæ pondere merſa triumphi
Plus rapiens,nihil iuris habet,diuináque virtus
Rurſus membra ligans,animata cadauera mouit:
Ad vitam monumenta patent,cineréſque piorum
Natalem poſt buſta nouant.lux tertia ſurgit,
Maieſtas cum carne redit,ſpeciemque coruſcam
Vmbrarum de ſede refert,vt ab exule limo
Inter clauſa diu,patriæ repetatur origo,
Omnipotens parat ipſe vias,& corpora ſecum
Poſt tumulos regnare iubet,mouente veneni
Semine,florigeru ſua germina reddidit horto.
Iámque quaterdenis Dominus manifeſta diebus
Contulerat per ſigna fidem cernentibus illis,
Vſque ſub extremum diffuſo in limite mundum,
Quos teſtes iubet eſſe ſuos.miracula rerum
Non poterant celare Deum::documenta reſurgens,
Quæ ſic certa daret quàm mandere,corpore vitam
Hinc humana probant.cœlum petiturus,oliuæ
Progreditur luſtrare nemus,quia germine ſacro
Luminis & pacis locus eſt.vult inde reuerti
Vnde creaturam ſignata fronte micantem
Diuinus commendat odor,cùm deſuper vnctos
Abluit interius Chriſti de nomine chriſma.
Tollitur aſtrigerum rediturus victor in axem,
Et ſecum quod ſumpſit habet:noua pōpa triumphi.
Arua Deus petit homo ſydera quis datur illi
Æthetea de parte fragor?quantúmque reſultant
Cæleſtes in laude chori,cùm rector olympi
Euehit excelſis quidquid ſuſcepit ab imis?
Ingrediénſque polum caris comitante trophæo,
Exuuias atri raptas de fauce profundi
Lucis in arce locat,terrenóſque erigit artus,
Qua pietate cupit,propter quem venerat,iuit.
Diſcipulos ſtupor altus agit:quibus ore coruſco
Perſpicui dixere viri,quæ cognita nobis
Et miranda ſonant,nunc iam ſpeculemur ouantes,
Imperiiique modum per ſubdita iura probemus.
Virgine matre ſatus calcata morte reſurgens
Cœli ſceptra petens,his nuntiat acta miniſtris.
Nec ceſſant elementa ſuo ſeruire tonanti,
Stella comes progreſſa magos,venientis honori
Militat:obſequio nubes famulator euntis.
Angelicis igitur poſtquam eſt affatibus vſa,
Linquit oliuiferi veneranda cacumina montis
Ad meſſem prælecta manus,qui calle citato
Mœnia nota petuot,quò per ſua ſabbata mille
Paſſibus ire licet,qua tunc ſtatione ſedebat
Porta Maria Dei genitrix intacta creantis,
A nato formata ſuo.mala criminis Euæ
Virgo ſecunda fugat:nulla eſt iniuria ſexus.
Reſtituit,quod prima tulit non voce querelas
Exercet,aut gemitu mœrentia corda fatigat
Antiqua pro lege dolor:ſcelera ipſa,nefáſque
Hac potius mercede placent,mundóque redempto
Sors melior de clade venit.perſona ruinam
Non natura dedit:tunc fœmina periclum
Nunc tumuit paritura Deum,mortalia gignens
Et diuina ferens,per quam mediator in orbem
Prodiit,& veram portauit ad æthera carnem.
Primus Apoſtolico patua de puppe vocatus

A Agmine Petrus erat,quo piſcatore ſolebat
Squamea turba capi:ſubito de littore viſus,
Dum trahit,ipſe trahi meruit:piſcatio Chriſti
Diſcipulum dignata rapit,qui retia laxet
Humanum captura genus:quæ geſſerat hamum
Ad clauem eſt tranſlata manus,quique æquora ſinu
Ardebat madidas ad littora vertere prædas,
Et ſpoliis implere ratem,melioribus vndis
B Nunc alia de parte leuat:nec deſerit artem
Per latices ſua lucra ſequens.cui tradidit agnus
Quas paſſus ſaluauit oues,totumque per orbem,
Hoc auget paſtore gregem,quo munere ſummus
Surgit,& inſinuans diuina negotia coràm.
Sic venerandus ait:noſtis quia proditor amens
Mercedem ſceleris ſoluit,ſibi tædia noxæ
Horruit ipſe ſuæ,ſtringens in gutture vocem
C Exemplo ceſſante reum, qui parte necari
Prometuit,qua culpa fuit,crimenque retractans
Iudicio tali permiſit membra furori
Aeris in medio,communi vt poneret hoſti
Debita pœna locum,cœlum terrámque peroſus:
Inter vtrumque perit:nullis condenda ſepulchris,
Viſcera rupta cadunt,tenueſque elapſus in auras
Fugit ab ore cinis:non hæc vacat vltio Iudæ,
D Quæ ſuprema negat,vindictáque mercis iniquæ
Sic placitura venit.nam cùm modò rura paraſſet
Funeris ex pretio cum nomine ſanguinis emptus
Ceſpes,in externas componens buſta fauillas
De tumulis fœcundet humum,caret impius agri
Fertilitate ſui,ſoluſque excluditur aruis
Quæ monumenta ferunt:cuius tuba ſæua cruentum
E Eſt exoſa nefas, qui ſignifer oſcula fingens
Pacis ab indicio bellum lupus intulit agno.
Nunc opus eſt votis,quod verba prophetica clamāt,
Quem liceat supplere vices. tunc ſumma precantes
Conſtituere duos,Ioſeph cognomine Iuſtum,
Matthiámque Dei parum:quod nomen,vt aiunt,
Hebræo ſermone ſonat,humilemque vocando
Comprobat:ô quantum diſtant humana ſupernis
Iudiciis,parui meritò tranſcendimur ille
F Laude hominum, qui iuſtus erat, duodena refulgent
Signa chori,terriſque iubar iaculatur olympi,
Hæc quoque lux operis quid præferat edere pergam:
Quatuor eſt laterum diſcretus partibus orbis
Trina fides vocat hunc, quo nomine fonte lauatur,
Quatuor ergo ſimul repetens ter, computat omnem
Quam duodenarius circuntulit ordo figuram,
Diſcipulíſque piis,quibus hoc baptiſma iubetur,
G Myſtica cauſa dedit numerum recreare priorem.
Spiritus æthetea deſcendens ſanctus ab aula
Irradiat fulgore locum,quo ſtemma beatum
Eccleſiæ naſcentis erat,quibus igne magiſtro
Imbuit ora calor,dictiſque fluentibus exit
Linguarum populoſa ſeges,non littera geſſit
Officium,non ingenij ſtillauit ab ore
H Vena,nec egregias ſignauit certa loquelas.
Sola fuit doctrina fides opulentáque verbi
Materies cœleſte datum,noua vocis origo
Quæ numeroſa venit,totóque ex orbe diſertis
Sufficit vna loqui.dudum vetus æquoris arca
Cum ſuperaſſet aquas,turrim volucre maligni
In cœlum proferre ſuam, quibus impia corda
Sermonum fecere modos,ſociiſque ſuperbis
I Affectus cum voce perit:confuſio linguæ
Conſimili tunc gente fuit, nunc pluribus vna eſt,
Eccleſiæ quoniam venientis imagine gaudet
Concordes habitura ſonos,& pace modeſtis.
Fit fœcunda redux,humiliſque colligit ordo,
Quod tumidi ſparſere viri.Res maxima cogit
Non reticere diu,quid ſit quod ſpiritus almus
His datur in flamma,Iordanis at amne columba
Quod tunc ritè canam , promiſſaque debita ſoluam,

Si ſua dona ſecant: duo ſunt hæc ſigna figuræ
Vt ſi ſimplicitas, quam congrua diligit ales,
Quæ nec tarda gerat ſine dogmatis igne tepores,
Sit pariter ſoccata fides, ut deſtinat vndis
Vnanimes, hic vte rubere flagrare docentes.
Mentibus inſtat amor, fermentibus æſtuat ardor.
Hos etiam muſto typica ratione moueri,
Error verus ait, quos cithara fonte recenti
Complente doctrina pulſi noua vaſa liquorem
Suſcepere nouum, nec corrumpuntur acerbo,
Quo veteres maduere lacus de vite bibentes,
Quæ Chriſto cultore dedit conuiuia verbis.
Vnde rubent quas vertit aquas, tenuemque ſaporem
Legis in Eccleſiæ fecit feruere libris.
Tertia ſydereis inclaruit hora loquelis.
Hunc numerum Deus vnus habet ſubſtantia ſimplex
Perſonis diſtincta tribus, quam plurima nobis
Inſtrumenta patent, ſimul hoc & tépora monſtrant.
Primus at ille Petrus, cui ſeruit in æquore greſſus
Retia iam cupiens hominum vibrare ſaluti,
Vt piſcator ouans leuet has de fonte cateruas,
Retulit æthereos populo mirante triumphos.
Venit ad occiduas carnaliter editus oras
Humana ſub lege Deus, qui temporis expers
Principium de matre tulit, nec vile putauit
Maieſtate potens, terreni ſumere formam
Corporis, atque opifex hominum pars eſſe ſuóq;
Nos pretio reuocare ſibi, poſt dona ſalutis,
Póſtque tot ereptos pulſis languoribus ægros,
Cùm defleta etiam, perfunctáque corpora luci
Redderet, & ſuperas iterum concederet auras,
Se quæque permittens ſuæ genitricis ab aluo
Carnis iura pati vitam ne perderet orbis
Maluit ipſe mori: ſed quod de virgine læta
Naſcitur, illud obit. ligno ſuſpenditur inſons,
Et ligni vacuatur onus ſic vulnus iniqui
Fit medicina Dei, pauidis reſplenduit vmbris,
Pallida regna petens, propria quem luce coruſcum
Non potuit ſufferre chaos, fugere dolores,
Infernus tunc eſſe timet, nullúmque coërcens
In ſe pœna tedit, noua tortor ad otia languet.
Tartara mœſta gemút, quia vincula cuncta quieſcunt.
Mors ibi quid faceret? quò vitæ portitor ibat?
Hunc Deus omnipotens, cui nunquá terminus inſtat,
Poſt ſacra buſta leuat radiantem in corpore Ieſum.
Vidimus, & proprijs reducem conſpeximus aſtris.
Sed fugite ô miſeri funeſta piacula gentis,
Cui veniente Deo veteres auferre noxas
Addita ſacrilegæ renecant vulnera culpæ.
Cur natos Iudæa tuos per vota cruoris,
Parricida trahis? quid Chriſti ſanguine fuſo
Hos tecum damnata premis? nec [illegible]umque creatos
Feſtinas proferre reos? homicidáque lingua
Naturæ percuſſit iter, cui ferret ortus
Quam ſanguinis diſcrimen alit, ſcelerúmque propago
De natale perit, quæ ſancta voce parentum
In lucem puncti venit. ſi ſoluere cura eſt
Fœcundi crementa mali, felicibus vndis
Extinctum reparate genus, ſpes vna remitti
Debita ſupplicij poſt crimina velle renaſci,
Multiplicat iam paſtor oues tria millia vulgi
Non minus illa dies in flumine diluit agni.
Hi primum poſt iuſſa Dei bapciſmatis vſus
Exoritur data iura probans nam terna poteſtas
Colligit hic prolem, numerum parcita per æquum
Perfectum eſt, quod mille ſonat ſi denique ſeclis
Ponimus ætates tum tempora dicimus orbis.
Res perfecta ſemel ter iungitur, & facit agmen
Myſtica vis numeri. gregis eſt pia forma nouelli.
Funditur interea per unctos gratia ſenſus,
Diuitiáſque metit locuples in amore voluntas.
Vtque pij coëant in fœdera pignore certo,
A Res laxant, & corda ligant, ſine limite ſenſus.
Affectu conſorte licet, noua iura beatis.
Munifica fluxere manu, quibus vbere fetho
Diuiſæ geminantur opes. & creſcit in omnes,
Quod faciunt commune ſibi, totumque capeſſunt:
Quod proprium nihil eſſe volunt quæſi[illegible]te cucurrit
Hæc probitas, quæve illa ſunt bonitatis origo,
Hinc canere incipiam ſacris bis ſpiritus almus
B Diſcipulis conceſſus erat, ſpiratur in illos
A Chriſto ſurgente ſemel, poſt miſſus ab aſtris
Neſcia verba viris facundus detulit ignis.
Nequid inexpertum ſtudio meditemur inani,
Spiritus alme veni, ſine te non diceris vnquam:
Munera da linguæ, qui das in munere linguas,
Hæc iterata reor, confirmant præmia iuſtos,
Vt duo iuſſa colant tabulis conſcripta duabus.
C Dilige mente Deum feruenti plenus amore.
Rurſus ait, charus tibi ſit quoque proximus, vt tu.
Hoc pactus ius omne tenet, quod ſpiritus almus
Bis veniens pectora creat: ſemel huuc dedit autor
In terris, vt ametur homo, poſt miſſus ab aſtris,
Vt flagrent humana Deum, dilectio prima eſt,
Quæ Dominũ vehemẽter amet: cui deinde ſecũda eſt,
Quæ ſociat mortale genus: tamen incipit ante
D Poſterior numero, ſequitur comitata ſecunda
Quæ prior eſt, ſic forma docet: niſi diligis, inquit,
Cernere quem poteris fratré, quem cernere non eſt,
Neſcis amare Deum. Concordia nexa caleſcat:
Ergo pari voto, Dominumque in pectore condat
Fratris amor, geminæ ſibi ſit ſubſtantia cauſæ.
Claudus erat, cui prima dies exordia vitæ
Membrorum cum ſtirpe dedit languore coæuo
E Octo luſtra gerens ad quem conſtante Ioannes,
Reſpice Petrus ait, votum ſpes luſit auarum.
Cum qui negat, meliora parat, quàm ſæpe grauatos
Deſperata iuuant, & ſemine nata ſiniſtro
Proſperitas, celans mœſtos confinia læta
Principiis ad vota venit; gaudebit egenus
Plus vacua meruiſſe manu, qui munera poſcens
Eſt datus ipſe ſibi. nulla hic mihi vena metalli
F Reſpondit, quæ fundat opes, ego ditior ægro
Pauper ero. progreſſus vbi de voce iubentis
Exiluit medicina potens: atque hoſpite greſſu
Cùm vixere pedes, cunabula longa relinquens
Calcauit veteranus humum, plantiſque nouellis
Materies ſe priſca mouet, cui præpete curſu
Protulit ingreſſus quicquid non edidit ortus.
Stat facti manifeſta fides, ſed & altera nobis
G Res aperit quod cauſa gerit gens nomen ab illo
Iſrael dicta tenet, qui bella reliquerat æger
Cum natus certare Deo: tulit ipſe figuram,
Corporis antè grauem, quam pòſt in vulnere mẽtis,
Iſrael claudus habet, qui per ſua crimina labens
Corde magis quàm carne fluit: ſpatiiſque ſub ipſis
Quadraginta annos Ægypti fine remotus
H Claudicat Ægyptum cupiens. idolaque quærens
Ponitur ad portam ſpecioſam debilis vltra
Non valet ire miſer, nec limina tangere portæ:
Culpa negauit iter. Qui ſunt qui pectore claudum
Iſrael ferre ſolent, portæque adiungere certant,
Quæ ſpecioſa ſuo prodit de nomine Ieſum?
Iſaias, Daniel, ſimiles quique ore Prophetæ
Obſcuris manifeſta canunt miracula Chriſti.
I Et portæ qui nomen habet, ſic admonet ipſe:
Porta ego ſum vobis, qui per me intrare recuſat,
Fur erit ille nocens. poſſunt portare Prophetæ
Ad portam cernenda magis, quam viſa loquentes,
In templum non ferre queunt: hæc ianua Petro
Credita, qui Chriſtum confeſſus cognita monſtrat,
Non ventura ſonat. vetus ô ſine fine iacebis,
Ni Petrum iam claude roges, quæ noxia pellens
Auri vitat onus: rerum cui cenſuit autor

Non

Non peram geſtate ſibi, pete dona ſalutis.
Non fragiles ſecteris opes, quas ſpernere debet
Cum Domino, qui diues erit: poſt limina templi
Porticus hunc Salomonis habet, qui iure vocatur
Pacificus regnante fide. Qui ſemper in orbe
Pacificus niſi Chriſtus erit? hic protegit omnem
Qui Petro ductore placet, quo præſule ſurgit.
Agmine iam ninco per millia quinque virorum
Eccleſiæ creſcebat apex, arcere laborat
Hunc Iudæa coli, cuius de munere fluxit,
Quod virtus operata dedit: ſed linquere Chriſtum
Petri neſcit amor. non hunc reticebimus, inquit,
Quo remeat præſtante ſalus, qui iure creantis
Infectum ſuppleuit opus: ſolidúmque decorem
Pars reparat, quâ iuſſa nouât huic membra redēptos
Saucia reſtituit, qui mortua ſumere cedit.
Fert animus patrare nefas, ſanctiſque verandis
Sacrilegas inferre neces, ô ſemper iniqui
Dona vident, & bella mouēt, ſed cœpta relinquunt,
Ne violent, quos turba fouet, quibus indice claudo
Teſtis erat meriti, cumque hoc ſua corda leuabant.
Nam non parua dedit populo miracula greſſus,
Quem rudis atque ſenex nullis iam legibus æui
Vernula ſumpſit humi, cum quo ſtupet ipſa moueri.
Quæ iacuit natura diu, firmatáque nuper
Inceſſu proprio noua iam veſtigia ſignat
Quæ fuerant aliena ſibi. tamen improba proles
Sæuit adhuc, fariique verat quod gaudia clamant,
Quid toties Iudæa cadis? ſurrectio Chriſti
Vt furto celetur, emis: ſed inanis demens
A ſomno documenta petis liuore caduco,
Quæ ſentis virtute geri: ius fraude negari
Infernum Dominus cùm deſtructurus adiret,
Detulit inde ſuam ſpoliato funere carnem:
Victor ab arce crucis radiantia ſigna miniſtrat,
Sol ruit in tenebris, tu pectore nigra rebellas.
Arua tremunt concuſſa locis, tu fixior hæres:
Saxa crepant, tu dura manes, ia u ſciſſio veli
Quæ latuere diu nudauit myſtica templi.
Lux tuæ nos adiit, tecum nox ſola remanſit.
Mors ſine fine premit, cui nunquam vita reſurgit.
Planta vetus ſociare nouis, & condere libris,
Ne pereas viduata cibis, ſine munere quorum
Arida ficus eris, nullo quæ tempore fructum.
At Chriſti vis ferre manum, neque cernere quantum
Floruit inſertus faciens oleaſter oliuas,
Plenáque per gentes de ſpinis pullulat vua.
Imminet exhauſtis radicibus ita ſecuris,
Vt ſucciſa ruas, ni iam tranſlata vireſcas.
Poſtquàm mira ſalus de corpore nata vetuſto,
Diſcipulis audita liquet, gentiſque ſuperbæ
Cognouere minas, celebrant his vocibus hymnum:
Tu qui cuncta Deus propriis animata figuris
Artifici ſermone facis, quique edita cernens
Ante vides, rerúmque creas per nomina formas.
Cum fierent, vox ſemen erat, nec diſtulit ortus
Imperium natura ſequens: mox ſpiritus oris,
Aethera curuauit, ſola nexuit, æquora fudit,
Materiémque operis ſola eſt largita voluntas.
Ne deforme iugum ſimilis portaret imago,
Tegmine ſeruili latuit regnator olympi,
Vt ſua gentiles implerent cœpta furores,
Qui dolus Herodis cùm triſtia bella moueres
Infantum mandata neci? quos vbere raptos
Vulnera ſuſcipiunt paru. ſ erranria membris
Vix habitura locum ætaſque iubente tyranno
Naſci pœna fuit, cuius tulit impetus æuum,
Quod neſciuit agi, qui [illegible] ô noua mortis
Conditio, ſolo vitam, [illegible] fin [illegible] ſubire,
Et cùm prima dies, atque vltima ſit ſimul vna,
Poſſe magis quàm ſcire m[illegible], quis lumine ſicco,
Aue gemitu ceſſante queat memorare Pilati;

A Quod deflent elementa nefas? quo iudice Chriſtus
Subdere pro mundi voluit ſua membra periclis,
Vt carnale malum caro ſolueret: efferus hoſtis,
Cuius ab ingenio fluxerunt tela veneni,
Perderet antiqui lacrymoſa piacula belli,
Materia ſuperante pari, ne criminis vltra
Per ſubolem prodiret onus. damnatio iuſti
Libertas eſt facta reis, da ſemina verbi
B Per tua dona coli, ſigniſque noualibus vſa
Colligat iſta manus te fructificante maniplos.
De quibus ipſe tui componas horrea cœli,
Triticeamque fidem lolio pereunte coronas,
Quà ſancti fulſere pedes. concurrere viſa eſt
Pondere terra graui, móxque almus ſpiritus illis
Splenduit, & linguis facundia creuit abortis.
Auditæ valuere preces: humana propago
C Materies terrena ſumus, limumque parentem
Nomine prodit homo: vis flexit, & impulit arua
Vocis Apoſtolicæ, quæ de tellure creatos
Fecit habere fidem: ſed quid magis? exilit vnus,
Concutitúrque locus, cecinit ſcriptura decoros
Pacem ferre pedes. Horum ſub greſſibus ergo
Læta mouetur humus, quibus eſt ſermone magiſtri
Pax commiſſa piis, quæ deportata per illos,
D Exiit in cunctas veloci munere terras.
Ecce tot egregiis vnum cor eſſe cateruis
Incipit, atque animam populus conciſcitur vnam,
Quis dubitare queat myſteria dogmatis vnum
Perſonas tres eſſe Deum? cùm millia vulgi
Conueniant ſub mente pari, numénque frequentis
Sint animi velut vnus homo: quæ turba perennem
B Portatura crucem, Dominumque ſecuta fidelem
Spreuit agros, habitura polos: hæc nempe facultas
Fortior eſt de patre magis conquirere totum,
Atque caducorum penſare manentia cauſis,
Et quæſtum per damna ſequi, non prodige rerum
Venditor iſta facis, ſed qui tua iura tenere
Ambitioſe cupis, paruóque in tempore linquis,
Quod ſemper vis eſſe tuum, ſic ſpargere rura
Nolle carere fuit: quid enim ſubſtantia prodeſt,
F Quæ ſeruata perit? quam ſyderis arce locatam
Commodius qui cedit, habet, pete creditor inde
Vſuræ maioris opem, gazaſque recondе,
Quo nequeant aduerſa pati, non deterit vllus
Perpetuas ibi caſus opes ſine fine tenebris,
Quod Dominum debere facis. Nunc aſpice partes
Lector docte pias, & tecum mente ſagaci
Volue quid eſſe putes, rutili quia pompa metalli
G Ponitur ante pedes ſacris non tradita dexteris
Deſtitui debere probant, quod tangere vitant,
Calcandúmque docent quod ſubdunt greſſibus aurũ,
De quo terrenæ veniunt ad pectora curæ
Conſimili iactatur humo quo ſiſtat ante
Mens tua diſce loco, quod tu cuſtodis anhelus,
Quod ſtatione premis, quod cernere ſæpius ardes.
Cuius in amplexus per ſomnia cuncta recurris,
H Horreſcunt tractare pij, nec tunc quoque geſtant
Cùm bona facta parant, !quantum ſpeculantur in illo
Stare nefas, & dona gerens contemnitur aurum.
Decidit infelix Ananias vulnere culpæ,
Fur cenſus ſub fraude ſui: cadit impia coniunx
Supplicio percuſſa pari, quia crimine ab vno
Fit commune nefas quoties ſcelus ante peractum
Conſenſum facit eſſe ſuum: nam mentis auaræ
I Vindex illa fuit ſententia. Denique quando
Auri ceſſat amor, qui pectora ſemper adurit?
Quo capitur mortale genus, qua pululat omne
De radice malum cuius violentius ardet
Ambitio creſcente modo ſtimulantque rapinis
Addita lucra fame; ſed quod mutata voluntas
Falſi crimen habet, cúmque eſt iam cautio voti
Stare decet nec velle prius violare ſequenti

Q

Ius proprium retinere magis quàm demere fas eſt,
Omnibus exemplum ſanxit vindicta duorum
Ne quis dona voces, quæ ſponſio debita poſcit.
Reſpice vera fides, ac dogmate clara beari
Verba require Petri. Quiſnam te fallere ſuaſit?
Concluſitque probans homines haud talia fando
Deludis mentite Deo, quæ damnat iniquos,
Aedificat doctrina pios: quod Spiritus almus
Sit Deus ex multis plena eſt inſtructio libris,
Et tamen hinc capit arma fides, quò tenditis vltra,
Quis dubitet quod Petrus ait? qui iure veniris
Ad latices, hoc ſtate loco: ſatis hoſtibus obſtat
Eccleſiæ, quod forma ſonat diuiſor amare
Iudicium de fine time, qui criminis autor,
Erroriſque tui eſt ſuſa ture Arrius aluo
Infelix plus mente cadens, lethumque peremptus
Cum Iuda commune tulit: qui gutture pendens
Viſceribus vacuatus obit: nec pœna ſequeſtras
Quos par culpa ligat, qui maieſtatis honorem
Vulnus ab ore parant, hic prodidit, ille diremit
Sacrilega de voce rei Deus arbiter orbis
Perſonis tribus eſt, in quo ſimul vna poteſtas
Attulit his ſpecies operum bonitate creatas,
Quas fabricatoris non inſpexere decorem
Etiamne que putant, qui fecerit omnia factum.
Fama ciet populos ad myſtica ſigna ſalutis
Et cunctis properare facis, & peſtibus ægros
In lectis deferre ſuis, quos vrbis in illa
Parte locant, qua ſacra tenet veſtigia Petrus.
O mihi ſi curſus facundior ora moueret,
Centenóſque daret vox ferrea, lingua diſerta
Hac in laude ſonos, quantum ſpecioſior eſſes
Ambitus eloquij variis aperire figuris
Singula, nec modicis includere grandia verbis.
Quæ fuerit rerum facies, cum tempore paruo
Morborum cecidere greges, & fluxit ad omnes
Improuiſa ſalus, quam corpore fuſa ſereno
Luminis vmbra creas, dubiaque à morte remoti
Erexere caput, ſed non deprehendere viſu
Autorem potuere boni, quibus ardua virtus
Occultat quam præſtat opem, reſque ante paratur,
Quàm ſpes vlla foret, furtiuáque præmia vitæ
Dat medicina latens, & anheli corporis æſtus
Ignaro languente rapit, quàm neſcit adeſſe,
Qui veniſſe probat, creſcitque potentia facti
Agnitione carens, cuius ſplendoris imago
Omnia peruolitans, tactúque nocentia mundans
Stat donis fugitiua oculis, & munere plenos
Linquit vbique toros, hoſtéſque à ſenſibus atros
Proiicit, ac nebulis larualibus exuit artus,
Itinerus, & curas hominum de calle frequentans
Excipe Petre gradus. tecum medicina ſalutis
Ambulat: adde viam: ſpes eſt ad gaudia velox
In pedibus non eſſe moram: tua ſemita vita eſt.
Si properas iam nemo iacet: tu motibus vmbræ
Corpora cuncta leuas, atque hoc ſimul inter vota
Sumit multa tacens: quod cum togas accipit vnus,
Quæritne quos agitat tanti reuerentia facti
Quid typicum res iſta ferat, libritque volutis
Noſcite quod ſoli eſt conceſſa gloria Petri,
Quave ſub hac ſpecie lateant documenta videre,
Quæ tentabo loquens, & ſi datur iſta facultas,
Aridus vt magnas impellat riuulus vndas.
Ruſus ab antiquis veniunt miracula cauſis,
Firmior in cunctis capitur ſubſtantia rerum
Corpore ſenſu ſuo, ſequiturque è corpore certo
Funditur, & ſolidam non terminat vmbra figuram.
Sed tamen pia ſibi præcedere corpore lignat.
Eccleſiam terre colimus, quàm prodere nulli
Aetheream dubitaſſe licet, ſed verior illa eſt:
Quæ ſuper aſtra manens cœleſtis & alta vocatur,
Hæc in tranſcurſu dubij quæ cernitur orbis.

A Ad viſa datur eſſe viam, ſpatióque ſub iſto
Deſtinat æternæ quos colligit, atque probatis.
Hinc, iter eſt excelſa ſequi regit agmen vtrumque
Petrus, & hinc ductis ſortis dat ſydera turmis.
Vt patuit per verba Dei, quod ſolueris inquit,
Quodque ligas terris, ſic vinctum ſiue ſolutum
Aethere perdurat, cuncta hæc quam cernimus aruis:
Ergo figura fores, firma eſt qua nobila geſtant.
B Petrus vtrúque regens, ibi corpus & hic parat vmbrã 510
Vt quos hic vitiis, noxiſque reſolueret ægros
Innocui ducantur ei, quæ permanet aſtris,
Suſceptura pias hac emundante catervas.
Interea templi zelo mordente priores
Eccleſiam creuiſſe dolent, animæque colonos,
Ne ſpargant quod corde metant, in ſede relegant
Carceris, vt deſint naſcenti ſurcula meſſi.
C Angelus adueniens tenebroſa volumina noctis
Repulit, & ſubito inreuerunt antra ſereno.
Erumpénſque dies alieno tempore ſanctos 520
Ad templum facit ire viros, ſed cardine fixo
Irrita ſignato cuſtodia permanet antro,
Stantque ſuis foribus vallante crepidine carcer
Clauſus, Apoſtolicis veſtigia pandit aperta
Greſſibus, & vigiles illudit ianua fallax.
D O nunquam neglecta fides, cui ſubiacet illud,
Quod natura negat propriis quàm legibus vti
Non finit omnipotens, quoties iubet ipſe viciſſim
Poſſe quod inſolitum fieri, mirata perurget.
Si quis adhuc fragili meditatur pectore Thomam, 530
Hinc documenta petat: quia tunc penetrata recepit
Ianua clauſa Deum: mirum eſt ſi corpore portam
Sic adeat, quem virgo parit, quem viſcera matris
E Integra concipiunt, humanam quæ rogo carnem
Sumere cauſa fuit, niſi ſuſciret? inde reuerſus
Exhibuit pro ſecta latus, noſtrique fauillas
Corporis exemplo proprij docet eſſe nouandas
Vulneribus ſua mẽbra probans. modo Didyme diſcis
Quàm fuerit dubitaſſe nefas: an feceris autor
Quod nobis licuiſſe vides, ſi voluere ſenſu
Cura ſubit quod Chriſtus ait non indiga vocis 540
F Et ſpecies: cur hæc ſanctis liquere latebras.
Dixit opima patens hos luminis eſſe miniſtros,
Et candelabris poſitas velut arce lucernas
In cuncta fulgere domo, nox nulla retentas
Quos lumen lux ipſe vocat, qui dona ſerenrem
Et reſtem metuere Deum, qua lege caucimis
Occulerit locus ille ſuis tos in ordine ſoles,
De quibus vt tenebras pulſis erroribus orbis
G Vinceres, æternam meruit cognoſcere lucem. 550
Iura miniſterij ſacris altaribus apti
In ſeptem ſtatuere viris, quos vndique lectos
Leuitas vocitare placet, quàm ſplendida cœpit
Et leuæ fulgere manus, quæ pocula vitæ
Miſceat, & latices cum ſanguine porrigat agni.
Hoc numero delatus honor ſub limina ſecum
Sacramenta gerit, per quæ me longius ire
H Non patitur menſura viæ, ne plura locutus
Inuenias dixiſſe minus. ſit cura miniſtris
Officium librare ſuum quo laudis amictu 560
Hunc deceat lucere chorum, quem myſticus ordo
Conſecrat in numero, cui dant cœleſtia formam,
Promiſſum ſeruabo modum, venerabilis orbi
Cœtus ſit: verbi potius nos conuenit omnes
Quàm menſæ captare cibos: ô gloria diues
I Oris Apoſtolici, nunquam permittere plebem
Virtutum ſentire famem, diſperſa talenti
Creſcere ſumma ſolet, commiſſa pecunia linguæ
Diſplicuit cùm ſola fuit: locus indicat iſte
Quod meliora tuo populos ſint fercula mentis 570
Quàm fuſæ per membra dapes, lauteque peritum
Nutriat ingenium verbi pinguedo ſuperni.
Nam quid corporeæ proſunt alimenta ſaginæ

Eſuriens

Eſuriente anima? cuius ieiunia paſci
Semper ab ore decet, menſam vt tendamus ad illam
Vberibus verbis, ad quam conuiua recumbit
Qui veſtis candore nitet, vt fulcra beata
Deſerat abſtractus quiſquis de formis ad illa
Eloquio ſordente venit, ferat eſca ſalutem
Progrediens de pane poli gula pectoris ipſum
Ambiat, atque animi plenu guſtare palato
Interior feſtinet homo, ne vilior eſſet:
Cauſa relicta tamen claris tractanda miniſtris
Creditur, & numerum tenuit precioſa ſupernum.
Emicat hinc Stephanus primus qui in agone coronã
Nominis hæres habet, de quo prænuntia palmæ.
Vox cecinit quod cauſa dedit: fere prælia martyr
Felices habitura neces, vbi gloria pœna eſt
Et cadere eſt ortus, ingulíſque parentibus æuum
Naſcitur, æternæ complectens munera vitæ,
Vitæ principium fuit en ſine fine beatæ,
Sic meruiſſe mori. lapides Iudæa rebellis
In Stephanum lymphata rapis, quæ crimine duro
Saxea ſemper eris: hunc denique Chriſtus adoptat,
Ad quem miles ouans per vulnera ſacra vocatus
Sanguine fecit iter, cupienſque in præmia victor
Hac properare via, niuei meritus honorem
Callis, ad excelſi pergit faſtigia regis.
Et per tot lapides petræ coniungitur vni
Quis furor iſte nouus nulli feritate ſecundus?
Parcere nolle pio, vibrantibus acta lacertis
Saxa iacis: parat ille preces nec reſpicit vnde
Grando nefanda cadat, qui tempore mortis amicæ
Pro populo peccante rogat: licet omnia tecum
Tela feras, ſilicéſque graues, & pondera ſilicis,
Quem perimis victurus erit, qui ſine colono
Seminat exemplum, quo ſurgit vinea Chriſti,
Et calicem Domini conuiuia feſta coronent.
Lumina cordis habens cœlos conſpexit apertos
Ne lateat quod Chriſtus agat, pro martyre ſurgit,
Quem tunc ſtare videt confeſſio noſtra ſedentem
Cùm ſoleat celebrare magis: caro vincta tormenti
In Stephano ſauet ipſa ſibi, dux præſcius armat,
Quos ad dona vocat. ne quis hic dimicet anceps,
Corpus in arce Dei patuit pro munere teſti.
Ad Sauli poſuere pedes velamina ſæui
Infernum quod Hebræus ait. iam conſtat vtriſque
Hinc meritum ſentire ſuum, cùm ſidera martyr,
Carnifices infirma petunt ſors prima reuelat,
Exemplúmque creat, quod talia bella gerenti
Hoc de fonte fluit. ſic occidentibus vt mox
Tartara ſuccedant, morientibus aſtra pateſcant.
Sæpe ſibi ſocium Petrus facit eſſe Ioannem
Eccleſiæ, quia virgo placet: quo denique iuncto
Samariæ vicina petens baptiſmatis vndis
Ablutas ſignauit oues, quibus affuit almus
Spiritus, & varias fecit procedere linguas.
Fonte quidem lotus, ſed non in pectore mundus.
Hic fuerat Simon ille Magus, quem prodidit orbi
Pœna ſequens neſciſſe fidem: contractibus auri
Munera vult æquare Dei, nummiſque referre
Quod pretio mercator emat, quem talia Petrus.
Attentare videns, quiſnam te perdite dixit,
Mouit ad iſta furor? Domini quod gratia donat
Vt venale putes: ſenſu hoc, non ſumitur auro
Nec licet vt cœlum corrupta pecunia quærat,
Quam terræ ſcrutator amat: tibi nulla profecto
Hac ſupereſt in ſorte quies, nec ad iſta venire
Tunc poteris pollute dolis, qui cordis amari
Felle tumens aliena petis: namque atria mentis
Spiritus illa ſubit, quæ ſimplicitate niteſcunt
Hac de voce ſacræ lux eſt manifeſta figuræ.
Eccleſiæ ſpeciem præſtabat machina quondam
Temporibus conſtructa Noe, quæ ſola recepit
Omne genus, clauſiſque ferens baptiſmatis inſtar,

A Cùm vaga lethales pateretur turba procellas,
At vitam conuertit aquas: ſimul ipſa columba
Diluit & coruum, ſed non concordia mentis
Fecit vtroſque pares, hunc guttura plena rapinæ
Subduxere viæ, cupiénſque in funere paſci
Nil potuit vitale ſequi: redit ales amica
Frugibus, & nullis ſuccumbit naufraga lymphis
Nutriri de morte timens, ſtudióque laboris
Dat documenta pij, quanto teneatur amore
B Plus operi deuota fides, roſtrique modeſti
Pignus oliua fuit: dilectio ſemper in ore
Fructum pacis habet: volitant in fluctibus ambo
Ex vno ſanctóque ſinu: ſeruantis in aluo
Purganti vallante freto, tamen exulat vnus
Et reditu ceſſante perit: non ergo ſaluti
Sufficit vnda lauans, niſi ſit ſine felle columba,
Qui generatur aquis, Simon hic baptiſmatis vndam
C Contigerat, ſed coruus erat: ſua lucra requirens,
Quæ nunquam meruere Deum: qui limine templa
Vendentes arcere ſolet: meliora ſequamur.
Petrus ad iſta vocat, qui filius eſſe columbæ
Dicitur ore Dei: meritóque hac matre creatus
Eccleſiæ ſublimat opus: de munere prolis
D Nomen habet genitrix: quod ſpiritus eligit almus
Alitis innocuæ dignatur imagine cerni.
Angelus alloquitur plenum virtute Philippum
Auſtralem celerare viam, qua ſpado iugatis
Æthiopum pergebat equis: qui fidus in aula
Reginæ ſeruabat opes: volat axe citato
Gaudia fixa petens, curruque meretur ipſo
Errorum iactare rotas, ó quanta bonorum
Semina percipies, qui tam precioſa lauacri
E Sumere dona venis, ſterilíque in corpore condis,
Quod fructum meliore metas: impone Philippum
Lampadis os quod Hebræus ait, qui mentis honorẽ
Nomine teſte probat, iuuat hunc audire magiſtrum
Diſcipuli qui iura docet, dabit ipſe Prophetæ
De quo verba ſonant, cumque omnia ſenſeris olim,
Qua fuerit nunc parte ſatus: ſi credulus audis,
F Et tibi naſcetur, túque inde renaſceris illi.
Conſpectis properanter aquis ardeſcere cœpit
Eunuchi fœcunda fides, qui gurgite merſus
Depoſuit ſerpentis onus, plauſitóque cucurrit
Heliæ meditatus iter. non parua figuræ
Cauſa ſub obſcuræ religionis imagine lucet,
Comprobat omnipotens tædarum fœdere Moſen
Æthiopem ſociaſſe ſibi, quem dogmata produnt
G Poſtea cum Domino vicinis ore locutum,
Quid mirum ſi legis amor, tunc creſcere cœpit
Eccleſiæ coniuncta fuit, quod ſponſa perennis
Hac veniat de gente magis: nec cantica celant
Quæ fuſca pulchrámque vocant hæc pergit ab aſtro
Æthiopum qui torret humum Salomonis in ore
Pacificum laudare ſuum, quo nomine dudum
Signatum eſt quod Chriſtus habet. iã debita mundo
H Cuſtodem præmittit opum: quo pignore gazas
Incipiat proferre ſuas. Theſauru in illa
Quis potior quàm fontis honor? quod ditius aurum
Quàm locuples ſub corde fides? quàm denique recta
Prænius hnic ſpado eſt, quo procedente libido
Pellitur, & capiunt cœleſtia regna pudici?
Saulus acerba fremens committere bella Damaſci
Iudæa feritate parat, ſed amabitur agnus
I Quo properat ſæuire lupus, ſors læta ruinæ eſt
In qua culpa cadit: dicit de corpore lapſo
In mentis iam ſtare gradu: cùm lumina claudit,
Pectora tunc aperit: cœlique agnoſcitur autor
Diſcedente die: quantum meruere tenebræ,
Poſt oculos maiora videt, mirabile ſeclis
Exemplum dedit alma fides. Anania furorem
Excutit ô noua palma, lupum domat ille rapacem
Hebræus quem dixit ouem: clamabitur orbi,

Hoc præcone Deus, legíſque exutus ab vmbra
Sub qua cæcus erat terras lucebit in omnes
Perpetuo de ſole calens: ne deſine Saule
Hunc celebrare diem multorum lumine plena
Nox datur iſta tibi: tuque hic tua nubila portas
Vt mundi purgare queas, nunc plena figuris,
Interius documenta ſequar: tectúmque latebris
Aggrediar proferre iubar, quod tempora Saulus
In tenebris triduana gerit: facit eſſe fidelem
Exempli menſura ſui: tandemque coactum
Pœna magiſtra docet. Dominum ne reſpuat vltra.
Poſt triduum ſuperiſſe chaos: cùm cœperit ipſe
Sic viſus reparare ſuos. quod ab orbibus atris
Et ſquamæ cecidere grauca, natura quod anguis
Ferre ſolet, iteratione viget: Iudæa venenum
Semper ab ore vomit crudelior aſpide ſurda,
Perfidiæ coluber ſynagogæ ſibilat antro,
Diſcipulis Saluator ait: calcabitis angues,
Purior obſequiis vt ſit cœleſtibus actus.
Vipereum iacit ante nefas, & prælia doctor
Mox meliora gerit: qui cùm ſuperaſſet iniquos
In tribus meruit clauſis euadere portis
Sporta ſolet texi iunco, palmiſque viciſſim.
Sanguinea dat Saulo retinens in more figuram
Eccleſiæ, in iunceis aquis, & palma coronis
Semper incolumi Eccleſiam baptiſmatis vnda
Martyriique cruor: ludum veſcente caterua
Nutriti ſunt dente cibi. Iuſtendere ſeptem
Sportarum cœpere ſinus, tot in orbe profecto
Eccleſias Scriptura canit: quod ſpiritus illic,
Si operator adeſt. & ſigni nomina virtus.
Cum tamé Eccleſiam celebremus in omnibus vnam:
Protegit ergo virum ſpecies, cui militat ipſe
Vas in vaſe manens atque hac duce tutus ab hoſte
Egreditur, cunctis doctor qui vincit in armis.
Pergit exc...tis commiſſi Petrus ouilis,
Poſt...cuncta videns, luſtrauit in ordine ſanctos
Per Lyddæ ... gradus vbi mœnibus aſtans
Reſpicit Aeneam demuctis viuere membris.
Atque ... laxata mole ſolutis,
Nomine ... ſurgens paralytice dixit,
Vectorem compone tuum: ne ... tedere tardes,
Officium portare diu: quo munere vocis,
Stringitur inſolitum, qui fluxerat antea neruis:
Tunc iterum formatus homo, longíque cadauer
Temporis, extinctos ad vitam ſurrigit artus
Seque leuans, vacui linquit monumenta cubilis,
Quod miſero pars mortua erat plebs cũcta per illam
Cœpit ſtare viam: multiſque ſuperuenit ampla
Vnius langore ſalus, tactóque liquore
Expulit incluſi ſua mox contagia morbi,
Fonte lauans animas, alieno robore firmat.
Eloquar hinc ſacræ quæ ſint arcana figuræ,
Si mihi ... mouet: cuius vox corpora reddit.
Octo quod annorum langoris proditur ætas,
Iure per hoc tempus membris defecit ademptis,
Antiqua ſub lege iacens, iugulantia quippe
Vulnera ſemper habeat, quorum ſit ſaucius inſana
Octauo veniente die, ſanauit ab illa
Parte grauem, lacerúmque diu diſcrimine carnis,
In liquidis ſolidauit aquis: octauus vt ægrum
Saluaret à plagis, extincti corporis annis,
Qui numero veniente die: ſolenne reſurgens.
Iam Chriſtus ſacrauit opus, ſtat temporis vſus,
Sed voto meliore redux hinc vulnera ſerpunt,
Hinc ablata ruunt. ibi ... regula pœnis,
Hinc purgat medicina vadis, ſpatióque priora
Delictum laxa neci ſtringuntur membra ſaluti,
Signatis etiam numero paralyticus annis
Ille iacebat iners, cui proxima mota Silna
Heu nullas præſtabat aquas: piſcina ligata
Porticibus Iudæa fuit: námque atria quinque

A Ad ſua clauſtra tenet per quinque volumina Moſe
Legis adepta modum: cuius circundata gyro
Debilis æternum vidit ſine munere Ieſum,
In libris ægrota ſuis, hinc eripit vnum,
Qui veniens peccata tulit, quãm rite figuram
Mundus vbique gerit, qué poſtquã in ſabbata ſoluens
Impulit ad fontem, ſuperauit gratia legem.
Petrus ad Eccleſiam renouat documenta magiſtri,
B Cuius in orbe manu paralyticus exilit vnus
Et gradiente fides ſua vincula proiicit orbis.
Te quoque laude petens, cœleſtibus inclyta ſignis
Carminibus Ioppe canimus. qua ſede Tabita,
Manſuras fundebat opes, & ſemper egenis
Munere mater erat: quæ vitæ tempore clauſo
Ponitur in medio lacrymis plus lota pheretro
Poſt funus victura ſuum, fiducia Petrum
C Euocat ille gerens diuini pignus amoris,
Vt nunquam pietate vacet quod vota requirunt
Præſtaturus adeſt lugentia tecta petenti
Stant inopes, viduique greges, & brachia monſtrant
Exuuiis onerata ſuis, quas Dorcadis ipſæ
Texuerant, dederántque manus: ô qualia feruens
Implorat fomenta dolor: non murmure triſti
Affectum pietatis agunt, nec ab ore frequentant
D Inſtrumenta precum, quicquid bona facta merentur
Officiis voluere loqui: vociſque repulſam
Elegere ſuæ: lateant ne vulnera cordis,
Quæ lacrymis fecere viam facunda gementi
Materia eſt dixiſſe nihil, nimiúmque ſonorè
Cauſa petit quod lingua tacet, nec ceſſat ab aure
Clamoſa pulſante fide, qua Petrus aditur,
Qui mentes audire ſolet, iubet ocyus omnes
E Ire foras, flexóque genu ſit pronior actis.
Tunc magis alta petens. Oratio fuſa tonanti
Mox ſuper aſtra volat propriis quia clauſibus intrat:
Dic vbi ſunt mundana tuæ ſapientia legis?
Qua virtute negas in ſe corrupta reuerti?
Quæ vitam de morte vides: vt munera Petrus
Sentit adeſſe Dei, quibus eſt reddenda ſaluti,
Quæ defleta iacet, fatur conuerſus ad illam,
F Surge Tabita: vocata redit, lucique reducta
Se ſtupuit ſuper eſſe ſibi: quam protinus ipſe
Prendit, & erectam, curbis gaudentibus offert.
Illa manus meruit Petri contingere dextram,
Pauperibus quæ larga fuit, qua vita reuertens
Cætera membra leuat, corpúſque iterat per omnem,
Hanc ſubiit, quæ cauſa fuit: ſi iure mouemur
Inſtaurata dies animæ patet apta figuris,
G Quam nimis antiqui depreſſerat vmbra pericli.
At vocem conuerſa Petri: caput ante grauatum
Legis in obſcuræ gremio, velut altera ſurgens
Eccleſia præſente leuat, tenebráſque repellit
Lux operum comitata fidem, quæ legis ab ore
Non fuerat promiſſa ſalus, quia fonte renatis
Gratia perpetuæ cœpit dare munera vitæ.
Cæſarea venerandus erat Cornelius vrbe
H Gentili de ſtirpe ſatus, quem dedita cauſis
Vita pris ſacrauit aquis, cepitque gerendo
Credere, qui geſſit quicquid baptiſmata lotis
Conſueuit præſtare fidea nam miſſus ab aſtris
Angelus hunc adiens, ſummi in conſpectibus inquit,
Stant Domini: quas ſpargit opes: quæ verba precaris,
Præmia ne deſint virtutibus, accipe certam
Huc Petro veniente viam: ſic voce coruſcans
I Nuntius æternis fixit mandata lauacris.
Nona fuit tunc hora magis, qua rectius hora
Prodiret iam trina fides: quod tertia ſimplex
Hoc iterum ter trina docet, ſacrámque figuram
Singula ter faciunt, & ter triplicata fatentur.
Hæc eſt nona potens oculos, quæ reddidit orbi
Poſt tenebras remeante die cùm protulit ortum
De radiis lux nata Crucis, cunctóſque repleuit

Hoc

Hoc ſine ſine iubar:nam mundum conſtat honeſtum
Gentibus eſſe locum,quibus in baptiſmate lotis
Plena repurgato fulſerunt lumina mundo.
Hanc ſolet ille ſequi denarius omnia donans,
Quæ præcepta decem ſeruantibus arbiter offert,
Nec finit vt tardos præcedant ære priores
Temporis huius opem,quam ſacri fontis adiuit
Prauius.ô vtinam noſtræ petat actio vitæ,
Mortaliſque ſibi ſtudium proponat origo,
Vt credentis amor rerum ſpeculetur honorem,
Et ferat exemplum meritis,qui præbuit vndis
Iamque capax fidei Cornelius indice voto
Ad Petrum tres ire iubet:confeſſio trina
Sic veniet generantis aquæ,numerúmque per ipſum
Europæ, atque Aſiæ Lybiæque tenebitur oris.
Ardua progreditur cœnacula Petrus adire
Iam medio currente die,locus inſtruit altus,
Deſpicienſque ſolum Petrum cœleſtia ſemper
Non terrena ſequi:ſexta quoque circulus horæ
Detegit ætatem,qua Chriſtus venit in orbem
Largiri ſaluantis opem,numeruſque dierum,
Prætulit exemplum quo condidit antea mundum
Quem verat hac ipſa veniens ætate redemptor
Peccati ditione premi:ſic denique ſexta
Fertur & illa geri:feſſus de calle magiſter
Cùm putei ſuper ora ſedens,per vaſa puellæ
Pocula quærit aquæ:requiem facturus vbique
Eccleſiæ de fonte ſuæ:qua Petrus in hora
Eſurit,illa ſitit pius ad ſua dona magiſter
Addere ſemper amans,cui nominis auxit honorem
Dat pariter nutrire fidem,lætabitur orbis
Hac ſaturante fame,quæ munere pinguior omni
Delitioſa fluit,nullúmque reliquit inanem
Perpetuas latura dapes,qui ſoluere noſti
Excute Petre meæ retinacula tarda loquelæ.
Déque tuis epulis exhauſtæ porrige linguæ,
Clauiger æthereus cœlum conſpexit apertum
Vſus honore ſuo demittitur inde figura
Vaſis:vt in terris ſit viſio,corpore Petri
Omnia poſſe capi:qui quicquid ſumit edendum
Eccleſiæ facit eſſe cibum:præferret imago
Quattuor ordinibus ſe ſummittentibus vna
Eccleſiæ forma eſt,quæ quattuor eminet orbis
Partibus,& laxat totidem præconibus ora.
Omne genus retinens volucrum pecudúmque ferarũ
Reptiliumque ſimus mortalibus iſta coherent
Ex meritis,vitiiſque ſuis:patet ergo quod autor
Iuſſit in Eccleſiæ transfundi viſcera gentes,
Macta & mãduca, dum præcipit:abſtrahe quòd ſunt,
Et tibi fac ſimiles,qui vertitur alter habetur.
Denique Saulus obit quia Paulus viuere cœpit
Abſit Petrus ait:quanta eſt reuerentia ſanctæ
Legis,& eſuriens oblatas reſpuit eſcas,
Ter ſonuit Domini vox:quæ dictata ſaluti eſt
Hoc genitor,natúſque ſimul,ſanctúſque peregit
Spiritus huic fidei pugnax cadit Arrius vnum
Perſonas ttris eſſe negans,Sabellius vnum
Sed partem confeſſus ait,quid,deinde viciſſim
Filius & ſanctus dicatur Spiritus idem.
Sed totus ſit vt ipſe pater,quodque ordine trino
Continet vnus apex,hic diuidit,ille relinquit
Victus vterque iacet,nam iuſſio trina monentis
Perſonis numerum virtutibus indicat vnum
Quo vocat imperio gentes,hoc credere fas eſt,
Si volumus complere fidem ſacis omnia Chriſte
Sanguine munda tuo lateris,qui.fingit ab ictu
Diſcreta coniunctus aquæ,maculoſus oberrat
Anguis & extinctum lymphis gemit eſſe venenum.
Comperit accitus quæ ſit ſua viſio Petrus
De merito qui nomen habet:nam Petrus Hebræo
Agnoſcens ſermone ſonat:pro munere Chriſtus
Sic vocitare dedit,quo cognoſcente pateſcat,
Deſcendit viſurus eos,quos miſera illuc.

A Qui laticum quæſitor erat,deſcendere Petrus
Dicitur ad plebem veniens,gentemque nouellam
Qua nec dum cognorat aquam : pars merſa profecto eſt
Sacro fonte carens,cuius via ducit euntes
Ad patriæ melioris opem,qua pergere ceſſans
Nun inttat quo vita vocat comitantibus iiſdem
B Cornelij properat,cœleſtia regna daturus.
Sanctificare domum,genibus quem poplite flexo.
Non finit aduolui:gratis dare munera ſuetus
Auget honoris opus:caput hinc nouus erigit orbis
Qui percuſſus eras antiqui dente parentis,
Natalémque tibi fons reddidit edire rurſus,
Ne preme colla tuis alienis libera culpis.
Vt primùm fari ſublimia dogmata Petrus
Cœpit,& æterni myſteria pandere Chriſti
C Magnanimes ſtupuere viri,vocémque ſequentes
Inuenere viam:quid non credentibus offert
Indubitata fides?cui nunquam munera tardant,
Nec faciunt diuina moram:mox ſpiritus almus
Indulgens varias opulento munere linguas
Compleuit,ſine more domum baptiſma frequentat
Petrus,vt ablutos flammis,purgaret in vndis.
Exemplo caret iſte locus,quos ſpiritus almus
D Præuenit,quas ſanxit aquas,vitalia ſemper
Addere dona ſulei,ſoliſque ex fonte renatis
Impoſita properare manu:gerit iſta viciſſim,
Ne quiſquam putet eſſe ſuum,meritiſq; venire
Quod variat qui ſponte parat:nam ſpiritus almus
Neſcia menſuræ fert præmia pluſque miniſtrans
Quàm ſperantis erat.præcedit gratia votum.
Peruenit hinc abiens ſublimem Petrus in vrbem,
E Quæ retinet vexilla Crucis:plebs cuncta requirit
Gentibus vnde ſalus:aperit quibus omnia doctor
Subiungénſque monet:nunquam fas eſſe negari
Quæ veniunt bonitate Dei:ſententia voce
Digna pij munſtrare palam cuſtodis amorem,
Vt velit ad cunctos cœleſtia regna patere,
Qui tenet has ſine fine fores:quid turba querelis
Gaudia noſtra teris?non ſunt noua munera Petro
F Tot vicibus ſignata prius:cùm nominis almi
Huic Chriſtus dat laude frui:quem iura locanit
Eccleſiæ portare ſuæ,cùm littore naues
Proſpiciens aſtare duas,præcepta miniſtrans
In Petri vult puppe vehi ſynagoga profecto
Sicca remanſit humi:poſtquam doctrina magiſtri
Eccleſiæ dedit alta ſequi,ſtat perfida terris
Iam pelago currente fide ſua quippe ſigna
G Hæſit vtrique rati.Ioſeph Iudæa vocabat
Hunc natum cui Petrus ait:Tu Chriſte probaris
Filius eſſe Dei,pars hæc deſigitur a tuis,
Quæ cecidit terrena ſequens,proceſſit in altum
Quæ creuit diuina loquens:cum piſce ſine vllo
In tenebris captura fuit:nam tempore lucis
Lux qui Chriſtus adeſt,ſpoliat vada ſalſa draconia
Vt cunctos ad littus agant ſacra retia fontis,
H Et de cærulei rapiantur fauce profundi.
Nam mare mundus erat,cuius de gurgite Petrus
Humida lina trahens,verbo piſcante carinas
Compleuit maiore ſinu:quia turba duobus
E populis ventura foret,gentéſque leuanit
Tunc famulante ſalo:plenáque in puppe fatetur
Eccleſiam,cuius placida ſtatione recondit,
Quod Domini ſermone capit,qui dixerat ante
I Eſſe alias,quas quærat oues,has nempe parabat,
Quas nunc ritè vocat,per quas clementia Petri
Congregat æthereis humana peculia ſeptis.
Non deerit ſua fama locis Petrus vnnis prendens
Bethſaida ſatus vrbe fuit,quæ nomine Hebræo
Venatorum eſt dicta domus quàm verus ab illa
Eccleſiæ venator adeſt?qui cuncta peragrans
Cinxit,& ad fidei collegis retia gentes.
Clauditur obſcuro,ſed non ſine lumine Petrus

Carcere,nec poſſunt tenebræ caligine ſutua
Eccleſiæ eelate diem:commune pet omnes
Supplicium timot ille facit cuſtodia Petri
Publica pœna fuit,ptoprium ſed Paſtor ouile
Seruato cuſtode regit.quem ditat honore
Ter Dominum confeſſus amot,de nomine Petræ
Nomen Petrus habens,æterna vocabula portat
Fundamenta getens nunquam paſſura ruinam:
Expectate tuis cunctáque in tempore charus,
Et nubis iam Petre veni,ſimul omnibus exi,
Quos ſtimulat nunc cura prioc,iam nocte profunda
Angelus aſtra ferens ergaſtula candidus intrat
Se comitante die:cœli veniente miniſtro
Carceris vmbra fugit,pulſæ periere tenebræ
Lucifero radiante nouo:color exulat atet,
Et mutatæ vident nocturna crepuſcula ſolem.
Cuſtodum vallante manu inter vincula Petro,
Corpore ſomnus erat.ſed cùm vigilaret in illo,
Quæ neſcis dormire fides:hoc cantica clamant,
Dormio corde vigil,læti documenta figuræ
Diſcite,qui liquido meruiſtis fonte renaſci,
Et quæ forma manet ſacrata in corpore Petri,
Cernite corde pio:docet hanc vitrutis apertæ
Angelus ipſe viam,tangens,latus impulit,in qua
Eccleſiæ ſtat parte caput:quæ nuntius ortam
Nouerat,inde leuat,lateri ſubnexuit arcæ
Oſtia ſancta Noë clauſis animalibus,hinc eſt
Diluuio vaſtante ſalus,producitur Eua
Dormitante viro lateris generata propago
Nomen habens vitæ,ſi nunquam culpa fuiſſet
Sic manſura magis:Chriſtus poſt myſticus Adam
Dignatus dare membra cruci,atque in carne perēpta
Morte premi,qua vita redit,noua dona liquoris
Per lateris ſacrauit iter:nunc angelus illa
Petrum parte vocat,mens credat vt omnia in ipſo
Eccleſiæ conſtare decus,teneatque ſuperno
Aſſertore fidem:quo calciamenta monente
Hi meruere pedes,tetigit quos dextra magiſtri,
Quæ totum mundauit aquis:gradientibus illis
Concluſæ ceſſere fores:putat omnia ſomno
Ludificante geri,cui præmia vera parauit
Maieſtas ignara doli:iam ferrea clauſtris
Porta patet,rigidi laxant ſua vincula poſtes.
Gentibus abſcindens duræ feritatis acumen.
Aſpera cuncta domat,ne ianua fixa vetaret
Orbis iter,quo curſus erit:dic gloria rerum,
Ferrea quid mirum ſic cedunt hoſtia Petro?
Quem Deus æthereæ cuſtodem deputat aulæ
Eccleſiæqua ſuæ faciens retinere cacumen
Infernum ſuperare iubet,mox liber ab hoſte
Diuinum celebrauit opus,quem prima puella
A tenebris remeare probat:quia ſanguine Chriſti
Rem dedit eſſe parem.viſus adit ipſe reſurgens
Fœmineos:loquitur redeuntis gloria carnis
Ad ſexum, quē mater habet,patet hinc quoque vatē
Eccleſiam ſenſiſſe ſuum:quæ gaudia portet
In cunctum diffuſa gregem:quis talia fando
Explicet,aut verbis attollat pondera rerum?
Maximus ille pauor gelidos qui ſtrinxerat artus,
Lætitiæ menſura fuit,manet omne per æuum
Pignoris huius apex:& ſyderis obtinet inſtas
Corpore quod Petrus ſacrauit:& Angelus ore
His ſolidata fides:his eſt tibi Roma catenis
Perpetuata ſalus,harum circundata nexu
Libera ſemper eris: quid enim non vincula præſtant
Quæ tetigit qui cuncta poteſt abſoluere?cuius
Hæc inuicta manu vel religioſa triumpho
Mœnia nonnullo penitus quatientur ab hoſte
Claudis iter bellis,qui portam pandis in aſtris.

A

LIBER SECVNDVS.

Spiritus accenſam verbo radiante lucernam
Sub modio lucere vetans,ſecernite Saulum
Dixit in auria opus,quem mox ſacrauit euntem,
Impoſita Petrus ille manu:cui ſermo magiſtri
Omnia poſſe dedit,Cyprum,Salamináque linquens
B Pergit adire Paphum:quæ fertur amoribus olim
Dedita,ſacrilegæ manſiſſe libidinis antrum,
Aligeroſque vagos ſtudio coluiſſe procaci.
Hinc operum procedit apex,quia gratia maior
Ad dilecta venit,culpas huic poſſe remitti.
Exemplum iam Paulus erat,qua ſplendida laudum
Materia eſt adiecta viro:primordia caſta
In luxus regione ſarit,fructúſque pudicos
C Multiplicat laſciuus ager:cui neſcis poſt hæc
Difficiliſque foret,cùm ſic videatur,honeſtas
De turpi cœpiſſe loco,pars ne qua vacaret
A meritis ieiuna,tamen molitur iniquus
Eloquio certare magus,contraria ſemper
Virtuti fecere viam:iacula ta retorquens
Eccleſiæ bellator ait:fallacia mortis
Quo pretes genitore ſatus,confinia monſtrae
D In tenebris patiere tuis,neque cernere ſolem
Tempus aduſque datur terámque attendere formas
Artificem quibus eſſe negas:tunc nubila vultum
Cæruleis fixere notis,& pectoris atri
Venit in ora color:quærit iam calle negato
Quo duce tutus erat:cuius pede greſſibus inſtet
Quis tribuat miſeratus opem,vacuáſque per auras
E Erroris palpauit iter,pro conſule Paulus
Mox didicit lucere fide n,cui cauſa videndi
Nox aliena fuit:non ſuot nona,Paule,ſalutis
Obſequio tenebris lucem bene ſurgere.noſti
Omnia ſecretam reſerant documenta figuram.
Si libeat vigili pulſare latentia ſenſu
Iure docens Paulus,miracula condere cœpit
Ex oculis,iubar vnde ſui micat altius oris
Amiſſo creſcente die,ſic nuper iniquum
F Subdere dignus erat , tenebriſque faventibus hoſtem
Vincere qui cæcus metuit ſine fine videre:
Antiochi dictam de nomine viſitat vrbem
Paulus,& exemplo properat dare verba cateruis,
Quas Synagoga tenet,dextráque ſilentia mandans,
Noſtis ait:patribus tellus Ægyptia noſtris
Qua poſuit feritate iugum,crudelibus arnis,
Quos rapuit per ſigna Deus:quibus omnia cedens
G Mutauit natura vices,cùm virga fugauit
Terga maris fluctúſque ſuis,ſtetit exul ab oris
Puluereo de ſille placens,pontique facultas
Obſequio eſt ſubiecta pedum,redeunte profundo
Naufragium factura reis,quæ vertere iuſſa
Per varios ſua iura modos,hic ſtrauit atenas,
His cumulauit aquas,iuſtis via,ſontibus vnda.
Tùm percuſſa ſilex venis ſpumauit apertis
H Aequoreos enixa lacus:de vertice ſicco
Fluminium largita vadum,non priſtina morem
Geſſit origo ſuum,veterem nec præbuit vſum
Dona nouella ferens,quam lex æterna coëgit
Non innata ſequi,diſiunctáque ſemina monſtrat
Poſſe dari de rore dapes,de caute liquores.
Nam ne pauca piis fluerent miracula cauſis,
Saxa vomunt latices: & inundant nubila panes,
I Aëreúſque liquor ſolidis indurnit eſcis,
Quæque diu vacuas tenuerunt agmina fauces,
Frugiferis ſaturantur aquis,nimbique coloni
Dant epulas pluuiámque vorant, & manditur imber.
Sic inuicta manus:ſic gratia plena creantis
Scit querulos nutrire greges,& ponere ſacros
In patria meliore choros:vt ventris amœni
Fructus ad æternæ floreſcat ſemina vitæ.

Dauidicę

A Dauidica nam ſtirpe ſatae genetrice Maria
Chriſtus adeſt,quem cura canunt oracula vatum
Venturum ſub carne Deum:ſeſéque creantem
Virgineos intrare ſinus.Euoluite quicquid
Sabbata veſtra tegunt,typicæ documenta figuræ
Perſpicitis fulgere ſacri præſepibus agni.
Cuius ab igne ſenes hauſerunt dicta Prophetæ,
Et dedit ante loqui quod cœpit poſtea naſci.
Clamauit virtute potens Baptiſta Ioannes:
B Non ego ſum,poſt me veniet:cui tangere non ſum
Calciamanta pedum dignus:neque ſoluere ſummam
Quæ ligat excelſas humilis corrigia plantas.
Quàm bene vox Pauli cecinit præcepta lauacri
Permiſcens antiqua nouis:nec epiſtola ceſſat
Hæc iterare docens:patres baptiſmate noſtri
In rubtu fulſere freto ſub nomine Moſæ
Per legem,cui petra ſimul ſequeretur euntes.
C Nã petra Chriſtus erat. Quid adhuc gẽs dura requi-
In libris ſonat ecce tuis:ne credere tardes. (ris?
Conſule ſigna maris,quæ myſtica dona ſuſurrant
Temporibus ventura crucis,cum ſanguine Ieſus
Tinxit aquas,laterìſque vno de vulnere fluxit,
Quod vitæ tria dona daret·rubor equoris ille,
Cauſa futura fuit:ſic conditor abluit omnes,
D Sic emit,hic pretij color eſt in gurgite ponti,
Apparéntque in vado miracula debita ligno.
Sæpius obſcuris radios infundere feruens
Mentibus,hæc rurſus memorauit in ordine Paulus
Poſtquam ſigna Dei carnis veſtitus amictu
Chriſtus vbique dedit,faciens manifeſta,quod orbi
Venerit ipſe ſalus:ſtimulis agitata furoris
Impia turba fremens,petit hunc à iure Pilati
E Suſpendi,ſingíque cruci:terrena propago,
Vota quod optanti non poſſunt omnia ferre,
Sponte ſaluiferi ceſſerunt munera Chriſti,
Qui libertatis pretium tibi venit ab aſtris.
Perdita reſtituens,tumuliſque iacentia tollens,
Reſpice quàm proprio maneas obnoxia regi,
Ne pereas,vult ipſe mori:poſt triſtia facta
F Quinetiam cuſtode dato ſignare ſepulchrum
Ad geminum voluere nefas,Dominóque paratam
Surgenti damnare viam:prô cæca voluntas!
Quæ putat æternum mortali lege teneri,
Et non poſſe ſibi poſt funera reddere membra.
Qui toties aliena leuat,meminiſtis ab ore
Dauidicæ reſonare lyræ:corrupta verabis
Sanctum noſſe tuum·poteráſne in puluere lethi
G Ferre mo[illegible]?qui vita manet?quem ſuſcitet auctor
Nil patiens de morte Deus,mors denique victa eſt,
Vincendi tranſgreſſa modum quæ iudice tacto
Linquere iuſſa reos,ſpoliis vacuata vetuſtis
Per ſua bella cadit:veniénſque abſoluere vinctos
Non retinendus erat:ſors vltima cœpit auerni
Iam vita præſente mori,quæ que omnia ſubdens
Ante fuit,tunc ipſa perit,triduóque peracto
H Lucis iter quod fecit adit,quo tota reſurgit
In Domino natura ſuæde lege videris
Laxari non poſſe neces:hunc quærite,cuius
Sanguine mundani regno ſociamur herili,
In cuius iam parte ſumus,ſub pignore carnis
Quam voluit portare Deus. tunc dogmata quoſdam
Eccleſiæ dant iſta viros,vetuere loquelas
Vlterius proferre pias.ô ſemper inanis,
I O ſterilis Iudæa tibi:quæ ſemina vitæ,
Ne fructus afferre queas,quibus ore magiſtro
Paulus ait:vos iſta quidem:vos noſſe deceret.
Aſt aliis hoc lumen erit:nam ſcripta fatentur,
Lumen in extremis poſui te gentibus eſſe.
Gentiles ſtupuere globi,fontémque ſecuti
Sumere promiſſæ cupiunt nouitatis honorem,
Et lympha genitrice ſati meruere renaſci.
Compellor ratione loci pro munere tanto

Hiſtoriæ pulſare fidem:quæ prodidit olim
Cùm populos,gentéſque duas in ventre Rebeccæ
Ferret,& anguſtis includeret agmina muris,
Conſoleréque rogans oranti corde tonantem,
Reſponſum meruiſſe Dei:prior inquit in iſtis
Inferior,breuiórque manet,maiórque minori
Seruiet,& iuuenis palmæ potietur honore.
Quicquid in hoc vtero fœcunda puerpera geſſit,
Eccleſiæ conceptus habet,formámque ſequentem
Gentilis concurſus agit,qui creſcit in aluo,
In qua victor erat,quod iam meminiſſe neceſſe eſt,
Et ſtudiis celebrare bonis,famulemur vt illi,
Cuius ab effectu non contigit ante vocari,
Quàm naſci,qui dona prius,quam tempora præſtat.
Iámque Lycaonios incedens paſſibus agros,
Liſtram Paulus adit:fuit hac tunc claudus in vrbe
Supplicio comitante ſatus,veſtigia ferre
Neſcius ex vtero:membri pars cœperat ægri
Se naſcente mori:compecto dogmate Pauli
Quo monitore piæ tendunt ad ſydera mentes,
Non voluit diuina ſequi:bene claude iacebas
Has primum graditure vias,petis æthera ſenſu
Cùm necdum mouearis homo pedibuſque negatis
Longius ire vales.Paulus ſpeculatus in imo
Pectore quid caperet,claudique fidelis amorem
In verbo iam ſtare Dei,ſic clarius infit
Surge citus:rectúſque tuis imponere plantis
Exequitur præcepta ſalus,& calle nouello
Progreditur perſona vetus,motúque frequenti
Pulſat vbique ſolum,pérque omnia currere tentans,
Sæpe timet quod neſcit iter.modo greſſibus ortus
Annoſo langore ſenex:quod vt agmina cernunt.
Exclamant,diuúmque vocant,ac ſerta miniſtrant,
Vt mactanda feri procedat victima tauri.
Paulus ad hæc,tunicam rumpit feſtinus,aperta
Sic prohibens ratione viros,ſolennia nobis
Cur precor iſta datis?fragili quos corpore conſtat
Terrena ſub lege premi?fuit impius olim
Relligionis honor,cùm numina fuſa metallis,
Artifices timuere ſui,cùm templa dicarent
Abſciſcis de rupe Deis,tunc forte licebat,
Innocuos mactare greges,fibráſque tepentes,
Conſulere,& vocem pecudis morientis in extis
Quærere:nunc libeat vanis ceſſantibus aris
Æterno parere Deo,qui ſemina vitæ
Præbuit & variis prouentibus arua locauit,
Cuius ab imperio,plenis conſurgit ariſtis
De grano moriente ſeges,palmeſque reciſus
Vulnere conceptas fœcundius educat vuas,
Quo moderante polum ſuccedunt ſolibus imbres,
Tempora temporibus,quæ cum fugitiua recurrunt
Poſt ſua terga,vagi conſtantia permanet anni.
Diſcite iam verum ſacra de virgine natum
In terris celebrare Deum:nec vota feratis
Lanigero damnoſa gregi,quos liberat agnus
Vnicus,ablutum,qui ſanguine comparat orbem
His dictis inſtructa fides:ſed corporis vſus
In geminum proceſſit opus,duplicémque figuram
Perſonat vna ſalus,toto quòd in æquore mundi
Eccleſiæ duo ſunt populi per verba duorum
Cui plenas captura duas ſatis eſſe carinas,
Nanque hæc humano generi collata viciſſim
Claudorum docuere pedes,quibus aſtat imago
Singula quæque gerens·populo communis vtrique.
Quem Petrus antiquis tribuit conſurgere plantis,
Ad portam vicinus erat:gens venit ab illo
Circunciſa loco.Pſalmi,Lex,atque Prophetæ,
Cui Chriſti cecinere diem,quem Paulus ab aruis
Erigis,ad templi nunquam conſederat ædes,
Longinqua tellure iacens:quia gentibus ortus
Cœpit ab ore pio ſolidæ veſtigia mentis
In turbas proferre rudes,populóque mederi,

A Quem ſtruit vox priſca Dei, ſic claudus erectus,
Cum properat genus omne leuat, gentiſque ſalutem
Perſonæ ſignauit iter, quæ gloria rerum
Contulit vt Petro Paulum peragat ordo ſecundum,
Qui fundamentis manet architectus in illis.
Vt tamen auctoris memoremus ad omnia laudes,
Hi duo ſunt cæci properantibus vndiq; turbis,
Qui Domino dixere ſimul. fili optime Dauid
B Da tenebras exire graues, da cernere lucem,
Quam neſcimus adhuc. ſubitum tunc illa medelæ
Semper amica manus iubar intulit, atque reliquit
Nox oculos exulque dies illuminat orbes,
Expauitque redux inopina crepuſcula viſus.
Hos populos liquet eſſe duos, quos noxia venæ
Cæcauit natura ſuæ, clementia Ieſu,
Cùm celebrauit iter, tùm tempore carnis habere
C Se voluit, de luce nouat, purgátque figuram,
Quam delicta dabant: móxque integra fulſit imago,
Quæ meruit ſentire Deum pars iuncta cerebro
Maxima ſunt oculi, creat hos in munere Chriſtus,
Qui caput & ſplendor rerum eſt: pars omnibus ima
Sunt in fine pedes, hos ſanat in aggere cura
Vocis Apoſtolicæ: quoniam ſpecioſa vocantur,
Quæ pacem cunctis portant veſtigia terris,
D Exortum eſt lumen tenebris per dona magiſtri.
Hi ſtatuunt greſſus, quibus eſt ſors tradita verbi,
Vt vigeat medicina ſequens bonitate prioris,
Paulatímque ſalus in totum tranſeat orbem.
Iam rabidas hominum Paulus ſuperauerat iras
Velificante fide, ſubitas vomuere procellas
Iudæa de nube doli. non protinus vlli
Poſſe lauacra dari, quam circunciſio carnis
E Accedat de lege Dei. gens dura quid vltra,
Ad lapides, ferrúmque vocas? hæc vmbra figuræ
Non ſpecies manſura fuit, ſimulata relinque.
Quæ iam certa vides, Chriſti proceſſit ab ore
Vita manens, omnéſque iubet de fonte renaſci
Qui veniũt: tur mẽbra ſecent? partémque reſoluant?
Cum totum ſaluare queant? ne quære vetuſto
More premi nouitatis opem, deflexáque retro
F Lumina conſtitui, poſtquàm via rectior omnes
Dirigit, & cæſis illuſtras ſentibus orbem,
Lite ſub ambigua Paulus loca tendit ad vrbis,
Cui radiant monimenta Crucis, ſanctóſque reuiſit
Iuris Apoſtolici proceres, quibus omnia præſens,
Quæ ſint geſta refert. Petrus cui maxima cura eſt
Commiſſos augere greges, ad paſcua cunctoa
Se duce lata vocans, hac explicat ore loquelas.
G Cernitis æternum ſeclis memorata vetuſtis,
Quæ populo docili cecinerunt ore Prophetæ
In nobis compleſſe Deum? qui maluit emptor
Omnibus eſſe ſalus, nullum diſcernere paſſus
In pretio, quo vita redit, mihi iuſſit apertam
Gentibus hanc monſtrare viam: quid vota morari
Tardaríque iuuat? quid ve hæc ænigmata cana
Miſceri cum luce noua? quos gratia purgat,
H Vt veniant, lex nulla vetat: cœleſtis amoris
Materia eſt feſtina fides, hanc Chriſtus adoptat,
Hanc facis eſſe ſuam, qua quiſque merebitur vti,
Circunciſus adeſt, & iure renaſcitur vndis,
Paſtorem ſtatuere ſequi: placet ergo miniſtros
Ire ſimul, ſcriptiſque pius abſoluere gentes.
Hoc illis non ſtare iugum: tamen eſſe cauendum,
Ne ſimulacra colant antiquorum libamina ſemper
I Execranda forent: ne ſuffocata cruore
Quæ maculantur, edant: ne ſæuior hoſte libido
Hos impura premat, quos lux baptiſmate mundat.
Clarius vt liqueant huius documenta figuræ,
Et progreſſa prius cur iam diſcedat imago?
Principium meminiſſe iuuat. Deus inquit Abraham
Vt teſtamentum tibi nunc, ſobolique perenne
Conſtituas in carne meum, præputia ferro
Circuncide libens, & fœdera necte ſuperna.
Secretam ſcrutemur opem, videamus in iſto
Vulnere pacta Dei, quæ teſtamenta recondit
Præſcius, vt terris conſortia iungat olympi,
Quæ didicit iurare puer, qui primus ad vndam
Repperit eccleſiæ, currentem fonte Rebeccam.
Corporis ille locus, quo circunciditur Abram
Luxuriam laſciuus habet, vitiíque miniſter
Naturæ ſub lege iacet, pater ipſe futurus
Seminis vnde ſalus ad vitam pullulat orbis,
Euacuat, quod culpa grauat, truncata libido
Virgineum promittit opus, hæc namque propago
Diuinum concepit iter, hinc ſacra Maria eſt
Ad partum generata nouum, quæ coniugis expers
Mater ineſt, natúſque Dei de Virginis aluo
Emicat, atq; hominem mediator in omnia complet.
Hinc terrena leuans, illinc cœleſtia præſtans,
Præterit ergo vetus Chriſto naſcente figura.
Hæc facies ius omne nouat, cultróque fugato
Spiritus ardeſcens cor circuncidit in vndis,
Qui ſanantur aquis, ne figant vulnera membris.
Neſcius interea curis laxare quietem.
Paulus in orbe ducet, verbique ligonibus omnes
Excolit, & fidei cogit flaneſcere meſſem,
Errorum fugiente gelu, quem ſpiritus almus
Hæc Aſiæ proferre vetat. nec Meſchia quiuit
Diues agris huius tunc ſemina ferre ſalutis
Fœcundo ieiuna ſolo: vir quippe Macedo
In ſomnis hæc viſus ait: miſerere precamur
Illyricos dignare ſinus: ô gratia quantum
Improuiſa parat! ſubito flammantur amore,
Qui poſitum iam tempus habent, ſic nocte fugata
Doctiloquus conuertit iter, fructúque loquelæ
Veſcitur eſuriens Macedonia, pérque ſoporis
Dona ſalutiferam meruit comprendere linguam.
Quæſtio crebra ſonat, ſi plenus munere largo
Prædicat omnipotens, non veni perdere mundum,
Sed ſaluare magis: faciat quæ cauſa negari,
Hæc aliis, aliiſque dari, cùm prodiga Ieſu
In commune velit pietas ſuccurrere cunctis,
Suppetit affatim exemplorum copia, nóſque
Lectio multiplicem docet hac in parte figuram,
De qua pauca canam, Luca narrante. relatus
E populo quidam Chriſto comes ire rogabat,
Quem ſecum prodire vetat, qui deinde tacentem
Sponte vocat: nouit mundans interna magiſter,
Quæ verbum iam corda ferant, quos obſtruat intus
Error iniquus adhuc, vt tunc doctrina miniſtret
Officium, cùm tuta venit, en ſancta, quod, inquit,
Incipiant violare canes, cœnóque grauati
In margaritas vertant contagia porci.
Altera res etiam ſupereſt in carmine dura,
Sed quibus ex veteri patuerunt omnia fonte,
Ore datas tenui facile eſt aduertere guttas.
Exodus ille liber memorat velamina ſacri
Pontificis, qua in nempe queat ſplendeſcere veſte,
Officiique habitum airido componere cultu.
Quis ſegmentatus mediis alearibus adſtat,
Quas inter ſpecies parili numerantur amicta
In femore exuuiæ, quibus indumenta pudoria
Progrediens ad templa locet, ſtudeátque ſacerdos
Obſtrictis renibus myſteria caſtus adire,
Quod ſtatuit lex priſca, magis deuinctáque iuſſit
Tunc hæc membra tegi, quæ poſſidet atra libido,
Cùm properat libare Deo laxata relinquens
Coniugiu poſt facta tamen ne partior vſus
Ad ſobolis non ſtaret opus, ſteriliique marito
Connubij frigeret amor, cùm certa propago
Hoc ſolenne gerens nul[illegible] adm[illegible] vnquam
Externa de ſtirpe viros, vbi iam ne priſco
Ex aditis perdurat h[illegible] pr[illegible]léſque per æuum
Sanctificanda redit, vicibus ſupplenda creandi.

Eccleſi

Eccleſiæ nunc alma fides, ſine fine pudicos
Pontifices iubet eſſe ſuis, & quærit in omni
Cauta tribu, quos ritè probet nec ſanguinis iſte,
Sed meriti ſucceſſus arit: tamen illa figura
Qua ſine nulla vetus ſubſiſtit littera, demum
Hac melius nouitate manet, variáſque recurrens
Alterna ratione vices, ne fortè ſacerdos
Tunc generare velit, cùm nedum mente capaces
Cernit adeſſe greges, eúmque inſtat nobilis ardor,
Diſcendique fames, vt apertius ora reſoluat,
Ne quiſquam ieiunus eat: nam ſemine verbi
Prolem poſſe dari, Paulus quoque ſæpius inquit,
Filioli dicendo mei iuuat ergo parumper
Eloquium genitale premi, ſtudiúmque docentem
Diſpenſare ſuum, laxans pro tempore vires
Ingenij ſtrictáſque ferens, ne fuſa prophani
Conculcata terant, mundatis ſancta reſeruans
Fas vetat inde queri, culpis hoc imputet Adæ
Venæ pœna ſuæ, quid enim rea tanta parentum
Progenies ſibi iure petat? ſator ille benignus
Ni donare velit, quicquid temerarius error
Corrupto natale tulit: via ſola ſalutis
Affectus parentis erit, miſeratio ſemper
Conditione caret, præſtans indebita Chriſtus
His pius accelerat, iuſtúſque his munera tardat.
In Macedum terris cùm mœnia nota Philippi
Doctoris celebraret iter, bacchata puella
Sub ſtimulo Phytonis ait: Paulum eſſe miniſtrum
Æterni ſcitote Dei: profeſſio vera
Mendaci de teſte ſonat, vocémque fidelem
Perfidus autor habet, ſed non defertus honori
Quod cogit formido loqui, nec mente cohæret
Nudus amore timor. Paulus miſeratus ab atro
Dæmone corda premi, noléńſque licere Prophano
Diuinas aperire vias, fuge dixit, & iſtam
Vlterius tentare caue: nil iuſſa moratos
Hoſtis abeſt, vacuámque domum profeſſor iniquus
Deſerit, ac profugo mulier ſanata periclo
Conticuit de laude viri, quæ cœpta peregit,
Pluſque tacens hoc eſſe docet, de munere vulgi,
Hæc quæſtum faciebat heris, quos turbidus implet,
Quo caret illa furor, populique procacis in aure
Seditione fremunt, Romanis obuia ſacris
Sacra dari, ritúſque nouos exire per orbem,
Et veteres cecidiſſe deos: tunc agmina raptim
Fuſtibus innumeris, eliſo corpore Pauli,
Conueniunt, vbi carcer erat, quem ſedibus imis
Includunt comitante Syla, veſtigia quorum
Ligno merſa cauo vinclis tenuere beatis.
O felix de clade locus, cui clara refulgent
Lumina pro tenebris. in quo dedit eſſe perennem
Nox antiqua diem, diuinam tranſlatus in aulam
Eccleſiæ, cunctiſque ferens modo dona ſalutis,
Quàm bene carcer erat, tota concutitur vrbe,
Qui primus noua tecta petat, quive oſcula figat
Poſtibus, & tacta ſacretur parte chylindri.
Iam nocturna quies, per corpora ſerpere feſſa
Cœperat: ſexi lit tellus imitata ruinam
Viſceribus concuſſa ſuis, & clauſtra relaxans
Mota vagatur humus, ſeruitque canentibus hymnũ
Tempeſtas famulata ſoli: proh quanta pateſcit
A nullo ſuperanda fides, veniente periclo
Pœna fugit, geminóque metu diſcrimina creſcunt,
Vt perdant tormenta locum: tremefactus ab alto
Excutiens ſua membra toro, cùm libera cuſtos
Cerneret antra necit. gladij mucrone retecto
In iugulum vult ferre manum, ſed non licet illi
Paulo teſte mori, cuius ſolamine vitam
Reppererit, atque ſuo meruit de carcere ſolui,
Deſcendénſque domum ſacris fomenta miniſtrat
Vulneribus, liquidámque parat ſibi reditus vndam,
Cœleſtem tacturus aquam: nam corde ſaluti

A Pigere Paulus amans, cunctos ſimul amne fluenti
Diluit ætherei, patuit cui luminis ante
Gratia non perimi, creuit poſt vita renaſci
Blandiloquis olim capta eſt ſermonibus Eua
Deceptura virum, nunc improbus ora puellæ,
Qui tunc dæmon agit, repetens, ad crimina ſexum.
De quo præda fuit, multis ventura canendo,
Peccati conceptor erat: ſed Apoſtolus Adam
B Iam melior cœleſte leuans in imagine ſignum,
Qui fuerat terrenus homo, nec certa recepit,
Nam fallit quod ab hoſte venit: metuamus vt omnes
Hoc audere nefas, nec corrumpamur amari
Melle doli, ſi vera canat, qui falſa miniſtrat.
Ingentis claras & linguis Paulus Athenas
Ingreditur, tumidámque feris conflictibus vrbem
Eloquio torrente premit, quem turba profari
C Doctiſonis mirata modis: quibus inquit ab oris
Verborum fluit iſte ſator? plebs neſcia Paulum
Semina ferre vocat, fruitúrque errore magiſtro,
Vera loquens: namque hic facundus in orbe viator
Ambulat, atque colit, cuius labor omnibus inſtat,
Vt creſcat diuinus ager, purgatáque fructum
Mens humana ferat, lolij ne ſordeat herbis,
Quam ſegetem portare decet manus æmula cogit,
D Ad proceres hunc ire ſimul, quibus edidit aſtans.
Cecropiæ, quos fama canit ſermone diſerto
Gymnaſiis vernare ſuit, vbi præſidet altus
Sacrilegæ nouitatis amor, vos cernimus aram
Ignoto poſuiſſe Deo, qui condidit aſtra,
Qui pelagus, terráſque dedit, quem viſa parentem
Vt moueamur, habet, cuius ſpiramus ab igne,
Cuius imago ſumus, de quo cecinere poëtæ,
E Hinc hominum conſtare genus, quê prædico cuncta
Sanxit ab ore ſuo: cur hæc diuina vocaris,
Quæ facitis, vacuóque metu cœleſte putatis
Auxilium? quod gignit humus, natura metalli
Viſceribus iacet ima ſoli, quibus eruta ſumet
Ingenij ſabricantis opem, ſeu numina templis
Hinc veniant, ſeu vaſa focis ſibi cauſa timoris
F Ars operata deos: Dominum ſuper omnia fuſum
Claudere nemo poteſt, paruiſque arctare figuris.
Quod capitur minus eſt ſpatio capientis, in auro
Materia eſt: opifex rerum non ſuſtinet vſum,
Quem ſimulant, quos ipſe creat: quàm dura luetis
Crimina, quàm ſtultam ſeſe ſapientia veſtra
Iudicij eſt ſenſura die, cùm corpora Chriſtus
Surgere cuncta iubet, tormentáque fine carebunt,
Vtque reos cruciet, ſeruet quot deuoret ignis.
G Sic caro iuncta Deo carnales expiat actus,
Et commiſſa ſibi coram hac caſtigat vltor,
Qua voluit moriente pati, quam funeris expers
Viuificare volens, poſt tartara reddidit aſtris,
Hæc multos ad dona vocant. Dionyſius ipſe
Primus in arce ſoli noua præmia iungit honori,
Complexúſque fidem ſic incipit eſſe ſophiſta.
O lupe Paule rapax, dedit hoc benedictio Iacob
H Nomen habere tibi: quid iam conſuebit in orbe.
Quod non ore trahas? poſtquàm ſolertia Graia
Ceſſit, & inuictas in dogmate vincis Athenas.
Cur Epicureus, vel Stoicus impia ſoli
Bella cient? referare opus eſt: quo nomine multi
Sectarum coiere greges, vitam ambo beatam
Elegere ſequi, quam corpore diligit alter,
Hic animi virtute colit: dat & actio Pauli,
I Ad vitam præcepta piam: ſic themate iuncto
Hi magis alternis ſoluerunt vocibus ora.
Corporis, atque animæ commiſſus partibus extat
Plenus homo, ſed nunc ſtudiis diuerſa ſequentes
Ambo volunt, quod neuter habet: vas luminis plenũ
Subdit vtrumque Deo & deo clamans, . . . re meri
Quàm ſit iniqua mora. ruſúſque ſalubriter infit,
Non propria de parte geri, quod gratia donat.

Hoc celebremus iter, vita quia Chriſtus, & ipſe
Se vocat eſſe viam, per ſe gradiamur vt ad ſe,
Sanctáque ne pedibus poſſit ceſſare lucerna,
Præco datus fidei veſtigia ſuggerit orbi.
  Attica diſcedens iam liquerat agmina Paulus
Eloquiis ſuperata piis, bimariſque Corinthi.
Mœnia iuncta petens populoſam repperit vrbem,
Quæ licet alterni contingeret æquoris vndas,
Perpetuas ſitiebat aquas, ibi Ponticus ille
Aquila tunc præceptor erat, vt plurima laudis
Inſtrumenta gerens, cuius ſe Paulus amico
Contulit hoſpitio, ſociam dignatus adire
Artis amore domum: nam ſcenitactor vterque
Pollebant operis ſtudiis, & dogmate legis.
Chriſtus ait: nunc Paule doce, non obuiat vllus
Me comitante tibi, quæ ſit mihi mœnibus iſtis
Turba vides, inſiſte loquens, ego pectora firmo,
Illa monent nullos vnquam de munere tardo
Poſſe queri gratis quod dat clementia Chriſti,
Tecta ſub ambiguo lateat ne fortè figura,
Qua dabitur ratione canam, de nomine ſæpe
Argumenta trahi, documentáque maxima gigni
Scripturæ cecinere piæ: mutat altius ergo
Quærere, qui Paulo charus coniungitur hoſpes
Pectus in arte comes, ſub cuius imagine cauſæ
Sic vocitatus erat, qualiue decorus honore eſt,
Hac quoque parte placens: aquilæ natura fidelis
Sponte gerit, quod forma tenet: nam debilis æuo
Et declinatis ſenio iam viſibus ales
Flammiuomo ſub ſole iacet, pennáſque grauatas
Eius in igne fouet, nocturnaque lumina pandit,
Atque oculos radiis ardentibus ingerit ægros
Ad veterem reditura diem, ſic dona caloris
Languida ſumit auis, cuius de fomite vires
Accipit, & priſci reparat diſpendia ſecli.
Cui ne ſola forent, quæ feruidus incutit æſtus
Per laticum purganda vadum, ter mergitur vndis,
Et ſenium deponit aquis, iuuenémque decoris
Effigiem de fonte leuat: quis apertior actus
Religionis erit, cùm veri lumine Solis
Tangimur, antiqui contagia ſoluimus æui
Accedente fide: lympha mox matre renati
Conſpicimur nouitate rudes: infantia rurſus
Fit recidiua ſeni, gemino manantibus ortu
Hic melior natalis adeſt, bene conſcius huius
Altis exempli, quem ſpiritus egit opimam
In cithara verſare manum: renouaberis inquis
More aquilæ, qua lege datur ſentire, probatis
Laude placere typi, quod firmant cantica iuſti.
Nec vacat ars Pauli ſocio celebrata ſub ipſo
Secreti virtute boni: tentoria quippe
Fortia mobilibus fabricabat in aggere tectis,
Longius hæc abiens peregrinus vbique viator
Erigit, atque hyemes, ſoleſque his pellibus arcet.
Nos quoque per culpam prima de ſede repulſi
Exilio mundi iacimus, via reddita tandem eſt,
Qua patriæ repetamus iter: munimina nobis
In [illegible]ſtris ſunt Paule tui, ne criminis imbres
Tempeſtas mundana ferat, ſcelerumque vapores
Ignitus tentator agat, ſub tegmine tali
Tuta ſalus nullum diſcriminis excipit ictum,
Nec proſtrata feri ſunt vmbis viribus hoſtis,
Myſtica ſigna duces præmittunt laudibus arctis.
Pi[illegible]s Petrus agens, homines capit, æquoris hoſpes
In [illegible]tis perſiſtit a[illegible]is: hab[illegible]tacula Paulus
Da[illegible] etien[illegible] leuat, docet, vt cæleſtia condat.
F[illegible] tepe manu [illegible] uit atria verbo
[illegible] luſtr[illegible]tis [illegible] arua.
C[illegible] Epheſum Paulus d[illegible]cet, atq; ibi quoſdã
[illegible]iens aſtare [illegible], an ſpiritus almus
Vene[illegible] his quæſitor ait, qui fonte Ioannis
Se du[illegible] madiuiſſe ferunt: nam nominis huius
Expertes hucuſque trahi, quos flumine ſacro

A Abluit, & ſanctus mox ſpiritus ora repleuit,
Verborúmque dedit ſolitis virtutibus imbrem.
Sæpius arma mouent iſta de parte prophani,
Et bellare parant, quibus vt contraria poſſim
Fundere tela loquens: tu nunc mihi largius ora
Spiritus, alme riga, ſint vt tibi dogmata digna
Quæ dederis, tu vocis iter, tu ſemita linguæ,
Tu dictare veni, qui per tua munera ſemper
B Quod reddamus agis, doni quoque ſuſcipis vſum.
Nomine venturi præcurſor in orbe Ioannes
Exhibuit baptiſma ſuum, Dominóque paranit
Ipſe viam, memorans cunctis baptiſma futurum,
Poſt aliud quod iure datur, quod trina poteſtas
Illuſtrare ſolet: ſed quod magis eligis huius
Tangere Chriſtus aquas formâ ſarit omnibus ad ſe
C Currere fonte pio ſacram ne deſerat vndam
Vlterius mortale genus, quàm corpore mundo
Et Dominus dignatus erat, cùm diluit amnem
Per famulum mergente Deo, iam flumine tacto
Diſcipulis hoc ceſſit opus, quos dogmate plures
Baptizaſſe canunt: ſerui ceſſare lauacrum
Fas fuerat veniente Dei prænuntius, ex quo
Dixerat iſta prius, quo tempore fecit Ieſus
Iam plenum baptiſma geri: velut ante Ioannes
D Cur ſolitum populúmque daret? quæ regula Paulũ
Compulit vt Chriſti deberent fonte renaſci,
Quem non venturum, ſed iam veniſſe Ioannes
Inſinuans, digito cæleſtem prodidit agnum
Hunc peccata canens à cuncto tollere mundo.
Quid geminum baptiſma cupis ſimulare prophane?
Diſſona non iterant, repetitio rem tenet ipſam
Non aliam, biſque illa foret quæ primitus eſſe
E Cœpit, & ipſa redit: nam cùm diſcordet origo
Principij, finiſque ſequens, & ſingula dici,
Et paret eſſe ſemel, nullóque errore grauantur,
Quæ collata ſimul poſſunt diuiſa probari.
Cùm tamen hæretica nigredine plenus auerni
Polluitur quicunque lacu, ſi lumen habere
Eccleſiæ vult forte piæ, non cogit ad vndam
Noſtra fides hunc ire iterum: quia nomine trino
F Dogmata praua trahunt, nec qui, ſed quid dare poſ-
ſint
Explorare ſolet, poſitæ quem vera fateri
Inſtituere manus, ſoluſque repellitur error
In diuerſa trahens, quod ſpiritus efficit vnum,
Hos etiam bis ſex memorat ſcriptura fuiſſe,
O ſacer & felix numeri modus, agmine ſuſo
Cùm meruere tibi damnorum ſemine naſci
G Iuris Apoſtolici, lata eſt tot gloria vaſis.
  Iam ſermone potens, Epheſi conuerterat vrbem,
Paulus & æthereis fulgebat gloria ſignis.
Cúmque per innumeros mutarent ſaucia morbos
Corpora, nec miſeros operata reficeret ægros
Artificum medicina manu, velamina ſacra
Abſentes petiere ſibi, quibus affuit ardens,
Vt caderet vapor ille, fides, fidémque caloti
H Altera flamma daret, ſemicinctia denique Pauli,
Atque oblata palam ſudaria ſuſa per artus
Langorum preſſere ſucos, membriſque repoſtæ
Ad nihilum fluxere lues: vigor omnia curans
Tactus erat, nullæque domus à munere ceſſant.
Quod medica de veſte ferunt: virtute ſub ipſa
Spirituum quoque turba minax, velut irrita fumi
Pars per inane fugit, ne fabrica pulchra creantis,
I (Quæ plaſmata ſolo cæleſtis imaginis inſtar
Traxit, & autoris ſpeciem pro pignore geſtat)
Hoſpite ſit polluta ſuo, templúmque decoris
Inficiat prædonis odor, quo tempore ſeptem
Iudæa de ſtirpe viri noua prælia tentant,
Sit prius affati, quem Paulus nomine Ieſum
Prædicat, hunc tibimet pariter præponimus & nos
Peruaſum dimitte locum: vox reddita contrà,
Qui ſit Chriſtus ait, qui Paulus, ſentio, nam vos

Ignoto

Ignotos vitare licet:cognoſce furorem
Geos inimica tuum,dæmun regnare fatetur,
Quem veniſſe negas,atque hoc conuinceris ipſo,
Quo ſtimolante ruis,cui non datur ore placere,
Quo terrore monet,contraria dicere voto
Cauſa Dei prohibet,quàm lex comitatur amoris.
Hæc eſt vera fides,quæ tunc ſpectacula plebi,
Quámve triumphalem Domino vincente coronam
Contigit inde geri? rabido cum murmure frendens
Dæmonis ira ſuis bene noxia rumpit amictus.
Diſſecat & facies,fugiúntque pericula victi,
Nudáque præcipiti conuertunt terga pauore.
Quid Iudæa ferox iam non de clade timebis?
Quæ ſocio ſic hoſte peris,cui criminis autor
Punitórque idem eſt?ne ſit te iudice pulſus,
Qua ſimul eſt peccante reus:mox fama per vrbem
Sparſit vbique volans,& dæmonis edere vocem,
Quod virtus eſt ſumma Dei:concurrere gaudent,
In latices intrare pios, maculáſque vetuſtas
Fonte lauare nouo,ſanctiſque oireſcere lymphis
E quibus vna datur,ſimul inſons omnibus ætas.
Aſt alij magicis ponunt incendia libris,
Vt mereantur aquas,& vitant ignibus ignes.
Ardua flamma nimis,cuius ſuper æthera fulgor
Euolat & cœlum tales petiere fauillæ,
Quinquaginta etiam pretium poſuere libellis
Millia nummorum,quoniam metuere nocentes
Sic abolere nefas:huius hac cauſa figuræ eſt.
Lege ſacer numerus delicta reſoluit,vt olim
Diluit in toto Dauid ſua crimina Pſalmo,
Contractúſque fugat:nam quinquageſimus annus,
Cùm iubilæus adeſt,proprij diſtractio ruris
Antiquo donatur hero,ſeruire coactus
Libertas amiſſa redit,mala debita laxat
Creditor,& limen patriæ vetus aſpicit exul.
Quinquaginta etiam cubitus diſtenditur arca,
Quæ depreſſa vadis,atque æquore tuta ſalutem
Sub numero pietatis agit,ſeruatáque creſcit
Per ſpatij parcentis opem:quia Chriſtus vbique
Condidit Eccleſiam venia fabricante capacem,
Quæ ſic cœpta fretis latiſſima funditur aruis.
Infelix Epheſi Demetrius arte locabat
Sacrilegis delubra locis,argentea ſuetus
Soluere vota ſuæ pretio maiore Dianæ.
Cedere cuncta videns priſci monumenta furoris
Ingemit,& vanas his vocibus excitat iras.
Non pudet ô ſocij noſtram cecidiſſe Dianam,
Quàm mundi ſuſpexit honor?mortalibus vltra
Quæ ſperanda ſalus,ſi non per ſecula poſſunt
Fine carere dij?quæ nunc ſimolacra ſacellis?
Quæ poterunt dare thura focis?quos aduena Paulus
Territat,& quicquid gerimus pro nomine diuum,
Muta metalla vocat,quorum diſcedit ab orbe
Relligio,pulſiſque fugam petiere penates.
Hei mihi iam video ſubitis lapſura ruinis
Condita fana diu,templi quoque nobilis ædem
In cineres,ſtragémque dari, quàm prendimus arcem,
Quámve tenemus opem:quibus intercluſa facultas
Erit operum,criménque foret feciſſe Dianam.
Pergite,tempus adeſt labor vltimus omnia ſecum
Si deſperet habet,ſola eſt via vincere victis
Formidare nihil,reſtat ſors certa triumphi
Pro ſuperis mouiſſe manus,inſurgite telis,
Et quàm voce Deam celebrent, hæc arma repoſcant.
His dictis plebs mota fremit,magnámque Dianam
Communi clamore vocat,ac præpete curſu
Itur in obſcœnum cum ſeditione theatrum.
Non alio decuit cauſas,meritúmque Dianæ
Laſciuo tractare foro:capit area turpis
Concilij deformis opus.tamen impetus amens
Fluxit,vt in vacuas oculis qui labitur auras
Nullaque diſperſus retinet veſtigia fumus.

A O miſeranda manus,cui tu præſtare laboras,
Perpetuam cur eſſe putas?te teſte ſacellis
Perfruitur fugitiua ſuis,quo iure paueſcis,
Quam pereunte doles,cœlóque adiungere tentas
Quàm terris remanere negas.Nunc ordo figuræ
Explorandus erit,latebriſque videndus apertis
Dicitur è ſolo Demetrius aeria demens
Argento poſuiſſe deæ,cùm plura capaci
B Protulerit natura ſinu,quibus iſta metallis
Fingeret,vt fuſis animentur vultibus æra,
Ingenij manus promittunt munere cautes:
Quod ſi ſanctiloquos voluamus ab ordine libros,
Inueniemus iter,puris quia ſenſibus aurum
Comparat,argentum nitidis ſcriptura loquelis.
Nam pſalmus licet iſta canat,tamen inclyte Moſes
Altius hæc memoras populo cùm talia dicas.
C Aurum,atque argentum templorum ferte decori,
Quod iacet interitus menti, non dura metalli
Materies ſub corde latet,ſed apertius illud
Exagitat,quod Chriſtus amat, mens obtulit aurum,
Cui fuerit pretioſa fides,pariterque miniſtrat
Argentum,cui voce ſonant bona tympana cordis,
Vt Dominum duo iuncta colant,de pectore ſenſus,
De ſermone ſonus,ſic aurum dogmata legis,
D Argentúmque petunt hoc ad pia templa parari.
Nos quia templa ſumus,ſi crimina cuncta recedant
Præſcia verba monent, quod Apoſtolus ipſe reuelat
Corde ſalus credentis erit,confeſſio voce.
Sacrilego res vna fuit.Demetrius ædes
Condidit argento,cuius facundia mouit
Hos animos,vt norma probat ſine iudice ſenſo
E Numina vana colit,nec de virtute venire
Pectoris iſtud opus,cui pars hæc ſola dicatur,
Quæ rationis inops nudam ferit ore loquelam.
Tu quoque ſigna ferens titulos in carmine noſtro
Troia repone tuos,& laudibus adde triumphos,
Qui magis ex vero fulgent tibi clarius actu,
Quam quos pomposo roboant tua bella cothurno.
Lingua columna Dei cùm ſemina fœta ſaluti
F Spargeret,in ſeram produxit tempora noctem
Plus nimis facturа diem:micuere coruſcæ
Lampades,vt verbi lucerent igne fideles.
Solus ab excubiis viuacibus Eutychus exul
Merſa ſopore graui commiſit membra feneſtræ.
O malè parta quies,o ſemper dedita ſomno
Pectora nuda bono?quantus patet ille ruinis,
G Quem mox ſola tenet? nunquámque reſuſcitat ægrũ
Ad meliora caput:neſcit vigilare periclo,
Qui patitur dormire Deo,quid inane feneſtræ
Quæris adulte chaos,quidve hac in parte quieſcis
Qua ruiturus eris?res eſt inimica ſaluti
Pendula celſa ſequi,futuráque ſomnia prono
Carpere velle toro poteras meliore cubili
In verbo recubare Dei,Paulóque monente
H Eius velle aditum,cui limine præuia recto
Ianua nomen ineſt,per quam de fonte lauatæ
Ad vitam gradiuntur oues,hanc quærite cuncti,
Si rabidas fauces cura eſt,morſúſque cruentos
Euitare lupi,cuius lacerabitur ore
A paſtore fugax,qui ſparſos vocibus agnos
Euocat,atque gregem propria de morte redemptum
Non ſinit inſidiis,& amari vulnere dentis
I Rurſus ab hoſte capi:mœſto ſonuere tumultu
Atria:concurrit gemitu miſerata frequenti
Turba videre locum:qui funere triſtis acerbo
Lætitiam facturus erit,cui Paulus adhærens
Pectore viuit air,quam vocem vita ſecuta eſt,
Mórſque repulſa fugit:quantum tua Chriſte poteſtas
In famulos operata facit,tu redditus aſtris
Æqualíſque patri de maieſtate perenni
Iura ſuperna regis,ſed quod caro corpore matris
Virginis orta tibi regnum ſpoliauit auerni

Vias

Viuáque de proprio reuocaſti membra ſepulcro,
Téque probans voluiſſe mori,qua parte reſurgis,
Et qua natus eras,cùm ferrea vincula ſoluis.
Lux aliis alterna redit te autore,ſimulque
Exemplo donata tuo,qui ſubdita dudum
Cogit,& electis ſuccumbere tartara ſeruis.
Interea fœlix ſurgit de morte cadauer,
Et meliore via tria per ſenacula ſoſpes
Ducitur ad Paulum,cuius conſpectibus inſons
Cœpit adeſſe puer,vitæ iam dignus honore,
Cùm lethi conuertit iter,quæ gloria facti
Inſtituit ad veterem cauſas petere figuram,
Fulta tribus cameris Noe deſcribitur arca
Eccleſiæ documenta gerens:ſtetit ordine primo
Pars hominū, pecudeſque gradum tenuere ſecundū,
Tertia ſors addicta feris,quæ tuncta per vndas
Arca quadrata tulit,velut in baptiſmate fontis
Omnibus eſt nunc vna ſalus,ſed moribus vnus
Non valet eſſe locus:nam nidos fertur in illa
Aedificaſſe Noë,quem iuſtum dicit Hebræus
Et requiem,quod Chriſtus ineſt,qui diuidit æquus
Præmia certa ſuis:quiſque virtutis amator
Iungitur alta puteus,Noe ſtat proximus:infra
Ingenio breuiore minor ſors dedita ſæuis
Tartareum tenet ima ſinum:ſic Eutychus ergo
Prima parte cadens inferni perditus oris
Hæſit,& humana vacuus ratione ferarum
Cœpit habere locum,cui poſtquam pectore Paulus
Incubuit,verbúmque ſuum ſapientia fudit,
Ore leuans animam carnali lege peremptam
Ad Dominum de morte redit, quod epiſtola clamat
Qui dormis iam ſurge citus,ſurſúmque perurget,
Teque vigil de morte leua:ſuper ardua trina
Promeruit iam ſtare puer,qui dogmate trino
Comperit æternæ.quæ ſit ſubſtantia vitæ
Iamque peragratis Paulus ſtationibus orbis
Ad Solymam venturus erat,quo ſpiritus illum
Pergere ſæpe monet,cupiens in littore noto
Perpetuum memorare vale,ſimul vndique ſacros
Euocat,has reddens charo de pectore voces.
O dilecta manus,quæ Chriſti militat armis,
O ſummo plebs nata Deo,meminiſtis amoris
Et ſtudij documenta mei,gentilitia promptus
Agmina,Iudaicóſque tuli ſine fine furores,
Vt vitæ præcepta darem,nullúmque lateret
In populū narrata fides,à ſanguine veſtro
Mundus ſemper eco,nec debitor oris auari
Clauſa talenta luam,ſterilémque in ſemine verbi
Iejunos culpabit ager vos conuenit inde
Vſuram præſtare piam,cùm venerit autor
Qui meriti diſcuſſor erit,ſeruúſque repoſcet
Menſuræ crementa ſuæ,mihi germina terre
Senſibus ardur erat,quæ paſſim credita ſulcis
Sparſimus,at fructus tenues mala certa dolebit.
Vado videre Crucis venerandam Gentibus vrbem,
Quo me iuſſa vocant,varij lucamen agonis
Hic dabitur certare mihi:nam cuncta ſubibit,
Qui curſum complere volet,miriſſima ſors eſt
Pœnarum,quas vota gerunt,regniſque facultas
Perpetuo pro regē pati ſeruare miniſtri
Eccleſiam Chriſti,pretium quam ſanguine nobis
Fecit in orbe ſuo famuli retinere laborent,
Quod Dominus de morte dedit non cernitis vltra
Iam faciem,vultúſque meos:vigilantius oro
Commiſſos luſtrare greges,quia dente rapaci
Conuenient ad ouile lupi:cuſtodia peccat,
Cum ſpolijs ſi raptor eat:paſtoris inertis
Prande pe[illegible]it,quod prædo capit, ſed & acrior hoſtis
[illegible]us eſt,grauiúſque malum diſcordia portat,
Quæ vi[illegible]s ſub pace creat,nec cedite duris
Virtuti dan noſa quies,nullúmque coronat
In ſtadio ſecurus honor:ſua gloria forti

A Cauſa laboris erit,rarúſque ad præmia miles,
Cui pax ſola fuit,victoria ſemen ab hoſte
Accipit,hinc oritur,Dominus plantaria veſtra
Fœcundare volet,qui per ſua dona venire
Ad ſua dona facit,quódque adiuuat ipſe miniſtrat.
Non ego diuitias luxu fallente ſuperbas
Alterna mercede tuli,nec munera ſumpſit,
Vos potius veſtra petens:me ſcitis,vt iſtæ
B Cum ſociis pauere.manus,aſſueſcite gazas
In lucis proferre vias operúmque locare
Theſauros in ſede poli:nil proderit aurum
Defoſſis quæſiſſe locis,ſic laudat auaros
Quod cælabat humus,quod non in paupere ſurgit,
In tellure iacet,cæcóque reuoluitur antro
Obſcura peccante manu:laxate ſupernis
Corda precor monitis,neque reſpuat vllus egeno
C Tecta parare gregi,quo ſuſcipit Choſpite hriſtum.
Sit poſtquam fatus dedit oſcula,tum ſimul orans,
Flexit in arua genu,ſtrictique doloribus omnes
Ad lacrymas fluxere pias,longéque per vndas
Obrutum comitante ſequi meruere carinam.
Dúmque per oppoſitas extendunt lumina nubes,
Additur in pelagus oculis via,raptaque flabris
Puppis adhuc nota eſt,& mulcet imagine mentes,
D Afflictique animi creſcit menſura videndi.
Sed quod ait tribus hæc annis præcepta ſalutis
Nocte,diéque dedit,patet hac ratione figura,
Qui canit eccleſia tria dogmata,ſæpius edis
Hiſtoricum morale ſonans,typicúmque volamen:
Sic etenim terras capiunt ſex vaſa metretas,
Quæ veteri de lege nouo rubuere liquore.
Formæ ſacrificij perfecti priſca caniſtro
E Tres panes offerre iubet,quibus additur illud,
Diſcipulis quod Chriſtus ait,iam nocte roganti
Tres panes debere dari:nox iſta profecto eſt
Mundus,vt hic ſi quis verbi deſideret eſcas,
Exhibeas quæſite dapes doceáſque volentem,
Quòd pater & natus,quòd ſanctus ſpiritus vnus
Sint Deus . & numerum triplicet ſubſtantia ſimplex.
F Nec ſemel hæc pia iuſſa canunt:angariat inquit
Te quicunque petens:vt pergas præuius vnum,
Cætera vade ſimul duo millia,nónne videntur
Hoc mandata loqui,ſi quis te conſulit errans
Ignarúſque viæ,quid ſit Deus edere mauis,
Prode patrem,ſubiunge libens quod filius,& quod
Spiritus eſt almus,numero tres,& tamen vnus.
Hinc Iudæa vacans,ſterilis quæ dicitur arbor,
G Expectata tribus fructum non attulit annis,
Quod triplici ſpernens tractare volumina ſenſu,
In fidei numeris neſcit dare munera Chriſto.
Nobile iam templum Salomonis Paulus adire
Cœperat,& veteris ſolennia reddere legis.
Corripit hunc Iudæa manus, rabidóque tumultu
Conclamant necis eſſe reum,ſed in arma tribunus
Euolat,& vinctum geminis iubet ire catenis,
H Quæ tamen aſtrictis incumbunt dura lacertis
Nun animum tormenta ligant, quod epiſtola Pauli
Lumine plena canit,vinciri poſſe miniſtros.
Vinciri non poſſe fidem,verbúmque teneri
Suppliciis non eſſe datum,gradibúſque ſub ipſis
Conſtitit, Hebræo plebi ſermone locutus.
O fratres patréſque viri me noſtis in oris
His veniſſe rudem:doctrinæ deditus omni
I Legis amore ſui:vobis modo teſtibus vtor.
Quorum ſcripta ferens ardebam cæde Damaſci
Chriſticolas punire greges,& finibus orbis
Hanc prohibere fidem:ſed non mortalia poſſunt
Aucta dies latuit,caliganteſque tenebræ
Auctori certare ſuo:deſcendit ab aſtris
Lux oculos clauſura meos,& ab igne coruſco
Orbibus incumbunt,quarum mihi tempore creuit
Adueniens cum nocte iubar:diſcernere cauſas

Eugn

Euentus poſt facta ſoles bene vidimus vmbras
Vſus tam ſole nuu ſed & auribus hæſit
Clamor ab ore Dei repetito nomine Saule,
Me Chriſtus terrore quatit?ne ſignifer vltra
Auderem bella, ſib ſquo iure negabo,
Quo feriente cadoſcuius de munere pronus
Attollor meliore via,per quæ ardua ſurgo,
Sublimiſque ſequor fœlicia dona ruinæ.
Iam ſatia ô ciues crudelia nouimus arma,
Nil dubium pa ſ illa docet,quæ teſte beata
Pungitur hoſte ſuo:quid adhuc libet eſſe nocentes?
De tenebris lucete meis,cui fontis ab vndis
Eſt viſum largita fides,& mortis imago
Viuere cœpit aquis.heu nunquam ſaxea tellus
Seminibus fœcunda ſuis,vacuique labores
Qui ſterilem patiuntur humum:poſt denique Ieſus
Hæc mihi viſus ait:procul,hac procul vrbe relicta
Pergere Paule para,non eſt tibi credula noſtri
Nominis a l gentes potius cane verba ſalutis.
Protinus hanc vocem querulæ rapuere Phalanges
Proſciunt veſtes,ac puluere longius acto
Ventoſa leuitate fremunt,varióque furore
Perſonat in Pauli rapi lum diſcrimina vulgus.
O Iudæa no ens autorem perdere vitæ
Cùm cuperes ſi dicti dabas fuit optio linqui
Quem velles clamoſa tibi,ſed ab ore cruento
Triſte petis male ſuada nefas,& gaudia paſchæ
Electo latrone colis,geminâſque furorem
Sæua pio placata reo,certamine cuncto
Te ſpolias,vacuámque locas,cùm durior ipſis
In Stephanum tormenta iacis.deponis amictum,
Et nunc veſte cares,primi quia pœna parentis
Eſt cognata tibi,veteriſque in corpore puteas
Transgreſſoris onus,contraria fontis honori
Ne renoueris aquis.Adam ſub criminis ictu
Cognouit quod nudus erat,documentáque noxæ
Hinc inferro patuere ſua:te mortis origo
Crebra ſubit,cui plena malis interſerit ira
Bis habitum quem culpa creat:iam bella tribunus
Vocibus his ardere videns,ſæta vincula Paulo
Addidit,& caſtris torquendum miſit iniquis,
Nota querela luci, vt ſit ſuperanda canemus.
Paulus geſta loquens ſocios ibi lumina dudum
Conſpexiſſe ſuos,vocem tamen auribus illam
Non hauſiſſe refert:at tunc quo tempore cæcus
Decidit & vocem comites audiſſe leguntur.
Sic variat narrantis opus,ſed vtrunque neceſſe eſt
Concinat haud dubium.nam tunc audiſſe feruntur
Accepiſſe ſonum,nunc non audiſſe profecto.
Hæc rationis erit ſimplex via iure negatur
Vox,quoniam confuſa loqui,neque creditur illud
A ſermone dari,quod non in pectore ondis
Accipiens,dubia tantum ſtimulatus ab aure,
Ambiguóſque fragor ſulas deuerberat auras.
Sic audiſſe ſimul,ſic non audiſſe leguntur,
Altera pars ſonitus,certa eſt pars altera vocis,
Et fert atque refert geminam res vna figuram.
Agmina ſupplicij feruentia corpore Pauli
Pœnarúmque graues euoluere verſibus iras
Cauſa monet,ſed lingua pauet:fugiamus ab iſto
Parte dolor,veritéque nefas tam triſte premamus
Eloquium,ne forte legens ſua fletibus ora
Compleat,& largis humeſcat pagina guttis.
Nec tamen hæc poterant animos ſatiare cruentos,
Ardet amor ſcelerum,cupiúntque in ſanguine Pauli
Sacrilegas verſare manus quæ dura malorum
Vota quaterdeni veſanæ ſtirpis alumni
Impoſuere ſibi.non vllum ſumere potum
Primitus atque cibum,quàm parta cede daretur
Hinc magis eſſe dapes:ô pallida mortis imago.
Pocula ſunt Iudæa tibi meliora cruoris,
Quàm laticis,nulláſque volens contingere menſas

A Eſuris ad facinus,futuràmque cadauere iuſti
Quæris habere famem:non hæc ieiunia Moſes
Condidit exemplo,tot conſumata diebus.
Vt memoras,quot tela modes,totque inſpicis annis
Secretas patuiſſe vias,vbi diuite nimbo
Fluxerunt de rore cibi,rupéſque viciſſim
Arida fudit aquas,in quo meruere parentes
Diuina bonitate frui,donique ſupernis
B Enutrire animas:numero crudelis ab ipſo
Tu ſæuire venis,pollutáque fœdera iungis
Agminis,vt plures faciat mors vna nocentes:
Comperit hæc Lyſias Pauli vulgante propinquo,
Quóve parent aduerſa loco:monet otius ergo
Clam ſua iuſſa tegi,noctíque in tempore cautus
Obſcurum præuenit opus,lectíque maniplis
Imperat,vt tuto Paulum comitentur honore.
C Gloria de meritis à te delator honeſtè
Non aliena foret,quódque eſt ad præmia rarum
Pro lìtione places,nec te conſtantia læſit,
Quam ſceleri ſeruare times,in crimine virtus.
Crimen erit,cùmque a l ta inus ſociantur iniqui
Eſt tibi culpa fides,quam tunc in laudibus ornat
Verus honor,cum cauſa pia eſt ſtipantibus armis
Cæſaream mox Paulus adit,quo turba cucurrit
D Rhetore fulta ſuo,qui præſidis aure potitus
Irrita verba dedit ſanctâ ſic denique Paulus
Optime præſes ait,du lum te nouimus omnes
Iuſtitiæ documenta ſequi,comitémque modeſtam
Conſiliis hanc eſſe tuis quæ gratia ſuadet
Fidere.nec dubium tali ſub iudice fari.
Non legis,templique pium violauimus vſum,
Nec ſermone vago populares mouimus aures
Vrbibus ex Aſiæ venientes ſoluere dona
E Cœpimus ad purum ſemper ſpectantia votum
Quis rogo liber erit ,ſi te ſic facit iſta nocentem?
Eloquar haud metuens (neq; enim diſcrimina nouit
Forma luce fides,)audent quam dicere ſectam
Luminis eſſe viam,nec diſcordare nouellis
Iura vetuſta patrum fas eſt modo credere cunctos
Corpora de tumulis iam poſſe reſurgere,poſtquam
F Det illic inde ſuum,qui condidit omnia Chriſtus
Obſtupuit Felix amiſſo nomine,vincla
Quem faciunt aliena reum,quorum abice Paulus
Stringitur,& feſti ſeruatur præſidis anno.
Linquimus hic nimium,ne gaudia noſtra morentur,
Ad latium iam Paule veni,certamina crebro
Quæ fuerint agitata foro,quantáque legantur
Iudæi fluxiſſe doli.nam talia Paulus
G Cæſaris ad ſolium vos prouoco,Cæſaris inquit
Appello Romanus opem.cui Feſtus abibis,
Vt cupis,Auguſti citius viſure tribunal.
Non ſtimulante metu,fugiens diſcrimina Paulus
Iudicij vitauit unus.mens anxia ſemper.
Pro vita moliore mori,ſed muneris autor
Præconi,teſtique ſuo iam dixerat ulim,
Quod Romam venturus erat:clementia Ieſu
H Omnibus in terris fidei ſitientibus hauſtum
Pocula dat de vaſe ſuo,cunctóſque rigari
Multifluo ſermone iubet,meruitque venuſtas
Nominis occidui de lumine creſcere verbi.
Soluerat Eoo claſſem de littore vector
Auſtri nactus opem,cuius ſpiramine læta
Crebreſcente via,velique patentibus alis
Æquora findebat puppis:ſed mite quid vnquam
I Ventorum tenuere doliſmoa flatibus Euri.
Rupta quies pelagi,tumidiſque incanduit vndis
Cerulei pax ficta maris:furit vndique pontus,
Attollenſque ſuas irato gurgite moles
Denegat arreptæ veſtigia certa carinæ,
Quæ ſuſpenſa polis,deiectáque iungitur aruis
Terrarum cœlique ſequax:caret artis amica
Præſidiis manus apta rati,gelidóque pauore

Deponunt anime, nigrâque ſub aere cæci
Naufragium iam iamque vident, clauſóque profundo
Mortis imago patet: vaſtas penetrere ſyrtes
Hiſtorica ratione vocor, lacerôſque rudentes
Et plani fragmenta ſequi: ſed non ego linguam
Tam fragilem committo vadis, rabidáſque procellas
Aufugiam tentare diu, ne forte canenti
Obruat exiguam violentior vnda loquelam,
Tangere pauca libet: nutas conabor arenas.
Præmia fluctiuagæ latuerunt ſydera puppi,
Nec ſolis radiis ſub nubibus emicat axis.
Cumque dies multos iam ritè peregerit orbis,
In pelago nox vna fuit, quo tempore nullis
Indulſere cibis: quanta eſt heu pœna timoris,
Supplicium neſcire famis? dat ſemina cauſis
Res mala ſæpe bonis: tam clari nautica pubes
Militiæque cohors hominis tempſiſſet honorem
Proſperiore freto, cuius cuſtodia tandem
Soluitur, & ſæuo venerantur ab æquore vecti,
Quem portum ſenſere ſuum: gerit illa ruinæ,
Ne lateat, quid Paulus erat, ſanctuſque pateſcat,
Aſſerture mari, raptiſque elementa laborant
Luminibus monſtrare virum, mediiſque tenebris
Apparet radiata fides: fit laurea tutis
Ex precio, quod terror agit, manſuraque virtus
Creſcit in aduerſis, quæ ceſſionis vita periclis.
Ad meritum diſcrimen habet: ſtans denique Paulus
Conclamata piis animat ſic pectora verbis:
O vtinam noſtris voluiſſes fida iuuentus
Conſiliis parere prius, ne littora Cretæ
Linqueres, inſani rabiem paſſura profundi.
Non pelagi cœlique minas, non triſte tuliſſes
Iacturæ populantis onus, nec turbine tanto
Deſperata ſalus gemeret confinia mortis,
Quæ tamen humanum tranſcendunt gaudia votum.
Hæc facile eſt præſtare Deo, cui muneris vſus
Hic potior, quam nemo putat: non miſſus ab aſtris
Angelus hæc placido veniens denunciat ore.
Quam turbam vehit iſta ratis, tibi rector olympi
Contulit, vt nullis figatur naufraga ſaxis,
Credite vera forent, nec ſpe fruſtrabor inani,
Qui merui promiſſa Dei, conceſſaque nobis
Inſula portus erit, cuius ſtatione licebit,
Accepta tellure frui, nauiſque ſolutæ
Proſpectare grauem nullo diſcrimine caſum.
His dictis ruit ira maris, ſublataque dudum
Lux renouata micat, velamine noctis aperto
Pandere viſa ſolum, quod præbuit hoſpita nautis
Sicanio lateri remis vicina Melite.
Ante tamen rabidos quam vincant æquoris æſtus,
Soluite, proclamat Paulus, ieiunia feſſi.
Et quartodecimo, ſicut nos veſtimur, inquit,
Iam panem guſtate die. Memoranda figuræ
Sacramenta piæ valeant, qua lege probemus,
Tempore quo primi fulſerunt lumina menſis,
Hoc numero currente die, de carnibus agni
Turba iubetur ali, quarum munimine tacto,
Libera niliacas meruit vitare tenebras.
Hinc ſpatio ſimili Paulus de gurgite mundi,
Quos auferre cupit, ſecum conuiuere ſuadet,
Et ſacrum libare cibum, veſtigia Moſi
Obſeruata legens, quinam ipſe ſimulantibus actum
Hæc duo ſunt diuerſa locis, ſed proxima cauſis,
Et reperita ſalus vno de fonte leuatur.
Agnus Chriſtus ineſt, panis quoque Chriſtus habetur
De cœlo, quod & ipſe docet, qui corpore Ieſum
Sumpſerit, hoſte caret, nec iam ſua iura Pharao,
Ægyptuſque tenet: mox omnia dæmonis arma
Hic merguntur aquis, quibus ille renaſcitur infans,
Qui captiuus erat. ſaltem quoque fluctus abyſſi,
Lauantur, & tetri ſuperantur ſtagna draconis
Ereptóque gregi largitur paſcua Chriſtus

A Nominibus propriis, paſtu iam verus edenti.
Hinc etiam eccleſiæ gerit aurea luna figuram
Quæ quartodecimo de prima lampadis ortu
Conſpicitur iam plena die, quia corpore Ieſu
Creuit in orbe ſuo, lucem factura perennem.
Pelleret vt Paulus creſcentia frigora nimbis
Contulerat ſarmenta focis, cui vipera fixit
Dæmonis arma ferens ſurgentibus obuia flammis
Antiqua feritate manum, gelidique veneni
B Vulnus in igne dedit: quid adhuc male noxia ſerpẽs
A Domino reuocare cupis, veteréſque rapinas
In legis nouitate paras? quid mortis amatrix
Cuius es ipſa parens, inſtauras bella redemptis?
Prædo venis, ſed præda iaces, lethúmque miniſtrans
Arboris alterni conſumens improba ramis,
C Póſtque crucem Chriſti mors eſt tibi portio ligni.
Haud procul hinc aberant agreſtia corda gerentes
Barbarica de gente ſati, qui murmure diro
Inſonuere ſimul, ſatis eſt ex crimine ſuſi
Sanguinis iſte reus, nullis iam tutus in oris
Cui pelagus tellúſque furunt, mortaliſ tractant,
Et diuina probant digito nam beſtia pendens
Excutitur protecta rogis, bene reddita flammæ,
Quam dedit ipſa prius, quæ culpa protulit ignem
Vnde gehenna calet. glacies tepefacta veneni
Soluitur in cineres, gelidæque ſuperbia peſtis
Ex ardore perit: ſucus hinc rapidíque vapores
Non ſolidas vires capiunt, atque arida ſecum
Nutrimenta ferunt, ſed tu modo decoquis anguem
Vſa tuo feruore fides: ibi ſubditur hoſtis
Frigidus, inque vicem faciens incendia flagrat,
E Vipereo fumante gelu: veniente tumore
Labi poſſe ferunt: quantum per inania currit
Mens ignara boni: iam tunc de corpore Pauli
Virus abeſt, oculis cùm ſquamens exiit horror,
Quem ſerpens antiqua dabat: purgatus in amne
Æthereo, Chriſtique cruci ſua membra religans,
Neſcit ab angue mori, vorat hæc, quæ flãma venenũ
F A ſacris vim ſumpſit aquis, quibus vſtus anhelat
Qui dolet ad patriam veteres remeare colonos.
Incolumem ſit ſtare diu mirata iuuentus
Hunc ait eſſe Deum: tandem rudis incola diſce,
Qua regnet virtute polis, qui talia confert,
Vt famulos hoc poſſe putes. Nunc cauſa figuræ
Plenius in clati cernenda eſt munere facti
Anguis origo necis (nam mors hinc edita nomen
G De morſu peccantis habet) contraria iuſtis
Volt retinere manũ, quoniam manus apta miniſtrans
Iure vocatur opus: talem qui ſenſerit hoſtem
Impiger excutiat, domniique vaporibus vrat.
Paulus vt admoti cognouit ſurta pericli
Serpere velle ſibi cœleſtia tela capeſcens
Preſſerit igne dolos, cuiuſde ſomite creſcens
Eſt accenſa fides, eſt ſenſibus additus ardor,
H Hincque calor populis proceſſit ab vbere fontis.
Menſibus hybernis tribus in regione Melite
Multiplicem dat Paulus opem: Publiique parentem
Finitima de clade leuat: quo munere viſo
Vndique præcipites ſubitam rapuere ſalutem,
Pullulat interea nitidi coma frondea veris,
Quo iuueneſcit humus, ſenio fugiente pruinæ,
Suſcipiénſque ratem velis credentibus auſter
I Præbuit aligeras placidis in fluctibus vndas,
Hanc ſpirare decet, quem perſonat ore Propheta,
Qui ſpeciem fidei torrentem cantat in auſtro.
Sic quoque proſtratis ad gaudia noſtra procellis
Plurima quæque legens diſtinctis oppida vicis
Venit ad excelſæ ſublimia culmina Romæ.
Altius ordo petit duo lumina dicere mundi
Conuaniſſe ſimul, tantiſque è patribus vnum
Delegiſſe locum, per quem ſua ſydera iungant
Omnia, qui fidei virtutibus arua ſerenant.

Quæ

Quæ licet innumeris tendatur cauſa figuris
Pauca referre volens, iiſdem præſtantibus edam,
Petrus in Eccleſiæ ſurrexit corpore princeps
Hæc turrita caput mundi circumtulit oris
Conueniunt maiora ſibi, ſpeculentur vt omnes
Terrarum Domino fundata cacumine ſedes
Gentibus electus Paulus ſine fine magiſter
Aequoris huic, præſens oris diffundit habenas,
Quæ gentes prælata monet. quodque ioronst iſtic
Vrbis cogit honor ſubiectus vt audiat orbis
Dignaque materies Petri Paulique coronæ
Cæſareas ſuperare minas, & in arce tyranni
Pandere iura poli, ſummumque in agone tribunal
Vincere, ne titulos paruus contingeret hoſtis.
Aegyptus mundi formam gerit, inde vocati
Quæ ſeruit ducibus plebs eſt commiſſa duobus,
In quibus officium fraternus nexuit ictus.
Idola tot Roma munda collecta ſubacto
Quæ fuerant tenebris obnoxia corda premebant.
Libet & hic populus quem vinxerat ante Pharao,
Exuit Aegypti totidem ductoribus vmbras,
Perque lauacra Dei quæ tum. mans egit imago,
Vitæ nactus iter, cœleſtem repperit eſcam.
His etiam germanus amor, quibus amplios actus,
Quàm natura dedit, geminos quos edidit aſtris,
Non eadem, tamen vna dies, annique voluto
Tempore ſacrauit repetitam paſſio lucem,
Et tenet æternam ſocialis gloria palmam.

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI, QVI vixit Imp. Iuſtino. anno 568.

De partu Virginis Liber I.

LIngua prophetarum cecinit de virgine partum,
Nuncia fert terris Angelus iſta poli.
Conſona vox hominũ memorat hoc ferre puellam,
Quod daret abſque viri germine virgo virum.
Hoc Euangelio concordans pandit Eſaias,
Quæ Deus inſpirat, hæc canit ipſe tuba
Eloquio currens, & ritè profunda ſecutus
Emanuel noſtrum virgine dante canens,
Prædicens olim vt de matre, tonantis honore
Radicis florem Ieſſea virga daret
Virgo hæc virga fuit de qua flos Chriſtus obortus
Cuius vox viuax membra ſepulta leuat
Laxus morte iacens, de cuius aromate tactus
Pòſtque diem quartum Lazarus ore reſtat,
Han Ieremias vtero ipſo ſanctificatus
Monſtrans voce pari ſic quoque vatis ait.
Ecce dies venient, & Dauit ſuſcit germen,
Et regnabit rex atque erit hic ſapiens
Hoc germen iuſtum virgo eſt, & rex ſuus infans
Iudicium faciens arbiter orbis herus,
Pſalmographi plectro cantata eſt iſta virago,
Cum daret arte melos, vox, lyra, chorda, chorus.
Mater Sion dicit homo, & homo factus in illa eſt
Ipſe hanc fundauit, factus in illa & homo eſt,
Sic quoque qui fundauit eam eſt altiſſimus ipſe,
Et Sion mater Virgo Maria fuit,
Hic tanquam ſponſus thalamo procedit ab alto,
Exultátque gigas Chriſtus, eundo viam
Onten thalamus noua iunctio ſacta ſalutis
Qua Deus atque caro nupſit honore nouo,
Quo Deus amplexus carnem eſt, caro cuncta cohæſit,
Stat Deus atque homo fit, Chriſtus vtrumq; genus
Non Deus in carnem eſt verſus, Deus accipit artus
Non ſe permutans, ſed ſibi membra leoans,
Cuius non poterat deitas pec aperta videri
Velamen ſumpſit, carne videndus homo.
Vnus in ambabus naturis, verus in ipſis
Æqualis matri hinc, par deitate patri.

A Non ſua confundens, ſibi noſtra, ſed omnia nectens
Quem ſine peccato gignit vterque virum
De patre natus habens diuina, humanáque natum
De patre ſublimis, de genitrice humi ,
Quando incorporeus ſibi corporis induit artu
Aequalis matri ſit, minor inde patri.
Carnem, animam, oſſa, cutem, neruos ventrem, ſemis
Seruus vt aſſumens, eſt minor inde patri. (vngues
B Sed redeo, qua virgo trahit, mihi laude canenda,
Qualis nulla fuit nulla futura venit.
Quemque pluunt nubes iuſtum de rore ſuperno,
Hæc ſaluatorem germine Terra dedit.
Hæc porta eſt clauſa, in quã intrat vir nemo, nec exit,
Ni dominus ſolus, cui quoque clauſa patent.
Cuius in aduentu exiluit de ventre Ioannes,
Infans perſonuit mouere præco nouus.
C Trans vterum matris, quaſi per ſpecularia cernens,
Materna & puero membra, feneſtra fuit.
Quando exultauit ventrem de ventre ſalutans,
Dum pede non potuit, motibus exit iter.
Credo & proſtratus iacuit palmáque tetendit,
Ante redemptorem paruula membra mouens.
Corrigiamq; pedum quoniam eſt nõ ſoluere dignus.
D Pronus adorauit credo tremente genu.
Nobilis Elizabeth, de qua canit alta prophetans,
Hæc operante Deo germina læta refert.
O benedicta inter mulieres, vnde mihi hoc, me
Vt mater domini viſitet ſlir mei?
Hanc Gabriel vo nat benedictam laude puellam,
Et merito extollit quæ noua dona gerit:
Quæ genitura foret benedictum germine fructum,
E Quem Ieremias voce tonante refert.
Hic Deus eſt noſter, non abſque illo alter habetur,
Poſt hoc in terris viſus, homo eſt hal tus.
Quem Daniel ſanctum ſanctorum prædicat vnum,
De monte ex ciſus qui angulus & lapis eſt.
De quo Moſes ait Deus excitat ec e prophetam
Vobis, ex veſtris fratribus, orbis opem.
Si qua anima hunc non audierit, qui exterminat illũ,
F De populo vindex ipſe propheta ſuo eſt.
Dauid dixit adorabunt hunc munere reges,
Seruibunt gentes, & Saba dona dabunt.
Accipiens Simeon manibus quem iuſtus vtriſque
Annis decrepi us hæ pi verba ledit:
Nunc dimitte in pace meum te ait auctor ab alto,
Viderunt oculi iam qui vota mei.
Quando ſalutare hoc merui, tua verba ſecundum,
Ferre manu, & viſu cernere iure Deum.
G O ſacra virgo Dei talem generando Maria,
Per quam lumen habet plebs tenebroſa prius.
In regi ne vmbræ mortis lux ipſa reſulſit,
Admirabilis hic, conſiliarius hic.
Qui Deus eſt fortis pater atque in ſecula princeps.
Imperij cuius pax ſin. fine manet.
Rorarunt cœli nubes, iuſtumque pluerunt,
Quem ſaluatorem germine virgo dedit.
H Ægyptus, lab. r Æthiopum, diteſcat Sabæi,
Ad quem tranſibunt, re cute ſequendo Deum.
Eſt in quo tantùm Deus, & non eſt Deus abſque hoc,
Hic Deus abſconſus, qui Deus Iſrael eſt.
Cuius iuſtitia eſt lumborum cingulum & idem.
Eius renis adeſt cinctoriumque fides.
Reguli & aſpidis aut. manus penetrare foramen
Ablactatus agens, nec nocet vllus ei.
I Aſtans inſignum populum, eiuſque ſepulchrum
Nobile, adorandum gloria quanta tegit?
Quem dominatorem terræ miſit Moabitis,
Petra ex deſerti qui pius agnus adeſt.
De quo Zacharias exulta fili. Sion.
Iuſtus ſaluator, rex tuus ecce venit,
Aſcendens aſinam ſuper , aut aſinæ quoque pullum,
Et currus perdens ex Efraimo, & equum.

nVde

Vnde & Mitheas,& tu loquit,Bethleem Ephrata,
Paruis in Iuda millibus ipſa manes.
Egredietur,qui dominatus in Iſrael, ex te
Egreſſúſque potens eius ab initio.
Lumen ſanctorum in ſplendoribus,ex vtero quem
Ante & luciferum progenuitque pater.
Liuores lauans noſtros liuore beato,
Et veteres maculas ſanguinis amne lauans.
O virgo inſignis,mater pia,nobile ſemen,
Quam Deus impleuit totius orbis ope,
Quæque creatorem meruiſti ventre tenere,
Et generare diem concipiente fide.
Mundatura nouo partu de crimine mundum,
Atque ſacro fœtu progenitura Deum.
Humano generi genuit quos Eua dolores,
Curauit genitus virgo Maria,tuus.
Peccati iaculo dirfixa in ſtirpe cicatrix,
Vlcera nulla gerit,nec ſua ſigna patent.
Succus amarus enim veniti de cortice ligni,
Stante redemptoris de cruce dulce ſapis.
Sub pomi ſpecie mors tunc de fronde pependit,
Nunc tuus eſt vterus, hinc cibus, in le ſalus.
Fructu ſancta pio renouaſti tempora rerum,
Lucidior que dies te generante nitet,
Poſt tenebras ſolem tua reuocat aluus in orbem,
Cum domini iubaris irradiauit apex.
In te habitans mundi lumen ſtatio te coruſca,
Floruit interius per tua membra Deus.
Nunc viuax fulgor penetrans & ad ima profundi,
Orbem alit,aſtra regit,tartara luce replet.
Cuius mundi vno eſt hæc machina tecta pugillo,
Clauditur in fibris caſta puella tuis.
Supportans fabricata fabrum, atq; humana tonanté,
Virgula radicem facta creantis opem.
Qualiter illa nouum tenuerunt viſcera lumen,
Quod decus intus erat,quiſve honor inde foras?
Gaudia quanta ſinus hilaris tuus ille vehebat,
Cum tua membra premens plus releuabat onus?
Tum genitrix de faſce leuis, de prole ſalubris,
Rem ſplendoris habens,lux neque pondus erat.
Auxilium de flore gerens,de fruge leuamen,
Et cœli panem ſpica nouella ferens.
Cuius ſtella erat,& ſol matutinus in aluu,
Infra aream abſcondens fulgida luna iubar.
Anniculum portans agnum,antiquúmque gigantem,
Deque tribu Iuda qui leo fortis erat.
Cornua producens vitulus ceu Rhinocerotis
Arduus,e latis naribus alta fremens.
Regulus atque aſpis,cedunt quis cuncta venena:
Vipera,cherſydros,seps,draco,cenchris,hybris,
Paruulus ipſe puer perſona vetuſta dierum,
Egreſſus cuius ſtat ſine principio.
Cuius diffuſa in labiis eſt gratia florens,
Inſignis forma præ genitis hominum:
Cuiuſque eſt oriens ex alto nomen honoris,
Qui nos,lumen agens,viſitat in tenebris.
Qui venit de Edom, de Boſra veſte cruenta,
Pulcher,ſanguineus, candidus,atque ruber,
Calcaturus erat qui torcularia ſolus,
In cruce pendendus membra cruore lauans.
Vnde tibi mitta eſt ſtola candida,tincta rubore,
Quem poſt,anteve quem,non Deus vllus erit.
Cuius tranſcendit ſacra magnificentia cœlos
Cuncta tegens palma ſidera,terras,freta.
Quis te nunc ſenſus,domini pia mater,habebat,
Cum tibi talis erat fœtus honore nouus?
Præmia quanta vterum implebant & gaudia pectus
Cœlorum artificem cum tua ferret humus?
O forma radians,diua virgo, putas ne videbas
Angelicos curſus ire redire nouos?
Militiam cœli cùm te ſeruare viciſſim
Sentires animo,ſæpe leuata manu.

A Quæ circa te acies,vel quando iter ire parares,
Millia prægreſſus concomitando cœos?
Quid Michael faceret ductor,ſub principe celſo,
Quid gereret Gabriel nuncius ille ſacer?
Qualites aut Raphael occurſum impenderet almæ,
Te portante,Dei dum putat eſſe thronum.
Credo alter cuperet plantis ſubſternere palmas,
Ille excuſſa ala ſolueret ipſe viam.
B Duceret iſte auras ne te grauis vreret æſtus,
Ille leuans pinnas,vetat vt imber aquas.
Iſte ad fræna manum retinens,ne ſarcina lapſet,
Neu pes offendat,pendula turba volat.
Quot vigiles turmæ,cum te ſopor altus haberet,
Solàque dormitans tot vigilare dares?
Sidereo obſequio meritis digniſſima virgo,
Cum te diuinis cingeret ala choris.
C Cuius honore ſacro ſol ipſe tremeſceret ortum,
Lunáque ſub pedibus quæreret eſſe tuis,
Artificique ſuo ſe machina ſubderet orbis,
Ac miraretur per tua membra Deum.
O Virgo excellens,vincens ſuper omnia matres,
Quam genus erexit,cui Deus alta dedit,
Cuius fructus adeſt,& flos non perdit honores,
Quæ nato es genitrix,& tibi virgo manes.
D Felix quæ generi humano ſub tartara lapſo,
Ad cœlos facta es ſors,via,porta,rota.
Aula Dei,ornatus paradiſi,gloria regni,
Hoſpicium vitæ pons penetrando polos,
Arca nitens,& theca potens gladij bis acuti,
Ara Dei aſſurgens, luminis alta Phasos.
Celſa ſuper cedros,& vaſta cacumina montis,
E Subque tuis plantis & rota ſolis adeſt.
Virgineo cœtu dux, ſexu prima ſecundo
Prælata aſtrigeris ſola puella choris.
Figmentum figuli ſuper omnia vaſa decorum,
Atque creaturæ fulgida maſſa nouæ.
Candelabrum pulchrum verbi capiendo lucernam,
Quam formam ſculpſit iam ſuper aſtra faber.
Ornans Hieruſalem ſanctam ſpecioſa venuſtas
F A facie templi vas in honore Dei.
Exuperans portas Sion ſplendore coruſco,
Stans merito fidei gemma ſuperba throni.
Ore diem iaculans,radios à fronte,ſagittas
Luminibus rutilis,lumen honore rotans.
Sidereum ſpeculum,illuſtris domus omnipotentis,
Vultibus ex illis fulgura clara ferens.
G Nomen honoratum benedicta Maria per æuum,
Ad laudem artificis nobilis artis opus.
Dulcis & angelico precioſa puella relatu,
Omnes vltra homines dona decoris habens:
Inde rubore roſas,candore hinc lilia vincens
Flos nouus è terra,quem polus arce colat..
Chryſtallum, electrum,aurum,oſtrum, concha,alba, ſmaragdus,
H Quo tua forma nitet,cuncta metalla iacent.
Nix premitur candore tuo,ſol crinis honore
Palleſcunt radij virgo decôre tui.
Lychnites hebes eſt,cedit tibi lucifer ardens,
Omnibus officiis lampado maius ades.
Occulti in terris ſacramenti conſcia ſummi,
Et ſecreta poli ſunt patefacta tibi.
Dignus ager Domini generans ſine ſemine frugem,
I Et ſine caſta ſeges meſſe repleta places.
Sola ſine exemplo fœcunda & libera nexu,
Ignara amplexus,mater opima ſinu,
Virgo intacta manens,fidei vbertate marita,
Inſcia coniugio fœta negante viro.
Accipis,vt neſcis,ſic reddis vt integra conſtes,
Nec violata paris,nec pariendo doles.
Et tamen eſt genitus Deus atq; homo,verus & vnus,
Spiritus atque caro Chriſtus,verumque genus,
In deitate patri æqualis,ſed corpore matri,

Et

Et ſine peccato de genitrice caro.
Factor dans legem, factus ſub lege miniſter,
Ipſe pater mundi, filius ipſe tibi.
Vade tuum mater generas natum atque parentem,
Hinc prolem, inde patrem: hoc Deus, illud homo.
Cuius honore ſacro genitrix tranſcendis Olympum,
Et ſuper aſtrigeros engis ora polos.
Conderis in ſolio ſelix regina ſuperbo.
Cingeris & niucis lactea virgo choris.
Nobile nobilior circumſiſtea te ſenatu,
Conſulibus celſis celſior ipſa ſedes,
Sic iuxta genitum regem regina perennem,
Ornata ex partu mater opima tuo.
Occurrunt proceres, & gloria magna Ioannes,
Notus & ante Deo quàm pareretur homo.
Fratribus aſcitis, Paulo, reliquiſque beatis,
Doctor Apoſtolicus fulgida palma Petrus.
Diligit has portas Sion ſuper omnia Iacob,
Pro patribus genitos quos in amore Deus.
Qui omnes obryzo ornati, ſuper aſtra coruſcant,
Si ſic diſcipuli, quid pia mater erit?
Hinc patriarcharum numero ſociante prophetæ
Conueniunt celſo munera ferre throno.
Martyrij hinc atque inde cohors redimita coronis,
Principe cum Stephano ciuica turba poli:
Primitiæ florum, Bethlemitica paſſio lactans,
Quæ meruit naſcens viuere morte magis,
Italiæ mundique caput quos Ruma retentat,
Vrbs vel Alexandri, aut Antiochenus ager.
Quos Hieroſolymis, aut quos Bizantion oris,
Quos Patra, quos Epheſus, Naddiuer arce tenet.
Quos oriens, occaſus habet, quos Affrica, & Arctos,
Quóſque ſeparat humus, cingit & oceanus.
Natio, genus, populus, regiones, agmina, reges,
Vndique currêntes ad noua dona patris.
Æthiopes, Thraces, Arabes, Dacus, Indus, Alanus,
Aurora & veſper, Perſa, Britannus adeſt.
Intrantes in regna Dei pietate redempti,
Gaudia viſuri regis in arce poli.
Quos recipit ſacra porta Petri, quos ianua Pauli,
Poſtis ad Andreæ limen Achaia patet.
Matthæus Aethiopes, Epheſinos valua Ioannis,
Et quàm quiſquis amat, hunc ſua porta rogat.
Horum ante aduentum te qualiter ornat amator,
Portauit quem vterus virgo beata tuus.
Dans tibi larga poli, cui tu domus arcta fuiſti,
Ventris pro hoſpitio reſtituendo thronum.
Componendo caput niueum diademate fuluo,
Et gemino rutilam comit honore comam.
Annectens niueo precioſa monilia collo.
Fulgore & vario pectora pura tegens.
Quam ſpecioſam humeris imponit honoris amictū,
Splendore ardeſcens purpura tincta nitet.
O quoties coctum zonæ micat aura per aurum,
Pallida nec pallæ eſt fimbria lure nitens.
Quis tibi digna canat, quantum decus exeat ore,
Aut de veſte tui gemma virore mirer?
Quando ſtrata iacet pedibus ſpecioſa ſmaragdus,
Quando panimentis alba cophazus ineſt.
Quæque oculus non vidit agens, non audiit auris,
Ornamenta tibi hæc pia virgo nitent.
Cum regio ergo poli, totúſque exercitus auſtri
Te ornatam inſpiciet, laudibus ora mouet.
Incipiens Michael præconia ferre beata,
Cúmque ſuis turmis hæc tibi virgo refert.
O decus excellens, ô fœmina ſama ſalutis,
Partus fruge potens, virginitate placens.
Perquam eſt ſe naſci dignata redemptio mundi,
Et reparare genus, quod tulit Eua ferox.
Hanc tibi mater opem legionum millia mille,
Per claſſes reſonant carmine, voce, lyra.
Angelus inde tuos repetit paranymphus honores,

A Qui tibi de cœlis nuncia ſancta vehit.
Dicens, ô fœlix imitari neſcia virgo,
Cuius & agnus ouis conterit ora lupi.
Tartara diſrumpens, patria captiua reducens,
Et libertati poſt iuga preſſa refers:
Excipit has iterum ingeminans pars altera laudes,
Perſtrepit & cunctis vox reuoluta choris.
Incipit inde alios producere terra fauores,
Zachariæ genitus vox, tuba, præco, ſonus
B Cum Petro, & Stephano ducibuſq; in millib. amplis
Agminibus mixti plauſibus alta canens.
O Virgo inſignis benedicta ad gaudia nata,
Auxilium terræ, fulgor honórque poli.
Ecce tuus florens vterus quæ præſticit orbi
Te pariente fide nos paradiſus habet.
C Quid ſumus aut fuimus? quos merſerat Eua profun-
De limo in cœlum nos facis ire ſinu. (do,
Laudibus his domini genitrix fragoritonat aſtra,
Militiæque poli hæc tibi clangor agit.
Aſt ego ferre volens, videor ſubdncere laudes
Nam tibi quiſque cupit voce fauore ſacra.
Mens orat genitum, ſic matri digna loquatur,
D Cuius amore pio viuis hónore nouo.
Pulchra ſuper gemmas ſplendorem ſolia obúbrans,
Alta ſuper cælos & ſuper aſtra nitens.
Vellere candidior niueo, rutilantior auro,
Fulgidior radio, dulcior ore fauo.
Suauior & roſeo nimium rubicundior oſtro,
Vincis aromaticas mentis odore comas.
Cara, benigna, micans, pia, ſancta, veneranda, venuſta,
E Flos, decus, ara, nitor, palma, corona, pudor.
Omnes nam fines terræ meruere ſalutem
Per Chriſtum, genitum virgo Maria tuum.
A patre perpetuò certo tibi tempore natum:
Qui mihi ſpes veniæ cauſa ſalutis. Amen.

De Natiuitate Christi. Ex L ib. II.

AGnoſcat omne ſeculum,
Veniſſe vitæ præmium,
F Poſt hoſtis aſperi iugum,
Apparuit redemptio.
Iſaias quæ concinit,
Completa ſunt in virgine.
Annuntiauit angelus,
Sanctus repleuit Spiritus.
Maria ventre concipit
Verbi fidelis ſemine,
G Quem totus orbis non capit
Portant puellæ viſcera.
Radix Ieſſæ floruit,
Et virga fructus edidit,
Fœcunda partum protulit,
Et virgo mater permanet.
Præſepe poni pertulit
Qui lucis autor extitit,
H Cum patre cœlos condidit,
Sub matre pannos induit.
Legem dedit qui ſeculo,
Cuius decem præcepta ſunt,
Dignando factus eſt homo
Sub legis eſſe vinculo.
Adam vetus quod polluit,
Adam nouus hoc abluit,
I Tumens quod ille deiicit,
Humillimus hic erigit.
Iam nata lux eſt & ſalus,
Fugata nox & victa mors:
Venite gentes, credite,
Deum Maria protulit.

De Cruce.

VExilla regis prodeunt, &c.
Aroma fundis cortice,
Vincis ſaporem nectaris,

Iucunda fructu fertili
Plaudis triumpho nobili.
Salue ara, ſalue victima,
De paſſionis gloria
Qua vita mortem pertulit,
Et morte vitam reddidit.

De Cruce Domini.

Pange lingua glorioſi prælium certaminis, &c.

De eadem.

CRux benedicta nitet, Dominus qua carne pependit,
Atque cruore ſuo vulnera noſtra lauat,
Mitis amore pio pro nobis victima factus,
Traxit ab ore lupi qua ſacer agnus oues.
Transfixis palmis vbi mundum a clade redemit,
Atque ſuo clauſit funere mortis iter.
Hic manus illa fuit clauis confixa cruentis,
Quæ eripuit Paulum crimine, morte Petrum.
Fertilitate potens, o dulce & nobile lignum,
Quando tuis ramis tam bona poma geris.
Cuius odore nouo defuncta cadauera ſurgunt,
Et redeunt vitæ qui caruere die.
Aeſtus nullum vret ſub frondibus arboris huius,
Luna nec in noctem, ſol neque meridie.
Tu plantata micas, ſecus eſt vbi curſus aquarum,
Spargis & ornatas flore recente comas.
Appenſa eſt vitis inter tua bracchia, de qua
Dulcia ſanguineo vina rubore fluunt.

De eadem.

VItrus celſa crucis totum tectè occupat orbem,
Hæc quoniam mundi perdita cuncta refert,
Quodque ferus ſerpens infecit felle veneni,
Sanguis in hac Chriſti dulce liquore lauat:
Quæque lupi fuerant raptoris præda ferocis,
In cruce reſtituit Virginis agnus ouis.
Tenſus in his ramis cum plantis brachia pendens,
Eccleſiam ſtabilem pendulus ipſe cruce.
Hoc pius in ligno reparans deperdita pridem,
Quod vetiti ligni poma tulere boni.

De deſcenſu Chriſti ad inferos. Ex Lib. II.

De miraculis diui Martini.

OB hoc arce poli deſcendit ad arua Redemptor,
Perdita vt eriperet, peritura nec ipſa perirent.
Immaculatus enim maculas detergere venit,
Vulneribuſque ſuis curaret vt vlcera mundi.
Funeris ordo eius noſtræ fuit arra ſalutis,
Sputa, flagella, chlamys, fel, acetu, lancea, claui, (nus,
Crux pia, mors, tumulus, lapis, infernus, vmbra, tyran-
Victa ſimul, triduo premit & redit auctor ad aſtra:
Deſcenſuſque eius, meus eſt aſcenſus in altum,
Nec peccatoris mortem magis eligit auctor,
Quando ſuis pœnis nobis dedit arma ſalutis
Si pius indomitam pecudem manſueſcere tentat,
Promiſitque lupi bona paſtor ouilia reddi:
Quanto magis homini reſeruantur præmia Chriſti?
Propter quem ipſe Deus homo fit, iacet, atque reſur-
F[illegible] excelſa fides, præſumptio dulcis, (git,
Quæ promittat opem deceptori & perituro,
Expleuit votum, ſi non valet ire iuuandum,
Cui minus in poſſe eſt, ſatis eſt oſtendere velle,
Nam totum impendit, qui non abſcondit amorem.

De Reſurrectione Chriſti Ex libro III.

TEmpora florigero rutilant diſtincta ſereno,
Et maiore poli lumine porta patet.
Altius igniuomum ſolem cœli orbita ducit,
Qui vagus Oceanas exit & intrat aquas.
Armatus radiis elementa liquentia luſtrans,
Adhuc nocte breui tendit in orbe diem.
Splendida ſincerum producunt æthera vultum,
Lætitiámque ſuam ſidera clara probant.
Terra ferax vario fundit munuſcula fœtu,
Cum bene vernales reddidit annus opes.
Mollia purpureum pingunt violaria campum,
A Prata virent herbis, & micat herba comis.
Paulatim ſubeunt ſtellantia lumina florum,
Arridéntque oculis gramina tincta ſuis.
Semine depoſito lactans ſeges exilit aruis,
Spondens agricolæ vincere poſſe famem.
Caudice deſecto lacrymat ſua gaudia palmes:
Vnde merum tribuat, dat modò vitis aquam.
B Cortice de matris tenera lanugine ſurgens
Præparat ad partum turgida gemma ſinum.
Tempore ſubque hyemis foliorum crine reuulſo,
Iam reparat viridans frondea tecta nemus:
Myrtha, ſalix, abies, corylus, ſilex, vlmus, acer, nux,
Plaudit quæque ſuis arbor amœna comis.
Conſtructura fauos apis hinc aluearia linquens,
Floribus inſtrepitans poplite mella rapit.
Ad cantus reuocatur auis, quæ carmine clauſo,
C Pigrior hiberno frigore, muta fuit.
Hinc philomela ſuis attemperat organa cannis,
Fitque repercuſſo dulcior aura melo.
Ecce renaſcentis teſtatur gratia mundi
Omnia cum domino dona rediſſe ſuo.
Námque triumphanti poſt triſtia tartara Chriſto,
Vndique fronde nemus, gramina flore fauent.
Legibus inferni oppreſſis ſuper aſtra meantem
D Laudant rite Deum, lux, polus, arua, fretum.
Qui crucifixus erat Deus ecce per omnia regnat,
Dántque creatori cuncta creata precem.
Salue feſta dies, toto venerabilis æuo:
Qua Deus infernum vicit & aſtra tenet.
Nobilitas anni, menſium decus, alma dierum,
Horarum ſplendor, ſcripula, puncta fouens.
E Hinc tibi ſilua comis plaudit, hinc campus ariſtis,
Hinc grates taciro palmite vitis agit.
Si tibi nunc auium reſonant virgulta ſuſurro,
Has inter minimus paſſer amore cano.
Chriſte ſalus rerum, bone conditor, atq; redemptor,
Vnica progenies ex deitate Patris,
Irreſtabiliter manans de corde parentis,
Verbum ſubſiſtens & penetrare potens.
F Aequalis, concors, ſocius, cum patre coæuus,
Quo ſumpſit mundus principe principium.
Æthera ſuſpendis, ſola, congeria, æquora fundis,
Quæque locis habitant, quo moderante vigent.
Qui genus humanum cernens merſum eſſe profundo,
Vt hominem eriperes, es quoque factus homo.
Nec noſtro tantum voluiſti è corpore naſci,
Sed caro quæ naſci pertulit, atque mori.
Funeris exequias pateris vitæ auctor & orbis:
G Intras mortis iter dando ſalutis opem.
Triſtia ceſſerunt inferni vincula legis,
Expauitque chaos luminis ore premi,
Depereunt tenebræ Chriſti fulgore fugatæ.
Et terræ nigræ pallia craſſa cadunt.
Pollicitam ſed redde fidem precor alma poteſtas,
Tertia lux rediit, ſurge ſepulte meus.
Non decet vt humili tumulo tua membra tegantur,
H Neu pretium mundi vilia ſaxa premant.
Indignum [illegible] clauduntur cuncta pugillo,
Vt tegat [illegible] vetante lapis.
Lintea tolle precor, ſudaria linque ſepulchro:
Tu ſatis es nobis & ſine te nihil eſt.
Solue catenatas inferni carceris vmbras:
Et reuoca ſurſum quidquid ad ima ruit.
Redde tuam faciem, videant vt ſecula lumen:
I Redde diem qui nos, te moriente, fugit
Sed planè impleſti remeans pie victor ad orbem:
Tartara preſſa iacent, nec ſua iura tenent.
Infernus inſaturabiliter ora guttura pandens,
Qui rapuit ſemper, fit tua præda Deus.
Eripis innumerum populum de carcere mortis:
Et ſequitur liber, quò ſuus auctor adit
Euomit abſorptam trepidè fera bellua plebem,

Ec

Et de fauce lupi ſubtrahit agnus oues:
Hinc tumulũ repetens poſt tartara, carne reſumpta,
Belliger ad cælos ampla trophæa refers.
Quos habuit pœnale chaos, iam reddidit in te:
Et quos mors peteret, hos noua vita tenet.
Rex ſacer, ecce tui radiat pars magna triumphi,
Cum puras animas ſacra lauacra beant.
Candidus egreditur nitidis exercitus vndis,
Atque vetus vicium purgat in amne nouo.
Fulgentes animas veſtis quoque candida ſignat,
Et grege de niueo gaudia paſtor habet.

De aſcenſu Chriſti ad cælos. Ex lib. II.

De miraculis Martini.

CVm ſua carnali caperetur ad aſtra figura,
Atque piis plantis ſtrauerunt flamina pinnas,
Cùm pede preſſa ſacro ſeruirent aëra tegi,
Angelicis vectus manibus, celes æthera calcans,
Ingrediens teneras neque frangens greſſibus auras,
Pendula planta volans cum nubila funderet intrans
Remige pennigero, qua non facit aula ſigillum,
Cùm Galilæis tunc ſpectantibus angelos aſtans,
Sic ait, altithronum rediturum, qualiter ire
Vidiſtis, cœlúmque ſupra veſtigia fecre.

Adhortatio ad patientiam.

FRater amore Dei digno memorabilis actu,
Pectore fixa meo ſiſter amore Dei.
Carpe libenter iter, quod ducit ad ætheris aulam,
Altius vt ſurgas, carpe libenter iter.
Fer patienter onus, neque te pia ſarcina laſſet,
Vnde manet requies fer patienter onus.
Subdere colla decet, quia ſunt iuga dulcia Chriſti,
Quo mereamur opem ſubdere colla decet.
Qui ſua rura colit, ſolet horrea plena tenere,
Nec ieiunus erit qui ſua rura colit.
Per mare nauta volat, quò multa pecunia creſcat,
Mercibus vt placeat per mare nauta volat,
Non timet ille necem rabie turbante procellæ,
Vt ditetur opes, non timet ille necem.
Miles ad arma venit quærens per vulnera palmam,
Vt redeat victor miles ad arma venit.
Prælia ſume libens, mihi tu quoque care ſodalis,
Vnde triumphus erit prælia ſume libens.
Quiſquis amore venit, neſcit ſe ferre laborem,
Nemo ab amore iacet, quiſquis amore venit.

Contra Iudæos. Ex libro V.

QVid facis ô Iudæa cohors nec docta vetuſtas?
Vt vitam renoues, credere diſce ſenex.
Lactea caniries ſapiat matura iuuenta,
Senſum pone grauem, & quod puerile fuit.
Non pudeat meliora ſequi, vel tarda veternus
Corpore deficiens, creſcat honore ſenis.
Eſt Deus alta fides, vnus trinus, & trinus vnus,
Perſonis propriis ſtat tribus, vnus apex.
Nam pater & genitus, quoque ſanctus ſpiritus idem,
Sic tribus eſt vnum ius, opus, ordo, thronus.
Legifer hoc reboat patriarcha, hoc credit Abraham,
Hinc pater eſt nobis, eſt quia noſtra fides.
Tres videt æquales, vnum veneratus adorat,
Vnum voce rogat, tres quoque pelue lauat.
Sic patruo ſimilis Loth ſuſcipit hoſpes euntes,
Quos cibat in Sodomis, hi rapuere Segor.
Cùm à Domino Dominus pluit igne (ſcriſte) Gomorrhæ
Filius, & pater eſt. à Domino Dominus.
Qui tuus, ipſe meus ſtat conditor atque creator,
Huius plaſma ſumus, qui eſt trinitate Deus.
Vnius eſtis oues, heu cur non vniter itis?
Sit rogo grex vnus, paſtor & vnus adeſt.
Renuitis, in recolis quod carmina Dauidica pangit,
Quidque Prophetalis virgine fetus agit?
In cruce tranſfixus palmis pedibuſque pependit,
Sed corrupta caro non fuit & tumulo.
Poſt triduum remeant, ſanat nos vulnere longo,

A Quod rediit cælis, teſtis & iſta dies.
Crede meis, aut crede tuis conuicta ſenectus,
Si fugis ac trepidas, negligis iſta legens.
Protrahimus verbum breuitatis tempore longum,
Aut admitte preces, aut rogo cede loco.
Vis hic nulla premit, quouis te collige liber,
Aut meus eſto ſequax, aut tuus ito fugax.
Redde colone locum, tua duc contagia tecum,
Aut ea ſit ſedes ſi tenet vna fides.

B *De incertitudine vitæ & gloriæ hominum.*

Ex libro VII.

TEmpora lapſa volant, fugitiuis fallimur horis,
Ducit & in ſenium lubrica vita viros.
Fine trahit celeri ſine fune volubilis axis,
Nec retinet rapidas ad ſua frena rotas:
Cuncta mouens ſecum momenta & pondera rerum,
Donec meta auidos ſiſtere cogat equos.
C Sic quoque diſſimiles ad finem tendimus omnes,
Nemo pedem retrahit, quò ſibi limes erit.
Imperiale caput regum trahit, atque ſenatum,
Nec ſpectante die, cùm venit hora rapit.
Quid ſunt arma viris? cadit Hector, & vltor Achilles,
Aiacis clypeo murus Achæus obit.
D Quid ſatis eſt cupido? gremio quod condit auaro,
Deliciis refluis Attalus auctus abeſt.
Quis non verſutus occubat dum fine ſupremo,
De Palamede potens, ars in Vlyſſe perit.
Forma venuſta fluit: cecidit pulcherrimus Aſtur,
Occubat Hippolytus, nec ſuper extat Adon.
Non agiles fugiunt, quo terminus inſtar eundum,
Nam cum fratre celer ſorte Quirinus abit.
E Quid rogo cantus agit? modulis blanditus acutis
Orpheus, & citharæ vis animata tacet.
Docta receſſuris quid prodeſt lingua ſophiſtis.
Qui voluere loqui curua, rotunda poli?
Archyta Pythagoras, Aratus, Cato, Plato, Chryſippus
Turba Cleantharum ſtulta fauilla cubat.
Quidve poeta poteſt? Maro, Naſo, Menander, Homerus,
F Quorum nuda in humo membra ſepulchra tegunt,
Cum venit extremum, neque muſis carmina proſunt,
Nec iuuat eloquio detinuiſſe melos:
Sic dum puncta cadunt, fugiunt præſentia rerum,
Et vitæ tabulam teſſera rapta leuat.
Et tamen vna ſalus, pia maxima dulcis & ampla,
Perpetuo trino poſſe placere Deo.
Hoc valet atque viget, manet, & nec fine peribit,
G Hinc quoque poſt tumulũ naſcitur almus honor.
Quod ſupereſt halitu meritorum flore beato,
Suauis iuſtorum fragrat odor tumulo.
Gratius aura fluens, quàm ſpiret aroma Sabæum,
Vincens quos pinguis balſama ſilua reflat.
Cynnama, caltha, crocus, violæ, roſa, lilia cedunt,
Veſtimentis nullus nare bibitur odor.
Quid? quod morte magis virtus generatur in illis.
H Dumque ſepulchra tenent languida membra fouee.
Multorum dubiam ſoli lant pia funera vitam,
Et redit ex tumulo viuificatus homo.
Nobilis vrna tegit precioſa talenta Tonantis,
Ac terris reculbat quod ſuper aſtra volat.
Quis ſub amore Dei ſacro moderamine viuens,
Fit peregrinus humi [illegible] eundo poli.
Denique poſt illos, qui fundamenta coruſcant,
J Poſtquo Petri & Pauli lumina prima fide,
Quis numerus radiet ſanctorum ſparſus in orbe,
Quanta columnarum gratia fuſa viget?
Per loca, per populos, mundo ſua ſidera præſunt,
Quidquid ab Oceanis circulus ambit aquis.
Arctois, meridies, oriens, occaſus honorat,
Lumina muneribus clarificata ſuis.
De reliquo nihil eſt, quodcunque videtur in orbe,
Nam tumor hinc totus: ſumus & vmbra ſumus.

De communi omnium Mortalitate. Ex libro I X. A

ASpera conditio, & ſors irreuocabilis horæ,
Quod generi humano triſtis origo dedit,
Cum ſuadens coluber proiecit ab ore venenum,
Morſu & ſerpentis mors fuit Eua nocens.
Sumpſit ab ipſo ex tunc Adam patre terra dolorem,
Et de matre gemens mundus amara capit.
Præuaricando duo probro damnantur acerbo.
Ille labore doler, hæc pariendo gemit. B
Mors venit inde vorax tranſmiſſa nepotibus ipſis,
Hærediſque ſuos tollit origo nocens.
Ecce hoc triſte nefas nobis genuere parentes,
Cœperat vnde prius, hinc ruit omne genus.
Primus Abel cecidit, miſerando vulnere cæſus,
Ac fraterna illi ſarcula membra trahunt.
Poſt quoque Seth obiit ſub Abel vice redditus iſdē
Et quamuis rediit, non ſine fine fuit. C
Quid Noe memorem laudatum voce Tonantis?
Quem leuis arca tulit, nunc grauis arca premit.
Sic quoque Sem & Iaphet patrum iuſtiſſima proles,
Sancta & progenies tale cucurrit iter.
Quid Patriarcha Abraham, vel Iſaac, Iacob quoque
Cum de lege necis nemo ſolutus adeſt? (dignus,
Melchiſedech etiam domini ſacer ore ſacerdos,
Iob quoque, tum geniti ſic abiere ſui. D
Legiſer ipſe iacet Moſes, Aarónque ſacerdos,
Alloquiis quæ Dei dignus amicus obit,
Succeſſórque ſuus populi dux inclytus Ieſus.
Quos legitis libris occubuere patres.
Quid Gideon, Samſon, vel quiſquis in ordine iudex,
Mortem ſub domino iudice nemo fugit.
Iſraelita potens Dauid rex atque propheta,
Eſt ſitus in tumulo cum Solomone ſuo. E
Eſayas, Daniel, Samuel, Ionáſque beatus,
Viuens ſub pelago, ſtat modo preſſus humo.
Princeps clauge Petrus, primus quoq; dogmate Pau-
Quamuis celſæ animæ, corpora terra tegit. (lus,
Semine ab humano quo nullus maior habetur,
Vir Baptiſta potens, ipſe Iohannes obit,
Enoch, Eliáſque & adhuc hoc ſpectat vterque,
Qui ſatus ex homine eſt, & moriturus agit. F
Ipſe creator ouans, ſurgens citò Chriſtus ab vmbris,
Hic, quia natus homo eſt, carne ſepultus homo eſt.
Quis, rogo, non moritur, mortem guſtante ſalute,
Dum pro me voluit hic mea vita mori?
Dic mihi quid poterunt Auguſti aut culmina regum
Membra creatoris cùm texere petris?
Brachia non retrahunt fortes, neque purpura reges,
Nam quicunque venit puluere, puluis erit. G
Naſcimur æquales, morimúrque æqualiter omnes,
Vna ea Adam eſt mors, Chriſtus & vna ſalus.
Diuerſa eſt merces, funus tamen omnibus vnum,
Infantes, iuuenes, ſic moriere ſenes.
Ergo quid hic facimus, dubiæ ſub funere vitæ,
Cum nihil auxilij poſſumus eſſe rei?
Ploramus, gemimus, ſed nec prodeſſe valemus,
Luctus adeſt oculis, eſt neque fructus opis:
Viſcera torquentur, lacerantur corda tumultu, H
Sunt cari exſtincti, flendo cadunt oculi.
Ecce vocatur amor, neque iam reuocatur amator,
Nos neque iam repetit, quem petra merſa tegit.
Quamuis clamantem refugit mors ſurda nec audit,
Nec ſcit in affectum dura redire pium.
Sed nolo atque volo, migrabo cum omnibus illuc,
Ibimus huc omnes; nemo ſe deinde redit: I
Donec in aduentu Domini caro mortua viuat,
Surget & ex proprio puluere rurſus homo.
Cœperit vt tegere ardentes rotis vſta fauillas,
Et viui cineres de tumulis ſalient.
Ibimus ergo omnes alia regione locandi,
Ibimus ad patriam, quos peregrina tenent.
Quale placet figulo vas fictile, tale paratur,
Quando placet figulo, vaſa ſoluta ruunt.
Quod iubet omnipotens, non poſſumus eſſe rebelles,
Cuius ad intuitum ſidera, terra tremunt.
Ipſe creat hominem, quid dicere poſſumus illi?
Quid dedit & recipit, crimina nulla gerit.
Illius ecce ſumus figmentum, & ſpiritus inde eſt,
Cùm iubet hic, imus, qui ſumus eius opus.
Si libet, vna hora montes, freta, ſidera mutat,
Cui ſua facta fauent, quidnam homo ſumus agat?

De iudicio extremo. Ex libro I V.

FElices, quos nulla grauant de morte ſecunda,
Nec faciunt pœnis ſubdita membra feris.
Dulcibus illecebris qui non ſibi condit amarum,
Nec per carnem animam vult ſepelire ſuam:
Sed caſta pietate, manens ſine crimine vitæ,
Illius in luce hac præmia lucis emit.
Tempore qua paruo lacrymas aut colligit amplas,
Aut cui vita nitet, gaudia longa capit:
Hac de morte leuis dolor eſt, nam durius illud,
Hic quem viuentem tartara nigra tenent.
Infelix quiſquis maculoſis actibus vſus,
Arte redemptorem ſe laqueaſſe ſtudet.
Nubibus inuectus, cùm venerit arbiter orbis,
Et tuba terribilis commouet arma poli.
His venit Elias, illis in curribus Enoch,
Anteuiando ſuos hinc Petrus, hinc Stephanus.
Flore puellarum roſea ſtipante corona,
Inter virgineos prima Maria choros,
Hinc mater, hinc ſponſa Agnes, Thecla, dulcis Aga-
Et quæcunque Deo virginitate placet. tha,
Tunc ibi quis terror, cæli aſſiſtente ſenatu,
Quid dicturæ animæ iudicis in facie?
Mox aut pœna manet miſeros, aut palma beatos,
Quiſque ſuæ vitæ ſemina iacta metet.
Sunt dicturi alij, cade mens & comprime corpus,
Sed iuſti celſes ferre ſepulchra negant.
Cogentur minimi quadrantem ſoluere nummi,
Nemo pedem remouet, quo ſua culpa trahit.
Spe vacui, ſimiles paleæ, mittentur in ignes,
Paſcendis flammis fit caro noſtra cibus.
Viuunt ad pœnas æterno ardente camino,
Vt cruciet grauius mors mala non moritur.
Neu feſſi recreent animas longo igne crematas,
Porrigit heu nullas flammiger amnis aquas.
Parte alia meritia felicibus, alta tenentes,
Fulgebunt iuſti, ſol velut arce poli.
Digni lumen habent, damnati incendia deflent:
Illos ſplendor alit, hos vapor igne coquit.
Res eſt vna quidem, duplici ſed ſcinditur actu.
Nam cremat indignos, quo probat igne pios.
Æterna radiant Paradiſi in luce beati,
Cum facie Chriſti regna tenendo ſui.
Gratia quanta manet, vultus qui ſpectarit illos,
Quantus honor hominum poſſe videre Deum?
Si nimis erigitur fragilem qui cernit amicum,
Qualiter exultet, qui videt ora Dei?
Lilia, narciſſus, violæ, roſa, nardus, amomum,
Quidquid odorifero germine mittit Arabs:
Iudicis in vultu florentia lumina vertant,
Sed ſuper hæc domini ſuauior efflat odor.
Nam quantum obſcœno melior lux aurea plumbo,
Tantùm thura Deo, cedit & omnis odor:
Quantum nocte dies diſtat, ſol lampade lunæ,
Factori cedunt ſic ſua facta ſuo.
Cùm verò iuſti tanto ſplendore fruantur,
Cum gaudent nimium, ſe caruiſſe mori,
De tenebris migraſſe fatent, in luce perenni,
Et magis ad bona cor, tardius eſſe dolent.

De gaudiis & ſpe vitæ æternæ. Ex libro VIII.

CUlmina multi poli s radianti lumine complens
Lætantúrque piis agmina ſancta choris.
Carmine Dauidico plaudentia brachia tendunt,

Cre

Creduntúrque ſacra tripudiare gradu,
Cœtibus angelicis hominum ſociata propago,
Reddit honorificum laudis amore ſonum.
Alternis vicibus diuina poëmata pſallunt,
Atque creatoris myſtica verba canunt.
Lucida ſidereo cœli ſtrepit aula tumultu,
Laudibus & domini concutit aſtra fragor.
Hunc Patriarcharum reſonant modulamina vocum,
Inter quos Abrahæ eſt maxima palma fide.
A quo acceperunt, reddunt dehinc verba Prophetæ,
Moſes ante alios dux, mare teſte, viros.
Inde fauent fratres, & cœli caterua piorum,
Lumen Apoſtolicum præmeditante Petro,
Qui valet ex meritis cineres animare ſepultos
Et reuocare diem voce iubente poteſt.
Hinc mercede pari ſequitur pius ordo ſenatum,
In quibus eſt Stephanus victor, honore prior:
Quos ſaxis gladiíſque, ſiti, fame, frigore, flammis,
Ereptos terris iungit in aſtra fides.
Caſibus heu variis quos ſic rulit ira furentis,
Et ſi mors diſpar, lux tamen vna tenet.
Inde Dei genitrix, pia virgo Maria coruſcat,
Virgineóque agni de grege ducit oues.
Ipſa puellari medio circundata cœtu,
Luce pudicitiæ ſplendida caſtra trahit,
Per paradiſiacas epulas ſua vota canentes.
Iſta legit violas, carpit & illa roſas.
Pratorum gemmas ac lilia pollice rumpunt,
Et quod odoratum eſt, flore comante metunt.
Illic Euphemia, & pariter quoque plaudit Agathe,
Et Iuſtina, ſimul conſociante Thecla.
Hic Paulina, Agnes, Baſiliſſa, Eugenia regnant,
Et quaſcunque ſacer vexit ad aſtra pudor,
Felices, quarum Chriſti contingit amore,
Viuere perpetuo nomina fixa libro.
Seruitio domini ſubdenda eſt ad iuga ceruix,
Nec graue, ſed leue fit, quidquid amore feres.
Chriſtum, corde ſequens, mandatáq; corpore cōplēs
Vt teneras flores, has imiteris opes.
Reſpice qui voluit naſci de ventre puellæ,
Et domini ſummi, qua caro carne venit.
Spiritus intactam venerabilis attigit aluum,
Virgineam cupiens inhabitare domum.
Hanc Deus ingrediens hominis, quæ neſciit vſum.
Sola ſuo nato conſcia virgo viro.
Concipiente fide, nullo ſe ſemine luſit.
Et quo factus homo aſt, non fuit alter homo.
Virginitas felix, quæ partu eſt digna tonantis,
Quæ meruit dominum progenerare ſuum.
Templa creatoris ſunt membra pudica puellæ,
Atque habitat propius tale cubile Deus.
Quantum ſponſa poteſt de virginitate placere,
Ipſa cui genitrix non niſi virgo placet?
Sarra, Rebecca, Rachel, Eſther, Iudith, Anna, Noe-
Quamuis præcipuè culmen ad aſtra leuent: (mis,
Nulla tamen meruit mundi generare parentem,
Quæ dominum peperit ex ſuſa Maria manet.
Intemerata Deum ſuſpendit ab vbera natum,
Et panem cœli munere lactis alit.
Hoc ergo in ſponſæ nunc viſcere diligit ipſe,
Quod prius in matrem legit honore ſacer.
Pectora libetius penetrat ſibi cognita ſoli,
Et quo nemo fuit lætior, initat iter.
Hæc ſua membra putans, quæ nulla iniuria fuſcat,
Quæ neque ſunt alio participata viro.
Mitis in affectu pectus complectitur illud,
Promptus, amore calens, quo alter amator abeſt.
Cùm ſua regna Deus pariter velit omnibus eſſe,
Hoc commune tamen Chriſtus habere fugit.
Per paradiſiacas epulas cupit eſſe cohæres,
Virgineam ſolus vult habitare domum.
Caſtra pudicitiæ melius rex ipſe tuetur,
A Si ſibi non violet turba dicata fidem.
Ipſe voluntatem ſi viderit [illegible],
Próque ſuis famulis & Deus arma tenet.
Lorica, clypeo, galea præmunit amantem,
Et ſtabilit ſolidum montis in arce gradum.
Baliſtam iaculans, pro te [illegible] hoſtem,
Perdat vt aduerſos, qui tibi bella mouent.
Currit ad amplexus poſt prælia geſta triumphans,
B Inſigens labiis oſcula caſta ſacris.
Blanditur, refouet, veneratur, honorat, obumbrat,
Et locat in thalamo membra pudica ſuo.
Siderei proceres ad regia vota frequentes,
Certatim veniunt agglomerando chorum.
Quo præter Cherubin, Seraphin, reliquóque beatos
Aligeros comites quos regit vmbra Dei,
Bis duodena ſenum concurſat gloria vatum,
C Attonito ſenio plaudere, voce, manu.
His venit Elias, illis in curribus Enoch,
Et nati dono virgo Maria prior.
Legis conſulti Pauli comitante volatu,
Princeps Romana currit ab arce Petrus:
Conueniunt ad feſta ſimul ſua dona ferentes,
Hi quorum cineres, vrbs caput orbis, habet,
Culmen Apoſtolicum radianti luce coruſcum,
D Nobilis Andream mittit Achaia ſuum.
Præcipuum meritis Epheſus veneranda Ioannem
Dirigit, & Iacobos terra beata ſacros.
Læta ſuis votis Hierapolis alma Philippum,
Producens Thomam munus Edeſſa pium.
Inde triumphantem, fert India Bartholomæum,
Matthæum, eximium Naddanes alta virum.
Hic Simonem, & Iudam, lumen quos Perſa gemellū,
E Læta relaxato mittit ad aſtra ſinu.
Et fine rote ferax, Ægyptus torrida, Marcum
Luce Euangelica participante tuba.
Africa Cyprianum dat, Siſcia clara Quirinum,
Vincenti Hiſpana ſurgit ab vrbe decus,
Egregium Albanum fœcunda Britannia profert.
Maſſilia Victor martyr ab vrbe venit.
Porrigit ipſa decens Arelas pia dona Geneſi
F Aſtris, Cæſario concomitante ſuo.
Ipſa Pariſiaca properat Dionyſius vrbe,
Auguſtoduno Simphoriane venis,
Priuatum Gabalus Iulianum, Aruernus Abundum,
Ferreolum pariter pulchra Vienna gerit.
Hinc ſimul Hilarium, Martinum Gallia mittit,
Te quoque Laurenti Roma beata tulit.
Felicem meritis Vincentia læta refundit,
G Et Fortunatum fert Aquileia ſuum.
Vitalem, ac reliquos, quos cara Rauenna ſepultat,
Geruaſium, Ambroſium, Mediolane meum.
Iuſtinam Patauum Euphemiam quoque Chalcedon
Eulalia emerita tollit ab vrbe caput. teſtes
Cæciliam Sicula profert, Seleucia, Theclam,
Et legio felix Agaunenſis adeſt:
Europæ atque Aſiæ quis lumina tanta recurrat,
H Vel tua quis poſſit pignora Roma loqui?
Vndique collectus diuerſis partibus orbis,
Agminibus iunctis regia pompa trahit.
Intrant ſidereo vernantes lumine portas,
Excipit hos proceres vrbs patefacta poli.
Incedit ſenſim tum prætextata poteſtas,
Ordine patricio ſic poritura loco.
Nobilitas cœli diues cruce, ſanguine Chriſti,
I Feſtinat feſtos concelebrare thoros.
Paupertas terræ cenſu cœleſte redundans,
Conſulibus tantis regia vota colit.
Vndique diſtinctè numeroſa ſedilia complent,
Attonitique ſilent, rege loquente patres.
Maieſtas arcana Dei tum pondere fixo
Alloquitur proceres, quos ſua dextra regit
Hæc mihi pollicitum ſeruauit virgo pudorem,

N[illegible] placidam [illegible] decerare [illegible],
[illegible] vestigia secans,
[illegible] pectus [illegible] venit.
[illegible] gram [illegible] tamen,
Senibus [illegible] ferre vepres.
Vipera [illegible] aspis, [illegible] hemorrhois, aspis,
Fatte [illegible] sibila torsit iners.
Inde [illegible] terruit arcus euntem,
[illegible] cautius ire suis.
Inter utrasque [illegible] subsidiis insons,
Vulnera [illegible] tolerando fug[illegible]
Per tela & gladios tenuit intra nulla sequentem,
Sed [illegible] ferret amor.
Ad me aures [illegible] animos suspensa tetendit,
Cum terrent [illegible] super alta fuit.
Singultus, gemitus [illegible] suspiria, fletus,
Saepius audiuit non abscondenda mihi.
Abscondens alii [illegible] confessa dolores,
Intellecta mihi murmura clausa dedit.
Vidit [illegible] meum, quotiens in imagine vultum,
Oc[illegible] duos labiis lumine fudit aquas.
Perui[illegible] aliunde venitem.
M[illegible] rapido singula membra premens,
Haec gelida [illegible] ignem,
Visceribus [illegible] amore calet.
C[illegible] deiecta [illegible] aggere nuda,
Se[illegible] memor ipsi fuit.
Flet[illegible] ardua [illegible] humore genarum,
Siccati [illegible] terra natabat aquis:
Et quia me viuens carnali lumine quondam,
Cernere non potuit, misit amata precem.
Nam mihi [illegible] nocturnis saepius horis,
Scripta suis lacrymis pagina lecta fuit.
Plena [illegible] sermone querelis,
Q[illegible] solo maesta iacens humo.
C[illegible] ore fluens natiuo [illegible] liquore,
Haec [illegible] tremulis lign[illegible] notis.
Strata solo [illegible] lacrymas, neque [illegible] quod opto,
Tristis in amplexu pectore saxa premo.
Sponso absente manens tam dura cubilia seruo,
Nec mea quem cupiunt membra tenere queunt.
Dic vbi sis quem expectem, quam te vrbe requiram,
Quaue sequar, nullis foemina nota locis?
Ipsa venire velim [illegible] in astris
Pendula sideream planta tenere viam.
Nunc sine te [illegible] grauiter nox occupat alis,
Ipsaque [illegible] est mihi [illegible]
Lilia, [illegible] nardus, amomum,
O[illegible] germina [illegible] meos.
Vt te contin[illegible] per singula nubila pendo.
Et vaga per nebulas lumina ducit amor.
E[illegible] interrogo ventos,
Quid mihi de Domino nunciet aura meo.
Pro [illegible] pedibus cupio caementa lauare,
Et tua tem[illegible] tergere crine libet.
Qu[illegible] dura,
Dum [illegible] haec mihi poena placet.
O[illegible] per hos fluctus animam tu Christe gubernes,
Arbore & antenna velificante [illegible]
Vt post [illegible] mundani [illegible] aestus.
In portum vitae [illegible] dextera locet.

DE BEATO SATVRNINO MARTYRE.

Ex libro VI.

IAnua caelsa [illegible] terra psallante patescit,
E[illegible] quos generat humus.
Admiranda [illegible] salutis,
V[illegible] praemia luce[illegible] manant.
Sard[illegible] Christe,
Ca[illegible] in habitu [illegible]
Vincula corporei dissoluere carceris optans,

A Plenius vt Domino se sociaret homo,
Tempore maturo cui iam spes esset adulta,
S[illegible] precio vota beata suum.
Dumque [illegible] in vrbe T[illegible]
Munere [illegible] Christum pandere & se Deum
Ostenden[illegible] verbis, ad[illegible] miracula factis,
Vt quod sermo daret confeque[illegible]
Gentiles animas rapiens de fauce tyranni,
Subdebat regi, qui dedit arma sibi.
B Sed viciata malis, & plebs infecta venenis,
Curati effugi[illegible] aegra iacere volens.
Compreh[illegible] male [illegible] virum, ad capitolia duxit,
Atque [illegible] medico vulnera plura dedit.
Pro pietate, [illegible] lum, pro [illegible], venena rependens,
Contra tu[illegible] bella mouet.
Subiugat indom[illegible] sanctum ad vestigia tauri,
C Et stimulat, fieret ne fuga tarda feri.
Pessima mens hominum diri noua bestia monstri,
Nec tanti indomitis sufficit ira tibi,
Naturae rabidae feritatem adiungere nosti,
Quod per se nesciat, te stimulante furit.
Turba cruenta nocens, huius te vulnere perdis,
D Si non vis illi parcere, parce tibi.
Hinc ferus, impatiens, mox curua per auia raptus,
Passim membra pii fudit in vrbe viri.
Tum mulier collegit ouans, & condidit artus,
Sola vna famula participante sibi.
Haec fuit insignis rapiendae causa coronae,
Gloria martyrii hic celebrata nitet.
Ante sepulchra pii dantur modo dona salutis,
E Et corpus laceram corpora multa fouet.
Dic vbi mors inimica iaces, vbi victa recumbis,
Quando vides sancti funere vota [illegible]?
Quem male credebas obitu finire salutem,
Dat vitam multis, & tenet ipse suam.
Hunc captiu[illegible] regnare put[illegible],
Innuendo peris, teque furendo necas.
Te tua poena premit, tua te fera vincula [illegible],
F Quos dare vis genitus, ipsa ferendo gemis.
Martyr ouans, caelis retinet, tu liuida, tristis
Mors, [illegible] tartara nigra [illegible]
Florigera nunc sede manet sine fine beatus,
Inter odoratos thura adolerque choros.
Non aliquas metuit pla[illegible] iudice [illegible]
Praemia sed [illegible] victor [illegible]
Digna triumphum [illegible]
G Pro te Ch[illegible]

QVi se [illegible]
Ver[illegible] fitis [illegible] secanda [illegible]
Membrorum [illegible] rerat, cupiens [illegible]
Vile putans [illegible] ferret [illegible] De[illegible]
Vt moriturus [illegible] numine [illegible] mortali [illegible]
Vulnera dile[illegible] sed [illegible]
H Hostili occurrens gladio [illegible]
Vnde mor[illegible] salutis h[illegible]

De [illegible]

MA[illegible] potens [illegible]
[illegible] in hunc mu[illegible] spargit [illegible] honor.
Carcere [illegible] fide [illegible]
Confess[illegible] Christum, duxit ad a[illegible]
Qui [illegible] Or[illegible]
I Ecce sub[illegible]
De San[illegible]

T[illegible] mm[illegible] m p[illegible] ecti
Ch[illegible]
Frigore [illegible] ens [illegible]
Rup[illegible]
Q[illegible]
T[illegible]
Qu[illegible] armare [illegible]
N[illegible] nunc pro Christi dulcius est [illegible]

Pro[illegible]

Pectore belligero poterant qui vincere ferro,
Inuitans tugu[illegible]s vulnera cara tuis.
Hortantes ſe clade ſua, ſic ite ſub aſtra:
Alter in alterius cæde natauit herus.
Adiuuit rapidas Rhodani fons ſanguinis vndas,
Tinxit & Alpinas ira cruenta niues.
Tali fine polos felix exercitus intrans,
Iunctus Apoſtolicis laude honore choris.
Cingitur Angelico ſuper aſtra beata ſenatu,
Mors [illegible] lux [illegible] tuetur inde [illegible]ros.
Qui faciunt [illegible] rerum paradiſi [illegible] cere centum,
Hæredes Domini luce perenne dari
Sidereo [illegible] throno cum carne locandus,
Cum veniet iudex, arbiter orbis erit.
Sic pia turba ſimul feſtinans cernere Chriſtum,
Vt cœlus peteret, de nece fecit iter.

De Stephano Martyre. Ex libr. I.

PErtulit hic martyr pro Chriſto Orientis in axe,
Ecce ſuo o[illegible] templa beatus habet.
Fundatus virtute Dei, de morte triumphans,
Excepit lapides, cui petra Chriſtus erat.
Gens [illegible] ferox Stephanum quem perdere credis,
Etſi caroe, tamen neſcit honore mori.
Ille tenet palmam meritis, tu termine pœnam
Poſſidet ille p[illegible] gis ima petis.

De Vincentio Martyre.

POſt finem ſine fine manet, mens dedita Chriſto,
Linquens turbam hominum, ſtat ſociata Deo.
Hinc [illegible] Vincentius, extat in æuum,
Gloria martyrij [illegible] opima vir[illegible].
Vertice ſuppoſito rapuit qui ex morte triumphum,
Et noua de terris proles ad aſtra volat
Credidit vnde necem ſancto, [illegible] hoſtis honorem,
Percuſſor [illegible] morte perenne tacet.
Vicerat [illegible] ſer, hinc ſingulare nequitſet,
Nam a [illegible] vnde caput, contulit inde polum.

De Hilario exule, Ex libro II.

CVm populum regeret diuina mente ſacerdos,
Seruabat legis fœdera ſollicitus.
Improbus vt vidit plebem quod ſcinderet error,
Græcorum vitus protulit in medium.
Vipereo promunt ſemper qui ex corde venena,
Filius vt [illegible], quod [illegible] Dei.
Quis magis auxi[illegible] præſtat ſapientia mundi,
De ingenito [illegible] qui negat eſſe Deum,
Quam male complexus, ex pietis calcare Prophetas,
Arrius infelix, non retinet, crepuit.
Egregius doctor veterum monumenta ſecutus,
Quem Stephanus vidit, comprobat eſſe Deum.
Victus amore Dei, contemptu principe mundi,
Intemerata fides pertulit exilium.
In patre, qui omnipotens Deus eſt, cognoſcere natũ,
Diuinis tantum vocibus inſinuat.
Perpetuum lumen, Chriſtum Dominúmque, Deumque,
Bitlenis populus educet [illegible].

De Medardo Epiſcopi miraculis. Ex libro II.

INter Chriſticolas qui factis vexit in aſtra,
Pars [illegible] magna Medarde patet.
Qui [illegible] vixiſti terrenis hoſpes in oris,
Vt cœl[illegible] ſe [illegible] eſſe [illegible].
Exilium [illegible] mundus erat, cernuſa cauenti,
Et modo ſe ga[illegible] ciue man[illegible] polus,
Exutus tenebris, veſt[illegible] tegmine [illegible],
P[illegible] bitum ſ[illegible] luce die.
De celluire [illegible] olympi,
Et matrem linquens, cum patre [illegible] tenes.
Hunc [illegible] per [illegible] triumphas,
Atque cre[illegible] requiem
Int[illegible] mundi vepres gradi[illegible] temur.
C[illegible] promeruiſſe [illegible].
Fl[illegible] ager [illegible] tibi fu[illegible] odores,
Balſama, thura, replent quæ paradiſus habet.

Ca[illegible] anguſt[illegible] veſti[illegible]
S[illegible] arcta [illegible] ſemita [illegible] iter
Lata voluptatum via, [illegible] æterno,
Du[illegible] carni [illegible] parte.
Hoc nunquam ſacer [illegible] greſſus,
Nec p[illegible] ſuo praua tenere pedes.
Dor[illegible] autor [illegible] altum,
Qui la[illegible] potius, gloria maior erit.
Quæ p[illegible] ſacri miracula facti,
Cum qui[illegible] facias, omnia priſca mouent.
Dum fugit ad [illegible] humano [illegible] pore vita,
Ex oculis fugiens, lux [illegible] cordis erat.
Si cæcus venit, rapuit palpando ſalutem,
In mediis tenebris fulſit aperta dies.
Qui voluit furti cauſas penetrare latentes,
Te religante ſedet, te referante [illegible].
Quid referam, mutis quòd verba [illegible]?
Quod grauat eiiciens, quod ſuſtat [illegible].
Cuncta nec enumero, tua me præconia vincunt,
Et ſi non potui, velle fuiſſe ſ[illegible].

De miraculis Martini Epiſcopi. Ex libro X.

AMbianis tremulum cernens Martinus egenum,
Dimidiæ chlamydis mox [illegible].
Sed coram angelicis turmis, [illegible] ſilente
Pauperis in ſpecie Chriſtus [illegible] refert.
Lepræ ſi maculas præc[illegible] per [illegible] purgans:
Cui quod ab ore dedit pax, me[illegible] fuit.
Vlcera morboſi curans ſic [illegible],
Quod Iordanis ag[illegible] tacta ſaliua facit.
Quem gene[illegible] ſa fide Martini in ſecula ciuis,
Qui quocunque ſuit, mors [illegible] iter.
Denique cum extincto catechumeni [illegible],
Se ſuperextendens, effugat arma ne[illegible].
Sic v[illegible] laqueato, deinde reductus,
Eſt vir vbi iſte Dei, non [illegible].
Fan[illegible] pinum ſanctus [illegible] cogens,
Iuſtum ibi ſuppoſuit [illegible] premi.
Cæſa ſecure arbor, cum iam daret alta ruinam,
Ad crucis imperium eſt ire coacta retro.
Quis vige[illegible] hic fidei? validæ dum pondera pini,
Quo natura negat, crux facit ire viam.
Serpentis morſu tumidum [illegible] gentem,
Hi[illegible] vt p[illegible] ſit.
Col[illegible] morbo huc & [illegible] tactio,
Dumque venena cadunt [illegible] pus,
Vnguentumque nouum digitis [illegible] venenum,
Et tactu artificis ſic ſuperaſſe neces.
Dum latro extinctus, falſo [illegible] honore,
Voce huc Martini cogitur vmbra loqui,
Se referens multa ſcelerum pro mole peremptum,
Se quoque ne[illegible] tuſſum, ſe magis eſſe reum.
O vox ſancta, [illegible] defuncta cadauera cogens,
Cui poſt tacta iacens [illegible] vera [illegible].
Pergere [illegible] fluuium, dum vipera [illegible] natat,
Et pr[illegible] tangeret [illegible]
Martini [illegible] villas,
Tranſ[illegible] vix laſſa recurrit iter.
Quantus amor Domini, tali ſub corde calebat,
Quando venena potens ipſa retorquet aquis?
Martini meritis aliis quoque febre cre[illegible],
Sub [illegible] reſlluos pagina [illegible] bat
Vnde ſ[illegible] medi[illegible] charta fouebat,
A[illegible] graues ignes littera [illegible] aquis.
Grati[illegible] quanta [illegible] ſermo [illegible] gabat,
Febre [illegible] ſit [illegible] apex.
Nat[illegible] Gallia fructum,
Gignens [illegible] terra maligna dapem
Martini m[illegible] meritis, qui munere diuo,
Culmen in æthereo ſede ſenator habet.
Qui lepræ mac[illegible] per [illegible] ſula purgat,
Curat & [illegible] pura ſaliua virum.
Ad fluuium domini, cui non fuit ire labore,

Quæ Iordanis habet, ſanctus ab ore dedit.
Dum chlamydem Martinus inops diuiſit egeno:
Chriſtus ita memorat ſe bene veſte tegi.
Diues paupertas Dominum quæ texit amictu:
Cui decus occurrit, qui dedit aſtra faber.
Quid Deus in famulis operetur opimus amator,
Martini geſtis magna probare potes.
Ducere qui meruit de morte cadauera vitæ,
Retulit atque diem, repulit vnde necem.
Dum caderet Martinum arbor preſſura beatum,
Mox facit ipſe crucem, pinus abacta redit.
Quis non virtuti diuinæ commodet aurem,
Dum trabe conuerſa, dant quoque ligna fugam?
Idola dum cuperet Martinus ſternere, fulta,
Contigit hæc cœlis magna columna ruens.
Ad iuſti auxilium dignando militat æther,
Quanta fides cuius currit ad arma polus?
Forte colebatur dum quis pro martyre latro,
Martini aduentu, ſe probat eſſe reum,
Virtutis merito, fidei radiante coruſco,
Nec tacet extinctus, nec latet vmbra rei.

Ex lib. I.

POſtera barbaries pereret cum Gallica clauſtra,
Atque prope Vangionū premeret loca feruidus hoſtis,
Miles ſanctus cunctaque munera lumenta recuſat,
Hic tum Cæſareas tremuit Iulianus in iras.
Imperat vt ſaui in teneat cuſtodia iuſtum,
Ac veniente die primus properaret in agmen,
Quo tamen ante aciem ſacer ire fatetur inermis,
Venerat ergo dies belli, pacem expetit hoſtis,
Atque orante vno, cecidit furor omnibus armis,
Innumeráſque acies ſolus ſine ſanguine vicit.
Illa loca prætериens pulcherrima Mediolani,
Florea rura terens per amœna vireta viator:
Obuius occurrit vetus & temerarius hoſtis
Mentitus ſpeciem humanæ ſub imagine formæ,
Quid peteret, iter quæ, iterum comminus ille
Illa properare refert, qua ſe Deus ire vocaret.
Cui ferus hoſtis ait, quacunque accedere tendes,
Tecum pergo nocens, vota in contraria currens.
Voce prophetali ſanctus cui protinus infit:
Eſt mecum adiutor Dominus, mala nulla verebor,
Ne timeam tumidū, timor eſt Deus arma timentum,
Tutus in aduerſis gradior rectore ſuperno.
Inſidiæ via nulla paret ſub tegmine diuo.
Hæc ait, at validi transfixus cuſpide verbi
Dæmon abeſt: ſic vmbra fugit, quæ Chriſtus obūbrat.
Interea matrem ſui generis errore reſoluens:
Illa iſtum mundo, hic illam generauit olympo,
Dum ſepe tamque iterum ſancto facit amne renaſci,
Et meliore ſinu genitam ſua viſcera matrem.
Poſt quoque Tetradij famulus proconſulis expers
Mancipium aliter ſub hoſpite dæmone factus:
Sed ſacer ipſe domum gentilis adire recuſat,
Sic ait Tetradius, hunc ſum faſtibus altis,
Si et pater hoſtili famulum, ſe credere Chriſto.
Impoſita ergo manu, puero fera larua recedit,
Tetradius proprio catechumenus eſſe meretur,
Atque ſalutiferi baptiſmatis amne nouatur.
Sic puer & Dominus maculis purgantur ademptis,
Hic hoſtis laqueis, erroribus ille ſolutus.
Ille carens animæ pœnis, hic caret Erynni,
Liber vterque manens, geminum meruere triumpho,
Cum ſuo famuli libertas facta patroni,
Excipit iſte fidem, dum de illo perfidus exit.

Ex lib. II.

MIlle nocendi artes dum perfidus exerit hoſtis,
Nunc Iouis in ſpecie, nunc ſe mentitus Anubim,
Sæpe habitu Veneris, non rarò fronte Mineruæ,
Sedulus inſidiis ſancti, ſua feria rumpens,
Diuerſis formis, vt terror creſceret, offert,
Et vacuus generet ſpecie variante timorem:
Qui virtute nequit, ſuperare vt arte rebellet.
Sed tamen intrepidus perſiſtit, inania temnens,
Semper in aduerſis iaculans crucis arma beatus,
Belliger hoc clypeo mendacis tela retundens,
Qua penetrante acie ſe machina falſa reſoluit.
Sæpe etiam in ſanctum varios aeuere tumultus,
Inſiciatoris falſo minitante flagello,
Sed fremitus fragilis per inania cymbala tinnit,
Oppoſitiſque minis inertitus ipſe rabiſſit,
Nec fundata decet, contra coacuata moueri.
Olim cùm ſanctuarre obaret in aggere ſuis,
Inſinuando preces domino pro plebe ſacerdos,
Conſtitit ante oculos deformis forma rebelles,
Sulphurea ſub luce micans radiantis vmbræ,
Lumine mentito tenebroſus, & atra vorago,
Fulgidus exuuiis, radiali veſte ſatelles,
Tectus bracteolis, vario diademate pulcher,
Ordine gemmarum numeroſa luce coruſcans,
Quæ dudum Martine cupis penetrante precatu,
Iam pia vota tenens ego ſum, tua gloria, Chriſtus,
Exigis vt veniam validos recreare labores,
Et ſudata tuis vt ſolers bella tropheis.
Hic ſacer intrepidus, reſponſa hæc ſeria refert:
Aſt ego transfixas clauis niſi video palmas,
Atque beata crucis tum ſtigmata carne gerentem,
Ac latus, effoſſas traiecto miſſile coſtas,
Vnde cruentati pariunt baptiſmata riui,
Et ſacra porphyreo maculas lauat vnda fluento,
Quæ dedit in precio generoſa talenta Redemptor,
Inque crucis trutina precij numiſmata penſans,
Totum auctua redimens Theſauro corporis orbem,
Cùm gemma vna fuit, quæ cuncta in vaſa valeret:
Hac niſi veſte tegi videam, quam pertulit auctor,
abſque hoc indicio Chriſtum veniſſe negabo.
Mox inimicus, iners, vibrata verbere verbi,
Peſtifer, aërius, tenuata per æthera lapſus,
Effugit ex oculis, liquidas quaſi fumus in auras.

Ex lib. III.

NEſcius inficitur puer atro dente chelydri,
Membráque percuſſi diſtendarat ira veneni,
Cùm ſpatium vitæ mors ſuprema negarat,
Flebile & in toto regnaret corpore virus.
Expoſuit parentum ante pedes Euantius Almi,
Omnia confiſus Martinum poſſe mereri,
Sanctus enim tactum mox & ſingula membra peruſtat,
Atque manu medica morientia viſcera palpat
Inde ſuper vulnus quo beſtia fixerat ictum,
Vt poſuit digitum, fluit vndique vena veneni,
Et repedauit iter, dederat qua vipera morſus.
Hinc ſacer in ſpiciens collecta tabe tumorem,
Pollice ſubducto quem fuderat vlcere ſerpens.
Cuncta veneni vis per hiatum vulneris exit,
Sanguine concreto ſtillans velut vbere capræ.
Turgida plaga necem vomuit, ſe vulnere ſtillans,
Concretam ſaniem vena ſaliente relaxans.
Effert virus iners refluente canale liquorem,
Et data lethiferum reuocat terrà ſit la ſioum,
Expugnante fide morſus vim perdidit anguis,
Et quæ alios perimunt, pereunt arma veneni.
Stat puer incolumis, remanet neque pallor in ore,
Miratur famulum dominus, ſtupet & domus omnis,
Currere ſeruitio, quem crederet ire ſepulchro.
Dum regeret princeps dominio Valentinianus,
Romuleis opibus mundo ſublimis,
Tum pia cauſa ſacrum
Quem pia præſenſit ſe p Cæſar
Quæ noller præſtare
Et vetat à foribus pene parte
Inſtat ad hæc vxor, cui erat A
Sed ſacer vt vidit tali ſe fraude repelli,
Hinc aula excluſus, redit arma domeſtica ſumens,

Contegi

Contegitur faccis, reſpergitur atque fauillis,
Ordine mitis agens, remouet potúmque cibumque
Nocte diéque vacans orandi ingitet vſu.
Septimus ergo dies aderat, quo ſanctus amore
Porria caſtra mouens his defudabat in armis.
Angelus aſſiſtens, iubet ire palatia iuſtum,
Fretus in auxilio Martinus pergit ad arcem.
Limine nullus obeſt, ad principis ora penetrat,
Qui ſanctum inſpiciens; quòd adeſt, eff enduit ore,
Atque aſtante piu, ſolio non ſurgit ab alto.
Regalem ſellam mox ignibus ardor oberrat,
Et vaga flamma natat, qua molle ſedile coruſcat,
Vndique fuſa furens: ſed culpa Cæſaris vltrix
Ceruicis duræ ſoluens ardore rigorem,
Inde flagella coquunt, hunc regem incendia cædunt,
Vapulat & rapidis flammis Auguſta poteſtas.
Hinc celer exiluit rapiens ſe Cæſar, & ardens,
Martini genua amplectens pedibuſque volutus,
Sicque ſuperbum hominē ſe agnoſcere pœna coëgit,
Vilia regna probans, & celſa cacumina curuans,
Imperiale caput ſancti ad veſtigia ſubdens.
Obtulit inde fauens abeunti munera prin. eps:
Paupertate potens ſed repulit omnia ſanctus,
Donáque deſpiciens, metuit plus principe ab ipſo,
Tantum maius habens, quãtum minus ambit auarus.
Omnia ſunt ſoli, qui nulla requitie habendi.

Maximus Imperij moderās quaſi rector habenas,
Præcipit Ithacium tum armorum iure tueri,
Ne quis cum peteret damnandum lege forenſi,
Accuſatorem veterati Priſcilliani
Mierit ad Hiſpanos armata forte tribunos
Rei qui s hæc ſis qui quærant, & bona tollant,
Iouenque pares capitali crimine damnent.
Pluribus ergo malis bonitas impulſa beati
Leucadio p tires pro præſide, prompta precatrix
Occurrit Treuiros, aliis quoque mota querelis.
Pontifices adeunt prædicti principis aures,
Ne Martinus eat, Synodi niſi pace recepta,
Sed facer aſſerunt Chriſti ſe in pace manere,
Qua p ius ſtinuit ſanctus ſe cœtibus illis.
Pontifices eorum oc uitunt ad Cæſaris aulam,
Cogit v iono. nium ſe participare nociuis.
Promere alloquio quem mulliter indu perator,
Vt ſ c tetur reliquis communio iuſti,
Hinc quia non valuit flecti vehementia ſancti,
Ab pit ex oculis ſe principis alta poteſtas.
Mox percuſſores gladio minitante relaxet,
Qui ſemel offenti iaculo figente trucident.
Theognistum erenim ſolum diſcedere narrans,
Cui n n ompla ir communio noxia fratrum.
Comperit vt ſancti s reſeraræ fraudis amictum,
Pollicitus regi ſe participare ſiniſtris,
Et pietate calcis dep. nit amore rigorem.
Mens rea cuius abeſt par ſit communio culpæ.
Hinc ſe proripiens p pere Martinus abegit,
Ecce viro inſigni tac r obuius angelus adſtat,
Aſque reuelata facie ſic comminus inſit
Quam merito Martine, loco compungeris iſto,
Nec poteras exire aliter, niſi iuſſa faceſſis,
Inter vtrumque nefas mercatus acerba doloris,
Nunc age conſtantiar repara virtutis honorem,
Et tibi te reuoca, trepidum ne noxia frangant,
Gloria ne pereat, neo proſpera lubrica perdant,
Vtere more tuo, te deinde redisce magiſter,
Fortis athletæ animo, ſanctos non obruit error,
Acrius inſequitur hoſtem manus icta dolore,
Plagáque ſic ſolet mentes armare viriles,
Atque ad ne recens creſcit de vulnere virtus,
Ac dabat armigero victoria vulnere crebro
Fraterno alloquio ſic angelus explicat ore,
Tanta eſt cura Dei Martinum auellere lapſu.
Viterius Synodo neque ſe permiſcuit inſons,
Virtutiſque ſuæ damnis noua lucra parauit.

Nauita cum quidam Tyrrhenum curreret æquor,
Fert iret ad Romam, qui veliſicante velatu,
Turbinis impatiens, oritur violentia venti,
Exiliunt fluctus, feriunt caua vela tumentes.
Nutat pinus iners, rapiuntur ſigna chiruſcis,
Lenis & antennæ coeuntia cornua ſiendent,
Artis inops, ſtupidus reſilit de puppe magiſter
Stant, vnde armatura cadit, fragor æquoris vrget
Prora bibit, dum nauta vomit: perit ars, iacet vſus,
Spes fugit, ira premit, rapitur lax, módique minatur.
Caſibus in d dubiis, certi vergente ſalute,
Dum trepidant omnes, Aegyptius hæc ait vnus,
Quin & dum Chriſti Charismata ſenſerat exors,
Martini Deus eripe nos: mox dira procella
Corruit, & pelagi tumor altus ad ima reſedit
Sternitur vnda tacens, liquidi ſtetit area campi,
Atque immota luci tacuerunt murmura ponti.
Surgitis optati trabe curritur æquor amicum,
Littoris ora legunt flubria data vela ſecundis,
Atque petens portū, vada complet nauta celeuſma:
Sic bene pro meritis famulo dat Chriſtus honores,
Cuius entte fide terras, mare, ſidera ſupplet.

In Leontium Epiſcopum redituum Burdegalenſi Eccleſia.

EX LIBRO I.

Agnoſcat omne ſeculum
Antiſtitem Leontium,
Burdegalenſe præmium,
Dono ſuperno redditum.
Bilinguis ore callidu,
Crimen fouebat inmundum,
Ferens acerbum nuncium,
Hunc iam ſepulchro conditum,
Cælare ſe non pertulit,
Qui triſte funus edidit.
Et ſi nocere deſiit,
Iaſ na vita prodidit.
Deceptus arte noxia
Falſata deſlet crimina,
Dúmque putabat triſtia,
Conuerſa ſunt in gaudia.
Exempla ſæua protulit,
Calcanda cuncto tempore,
Vt iam ſibi conſcriberet
Decreta viſo an iſtite.
Fucata res hæc contigit
Vitanda caſt pr pie,
Superſtite vt præſumeret,
Poſt fata quod ix defuit.
Grauat ſacerdos ordinem
Qui Epiſcopatum ſic pr t,
Præcepta qui con ſt citur,
Fugit hono s amb tum.
Hoc ſi cui ſit debitum
Coactus aſcendat gradum,
Non ſe per mte alli ſe,
Sed dan e Chriſti munere
Ineptus eſt, qui ipſe ſe
Præferre vult Eccleſiæ
Nam rem ſacratam ſumere
El cto in na ſit.
Carus accto os ordinem
Hilarius n n ambi i
Martinus t d effu t,
Gregorius vix ulti
Leges refutant ar itum
Inuaſor omnis pellitur,
Quod reſpuunt prætoria.
Viret nefas Eccleſia.
Maligna erant certamina,
De ſede non tamen ſua,
Quæ nec pati deſiderat,

Non inferat mens improba,
Nec longiore tempore
Verſantur in hoc muro ture.
Dum cogitant ſuccedere,
Redit ſacerdos qui [illegible]
Orante [illegible] pro[illegible]us,
Dum nemo cre[illegible] [illegible]
Quæ conflu[illegible] poſt [illegible]
Matu[illegible]a ſunt hæc [illegible]a.
P[illegible] fauc[illegible] [illegible]tas,
Cui red[illegible]ta [illegible]
Orb[illegible] q[illegible] eſtu[illegible]ue,
Pa[illegible]em [illegible] anxia.
Quem vix putabat redditum
Præuenta voto proſpero.
Res [illegible]ra quando cernitur
Solet ſtupere viſio.
Recolligit rector gregem,
Errore captum ſeruitæ,
Paſt[illegible]ris arce cognita
Ga[illegible]ſa ſunt ouilia.
Sumpſit gradum quo tempore
Regreſſus eſt co[illegible]e,
Quis non ſupe[illegible]no m[illegible]ere
Hoc contig[illegible]e [illegible]ces?
Tantum ne[illegible] [illegible]mium
Plebi fuit, cum [illegible] eſt,
Lætata quan[illegible]m tun[illegible]it,
Quando te ip[illegible] præ[illegible]dem.
Venite ciues, laudate,
Et vota votis ad[illegible]ite,
Quo facta ſunt [illegible]acula,
Seruent cum [illegible]æleſt[illegible]a.
Chriſtus ſereno lumine
Circumuolet, [illegible]em[illegible] ddidit.
Vt terna creſcat gr[illegible]tia,
Mercede, vita, gloria.
Hymnum [illegible]nendo concrepet,
Quiſquis De[illegible] non in[illegible]et,
L[illegible]us eius eſt [illegible]ui præſulem
De mortis ore retrahit.
Zelante ſ[illegible]li pectore,
Iam vera d[illegible] non pu[illegible]et,
Hæc p[illegible]tua n[illegible]bili[illegible]ſſimo
Papæ ſamus [illegible]e[illegible]nio.

IN HONOREM APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI, QVORVM RELIQVIÆ CONtinentur in Namnetica Eccleſia.

Ex lib. 3, Opuſc.

SIderei montis ſpecioſa cacumina Syon
A Libano gemini flore comante cedri.
Cœlorum portæ [illegible]ati duo lumina mundi
Ore t[illegible]t Paulus fulgurat ar[illegible]e Petrus.
In[illegible]t Apoſtolicas radiantes lu[illegible]e c[illegible]ronas
[illegible]ctus hic m[illegible]n[illegible]is, celſior ille gr[illegible]
H[illegible] pe[illegible]orda hominū reſerantu[illegible] & aſtra per ill[illegible]
Quos [illegible]oce[illegible] ſ[illegible]ylo, ſuſcipit ille pol[illegible]
Pan[illegible]t iter cœli h[illegible]c d[illegible]gnate, clauibus alter
Eſt via cui Paulus ianua fida Pe[illegible]us.
Hi[illegible] petra firma manens, ille architectu[illegible] habetur,
Surgit in his templum qu[illegible] pla[illegible]et ara, Deo,
Vnu[illegible]nte pares medicata fluenta[illegible]antes
Reſtinguunt auidam dul[illegible]e liqu[illegible]re ſitim:
Fortia bella gerens quiſquis [illegible]upit aſtra tenere,
Rex dedit hos proceres mil[illegible] eſſe duces,
G[illegible]lia pl[illegible]le l[illegible]ens m[illegible] Roma ſalutem,
Fulgor Apoſtolicus vi[illegible]tat All[illegible]broges.
A facie hoſtili duo propugnacula præſunt,
Quos fidei turres vrbs caput orbis habet,

A His radiant oculi pretioſo in corpore Chriſti
Lumine qui proprio cætera membra regunt.
Munere fœlices cœli cape Gallia fruges,
Pontificique tui vota [illegible]cata cole,
Cuius caſtus amor dedit hanc in honore ſuperno
Eccleſiæ nuptæ dote perenne domum
Vertice ſublimi patet aula t[illegible]ma bi[illegible]is
Nomine Apoſtolicæ Sancta [illegible]ata Deo:
B Quantum inter ſanctos meritum ſuper eminet illis
Celſius hæc tantum culmina culmen [illegible]bet.
In medium turritus apex ſuper ar[illegible]u[illegible] it,
Quadratumque leuans er[illegible] tuturu[illegible] pus.
Altius vt ſtupeas arce aſcendente per [illegible]cus
Inſtar montis agens ædis acumen habet
Illic [illegible]pe[illegible]ſitos facies animan[illegible] [illegible]
Viuere picturas ar[illegible] [illegible]dante put[illegible]
C Sol vagus vt dederit per [illegible]goca te[illegible]a [illegible]orem
Lactea lux reſilit cum rubor inde ter[illegible]
Hic redire vides radio crispante figuras
Atque lacuna rigat quo[illegible] maris vn[illegible]
Fulgorem aſtrorum meditantur tecta metall[illegible]
Et ſplendore ſuo culmina ſydus habe[illegible]t
Luna coronato quoties [illegible]diauerit [illegible]
Altera b[illegible] æ[illegible]e ſacra[illegible]nt [illegible]t ad aſtr[illegible] ſul[illegible]r.
D Si nocte inſpiciat hanc [illegible] ſtratecundo vi[illegible]tur,
Et terram ſte[illegible]las credit habere ſuas.
Tota rapit ta[illegible] p[illegible]ultis occulta fer eſtris,
Et quod mireris hac ſoris intus habes.
Tempore quo redeunt tenebræ [illegible] dicere fas ſit,
Mundus habet noctem, detinet aula diem.
Dextera pars templi meritis præfulge[illegible]lar[illegible]
Compare Martini c[illegible] nſociante gr[illegible]
E Gallia ſic proprius d[illegible]ffunc[illegible] [illegible] patronos,
Quos hic terra tegit lumina mundus habe[illegible]
A [illegible]tata ferreoli pars eſt qui vulnere fecit
Munere Martyrij gemma ſuperna nitet.
Obtulit hæc felix vt ſit magis ipſe ſacerdos
Chriſt[illegible] [illegible]um templum qui tibi templa de[illegible]

De ordinatione Sigeberti Regis. Ex lib. [illegible]

F VEre n[illegible]uo tellus fuerit dum exuta pru[illegible]s
Se picturato gra[illegible]ine veſtit ager.
Longius extendunt fr[illegible] la cacumina montes
Et renouat virides arbor opac[illegible] c[illegible]mas.
Promit[illegible]ens grauidas ramis genitalibus vuas
Palmite g[illegible]mmiſeto vitis amœna tume[illegible]
Præmittens flores grat[illegible] [illegible] [illegible]
Delicioſa fauis mell[illegible] recond[illegible] ap[illegible]s.
G Progeniem reparans caſto fœcun[illegible] [illegible]
Artifices natos gignere [illegible]uta [illegible]upit.
Nexibus apta ſuis pro poſteritatis amore
Affectus properans garrula currit auis.
Semine quique ſuo ſenio iuueneſcit in ipſo,
Omnia dum redeunt gaudia mundus ha[illegible]et.
Si modò cuncta fauent [illegible]um proſperitate ſuperna
Re[illegible] Cæſar[illegible] profici[illegible] aula iugo.
H Or[illegible]ma multiplicet fœ[illegible]icem in ſæcula Reg[illegible]m
Andique cinxerunt lumin[illegible] tanta [illegible]
C[illegible] ina e[illegible] procerum concurrunt [illegible]lmen a[illegible] vnum,
M[illegible] habe[illegible] [illegible]ee duces, pax habet [illegible]
Cinctorum aduentu fe[illegible] palatia feruent,
Coniugi[illegible] Regis [illegible] ſua vota videt.
[illegible] qui rum irrigui fontes meet vnda tacete
Iu[illegible] veſtro cirkere pa[illegible]ua ſolent.

I *De nuptiis pr[illegible] R[illegible]g[illegible], Brunic[illegible]ildi[illegible] ue R[illegible]æ.*

FOelicem S[illegible] [illegible] diem [illegible]que [illegible]
Sparge [illegible] [illegible]os ſin[illegible]ero lumine c[illegible]ple[illegible]
Sigebertus ouans [illegible] [illegible]ſtra c[illegible]
[illegible]ota fac[illegible] qui nun[illegible] alter[illegible] libet amore
[illegible]ula c[illegible] [illegible] moderante iuuenta
Connubi[illegible] [illegible]gare [illegible] pe[illegible]it, laſciua re[illegible]ndens.
Ad iuga confugit cui nil ſua ſubtipit ætas,

Corde

Corde pudicus agens rector tot gentibus vnus,
Et ſibi fræna dedit, ſed quod natura requirit
Lege maritali amplexu eſt contentus in vno
Instauras de prole lares vbi luſerit hæres,
Torſerat moriferas arcu ſtridente ſagittas
Forte cupido volans terris genus omne peruter,
Nec pelagus deſcendit aquis mox vilia curda
Subdit ſic vulgus tandem, dehinc ſenſu opimi
Regis anhelantem placidis bibit oſſibus ignem
Molliter incumbens, & inhæſit flamma medullis:
Regalis feruebat apex nec nocte ſopora
Cordis erat requies oculis animoque recurrens
Ad vultus, quos pinxit amor mentemque fatigans,
Sæpe per amplexum falſa ſub imagine luſit:
Mox vbi conſpexit cœlo ſuperante cupido
Virginea mitem torreri lampade regem,
Lætus ait Veneri, mater, iam bella peregi
Pectore flagranti mihi vincitur alter Achilles,
Sigebertus amans Brunechildis carpitur igne,
Quæ placet apta thoro maturis nubilis annis
Virginitas in flore tumens complexa marito
Primitus placitura ſuis, nec damna pudoris
Suſtinet; vnde magis pollens regina vocatur.
Hoc quoque virgo cupit, cui ſtat verecundia ſeaus
Obſtat amata viri dextra leuiore tepeſcit
Ignoſcitq; te ſibi culpas quas intulit ignis.
Sed modo læta veni, quoniam te vota requirunt
Mox Venus ambroſio vicolas ammiſcet amomo,
Demetit vngue roſas gremióque recondit aurato,
Et pariter lenibus fregerunt nubila pennis,
Et Venere ſimul thalamos ornate ſuperbos.
Hinc Venus egregiam præ pondera cœpit alumnus,
Inde cupido virum, nubentibus ambo fauentes,
Et litem fecere piam. Sic inde Cupido,
Matri pauca refert tibi quem proximus hic eſt,
Hic Sigebertus amor populi, lux nata parentum,
Qui genus à proauis longo tenet ordine Reges,
Et Reges geniturus erit, ſpes gentis opimæ,
Quo creuit natale decus generoſa propago,
Hac melior de ſtirpe redit formámque priorum
Poſteritas excelſa fouet, hic nomen auorum
Extendit bellante manu cui de patre victus,
Quamuis parua tamen, nulla maior impadit ætas,
Quem Nablis ecce probat, Terentia victa fatetur
Proficiens vnum gemina de fronte triumphum,
Iſte duos reddit pro ambobus ſuſtinet vnus
Cardinis occidui dominans in flore iuuenta,
Tam grauitate ſenum, teneróque iuuenta omnes,
Legem naturæ meruit præcedere factis.
Sic fouet hic populos ipſis intrantibus annis,
Vt pater & rex ſit nullum grauiter regit omnes.
Nulli dies ſine fronte venit [illegible] conſilia præſtet
Perdere [illegible] putet, ſi non con[illegible] ampla
Gaudia diffundit radianti lumine vultus,
Nubila nulla grauant populum ſub Rege ſereno
Pectore maturo culpas indulget acerbas,
Vnde alii peccant ignoſcendo, iſte triumphat
Doctus enim quoniam prima eſt in principe virtus
Eſſe pium quia ſemper habat qui parcere nouit,
Corrigit ipſe prius quod paſſit vt alter emendet,
Qui ſibi cenſura eſt reliquis bene lege coërcet.
In quo digna manent quidquid de rege requiras,
Solus amat cunctos, & amatur ab omnibus vnus,
Incipit vnde Venus laudes me notare puellæ:
O virgo miranda mihi placitura iugali
Clarior ætherea Brunechildis lampade fulgens,
Lumina gemmarum ſuperaſti lumine vultus,
Altera nata Venus regno ditata decoris.
Nulláque Nereidum de gurgite talis Hibero,
Oceani ſub ſponte natat nonnulla Napæa,
Lactea cui facies incocta rubore coruſcat
Pulchrior ipſe ſuas ſubdunt tibi flumina Nymphas

A Lilia mixta roſis [illegible] ſtro
Decertata [illegible] nt
Saphirus al[illegible] ſpis,
Cedant cuncta, nec iam [illegible] m.
Digna fuit ſpe[illegible] em,
Per hyemes validas niues Alpem, [illegible],
Perque truces populos vecta eſt duce rege ſe[illegible] o,
Tu regis regina [illegible] ſuper a[illegible] montis
B Planum carpis iter [illegible] bitat amantibus vnquam,
Quos iungi diuina volunt. Quis credere autem
Hiſpanam [illegible] in Germania n[illegible],
Quæ duo regna [illegible] annexuit vno.
Non labor hic [illegible] potuit tam miro pararet
Nam res [illegible] vtitur armis,
Longa retro ſeries regi hoc vix contulit vlli,
Difficili niſu ſuperantur ardua rerum.
C Nobilitas excelſa niter genus Athanagildi
Longius extremo regnum qui porrigit orbi,
Diues opū quas mundus habet populumq; gubernat
Hiſpanum ſub iure ſuo pietate tenendo.
Cur tamen egregii genitoris regna ter[illegible]rem
Quando tuis meritis video creuiſſe parentes,
Quantum virgo micans turbas ſuperare videris
Fœmineas, tantum tu Sigiberte maritus.
D Iſte diu iunctis membris & corde [illegible],
Ambo pares genio, meritis & moribus ambo
Sexum quiſque ſuum pretioſis actibus ornans.
Amplexu eius ſincero la reuincta ſub vno,
Et multos placidis peragatis luſibus annis.
Hoc velit alterutrum quidquid dixerit alter.
Æqua ſalus ambobus eat, dum pectora ſeruet,
Vnus amor vtro ſoli famine iunctus deſtat.
E Auſpiciis veſtris cunctorum gaudia ſurgunt,
Pacem mundus amet, victrix concordia regnet.
Sic iterum iterum celebrent vota parentes,
Et de natorum teneatis prole nepotes.

De G[illegible] & eius filia Geleſuinta.

CAſibus incertis rerum fortuna rotatur,
Nec figit ſtabilem pendula [illegible] pedem.
Semper in ambiguo fæculum rota lubrica voluit,
F Et fragili glacie lapſibus illa ſtat.
Nulli certa dies, nulli ſua certior hora,
Sic ſumus in ſtatu debiliore v[illegible].
Dum greſſu ancipiti vadit ignorantia fallens,
Hic latet ars ſonex quo putat eſſe vix.
Neſcia mens hominum quod ſit necis aut ſalutis,
Lucifer an vita eſt, n[illegible] veſper erit.

De Egiri. flumine.

G LAus ſibi forte minor fuerat generoſa Garonna,
Si non exiguas alter haberet aquas.
Luiticar hic quoniam tenuato Egirtus hauſtu
Profert [illegible]tias paupere fonte tuas.
Denique diſſimilem ſi compares illus vtrumque,
Hic vbi fit riuus, tu puto Nilus eris.
Te famulans intrat, hunc ſed tua regna refrænant,
Pallicus Euſtates tu fluis, iſte latet.
H Nam quantum Oceanum tumidis tu entſibus auges,
Tantum de lymphis excitat iſte ſuis.
Torrida præſertim cum terris incubat æſtas,
Ac ſitiente ſolo triſtis anhelat ager.
Cum Titan radiis feruentibus arua,
Et calido ignifero [illegible] mere findit humum.
Languidus arente fugiens vix explicat vndas,
I Et cum proprie ſui palpitat ipſe ſinu.
Flumine ſub[illegible] ſto [illegible] natas lambit arenas,
Se[illegible] exul oberrat aquis.
In limo migrante [illegible] umitur amnis,
Terraque fit ſterilis quæ fluit vnda rapax.
Deficiunt viſu ſolatia cuncta rigore,
Nomina cum proprii [illegible] & ægre reget.
Forte viator iter gradiens [illegible] inuenit h[illegible],
Vnde alios recreet qui ſitit ipſe ſibi?

Se pit infundi fluuius ſe porrigit vndans,
Si tamen eſt fluuius quem madefactat humo.
Gurgitis impreſſas labens tota ſignat habenas,
Atque refudantes orbita ſi it aquas.
Si venias equitando diem, ſub tempore caneti,
Vix tamen inſidens vngula mergit equi.
Vidimus exiguum de limu ſurgere piſcem,
Qui teniręnțe luto naufragus errat humo.
Nec fluuius, nec campus adeſt, nec terra, nec vnda:
Piſcibus inhabilem nullus atate poteſt.
Sola palude natans querulos dat rana ſuſurros:
Piſcibus exclusis aduena regnat aquis.
At ſi forte fluat tenuis de nubibus imber,
Vix pluit i i terris iam tamen iſte minax.
Ingentes animos parua de nube reſumit,
Fit ſubitò pelagus qui fuit ante lacus.
Turbidus incedens vadis eget ipſe lauari,
Semper inæqualis, cui nihil aut ſatis eſt.
Non ripis contentus agit compendia curſus,
Quo de monte bibit per ſata plena vomit,
Vertice torrenti rapitur quaſi more tyranni,
Ingnatus iter munera vaſtat agri.
Diſcurrit ſeges in fluuium, ſtat piſcis in aruo:
Ordine peruerſo meſſe iacente iacet.
Quæ fuerant ouibus, donantur paſcua ranis
Prata tenent piſces, & trahit vn la pecus.
Obtinet expulſus ſtabulum ſiluestre ſ.lurus.
Plus capitur terris quàm modò piſcis aquis.
Saccula quos foderent agros malè teria miſcent
Figitur hîc hamus, quo, ſtetit ante palus.
Sors vna eſt piſci ſiccent aut flumina creſcant:
Nunc reſidet limo, nunc iacet caul agro.
Sed cur triſte diem loquimur de gurgite paruo
Vritur & verbis nec teteratur aquis.
Sufficiat flagrare ſibi, cur addo vapores,
Atque bis æſtiuum creſcere tempus ago.
Vnica ſed tandem damus hæc ſolatia laudis
Quod tribuit piſces euacuatus aquis.

De horto Viſogothonis Regis.

HIc ver purpureum viridantia gramina gignit,
Et Paradiſiacas ſpargit odore roſas.
Hîc tener æſtiuas defendit pampinus vmbras,
Præbet, & vuiferis fronde a tecta comis.
Pinxerúntque locum variato gramine flores,
Pomáque veſtiuit candor & inde rubor.
Mitior hinc æſtas vbi molli blanda ſuſurro
Aura leuis ſemper pendula mala quatit.
Hæc magno inſeruit Rex Childebertus amore,
Charius iſta placent quæ manus illa dedit.
De cultore trahit mellitum planta ſaporem
Forſan & hic tacitos miſcuit ille fauos.
Regis honore nouis duplicata eſt gratia pomis,
Nare ſuauis odor, dulcis amure ſapor.
Qualiter ille hominum potuit prodeſſe ſaluti
Cuius & in pomis tactus odore placet.
Fœlix perpetua generetur ab arbore fructus
Vt de Rege pio ſit memor omnis homo.
Hoc iter eius erat cùm lumina ſancta petebat
Quæ modò pro meritis incolit ille magis.
Antea nam vi ibus loca ſancta terebat amatis,
Nunc tamen aſſiduè templa beata tenet.
Poſſideas fœlix hæc Vltrogoto per æuum,
Cum geminis, natis tertia mater ouans.

CÆCILII CYPRIANI, SIVE, VT alij volunt, Tertulliani Geneſis, vixit hic an 111. moritur ille an. 259.

PRincipio dominus cœlum terrá nque creauit:
Námque erat informis fluctúq; abſcôdita tellus:
Imm ſiſque Deus ſuper æquora vaſta n cabat,
Dum c & nigræ fuſcabant cuncta tenebræ.
A Has dum diſiungi inſtit de cardine, ſatur:
Lux fiat, claro, & nituerunt omnia mundo,
Cùm Dominus primi cumpleſſet facta diei,
Condidit albentem nebulis naſcentibus axem:
Accipit immenſus verrentia littora pontus,
Multiplices rapiens validis cum tractibus amnes,
Tertia lux faciem terrarum fulua retexit,
Arida mox poſito oarratur nomine terra,
B Florea ventoſis conſurgunt germina campis,
Pomiferique ſimul procuruant brachia rami.
Quarta dies generat ſolis cum lampade lunam,
Et ſtellas tremulo radiantes lumine fingit:
Hæc elementa dedit ſubiecto inſignia mundo,
Tempora quæ doceant varios mutanda per ortus.
At quinta accipiunt liquentia flumina piſces,
Et volucres varias ſuſpendunt aëre pennas.
C Sexta prægelidos inſpicans lubricat angues,
Quadrupedúmque greges totos diffundit in agros,
Cunctaque multiplici mandauit creſcere paſſim
Gram ne, & immenſis errare & paſcere terris:
Hæc vbi conſtituit diuina potentia iuſſu,
Rectorem inſpiciens mundanis deſute rebus,
Hæc memorat noſtris hominem faciamus ad vnguẽ
Vultum ad ſimilem, toto qui regnet in orbe:
D Et licet hunc vno poſſet componere verbo:
Ipſe tamen ſancta dignatus ducere dextra,
Inſpirat brutum diuino in pectore pectus.
Quem poſtquam effigie formatum ceu ſua vidit,
Metitur ſolum mordaces vulnere curas.
Licet irriguo perfundit lumina ſomno,
Mollibus vt vulſa formetur fœmina coſta,
E Atque artua mixtu gemino ſubſtan ia firmet.
Inditur & nomen vitæ, quod dicitur Eua.
Quapropter nati linquunt de more parentes,
Coniugibúſque ſuis poſitis cum ſedibus hærent.
Septima, quando Deus factorum fine quieuit,
Sacrata ſtatuens venturi gaudia ſæcli,
Ilicet exhibitis animantum ex ordine turbis,
Viritim cunctis nomen quod permanet, indit
F Adami à Domino donata prudentia ſolers.
Quem Deus alloquio, iunctam dignatur & Euam
Creſcite multimodo ventura in tempora partu,
Vt polus & plenæ veſtro ſint germine terræ:
Hæredéſque mei, varios decerpite fructus,
Quos nemora & pingui reddunt de ceſpite campi:
Hæc vbi diſſeruit, læta paradiſus in aula
G Inſtruitur, primique aſpectat lumina Solis.
Gignitur hæc inter pomis lætalibus arbos,
Conluctum generans vitæ mortiſque ſaporem.
Ædibus in mediis puro fluit agmine flumen,
Quod rigat inſignes liquidis de fluctibus ortus.
Quadrifidoſque ſecat vndante & fonte meatus.
Phiſon auriferis prædiues fluctuat vndis,
Conſpicuáſque terit rauco de gurgite gemmas:
H Praſinus huic nomen, illi eſt carbunculus ardens,
Perſpicuúſque vadis terram prælambit Euilat.
Poſt hunc Æthiopas Geon ad lapſus opimat.
Tertius eſt Tigris, Eufrati adiunctus amœno,
Aſſyriam celeri diſcretim flumine ſulcans.
Hic poſitus cuſtos eu Adamm coniuge fida,
Atque opifex tali formatur voce tonantis:
Ne trepidate ſimul licitos præcerpere fructus,
I Quos nemus irroníum ramo frondente creauit,
Sollititi ne forte malum noxale legatis,
Quod vitet ea gemino diſcreta ad munia ſucco.
Nec minus interea cæcos nox alta tenebat,
At modo formatos veſtis nec texerat artus,
Has inter ſedes, & baccis mitibus ortus:
Spumeus aſtuto vincens animalia ſenſu,
Serpebat tacite piris frigentibus anguis,
Liuida mordaci voluens mendacia ſenſu,
Fœmineo tentat ſub pectore mollia corda:

Dic mihi cur metuas felicia gramina mali?
Nunquid poma Deus non omnia nota ſacrauit?
Et queis ſi ſtudeas mellitos carpere victus,
Aureus aſtrigero remeabit cardine mundus,
Illa negat, vetitóſque timet contingere ramos;
Sed tamen infirmo vincuntur pectora ſenſu.
Ilicet & niueo iam mitia dente momordit
Adfulſit nulla maculatum nube ſerenum.
Tum ſapor illecebris mellitis faucibus indens,
Compulit inſuetum munus deferre marito.
Quod ſimul ac ſumpſit, deterſa nocte nitentes
Emicuere oculi, mundo ſplendente ſereni.
Ergo vbi nudatum proſpexit corpus vterque,
Cumque pudenda vident, ficulnis frondibus vmbrant
Forte ſub occiduo Domini iam lumine ſolis
Agnoſcunt ſonitum, trepidique ad deuia tendunt:
Tum Dominus cœli mœſtum compellat Adamum:
Dic vbi nunc degas? reſpondit talia ſupplex:
O Domine afflatus pauido ſub corde tremiſco
Magne tuos, nuduſque metu frigente fatigor.
Tunc Dominus, quis poma dedit noxalia vobis?
Tradidit hæc mulier, dum dicit lumina promptim
Candenti perfuſa die, liquidumque ſerenum
Adfulſiſſe ſibi, ſolemque & ſydera cœli:
Protinus ira Dei turbatam territat Euam,
Auctorem vetiti dum quærit maximus acti.
Illa ſub hæc pandit: ſerpentis ſuaſa loquentis
Accepi, fallente dolo, blandóque rogatus
Nam ſua vipereis intexens verba venenis,
Hæc mihi præ cunctis narrauit dulcia pomis.
Ilicet omnipotens condemnat geſta draconis,
Præcipiens cunctis inuiſum viſere monſtrum,
Pectore mox fuſo prorepere, tum ſola morſu
Mandere manſueto quæcumque in tempora bello,
Humanos tutet ſenſus, ipſumque labantem,
Vertice vt abiecto pronus poſt cruta virorum
Serperet, vt calcet dum labens comminus inſtat.
Fœmina fraudiferis miſere decepta loquelis,
Præcipitur duro diſcrimine ponere partum,
Seruitiúmque ſui ſtudio perferre mariti.
Tu vero cui viſa fuit ſententia verax
Coniugis, immiti ceſſit quæ victa draconi,
Deflebis miſerum per tempora longa laborem.
Nam tibi triticeæ ſurget pro germine meſſis
Carduus, & ſpinis multum paliurus acutis;
Vt cum viſceribus laſſis & pectore mœſto,
Plurima ſollicitos præſtet ſuſpiria victus,
Donec in occiduæ venientis tempore mortis,
Vnde geris corpus, terræ reddare parenti.
His actis Dominus trepidis dat tædia vitæ,
Deiectóſque procul ſacratis dimouet hortis,
Obuerſoſque locat, medioque eliminat ignis,
In quo perceleri Cherubin euoluitur æſtu,
Dum calidus deferuet apex, flammaſque volutat.
Queis Dominus, pigro ne frigore membra rigerent,
Conſuit euulſas pecudum de viſcere pelles,
Operiens nudos calidis de veſtibus artus.
Ergo vbi coniugio ſeſe iam fidus Adamus
Eſſe virum ſenſit, nomen genetricis amatæ
Exhibet vxori, bino qui germine factus
Contiguò genitor, diuerſis nuncupat orſis.
Atque Cain huic nomen habet, cui iunctus Abelus
Innocuas huius ſeruabat cura bidentes:
Aſt alius curuo terram verſabat aratro.
Hi cum perpetuò ferrent ſua dona tonanti,
Diſſimiles fructus ſenſu ſuadente dedere.
Nam prior vberibus fuerant quæ profata glebis
Obtulit: aſt alius miti ſe deuouet agno,
Exta manu ſincera gerens adipemque ſinualem,
Confeſtimque placet Domino pia vota tuenti.
Quod propter gelida Cain incanduit ira.
Quem Deus alloquio dignatus, talibus inſit.

A Dic mihi ſi rectum viuas, & noxia cernas,
Degere non poſſis contracto à crimine purus?
Deſine mordaci fratrem diſperdere ſenſu,
Qui tibi ceu Domino ſubiectus colla daturus.
Nec tamen his fractus, fratrem deducit ad arua,
Atque vbi deprenſum deſerto in gramine vidit,
Elidit geminis frangens pia guttura palmis.
Quod factum Dominus cœlo ſpeculatus ab alto,
B Diſquirit, quónam terrarum degat Abelus?
Ille negat poſitum cuſtodem ſe fore fratris.
Cui Deus effatur: Numnam vox ſanguinis eius
Ad me miſſa ſonat, celſumque aſcendit ad axem?
Noſce igitur manſura tibi pro crimine tanto.
Nam modo quæ maduit germani ſanguine terra,
Inuiſo maledicta tibi commiſſa negabit
Semina, & adſumptis fructum non proferet herbis.
C Torpidus vt multo collidens membra tremore.

Sodoma.

IAm Deus omnipotens, primæui tempora ſæcli
Vindice diluuio cunctis aboleuerat vndis.
Quas cœlum ſparſit terræ maris expuit æquor:
Hactenus haud liquido pœnas decernere pactus
Excidio, quoties hyemes induceret aër,
Frenandis varium pluuiis mandauerat arcum,
D Purpureo & viridi ſignantem nubila limbo.
Iridis huic nomen, propria eſt quæ fibula nimbis,
Sed recidiua hominum pariter cum gente ſecunda
Impietas, iterumque mali noua pullulat ætas,
Excidio iam non imbres ſortita, ſed ignes,
Hic Sodomûm meruit tellus ardentibus vis
Flammis, & finis portendere ſigna futuri.
Effera luxuries illic inimica pudoris.
E Inſtar legis erat, fugeret quam præſcius hoſpes,
Ante vel ad Scythicas, vel apud Buſiridis aras,
Exoptans per ſacra necem, cæſiſque cruorem
Fundere bebrycium & libycas ſatiare palæſtras,
Anteque vel Circea nouas per pocula formas
Sumere, quam læſum Sodumis amittere ſexum.
Pulſabant cœlum inuidia connubia inuiata,
Inceſtu parili generis natura rebellis
F In ſeſe, læſumque viri cum corpore nomen.
Tempore ſed certo Deus omnia proſpeculatus,
Iudicat iniuſtos, patiens, vbi criminis æras,
Ceſſandi ſpatium vis nulla coegerit iræ.
Iamque dies vltrix aderat duo de grege miſſi
Angelico, forma iuuenes qui ſpiritus ambo
Diua miniſterio Domini mandata ferebant,
Succedunt Sodomis. Hic de ſtirpe piorum
G Tranſuena Loth aderat, ſapiens iuſtique colendus
Vnus erat meminiſſe Deum, ſolet vtilis arbor
In ſyluis latitare ſpinas velut hoſpita ſructa.
Is tunc pro porta reſidens (vix mœnia adibant
Cœlicolæ) quamquam diuinos neſcius, vltro
Aduocat, appellat, patrio veneratur honore,
Hoſpitioque vocat, longe ſtabulare parantes,
Enixus longis precibus pia pignora menſa
H Officiiſque probis ſtudio diſpingit amicos.
Nullamque dederat, luxu ſoluerat altera noctem,
Et Sodoma in foribus ſtrepitu concuſſa rudentum.
Loth contra ſupplex: ne vos nunc pacta libido
Incendat iuuenes ipſam fœdare iuuentam,
Quo luans genitura vorat, quo ſemina fruſtra,
Quo nullæ nuptant animæ, quo luſtra colentes,
Non ſtabulis reduces, non vndis inhiet hiantes,
I Nec quæ pennarum modulis prope nubila pendent
Nec quæ per terram protracto corpore reptant.
Omne genus ſuum genus eſt, ſed fœmina coniux
Omnibus, & nunquam cuiquam niſi fœmina mater.
Nunc ſi fas iuuenilis habet vaſtare pudorem,
Sunt intus natæ binæ mihi, nubilis ætas,
Virginitas in flore tumet, iam dedita meſſi:
Digna cupido viris, talem quam veſtra voluptas:

Dedo,

Dedo, pater, próque hoſpitibus penſabo dolorem.
Vulgus ad hæc demens: quiſnam tu, quantus, & vnde,
Qui nobis dominetis, ait, legeſque ſecundas?
Transuena num rector Sodomorum, vt ingerat iras?
Nunc igitur tute ipſe lues, quod noſtra cupido eſt,
Pro natis, próque hoſpitibus, ſatis vnus in omnes.
Dicta & facta ſimul: vulgi nulla mora ferentis.
Turbidus hyberno vt dum voluitur impete torrens,
Riuorum numeros vno pede fertur in omnes,
Si qua illic arbor rapidis offenditur vndis,
Haud manſura diu: quarum radice licebit
Cunitas ducare moras, vbi ſubter adeſam
Per humum circumrotoſſo iam caudice pendens,
Huc illuc certam differt incerta ruinam:
Haud aliter Loth in media vertigine vulgi
Nutabat vinci prope iam, ſed diua poteſtas
Subuenit Angelici iuuenes, de limine raptum
Reſtituunt tectis, demens ſed vulgus ibidem
Pennarum auſpiciis mulctatur lumine diro.
Tunc decreta Dei referant, dignam aſſore pœnam
De cælo Sodomis, ipſum meruiſſe ſalutem
Iuſtitiæ titulo: quin ergo accingeris illinc
Feſtinare fugam, pariterque educere, ſi quid
Gentis habes: nos exitium iam inducimus vrbi
Loth generos citus alloquitur, ſed dura huminum
Credere deſpexit monitum, riſitque timorem (mens
Tempore mox quo lux tenebras contendere tentat,
Et bicolor cœli facies de nocte dieque eſt,
Inſtabant iuuenes Chaldæam educere gentem
Ex Sodomis, iuſſámque domum donare ſaluti:
Eia age Loth exſurge, tuámque adſume iugalem,
Et natas duplices, atque hinc exterminus ito:
Præueniens Sodomii pœnas, manibus quoque amicis
Producunt trepidos, iique hæc ibi cætera mandant:
Serua Loth animam, ne viſum in terga retrorſum
Vertere forte velis, cœptum vel ſiſtere greſſum,
In montem propera. Timoit Loth ardua tardo
Erepere gradu, cæleſtes ne prius iræ
Opprimerent: alios igitur depoſcere portus
Adgreditur, paruam quam contra aſpex erat vrbem.
Huc inquit, contendo fugas, vix mœnibus extat,
Nec longe ne magna illi fuerit peccati,
Vrbis ... pariter geſſere ſalurem.
Segor ... nomeo vox barbara nouit.
Tum Loth ingreditur Segor, ſimul exoritur Sol,
Vt ... ille ... Sodomáque incendia feruét,
... tradiſs armauerat igni:
Aethe... ſubueritur caligo, includere lucem
Cœperant atque globus confuſo intexere cælo:
Fumantes ... nubes nonus irruit imber,
Sulphura ... flammis flagrantibus æſtuat æther
Exuſtus crepitant liquidis ardoribus aer.
Hinc habet in falſis de vero fabula famam,
Solis progeniem currus optaſſe paternos,
Nec valuiſſe tenem puerum ſtantes ſuperbos
Solis equos, arſiſſe orbem: Tunc fulmine raptum
Aurigam illicitum, planctum mutaſſe ſorores
Viderit, Eridanus ſi qua illic populus ibet,
Aut ſi quis plumas ſenio modulatior ales.
Sic aliter verſæ decrent miracula famæ.
Nam comes coniux heu me male tu quoque legis
Fœmina nunc parens, diuina ad murmura cœli
Audaces oculos neququam ſuſa retroſit
Nam ... loqui quid viderit, & ſimul illic
In fragilem mutata ſalem, ſtetit ipſa ſepulchrum
Ipſaque imago ... formam ſine corpore ſeruans,
Durat ... nuda ſtatione ſub æthram,
Nec ... lapſa ſit ... venit.
Quin etiam ... muſtra ... ſormam,
Pro... igne ... ,
Dicitur & ... ſemper ... ,
Manam ... .
Nunquam Sodomi nuſquam illorum impia lucet
A Mœnia, cum Domini domus omnis inops ita nuſquā
Terra ... regio eſt, hinc atro horrore fauillæ,
Hincque ſitu ... cineres incendia ſignant.
Occidit illa prior ſeruas (quam proſpiciens Loth)
Nullus arat fruſtra pictas fuligine glebas.
Semipetempta etiam ſi qua illic ingeta, lætas
Autumni conantur opes facile optima per ſe
B Promittunt oculis, pira, perſica, & omnia mala,
Donec carpantur: nam protinus inde tactu,
Soluitur in cinerem fit vana fauillaque pomum.
Sic igitur cælo pariter terraque ſepultis,
Nec mare viuit ibi, mors eſt maris illa quieti,
Quod nullus animat per anhela volumina fluctus,
Quodque etiam patriu nuſquam ſuſpirat ab auſtro,
Quodque nequit proferre aliquam de gurgite gentē
Squammigeram læuique cutl vel cortice ſeptam,
C Vel criſpam conchā, aut duplici compagine clauſam
Solum illic propria mentitur fruge bitomen
Exulti ſiligo maris; quod viuidus ardor
Subter ſtagna coquens de ſulphuris & ſalis æſtu
Temperat, inque picem dat terræ hærere marinam
Inuehitur proprio cum tempore pingue cemata
Virus aquæ, ſpumiſque cutis ſuper æquora nigra
Texitur, appellant queis eſt ea captio merci s,
D Acclinant laterum leues libramine lembos,
Vt ſemel impoſitam doceant conſcendere venam:
Nam ſe ſponte leuans aduabit inertis ad ora
Nauigij, preſſumque dabit præ munere largo,
Ni plaga contigerit quam menſis fœmina veſtit.
Ecce aliud monſtrum pelagi de clade notatur:
Cuncta illic immiſſa natant: natura receſſit
Mergendis data corporibus: ſi denique teſtæ
E Luciferam narem ſillens qua ſpiritus igni eſt
Velificauit apex flammæ ſi flamma perempta eſt,
Ibit ſubter aquas deſtructio naufraga lucis.
Hæ Sodomon & Gomoron ſic natæ in ſecula pœnæ
Gentibus iniuſtis queis pectora dura timorem
Deſerere Dei cæleſtia iura tueri,
Inque vnum rerum Dominum ſperare docebunt.

F *Ad Senatorem ex Christiana religione ad Idolorum ſeruitutem conuerſum.*

QVum te diuerſis iterum vaniſque viderem
Inſeruiſſe ſacris, priſcoque errore teneri:
Obſtupui monitus: quia carmina ſemper amaſti
Carmine reſpondens, properaui ſcribere verſus,
Vt te corriperem tenebras præponere luci.
Quis pacatorem enim, te matrem credere magnam
G Poſſe deam dici, rurſuſque potare colendam,
Cuius cultores infamia turpis inuſſit?
Namque ſacerdotes tunicis muliebribus idem
Interius ritum culta interiore fatentur:
Idque licere putant, quod non licet: vnde per orbem
Leniter incedunt, mollita voce loquentes,
Lapſatoſque tenent extenſo pollice lumbos,
Et proprium mutant vulgato crimine ſexum.
H Cumque ſuos celebrant ritus, his eſſe diebus
Se caſtos memorant: ac ſi tantummodo tunc ſunt
Vt perhibent, caſti reliquo iam tempore quid ſunt:
Sed quia coguntur ſaltem ſemel eſſe pudici,
Mente fremunt, lacerant corpus, funduntque cruorē.
Quæ factum eſt vero quod fertur nomine ſanguis:
Nunc etiam dicis, quod te non ſecerit ætas,
Sed tua relligio calui ... mota
I Gallica, ſic pe... ibus molli redimita papyro.
Res miranda ſatis, deiectaque culmine ſummo
Si quis ab Iſi co... nſul pr... in orbem,
Riſus oris erit: quis te non rideat autem,
Qui fueris conſul, nunc Iſidis eſſe miniſtrum,
Quodque pudet primum, te non pudet eſſe ſecundo:
Ingeniumque tuum turpes damnare per hymnos
Reſpondentque tibi vulgo & lacerante ſenatu.
Teque domo propria pictum cum ſacibus ante,

Nunc quoque cum ſiſtro faciem portare caninam.
Hæc tua humilitas te humilitatis imago eſt
Æternis illa tuis ſemper monumenta manebunt.
Rumor & ad noſtras peruenit publicus aures,
Te dixiſſe: Dea errauit, ignoſce, rediui.
Dic mihi ſi valeas, tum talia ſæpe rogares,
Et veniam peteres: quæ rerum verba locuta eſt
Vere mente cares, ſequeris qui mente carentes.
Iſte iterum repetis, nec te delinquere ſentis.
Quid meretare vide, minime eſſes forte notandus,
Si tamen hoc ſcires, & in hoc errore maneres:
At iam veriolæ penetraueris oſtia legis,
Et tibi noſſe Deum paucis acceſſerit annis.
Cui linquenda tenes, aut cur retinenda relinquis:
Nilque colis dum cuncta colis, nec corde retractas
Vera quid a falſis quid ab vmbris lumina diſtent.
Philoſophum fingis, cùm te ſententia mutet.
Nam tibi ſi ſtomachum popularis mouerit aura:
Et Iudæus eris, totúſque incertus haberis.
In lulg: dict ſapientia non placet altas
Omne quod eſt nimium contra cadit, vnum operatur:
Et calor & frigus hic ſol contrarius aufert,
Et pariter læ iam gelidam feruénſque lauachrum,
Eſca alitur corpus, corpus corrumpitur eſca:
Vimque ſuam minuit, ſi quid protenditur vltra.
Denique ſi ſedeas, requies eſt magna laboris:
Si multum ſedeas, labor eſt. Mat námque poëta
Pro pœna poſuit: ſedet, æternúmque ſedebit
Infelix Theſeus, ſemper nocet vtile longum:
Prandia longa nocent, ieiunia longa fatigant,
Sic nimium ſapere ſtultum facit impreba ſecta.
Me Dea ſic docuit, moderamen amabile dixit.
Sed tu nec ſectam modo, nec moderamina curas:
Mens autem ſtabilis nullo peruertitur æſtu,
Ipſáque ſimplicitas nunquam mala cogitat vlla.
Hinc ſincera ſides æterna ſede fruetur.
Et contra dolus longo cruciabitur igni.
Elige quid velis, vt digna piacula vites.
Sic tamen hanc veniam, mercatur creditor inquam.
Vt leue crimen erit, ſi nolis noſcere veras
Non leue crimen erit, ſi cognita vera relinquas.
Sed te correctum forſan matura ſenectus,
In melius teuocat ſatiatum erroribus iſtis:
Tempus enim mutat mala, digerit omnia tempus.
Tunc igitur cum te conſulta reduxerit ætas,
Diſce Deo ſeruare fidem, ne forte bis vnum
Incurras lapſum: quia verè dicitur illud:
Qui pedis offenſi lapidem vitare ſecundo
Neſcit, & incautus iterum vexauerit artus:
Imputet ipſe ſibi, nec caſibus imputet vllis.
Corrige delictum ſidamine, corrige mentem.
Sufficit peccare ſemel, deſiſte vereri.
Non erit in culpa quem pœnitet ante fuiſſe.

Hymnus de paſcha Domini.

Eſt locus ex omni medius quem credimus orbe,
Golgotha Iudæi patrio cognomine dicunt:
Hic ego de ſterili ſucciſo robore lignum
Plantatum, memini fructus genuiſſe ſalubres,
Non tamen hos illi qui te poſuere colonos
Præbuit, externi fructus habuere beatos:
Arboris hæc ſpecies vno de ſtipite ſurgit,
Et mox in geminos extendit brachia ramos,
Sicut plena grauis antennæ carbaſa tendunt,
Vel cum diſiunctis iuga ſtant ad aratra iuuencis.
Quod tulit hoc primo, maturo ſemine lapſum
Concepit tellus, mox hinc mirabile dictu,
Terna iam geſſum terræ ſuperique tremendum
Exurgit ramum vitali fruge beatum.
Sic ter vis vi entis conformiter ille diebus.
Creuit in immenſum, cælumque cacumine ſummo
Contigit, & tandem ſanctum caput abdidit alto.
Dum tamen ingenti biſſenos pondere ramos

A Edidit, & totum ſpargens porrexit in orbem;
Gentibus vt cunctis victum vitámque perennem
Præberent, mortem que mori qui poſſe docerent.
Explicitis etiam mox quinquaginta diebus
Vertice de ſummo diuini nectaris hauſtum
Detulit in ramos cœleſtis ſpiritus aura:
Dulci rore graues manabant vndique frondes,
Ecce ſub ingenti ramorum tegmine vmbra
B Fons erat hic nullo caſu turbante ſerenum,
Perſpicuis illimis aquis: & gramina lætos
Fudebant circum vario de flore colores.
Hunc circum innumeræ gentes populique coibant:
Quam varij generis, ſexus, ætatis, honoris,
Innuptæ, nuptæque ſimul, viduæque, nurúſque.
Infantes, pueríque, viri, iuuenéſque, ſenéſque,
Hic vbi multigenis flexos incumbere pomis
C Cernebant ramos, auidis attingere dextris
Gaudebant madidos cœleſti nectare fructus.
Nec prius hos poterant cupidis decerpere palmis,
Quam lutulenta vix veſtigia fœda prioris
Detererent, corpúſque pio de fonte lauarent.
Ergo diu circumſpaciantes gramine molli,
Suſpiciunt alta pendentes arbore fructus:
Tunc ſi quæ ex illis delapſa putamina ramis,
D Et dulces multo rorantes nectare fructus.
Ergo vbi cœleſtem cœperunt ora ſaporem,
Permutant animos, & mentes perdere auaras
Incipiunt dulcique hominem cognoſcere ſenſu.
Inſolito multis ſtomachum mouiſſe ſaporem
Vidimus, & fellis commotum molle venenum,
Reiecisse bonos turbata mente ſapores:
Ante audé ſumptum non dilexiſſe, duúque
E Et male potatum tandem euomiſſe ſaporem
Sæpe quidem multi renouatis mentibus ægra
Reſtituere animos, & quæ ſe poſſe negabant,
Pertulerant, fructúmque ſui cœpere laboris.
Multi etiam ſanctos auſi, contingere fontes,
Diſceſſere iterum ſubitò, retróque relapſi,
Sordibus & cœno mixti voluuntur eodem.
F Multi vera bono portantes peſtore, totis
Accipiunt animis, penitúſque in viſcera condunt.
Ergo quique ſacros poſſunt accedere fontes,
Septima lux reparans aptatas ſiſtit ad vndas,
Tingunt in liquidis te nunc fontibus artus:
Sic demum illi quem mente vitaque priorís
Depónunt labem, pretiosa morte recedunt
Illuſtres animas, cœlo ad lumen iter
G Hinc iter ad ſummum, & ſide a pomi a dulci
Inde iter ad cœlum per ramos arboris altæ.
Hoc lignum vitæ cunctis credentibus. Amen.

L. COELII LACTANTII FIRMIANI PHOENIX,

Floruit ſub Conſtantine.

Hoc Poëmati hoc retulimus, quia eiſ prioris ſunt ætate, opere tamen minus ſunt inanares.

H Eſt locus in primo fœlix oriente remotus,
Qua patet æternus ianua cœli polis.
Nec tamen æſtiuos hyemiſque propinquus ortus,
Sed qua Sol verno fundit ab axe diem.
Illic planities tractus aperit campos,
I Nec tumulus crescit, nec caua vallis hiat.
Sed noſtros montes quorum iuga celſa putantur
Per bis ſex vlnas eminet ille locus.
Hic Solis nemus eſt et conſitus arbore multa
Lucus perpetuæ frondis honore virens.
Cum Phaëtontheis flagraſſet ab ignibus axis,
Ille locus flammis inuiolatus erat.
Et cum diluuium merſiſſet fluctibus orbem,
Deucalioneas exuperauit aquas.

Non

Non huc exangues morbi, non ægra ſenectus,
  Nec mors crudelis, nec metus aſper adit,
Nec ſcelus infandum, nec opum veſana cupido,
  Aut Mars, aut ardens cædis amore furor.
Luctus acerbus abeſt & egeſtas obſita pannis,
  Et curæ inſomnes & violenta fames.
Non ibi tempeſtas, nec vis furit horrida venti,
  Nec gelu in terram rore pruina tegit.
Nulla ſuper campus tendit ſua vellera nubes,
  Nec cadit ex alto turbidus humor aquæ:
Sed fons in medio eſt quem viuum nomine dicunt
  Perſpicuus, lenis, dulcibus vber aquis,
Qui ſemel erumpens per ſingula tempora menſum,
  Duudecies vndis irrigat omne nemus.
Hic genus arboreum procero ſtipite ſurgens
  Non lapſura ſolo mitia poma gerit,
Hoc nemus, hos lucos auis incolit vnica Phœnix,
  Vnica ſed viuit morte refecta ſua.
Pars & obſequitur Phœbo memoranda Satelles,
  Hoc natura parens munus habere dedit.
Lutea cum primum ſurgens aurora rubeſcit
  Cùm primum roſea ſydera luce fugat,
Ter, quater illa pias immergit corpus in vndas,
  Ter, quater è viuo gurgite libat aquam,
Tollitur ac ſummo concedit in arboris altæ
  Vertice, quæ totum deſpicit vna nemus,
Et conuerſa nouos Phœbi naſcentis ad ortus
  Expectat radios & iubar exoriens:
Atque vbi ſol pepulit fulgentis lumina portæ,
  Et prima emicuit luminis aura leuis:
Incipit illa ſacri modulamina fundere cantus,
  Et mira lucem voce ciere nouam,
Quam nec lud æ vocis nec tibia poſſit
  Muſica Cyrrheis aſſimilare modis.
Sed neque olor moriens imitari poſſe putatur,
  Nec Cyllenææ fila canora lyræ.
Poſtquam Phœbus equos in operta refudit Olympi.
  Atque orbem totum protulit vſque means
Illa ter alarum repetito verbere plaudit
  Non narrabilibus noſte diéque ſonis:
Atque eadem celeres etiam diſcriminat horas
  Igniferúmque caput ter veneranda ſilet,
Antiſtes nemorum & luci veneranda Sacerdos,
  Et ſola arcanis conſcia Phœbe tuis:
Quæ poſtquam vitæ iam mille peregerit annos,
  Ac ſe reddiderint tempora longa grauem,
Vt reparet laſſum ſpatiis vrgentibus æuum
  Aſſueti nemoris dulce cubile fugit:
Cúmque renaſcendi ſtudio loca ſancta reliquit,
  Tunc petit hunc orbis mors vbi regna tenet:
Dirigit in Syriam celeres longæua volatus
  Phœnicis nomen cui dedit ipſa vetus,
Secretóſque petit deſerta per auia lucos,
  Hic vbi per ſaltus ſylua remota latet.
Tunc legit aërio ſublimen vertice palmam,
  Quæ gratum Phœnix ex aue nomen habet:
Quam nec dente nocens animal perrumpere poſſit
  Lubricus aut ſerpens, aut auis vlla rapax,
Tum ventos claudet pendentibus Aeolus antris,
  Ne violent flabris aëra purpureum,
Nec concreta noto nubes per inania cœli
  Summoueat radios Solis & obſit aui:
Conſtruit inde ſibi ſeu nidum ſiue ſepulchrum,
  Nam perit vt viuat, ſe tamen ipſa creat,
Colligit hinc ſuccos, & odores diuite ſylua,
  Quos legit Aſſyrius, quos opulentus Arabs,
Quos aut Pygmææ gentes aut India carpit,
  Aut molli generat terra Sabæa ſinu
Cinnama dehinc auráque procul ſpirantis Amomi
  Congerit, & miſtu balſama cum folio,
Non Caſiæ mitis, nec olentis vimen Acanthi,
  Nec thuris lacrymæ guttáque pinguis abeſt.

A His addit teneras nardi pubentis ariſtas,
  Et ſociat myrrhæ paſcua grata nimis.
Protinus in ſtrato corpus mutabile nido
  Vitalique toro membra quieta locat.
Ore dehinc ſuccos membris circúmque ſupráque
  Iniicit exequiis immoritura ſuis.
Tunc inter varios animam commendat odores
  Depoſiti tanti nec timet illa fidem.
B Interea corpus genitali morte peremptum
  Æſtuat, & flammas parturit ipſe calor
Aetherióque procul de lumine concipit ignem,
  Flagrat & ambuſtum ſoluitur in cinerem:
Hos velut in maſſam cineres in morte coactos
  Conflat, & effectum ſeminis inſtar habet.
Hinc animal primum ſine membris fertur oriri,
  Sed fertur vermis lacteus eſſe color:
C Creuit in immenſum ſubito cum tempore cœlo,
  Séque oui teretis colligit in ſpeciem:
Inde reformatur qualis fuit ante figura,
  Et Phœnix ruptis pullulat exuuiis.
Ac velut agreſtes, cum filo ad ſaxa tenentur
  Mutari pennæ papilione ſolent.
Non illi cibus eſt noſtro conceſſus in orbe,
  Nec cuiquam implumem paſcere cura ſubeſt:
D Ambroſios libat cæleſti nectare rores
  Stellifero teneri qui cecidere Polo:
Hos legit his mediis alitur in odoribus ales
  Donec maturam proferat effigiem.
Aſt vbi primæua cœpit florere iuuenta
  Euolat ad primas iam reditura domus.
Ante tamen proprio quicquid de pectore reſtat
  Oſſáque, vel cineres exuuiáſque ſuas
E Vnguine balſameo myrrháque & thure ſoluto
  Condit, & in formam conglobat ore pio,
Quam pedibus geſtans contendit ſolis ad ortus,
  Inque ara reſidens ponit in æde ſacrat
Mirandum ſeſe præſtat præbétque videnti
  Tantus vbi decor eſt, tantus abundat honor.
Principio color eſt qualis ſub ſydere cœli
  Mitia quem croceo punica grana legunt.
F Qualis ineſt foliis quæ fert agreſte papauer
  Cum pendens veſtit Sole rubente polus.
Hoc humeri, pectúſque decens velamine fulgens
  Hoc caput, hoc ceruix ſummáque terga nitent:
Caudáque porrigitur fuluo diſtincta metallo
  In cuius maculis purpura mixta rubet.
Clarum inter pennas inſigne eſt deſuper, Iris
  Pingere ceu nubem deſuper alta ſolet.
G Albicat inſignis miſto viridante Smaragdo,
  Et puro cornu gemmea cuſpis hiat.
Ingentes oculus credas geminóſque hyacinthos
  Quorum de medio lucida flamma micat:
Æquatur toto capiti radiata corona
  Phœbei referens verticis alta decus.
Crura tegunt ſquammæ fuluo diſtincta metallo:
  Aſt vngues roſeus pingit honore color,
H Effigies inter pauonis miſta figuram
  Cernitur & miſtam Phaſidis inter auem
Magnitiem terris Arabum quæ gignitur ales
  Vix æquare poteſt, ſeu fera, ſeu ſit auis.
Non tamé eſt tarda vt volucres, quæ corpore magno
  Inceſſus pigros per graue pondus habent:
I Sed leuis & velox regali plena decore:
  Talis in aſpectu ſe exhibet vſque hominum.
Conuenit Ægyptus tanti ad miracula viſus
  Et raram volucrem turba ſalutat ouans.
Protinus inſculpunt ſacrato in marmore formam,
  Et ſignant titulo remque diémque nouo:
Contrahit in cœtum ſeſe genus omne volantum
  Nec prædæ memor eſt vlla, nec vlla metus
Alituum ſtipata choro volat illa per altum,
  Turbáque proſequitur munere læta pio.

Sed.

Sed poſtquam puri peruenit ad ætheris autas,
Mox redit illa ſuis,conditur illa locis.
Hæc fortunatæ ſortis,fatique volucris,
Cui de ſe naſci præſtitit ipſe Deus.
Fœmina vel mas hæc,vel ventum ſit mage fœlix,
Fœlix quia Veneris fœdera nulla colia.
Mors illi Venus eſt:ſola eſt in morte voluptas:
Vt poſſit naſci hæc appetit ante mori.
Ipſa ſibi proles,finis eſt pater,& ſuus hæres,
Nutrix ipſa ſibi,ſemper alumna ſibi:
Ipſa quidem ſed nō eadem,quia & ipſa, nec ipſa eſt,
Æternam vitam mortis adepta bono.

Eiuſdem de Reſurrectionis Dominica die.

SAlue feſta dies toto venerabilis æuo,
Qua Deus infernum vicit,& aſtra tenet,
Tempora florigero rutilant diſtincta ſereno,
Et maiore poli lumine porta pater.
Altius igniuomum Solem cœli orbita ducit,
Qui vagua oceeanas exit,& intrat aquas.
Armatus radiis elementa liquentia luſtrans
Hac in nocte breui tendit in orbe diem.
Splendida ſyncero producunt æthera vultu,
Lætitiámque ſuam ſydera clara probant.
Terra ferax vario fundit munuſcula cultu,
Cùm bene vernarit,reddit & annus opus.
Mollia purpureum pingunt violaria campum,
Prata virent herbis,& micat herba comis.
Paulatim ſubeunt ſtellantia lumina florum,
Floribus arrident gramina cuncta ſuis.
Semine depoſito latè ſeges exſilit aruis,
Spondens agricolæ vincere poſſe famem.
Caudice deſerto lacrymat ſua gaudia palmes,
Vnde merum tribuat,dat modò vitis aquam.
Cortice de matris tenera lanugine ſurgens
Præparat ad partum turgida gemma ſuum.
Subque hyemis tempus foliorum crine refuſo,
Iam reparat viridans frondea terra nemus.
Miſta ſalix abies,corylus,ſiler,vlmus,acer,nux
Plaudit quæque ſuis arbor amœna comis.
Conſtructis afanos apis hinc aluearia linquens
Floribus inſtrepitans poplite mella rapit
Ad cantus reuocatur auis,quæ carmine clauſo
Pigrior hyberno frigore muta fuit.
Huic Philomela ſuis attemperat organa carmis,
Fitque repercuſſo dulcior aura melo.
Ecce renaſcentis teſtatur gratia mundi
Omnia cum domino dona rediſſe ſuo.
Namque triumphanti poſt triſtia Tartara Chriſto
Vndique fronde nemus gramina flore fauent.
Legibus inferni oppreſſis ſuper aſtra meantem
Laudat ritè Deum lux,polus,arua,fretum.
Qui crucifixus erat Deus ecce per omnia regnat,
Dántque creatori cuncta creata precem.
Mobilitas,anni menſum,lux alma dierum,
Horarum ſplendor,ſtridula cuncta fauent.
Hinc tibi Sylua comis plaudit,quoque cāpus ariſtis,
Hinc grates tacito palmite vitis agit.
Hinc tibi nunc auium reſonant virgulta ſuſurro,
Has inter nimio paſſer amore canit.
Chriſte ſalus rerum,bone cōditor,atque redemptor,
Vnica progenies ex deitate patris:
Irrecitabiliter manans de corde parentis,
Verbum ſubſiſtens & patris ore potens:
Aequalis,concors,ſocius,cum patre coæuus,
Quo ſumpſit mundus prin pr principium.
Aethera ſuſpendis,ſola congeris,æquora fundis,
Quæque locis habitant,quæ moderata vigent,
Qui genus humanum cernēs merſum eſſe profundo,
Vt hominem eriperes,es quoque factus homo.
Nec noſtro tantum voluiſti è corpore naſci:
Sed caro quæ naſci pertulit,atque mori.
Funeris exequias patris nouus autor & orbis,

A Intra mortis iter dando ſalutis opem,
Triſtia ceſſarunt infernæ vincula legis,
Expauitque chaos luminis ore premi.
Depereunt tenebræ Chriſti fulgore fugatæ,
Æternæ noctis pallia craſſa cadunt.
Sollicitam redde fidem precor alma poteſtas,
Tertia lux redit,ſurge ſepulte meus.
B Non decet vt vili tumulo tua membra tegantur,
Non pretium mundi vilia ſaxa premant.
Indignum eſt cuius clauduntur cuncta pugillo,
Vt tegat incluſum rupe vetante lapis.
Lintea tolle,precor,ſudaria linque ſepulchro,
Tu ſatis es nobis,& ſine te nihil eſt.
Solue catenatas inferni carceris vmbras,
Et reuoca ſurſum quicquid ad ima ruit.
Redde tuam faciem,videant vt ſæcula lumen,
C Redde diem qui nos te moriente fugit.
Sed planè impleſti,remeans pie victor Olympum,
Tartara preſſa iacent,nec ſua iura tenent.
Inferus inſaluabiliter caua gutture pandens,
Qui raperet ſemper ſit tua præda Deus.
Eripis innumerum populum de carcere mortis,
Et ſequitur liber quo ſuus auctor abit.
Euomit abſorptam pauidè fera bellua plebem,
D Et de fauce lupi ſubtrahit agnus oues.
Hinc tumulum repetens per tartara carne reſumpta,
Belliger ad cœlos ampla trophæa refer.
Quos habuit pœnale chaos,iam reddidit iſte,
Et quos mors peteret hos noua vita tenet.
Rex ſacer ecce tui radiat pars magna trophæi,
Cùm puras animas ſacra lauacra beant.
Candidus egreditur nitidis exercitus vndis,
E Atque vetus vitium purgat in amne nouo.
Fulgentis animas veſtis quoque candida ſignat,
Et grege de niueo gaudia paſtor habet.
Additur hac fœlix concors mercede ſacerdos,
Qui dare vult domino dupla talenta ſuo.
Ad meliora trahens genti errore vagantes,
Beſtia ne raperet,munit ouile Dei.
Quos pius Eua nocens infecerat,hos modo reddit
F Eccleſiæ paſtor vbere lacte ſinu.

LACTANTII FIRMIANI CARMEN DE PASSIONE DOMINI QVOD IN VETVSTIS EXEMPLARIBUS inuenimus,hic addendum curauimus.

QVisquis ades mediique ſubis in lumine templi
Siſte parum inſontēque eno pro crimine paſſū
G Reſpice me,me conde animo meum pectore ſerua.
Ille ego qui caſus hominum miſeratus acerbos
Huc veni pacis promiſſæ interpres,& ampla
Communis culpæ venia hic clariſſima ab alto
Reddita lux terris hic alma ſaluris imago
Hic tibi ſum requies recta redemptio vera
Vexillumque dein ſignum & memorabile fari
Te propter vitamque tuam,ſum virginis aluum
H Ingreſſus,ſum factus homo atque horrentia paſſus
Funera nec requiem terrarum in finibus vſquam
Inueni ſed vbique minas,ſed vbique labores
Horrida prima mihi in terris magalia Iudæ
Hoſpitia in partu ſacræque fuere parenti.
Hic mihi fuſa dedit brutæ inter inertia primum
Arida in anguſtis præſepibus herba cubile
In Phariis vix primos regionibus annos
I Herodis regno profugus reliqui óſque reuerſus
Iudæam.ſemper ieiunia ſemper & ipſ.m
Pauperiem extrem am & rerum inferi ra ſequutus,
Semper agens monſtris humana ſalubribus almæ
Ingenia ad ſtudium probitatis aperta ſalubri
Plurima doctrinæ iniungens miracula,quare
In pia Hieruſalem rabidis exercita curis
Inuidiæ ſæuiſque odiis,& cæca furore

Inſonti eſt pœnis lethalibus anſa cumentam
In cruce terribili mortem mihi quærere: quæ ſi
Tremnet gemitus mecum & ſentire dolores
Collige conſilia inſidiaſve meique nefandum
Sanguinis innocui pretium & ſimulata cluentis
Oſcula, & inſultus & ſæuæ iurgia turbæ:
Verbera præterea & promptas ad crimina linguas,
Fige animo & teſtes & cæci infanda Pilati
Iudicia, ingentémque humeros & feſſa prementem
Terga crucē, atque graues horrēda ad funera greſſus,
Nunc me nunc vero deſertum extrema ſecutum
Supplicia & dulci procul a genitrice Lenatum
Vertice ad vſque pedes me luſtra en aſpice crines
Sanguine concretos, & ſanguine lenta ſub ipſis
Colla comis, ſpiniſque caput crudelibus hauſtum.
Vndique dinna pluens viuum ſuper ora cruorem
Compreſſos ſpeculare oculos, & luce carentes,
Afflutáſque genas, arentem ſuſpice lingaum
Pelle venenatam & pallentes funere vretus
Cerne manus clauis fixas, tractoſque lacertos,
Atque ingens lateri vulnus, terne vide fluorem
Sanguineum, foſſoſque pedes artuſque cruentos
Flete genu lignumque crucis venerabile adnra
Flebilis innocuo terrámque cruore madentem
Ore petens humilis lacrymis ſuffunde ſubortis
Erue nonnunquam deuoto in corde meóſque
Fer monitus, ſectare meæ veſtigia vitæ,
Ipſaque ſupplicia inſpiciens mortemque ſeueram
Corporis innumeros memorans, animique dolores
Diſce aduerſa pati, & propriæ inuigilate ſaluti
Hæc monumenta tibi ſi quando in mente iuuabit
Voluere ſi qua fides animo tibi ferre meorum
Debita ſi pietas, & gratia digna laborum
Surget, erunt veræ ſtimuli virtutis, eruntque
Hoſtis in inſidias clypei, quibus acer in omni
Tutus eris, victorque feres certamine palmam
Hæc monumenta tuos ſi labilis orbis amicos
Auertent ſenſus fugiente decoris ab vmbra
Mundani efficient ne ſpe captatus inani
Mobilis occiduis fortunæ credere rebus
Auſeris, aut vitæ ſperare fugacibus annis:
Sed te nimirum ſic iſta caduca videntem
Secula, & exutum patriæ melioris amore
Orbis opes, rerumque vſus & vota priorum
Moribus extollens factis, vitæque beatæ
Spe duras inter pœnas te tote fouebunt
Cæleſti pactique boni dulcidine paſcent:
Purpureum donec poſt vltima fata relicto
Corpore ſublimes animam reuocabit ad auras:
Gratia magna tibi tunc omnem exuta laborem
Angelicos tunc læta choros aereſque beatas
Sanctorum inſpiciens æternæ pacis amœna
Perpetuo fœlix mecum regnabis in aula.

Hilarij Pictauienſis Epiſcopi, Geneſis, ad Leonem Papam.
Floruit ſub Conſtantino.

PAruimus monitis, tua dulcia iuſſa ſecuti,
Antiſtes Chriſti, quæ dabat ore pio.
An ego nun canerem tanti præconia patris,
Munus opúſque Dei, dum mihi lingua foret?
Rauca quidem ſtridens, & nullis digna coronis,
Ingeniúmque iacens: ſed libet alta loqui.
Dignum opus & iuſtū eſt ſemper tibi dicere grates,
Omnipotens mundi genitor, quo principe cuncta
Natalem ſumpſere diem, atque exorta repente
Poſt tenebras ſtupido ſpectarunt lumina cælo.
Gēs hominū, pecudéſque feræ, mille atque volucres,
Et quæ per liquidos diſcurrunt agmina campos,
Omnia per temet, per te qui maxima condis:
Ex te nata pater, nec iam patris eſt pater alter.
Tu caput es primique caput, tu fonsus origo,
Primus apex rerum, primus ſator, omnia condens:
Nec tamen ex alio ducis genus, ipſe perennis
A Spiritus, antiquo viuens per ſecula motu.
Semper eris, quia ſemper eras: non mortis egenus,
Qui natalis inops, nec finem noueris æui:
Ex te principium cui contigit: haud manet alter
Auctorem caſus, naſcentia terminus vrget.
Omnia cum tegeret nigrum chaos, altáque moles
Deſuper vrgeret informis corpora mundi,
Atque caliganti premerent ſerotina nocte,
B Nec ſpecies, nec forma foret, Deus intus agebas
Corporibus tectis mixtus, ſecreta poteſtas,
Iam tumidi ponens naſcentia mœnia mundi,
Et varias rerum facies animáſque futuras.
Vtque caput promplit victa ipſe caligine noctis,
Sublimem attollens vultum, cenſere tenebræ.
Mox Dominus rerum ſomnos diſcuſſit inertes,
Pigráque materies trepidauit nomine pulſa,
C Commotáque ſimul natura, conſcia partus:
Scinditur ingentis cumuli per plurima corpus,
Membra locóſque ſimul metantur ſemina iuſſu,
Et iam conſutæ deſcendant viſcera molis,
Sectáque per partes formas ſpectántia fruſta,
Iam calor intus alit, & blando ſuſcitat igni.
Ac primum cæli paſſus liber, omnia mundi
Complectens ſpatio, celſo ſuſpenditur orbe:
D Terra grauis pigro deſcendit pondere ad imum,
Ac ſemet defixa, ſalo fundata, reſedit.
Eſſetque vt ſpatium vacuæ regionis apertum,
Qua tener incolens mortalis paſceret æther,
Quóve exire patris poſſent tot munera rerum,
Ortaque ferrentur nullo per inane labore,
Diffuſæ coguntur aquæ: mox limine certo
Linquuntur maria, ac finem non tranſilit vnda.
E Tunc oritur lux alma, dies quæ iuſſa vocari,
Naſcentem tenero perfudit lumine mundum,
Munus opuſque tuum prodens, tua maxima dona,
Condere quæ genitor patria pietate parabas:
Vtque hominum ſolers poſſet clareſcere vita,
Artibus æthereis quæ totas ducere luces
Gaudet, & ingenium diuerſa laude fatigat.
Inſequitur nox atra diem, denſaque tenebræ
F Corporibus ſomnos quæ ferrent, ocia feſſis,
Et cunctis vnam faciem ſimilémque figuram.
Namque dies variè rerum diſcriminat ora,
Et dat cuique ſuum diſſecta nocte colorem,
Inſtigátque animos opera ad maiora calentes,
Exacuens variis mortalia pectora curis:
Quo mage forma dies vitæ, nox mortis imago.
Tunc condens pater aſtra, polos quoque lumine
G Sidera diſtinguit variis perfecta figuris. (donans,
Lucifer exurgit roſeuſque & fulgidus ore
Veſper, puniceos ſpargit aurora capillos,
Anguis agit ſudum, aſt important Pleiades imbres:
Sunt iuga, ſunt plauſtra, gemmantes flore coronæ,
Signáque biſſenis annum voluentia formis.
Multáque præterea celſæ ornamenta domus ſunt,
Queis cœlum ſalcis ſignis, & regia ſumma
H Picta, parens, varia ſtellarum luce coruſcat.
Sed ſoli lux maior ineſt, quem munere largo
Exultum genitor pleno dignaris honore.
Igneus ille iubar præcelſo vertice tollit,
Ore rubens patulo, cœli per mœnia fertur,
Aſtrorum ductor, mundi vigor atque elementa.
Ecce aliud mirum, mirum decus, en noua curſum
I Mutat luna ſuum, quos perdit, colligit ignes,
Cornuáque extinguens, perturbat limite frontem:
Mox tamen ardeſcit completo circulus orbe,
Noctilucum lumen paſcit ſata ſidera luce.
Nec tamen æterno quæ machina voluitur æthre,
Non tantum pictura poli eſt, nec celſa voluptas,
Mens ratióque ſubeſt, & rebus commodus ordo.
Hinc doctrina venit terris, hinc denique cunctis
Conſilium agricolis, & qui maria alta pererrant,
Vt ſe, quáque ferant, luce a prædicere poſſint:
Ventu

Venturos norint imbres, ſiccúmque ſerenum:
Tempore quo tauros campis inducere aratur,
Et dubium teneat ſecurus nauita pontum.
Ignibus inſtructo cælo, pater optime, terras
Excolere aggrederis, donas & munere opimo
Regna hominũ, pecudũmq; laré, requiémq; volucrũ.
Planeſcunt campi, colles tumor arduus effert,
Subſidunt valles, florentia prata vireſcunt,
Sanáque durantur, pinguis te gleba reſoluit:
Rumpuntur fontes, fluuiis cunctis genus vnde eſt:
Herbarum variis conſurgunt gramina campis.
Iámque ſeges tenera fructum fundebat ariſta,
Cùm iuga nulla forent, nec vomer, nullus aratri
Mugiret, nullus proſciſſis taurus in aruis,
Ecce etiam vitis madido iam plena racemo,
Expers falcis adhuc, & duri neſcia ferri,
Pampineas celſis texebat collibus vmbras.
Diuerſæ exoritur variarum forma ferarum:
Quadrupedes animæ, necnon repentia terris,
Naſcuntur pictis volucres per nubila pennis.
His vbi perfectis genitor iam diuite mundo,
Cuncta videt magni curam depoſcere regis,
Qui mare, qui terras, atque omnia nata guberner,
Quique altum ſpectet cælum, laudétque potentis
Munera magna Dei, ne ſint hæc condita fruſtra:
Tunc faciamus, ait, hominem. Dic optime, cum quo
Nunc loqueris? clarum eſt, iam tum tibi filius alto
Adſidet in ſolio, & terras reſpectat amicas:
Sed faciamus, ais, hominem cui vultus imago
Noſter erit, manibúſque meis procedat in auum.
Inde opifex rerum, adſumis tibi mollia terræ,
Atque virum formas, huius mox coſta cupito
Fit mulier vultu: mulier nam coſta viri ſit,
Quo mage chara viro, & lateri ſit coniugis apta.
O felix animal, ſummi cui dextra tonantis
Eſt pater: ô felix nimium qui ducis olympo
Et genus & formam: ſi te non noxia terræ
Decipiant vitia, & non blandus ſubruat error,
Numen eris, cælóque redux micabere regna,
Quæ promiſſa bonis filio pater exhibet ore.
Nam tibi multa Deus naſcenti contulit vltro,
Æthereum faciem primum vultúmque paternum,
Inceſſúmque pedum rectum, ſublimia colla,
Ne qua mora in cælos oculis ſpectantibus eſſet:
Tunc alacres promptáſque manus vitæque miniſtras,
Atque domum diuæ pectus rationis, & alti
Sedem conſilij, fundendæ vocis honorem.
Hæc ſoli conceſſa homini: nam cætera motum,
Vt pecus, obtinuit, ventrem, præcordia, neruos,
Venarum riuos, & ſparſum corpore ſanguen,
Lætitiæque ſinus, duri ſenſúſque doloris.
Tu verò omnipotens, priuato munere largus
Erga hominem manibuſque tuis, operiſque fauore,
Impendens patria pignus pietate colendo,
Ne quid diuinis modo deſit vultibus, ignem
Ætheris inſpiras, & ſacræ mentis opimato
Indulges partem, permiſcens corpore totam.
Tunc meminiſſe licet veterum, præſentia noſſe
Hinc datur, atque animæ fas eſt ventura videre:
Hinc loquimur canimúſq; Deum, hinc quoque ſidera
Terrarumq; viget cultus, pontuſq; mouetur: (cũcta,
Hinc artes noménque, pudor, prudentia, iuſtum:
Hinc animi ſurgunt fortes, hinc pergit honeſtum,
Virtus, quæ ducit caſtos ad limina cæli.
Ergo hominem pleno perfectum munere, terris
Præponis, genitor, rerum cui tradis habenas:
Cuncta habeat ſubdátque ſibi, viuátque perennis
Telluris dominus, famulus tuus: omnia mundi
Poſſideat, tantum domino tibi ſeruiat vni.
Poſtquam primus homo vetito ſe paſcere ligno
Non timuit, captuſque dolis ſe præbuit angui,
Stat reus & nudus, deiecto lumine, veſtem
Implorans, dominúmque fugit, vultúmque recondit:

A Culpa comes ſequitur, peccato obnoxia vita,
Debilitant vires cælo venientia dona,
Æthere demiſſus paulatim deficit ignis,
Frigore peccati torpentia corda rigeſcunt:
Cura cibi ventriſque ſubibat, cura tegendi
Corporis, & ſacrum ſubeunt mortalia pectus.
Naſcitur hinc proles peccati, germinat inde
Deterior ſoboles multo, peiórque priori
B Progenies ſequitur, gradibus ad crimina creſcens,
Crimina quæ ſtimulis acuunt dementia corda,
Téque pater variis armante. *
Tum primum venienti aperas incumbere terris,
Intempeſtiuus deſcendit nubibus imber:
Fulmina cum primum cælo deiecta ſereno,
Horrida tum grando turbatos verberat agros,
Et tonitru altiſono confractus murmurat æther:
C Nec tamen iſta malos reuocant: furor impius orbem
Obſidet, & laxis rabies defertur habenis:
Bella placent tædeſque, ſimul periuria, fraudes,
Mentirique libet, rapere eſt amor, abdere furta:
Nulla fides populis, nulla eſt iam veritas vſquam:
Diluuio abluitur terrarum crimen & vndis.
Virque vnus reſidet generis populique reſector.
Arca tegit paucos, caſtorum ſemina ſeruans,
D Iamiam venturi facies monſtrata lauacri,
Atque vnius multis per quem data lance rexati, *
Sed ſeptos ſeruans Eccleſia partim *
Poſtquam diluuij cecidit tumor, vnda reſedit,
Ales pacifera folium portauit oliuæ,
Iam ſiccis reuolans pennis, dedit omnia pacis.
Tum populus ſurgit melior, tum purior vndis,
E Gens hominum magnos terris paritura nepotes:
Inde ſacerdotis in cælum dedita corda.
Hinc inter flammas pueri cantare parati,
Et puer impaſti quem non tetigere leones:
Tum reges cecinere Deum, tum vara Prophetis
Ora ſunant cæli ſobole ſplendentia terris:
Quamuis cuncta Deo ſeruirent crimine victa,
Attamen antiquos etiam nunc gutta veneni
F Spargebat populos, & erant veſtigia fraudis,
Quæ bonus ablueret doctor melioribus vndis.

DRACONTII, DE OPERE SEX DIERVM.

PRima dies lux eſt terris, mors vna tenebris,
Lux datur ante polum, lux claræ cauſa diei,
Lux iubar æthereum, lux noctis limes & vmbris,
Lux facies rebus cunctis, & lux elementis,
G Lux genitis factiſque calor, lux gratia ſolis,
Lux decus aſtrorum, lux aureæ cornua lunæ,
Lux fulgor cæli, lux & primordia mundi,
Lux ſplendor flammæ, lux magni temporis index,
Lux honor agricolis, requies lux omnibus ægris,
Lux opus auctoris primum, candórque pudoris,
Lux æui, mediis dat lux quoque tempora metis:
Qua bene conſtructa, mundi primordia lucent.
H Clarus vbique Deus, nunquam mutabilis, auctor
Quem non obſcurant quæcunque ex parte tenebræ,
Nec celantur ei quæcunque obſcura geruntur:
Initium factis lucem dat lucis origo,
Quæ mundo vita præmiſſa eſt principe luce,
Quæ totum præceſſit opus, quod continet orbis,
Quæ ſolis præuenit iter, lunámque coruſcam,
Cuius iuſſit ope claraſcere cuncta creata.
I Altera quippe dies cæli conuexa meretur,
At ſupra cælos ingentia flumina dantur,
Ac dominantur aquæ glomeratis fontibus almæ,
Ignibus ætheriis cæleſti ſede locatis,
Vnde beata nimis meruit quæ tecta polorum
Celſa Dei, ſabor iuſſu ſuſpenſa tonantis,
Limitibus contentæ ſuis, elementa morantur,
Nec flammas reſtinguit aqua, glaciémve te porat
Flammeus ignis: aquæ ſecuant ſub lege tenorem
Incorrupta ſuum, non impugnata viciſſim,
Non diſcreta quidem, ſed nec permiſta morantur.

Tertia cæruleum ponti lux edidit æquor,
Fluctibus immenſis pelagi ſicta glauca liqueſcunt,
Et mare nauigerum quatitur ſpumantibus vndis:
Ipſa dies terram meruit de fluctibus auctam:
Eruitur terra iniuſto demerſa profundo,
Et ſolidante globo grauior per inaoe pependit.
Suſtentant ſolidam fluidis radicibus vndæ,
Quam molles portant ceu fundamenta liquores,
Arida materies rapitur de corde fluenti.
Non ſolum mater humus, cuius pars ſoluit arenam,
In glebas pars membra ligat, pars ſaxea tangit,
Cautibus extat montis apex, pars flumina iungit,
Planitie pars tenſa iacet, pars littora curuat,
Pars datur in cumulos, pars aſpera rupibus horret,
Pars riget, inculta reſidet pars valle profunda.
Et colles tumidi cumulis iuga celſa ſupinant,
Atque humiles campos ſpatiis æqualibus aptant:
Pars data dulcifluis vndantis fontibus agri.
Promitur herba virens & ſurculus omnis in auras,
Et ſemper veſtita comis frondeſcit oliua:
Omnia poma virens profert, non parturit arbor,
Linguæ laurus bonis fuluis donanda poetis,
Terra per obliquos vitis in orbe corymbos,
Verberat & palmæ calamos non ante flagello:
Vinea pampineos ſubarundinat ebria campos,
Munera lætitiæ ſpondens pendentibus vuis:
Fructibus & variis redolent florentia rura.
Vna parens tellus non vnum fundit odorem,
Sed quot ſunt herbæ, tot permiſcentur odores.
India tunc primum generans pigmenta, per herbas
Eduxit ſub ſole nouo rudibuſque racemis.
Eſt locus interea diffundens quatuor amnes,
Floribus ambroſiis geminato ceſpite pictus,
Plenus odoriferis nunquam marcentibus herbis,
Hortus in orbe Dei cunctis felicior hortis:
Fructus in annos eſt, cùm tempora neſciat anni.
Illic floret humus ſemper ſub vere perenni,
Arboreis hinc inde comis veſtitur amœnis:
Frondibus intortis ramorum murus opacus
Stringitur, atque omni pendent ex arbore poma,
Et paſſim per prata iacent: non fructus anhelis
Flammatur radiis, quatitur nec flatibus vllis,
Nec coniuratis furit illic turbo procellis:
Non glacies diſtricta domat, non grandinis ictus
Verberat, aut gelidis caneſcunt prata pruinis.
Sunt ibi ſed placidi fructus, quos mollior aura
Allidit, exurgens nitidis de fontibus horti.
Arboribus mouet illa comas de flamine molli
Frondibus impulſis: immobilis vmbra vagatur.
Fluctuat hic onus omne, & nutant pendula poma.
Ver ibi perpetuum communes temperat auras,
Ne lædat flores, & vt omnia poma coquantur.
Non apibus labor eſt ceris formare cicutas,
Nectaris ætherei ſudant ex arbore mella,
Et pendeat foliis iam pocula blanda futura:
Pendet & optatæ viuax medicina ſalutis.
Cætera depingit variis pictura figuris.
Auroræ iam quarta dies permanſerat vndis,
Et rutilante polo compreſſerat aſtra rubore,
Mox ſolis radiare globum iubet igne ſalutis,
Flamma ſalutari perſundi lumine mundum,
Cuncta ſalutiſero rident elementa vapore:
Cuius ab igne ſuo lunam iubet ire ſecundam,
Nigra tenebrarum corrumpere tempora noctis,
Et tepidam proferre diem minante quiete:
Candida ſomniferis perluſtrat cornibus axem,
Quæ numero eſt maiore breuis, & plena minore.
Flammeus ornatus cæli per ſidera fulſit:
Officia & ſtellis, numeros, & nomina iuſſit:
Tempora diſtribuit, loca conſuluit, ignibus egit,
Limitibus fixit, iubar induit, axe rotauit,
Curſibus aptauit, cæli regionibus addit

A Agminis innumeri, nec flammea ſidera cælum
Deſtituunt, quæcunque dies & luce premuntur
Luminis immenſi radiato vertice Phœbi.
Nec mirum ſi clara latent ſub ſole coruſco
Sidera, quo mundum monſtrat menſura minorem,
Qui fouet igne ſuo cælum, mare, ſidera, terras,
Conceptum virtute Dei, quem ſphæra polorum
Suſtinet, & ſentit dominum per cuncta tonantem:
B Cuius ab imperio veniunt quæcunque miniſtrant
Omnia: iuſſus agit cœtum, ſub lege laborant,
Miles & ipſe Dei, cum lunam & ſidera cuncta
Oſtentat, ſub vere nouo, ſub tempore primo,
Sub tirone die veterana in ſecla paratus.
Addit quinta dies animalia cuncta, profundi
In corpus ſolidantur aquæ, neruique ligantur:
Muſculus humor erat, fluctua dureſcit in oſſa,
C Atque oculi geminantur aquis, humore gelato:
Et quot ſunt fluctus, quot forſan in æquore piſces
Incedunt, fluido per cærula vaſta natatu,
Et criſpante freto perlabant naribus vndas,
Terrigenis factura cibos per cuncta creandis.
Exilit inde volans gens plumea læta per auras,
Aera concutiens pennis crepitante volatu,
Ac varias fundit blando modulamine voces,
D Et puro conlaudant dominum meruiſſe creati.
Hæ niueo candore nitent, has purpura veſtit,
His croceus plumæ color eſt, has aureus ornat,
Albentes aliis pennæ ſolidantur ocellis,
Atque iacynthus adeſt per colla & pectora fulgens:
Eminet his criſtatus apex, has lingua decorat:
Has virides pennæ reddunt, has diſcolor ornat,
Multa per innumeras currens pictura volucres,
E Et rudibus tenuem ſubtexunt aera plumis.
Ipſa dies folium ramis, & floribus herbas
Euomit, & ſpicis acuit ſeges omnis ariſtas:
Silua comis veſtita viret, nidóſque loquaces
Exhibet, & varias decantat garrula voces,
Cùm vacuanda volat commotis plauſibus ales,
Frondibus inſidens, vento cum fronde mouetur,
F Vngnibus ad ramos infixa tenacibus, hærens,
Penniger tum vernare nemus vapor vrget in vſus
Pignoris, & molli dureſcunt oua tepore,
Pennantur tunc membra, globis animatáq; anhelant,
Rumpuntur, confracta ſonant, nutrita volatus
Tentant, & rudibus librantur in aera pennis.
Sed cum diſcordent inter ſe elementa coacta
Fæcibus eductis concordant vnda vel ignis:
G Vnda creat volucres, producit flamma volucres:
Pabula montis erant, ſed non qui paſceret herbas,
Affuit, intactæ ſenuiſſent floribus herbæ,
Ni paſcenda daret tellus iumenta per agros.
Sexta dies Phœbi rutilo proceſſerat ortu,
Cum natura parit gignitque animantia terris.
Cornibus erumpunt armata fronte iuuenci,
Et per prata vagus ſequitur ſua vincula taurus,
H Ceruus in arua fugax palmatis cornibus errat,
Et velox prorumpit equus, pecus vtile bellis:
Impia terribiles producit terra leones,
Simplicitas ouium fraudem paſſura laborum,
Et raucos timuit diſcurrens damna Moloſſos,
Spumat aper, mortem limato dente minatur,
Et latus obliquans meditatur prælia toruus,
Ac maxilla ferox, latos deſæuit in armos,
I Audacter certans ſpumantia bella mouere:
Gignitur omne genus pecudum, genus omne ferarũ,
Inter prata vagum, nullo cuſtode, per herbas
Inſtar montis habens, incedit beſtia, mole
Promitur, anguis hians, quatiens ſub dente venenũ,
Et maculoſa rapit ſquamas per viſcera ſerpens,
Atra venena nocens miſſura afflatibus oris,
Et ſubito ſparſura graues per ſibila mortes,
Atque eadem membris imperti tura medelas.

Sed

Sed ne cuncta ſimul paſſim per cuncta fuiſſent,
Diſtribuit loca certa Deus, & tempora fixit.
Tempore non vno veniunt quæ ſæua vocantur:
Non ſemper mouet arma leo, nec ſcorpius ictus
Semper habet, nec ſemper agit fera vipera morſus,
Nec ſemper tollunt ad vulnera colla ceraſtæ:
Non ſemper fuſit vnda maris, non ſemper adurit
Solis vbique calor, pro tempore temperat ignes.
Pro regione plagæ contemperat vnda vaporem,
Et modo bellantes fluctus freta pigra iacebunt:
Ipſe polus qui grande tonat, ſine nube ſerenus,
Iam tacet, & pura redeunt ſua lumina cælo.
Multa locis data ſunt variis, diſperſa per orbem:
Arida vipereos angues ſuſcepit arena,
Humida ſortitur tellus fera colla leonum:
India cum gemmis & eburnea monſtra minatur,
Bellua diuinos inter generatur odores,
Ambroſiáſque rapit male frangens beſtia menſas,
Incertúſque color tigris per mille colores
Montibus arcanis venit, atque eſtura marito
Mittitur, vt vincat currens orbata procellas:
Cornibus erectis ſortita eſt Africa damas,
Concaua ſuſcipiunt per montem ſaxa dracones.
Cætera diſtribuit diuerſis ſemina terris,
Plurima coniunxit; ſed eeſpite multa diremit.
Munera præterea funduntur diuitis auri:
Protulit eximias illuſtrior India gemmas,
Producunt niueos & littora rubra lapillos
Flammantes viridéſque tulit Babylonia cruſtas,
Perſida nobilitat precioſis littora gemmis,
Frigidus & roſeo carbunculus ardet honore:
Seres fila trahunt nullo ſub pollice ducta,
Et nimis ambroſia plorant virgulta per agros
Balſama, Cæſareos lacrymæ dant munus odores,
Cinnamon interior profert Phœnicia tellus,
Solis amica nimis: nam nunc de ſole peruſta
Hæc nardi flores, hæc portio fundit amomum.
Omnibus his genitis, animal rationis amicum,
Formatur virtute Dei, limatur in artus,
Vt dominator erat moderantior omnibus iſtis,
Naturæ iuſſa quæ protulit omnia princeps:
Aſt hominem non terra parit, non pontus ab vndis,
Non cælum, non aſtra creant, non purior aër:
Sed dominatorum dominator ſummus & auctor,
Limauit per membra virum de puluere factum.
Limus adhuc deformis erat: membratur in artus
Corporeos ſpecies hominis, cæleſtis imago:
Conſpicitur noua forma viri, ſine mente parũper:
Spiritus infuſus ſubito per membra cucurrit,
Et calefacta rubens tenuit præcordia ſanguis.
Mox rubuere genæ, totos rubor inficit artus:
Iam cutis eſt qui puluis erat, iam terra medullam
Oſſibus includit, ſurgunt immenſa capilli,
Orbe micant gemino gemmantia lumina viſu,
Et vocem compago dedit noua machina ſurgens,
Auctorem laudare ſuum gauiſa quod eſſet.
Tunc oculos per cuncta iacit, miratur amœnis
Sic florere locum, ſic puros fontibus amnes
Quattuor vndiduo ſtringentes gurgite ripas,
Ire per arboreos ſaltus campóſque virentes:
Miratur ſe, quid ſit homo, quos factus ad vſos
Scire cupit, ſimplex eſt, non habet vnde requirat,
Quo merito ſibi met data ſit poſſeſſio mundus,
Atque æterna domus nemoris per florea rura,
Parua procul ſpectat viri les vinera per agros
Hac de re tacitus cogitátque & corde requirit,
Et quare ſecum non ſint hæc ipſa volutat:
Nam conſorte carens, cum quo conferret, egebat.
Viderat omnipotens hec illum corde mouentem,
Et miſeratus ait, Demus ſolatia facto,
Participem generis, tanquam ſi liceret auctor
Non ſolum decet eſſe virum, conſortia blanda,

A Coniugium ſe quiſque vocet, dulcedo recurrat
Cordibus innocuis & ſint ſibi pignus vterque,
Velle pares, & nolle pares, ſtans vna voluntas,
Par animi concors, paribus decurrere votis:
Ambo ſibi requies cordis ſint, ambo fideles,
Et quicunque datur caſus, ſit cauſa duorum.
Nec mora, iam venit alta quies, oculóſque ſupinat
Somnus, & in dulcem ſoluuntur membra ſoporem.
B Sed cum iure Deus nullo prohibente, valeret
Demere particulam, de quo prius ipſe paratat:
Attamen ablato iuueni ne coſta doleret,
Redderet & teſtem, ſubito quem lædere nollet:
Cur opifex vult eſſe ſuus? nam poſſet alumnam
Puluere de ſimili princeps formare puellam.
Sed quo plenus amor ſuo de corde veniret,
Noſcere in vxorem voluit ſua membra maritum.
C Diuiditur contexta cutis, ſubducitur vna.
Nam iuuenis de parte breui formatur, adulta
Virgo, decora, rudis, matura tumentibus annis,
Coniugij ſobolíſque capax, quibus apta probatur,
Et ſine lacte pio creſcit iam infantia, pulcra,
Excutitur ſomno iuuenis, videt ipſe puellam
Ante oculos adſtare ſuos: patet inde maritus
Non tantum ex coitu genitor, ſed coniugit auctor.
D Somnus erat parcus, conceptus ſemine nullo,
Materiam ſopita quies produxit amoris,
Affectúſque nouos blandi genuere ſopores.
Conſtitit ante oculos nullo velamine tecta,
Corpora nuda ſimul niuei ceu nympha profundi,
Cæſaries intonſa comis, gena pulchra rubore,
Omnia pulchra gerens, oculos, os, colla, manúſque,
Vt qualem poſſent digiti formare tonantis.
E Neſcia mens illis fieri quæ cauſa fuiſſet.
Tunc Deus & princeps ambos coniunxit in vnum,
Et remeat ſua coſta viro, ſua membra recepit,
Accipit & fœnus cùm non ſit debitor vllus:
His datur omnis humus, & quicquid iuſſa creauit:
Aëris & pelagi fœtus elementa, duorum
Arbitrio commiſſa manent. his, Creſcite, dixit
F Omnipotens, replete ſolum de ſemine veſtro,
Sanguinis ingenui natos nutrite nepotes.
Et de prole nouos iterum copulate iugales,
Dumque fretum terra, & dum cælum ſubleuat aër,
Dum ſolis micat axe iubar, dum luna tenebras
Diſſipat, & puro lucent mea ſidera cælo,
Sumere quicquid habent pomaria noſtra licebit,
Deliciæque fluent vobis & honeſta voluptas,
Arboris vnius tantum neſcite ſaporem.
G Dixerat illa Deus, ſanxit natura, quod inquit
Omnipotens. migrare diem, diſcedere ſolem,
Nec lucem remeare putat terrena propago,
Subductíque nigris collucet luna tenebris,
Sidera cuncta notant cælo radiare ſerenor
Aſt vbi purpureum ſurgentem ex æquore cernunt
Luciferum, vibrare iubas flammáſque ciere,
Et reducem ſuper aſtra diem de ſole rubentem,
H Vix reuocata fouent heſterna io gaudia mentes,
Temporis & requiem noſcentes, luce diurna
Cœperunt ſperare diem, ridere tenebras:
Tot bona facta Deus non obliuiſcitur vnquam,
Quapropter ſe itéque homines ſanxitque manere.
Hic Dominus pietatis opem ſubducere non vult,
Proiicere nec plaſma ſuum vult conditor æui
Eſſe nihil prorſus ſe præter vbique rogandum,
I Et niſi ſubueniat, ſuccurrens non erit vllus.
In ſe malo bonus eſt homini Deus, omnibus auctor,
Ipſe opifex, dominus, rector, dux, arbiter, index,
Continua bonitate pius, virtute modeſtus,
Simplicitate bonus, qui culmine celſior omni.
Ibant per flores, per tota roſaria læti
Inter odoratas meſſes, lucóſque virentes,
Simpliciter pecudum ritu, vel more ferarum.

Corporibus nudis, & neſcia ſorda liuoris?
Quæ pars membrorum ſecretior eſſet habenda,
Vel quæ rudes [illegible] erant? quid moribus eſſet honeſtum?
Quod [illegible] oculóque putant, hoc mēbra pudēda.
Pul[illegible] iungebant affectibus oſcula paſſim,
Nec rubor vllus erat, cùm ſtaret origo pudoris,
Illi [illegible] aque ſibi prorſus nihil eſſe putabant,
Et bene credebant, quibus omnia iuſſit ad vnum,
Arboris vnius fructu ſub lege negato.
Vomere non tellus, non raſtris iuſſa domari
Quærere nec ſudor fructus quocunque labore
Cogitur, aut campos aliquo de fonte rigare:
Imbriferis ſemper pluuiis abſentibus, imber.
Ceſpes & arbitrio creſcit fortuna marito,
Præterea ſolis datus eſt locus ille duobus:
Deliciis hominum tantum conſtructus opacis,
Non placidas ſuſtentat aues, non ore cruenta,
Vnguibus armatas neſcit perferre volucres:
Omne genus pecudum, neſcit genus omne ferarum.
Solus ibi irrepſit ſquamoſo corpore ſerpens,
Fraudibus imbutus moreis, caput omne malorum,
Pectore vipereo mollitum ex ore venenum
Munera iam ſub dente parans ſpumante palato.
Ergo vbi liuor edax contuſum dente venenum
Inuidiæ mordacis habens ſub fronte modeſta.
Quærit opem ſceleri, per quam fallatur honeſtas,
Simplicitáſque cadat: vel credula corda reatus
Incurrant, non fraude ſua, ſed clade perenni.
Fortia corda viri non expugnanda per anguem
Præſenſit, pietatis inops: at coniugis aures
Aggreditur ſub voce pia: ſermone maligno
Inſidioſus adit heu mollia corda puellæ
Ingerit ore cibos crudeli funere plenos.
His ſemel aſſumptis reſerantur lumina cordis,
Ac permixta bonis patuit doctrina malorum.
Pœnituit reſciſſe dapes, & damna putantur
Temporis exacti ſpacio procedere peius.
Auſum quippe nefas tentat ſeducta maritum,
Et capit inſontem: iam noxia fœmina victum
Circumuenta perit, ſed circumſcripta fefellit.
Nec circumſcriptum ſerpens impune triumphat:
At ſcelus horrendum vel ſæua piacula mortis
Supplicio ſociante duos releuare reatu
Credidit infelix: ſed par ſententia damnat,
Quos pars culpa tenet. gradus illic temporis inter
Eſt tantum. nam cauſa ligat communis vtrumque.
Exurgit cenſura Dei pietate ſeuera,
Ac vitæ mortiſque ſimul ſententia fertur.
Supplicium infelix, quo mors de vtroque negatur,
Vltio vitalis cohibetur limite mortis.
Pœna mori crudelis erat: ſed viuere peius.
Otia, delicias perdunt, diſcúntque labores,
Qui cultore Deo fructum telluris habebant,
Agricola dominus quam non ſum verterat vnquam,
Ipſe rigator erat, ſator, auctor, meſſor, arator.
Offendunt hæc ambo pium: truduntur ab horto
Perpetui floris, nec eſt ſub iure reorum,
Et vitæ mors meta datur, cum fine malorum.
Magna Dei pietas ſemper qui temperat iras:
Vita grauis hominum ſubducitur impete mortis,
Quæ recidiua magis viuaci conle reſurgit.
Mors mundanorum requies eſt certa laborum,
Et male viuenti præſtatur fine ſalutis,
Continu[illegible]s qu[illegible]que no[illegible]et prauúmque bonúmque
S[illegible] æternum Deus eſt regnator, & auctor,
Virtus vn[illegible] Deus trinus Deus omnis & vnus:
De quo ſpectatum con[illegible]editur omne benignum,
Et quæ [illegible]unque iubet, præſumptio nulla refellit:
Nec deeſt effectus faciendi tempore eodem.
Penes quem ſenſus primordia multa loquuntur,
Et ſermo retinente ſonat ſuper æthera voces
Hac mens pura Deum potius quàm lingua precatur.

A Ergo operis memor ipſe ſui, tunc imperat ambos
Sedibus egreſſos, placido donentur vt orbe:
Ac totum quod mundus habet, ſub iure tenetur:
Et quod flore humus, viridis quod germinat herba,
Quod ſpicat meſſis, quod ramis parturit arbor,
Quod gemmant vites, quod amœna comantia frōdē
Flumina, quod mittūt fontes, quod fundit & æquor,
Quod pelagi trahit vnda freti, quod littora tundūt,
B Murmure quod venti flantes vaga marmora criſpāt,
Quod generāt terræ, quod flumina pontus & æther,
Vſibus humanis data ſunt hæc cuncta venire,
Vt ſimilis qua factus erat de puluere Chriſto,
Is dominaretur cunctis ſub carne creatis,
Corpora corporibus ſeruirent cuncta ſubacta.
Spiritus interea ſeruit ſine corpore ventus,
Ventus agit nubes, in nubila craſſior aër
C Cogitur, hinc imbres veniunt, placidúmque ſerenū.
Ventus alit fluctus, & ventus ſpicat ariſtas:
Ventilat æſtiuo quæ flatu mollior aura,
Deflorat fluctus, atque excutit arbore flores:
Flatibus accendit flammas, & temperat æſtus:
Flatibus alternis redeunt commeantia vitæ
I[illegible]que reditúque ſuos reperendo ſpiritus hauſtus,
Et reduci vento fibræ pulmonis anhelant,
D Fau[illegible]ibus excurrens in naribus aura viciſſim,
Vitales animat per membra tepentia ſenſus:
Atque modo gelidis, calidis nunc flatibus ora
Illuſtrata vigent, & tangit flabra palatum.
Non hæc humanis tantum ſpiramina membris
Sunt data, ſed cunctis animantibus aura recurrit.
Spiritus ille Dei, quo corpora cuncta mouentur,
Omnia complectens agitat, fouet, inficit, vrget:
E Vnde genus diuerſa trahunt & ſemina rerum,
Nobilis immenſo veniens è fonte perenni.
Artificis formata manu digeſta mouentur
Ordine cuncta ſuo, manet irreuocabile munus.
Nec tamen intereunt, pereuntia lege diurna.
Quis neget vndifluos procedere fontibus amnes,
Quorum iam reditus nunquam ſpectabit origo?
Quis inceſſanter licet euomit impete pleno,
F Iacturam tamen vnda negat ſentire fluenti.
Omnibus hic mos eſt de flammis tollere flammam
Nec minuit quicquam detractus ab ignibus ignis.
Damna aliena ſolent aliorum lucra parare,
His quæſtus, non damna parant in fomite flammis
Detractis auferre iubar, ſuccenditur ignis:
Nec carnale genus minuit factura creando.
Ecce dedit homini pluſquam ſibi rex Deus auctor,
G Formatur virtute Dei mas vnus & vna,
Et multos creat vnus homo, manſura propago
Maxima fit generis, queis paruula fundit origo.
Paruula diuini fuerit ſuccedere cura perennis,
Ne conſumpta daret poſt ſecla reſurgere vitæ.
Sed ne ſit fixum, reditus non eſſe ſepultis
Cordibus, illorum qui legis ſancta profanant,
Annua conſpiciant agris frumenta renaſci
H Mortua, per ſulcos terram findentis aratri:
Maior & ex trunc[illegible]s ſurgit radicibus arbor,
Et foliis veſtita viret redeuntibus annis,
Pampinus vniſera vitis ſarmenta reueſtit,
Et geminata roſei redeunt virgulta ruboris,
Ambroſia reduces rumpuntur cortice fructus,
Eſt cui vita fugax, & par cum flore ſenectus,
Fit rediuiua virens, & crinibus herba renatis.
I Ligna renaſcuntur, reduci ſub germine rura?
Quæ nunc herba fuit, lignum iacet herba futura.
Squammeus exuitur ſtellato tegmine ſerpens.
Pelle ren[illegible]ſcenti rurſus redeunte iuuenta
Reptat hians anguis, per ſibila guttura pandens.
Frontibus arboreis amittunt cornua cerui,
Anguibus adſumptis: ſed mox palmata reſurgunt.
Aëtiæ nudantur aues, cùm penna vetuſta,

Et

Er noua ſubueſtic teparatás pluma volucres.
Mortua præterea cæcotum lumina dudum
Nube tenebrarum diſcuſſa luce recepta,
Ad viſus rediêre ſuos,vultúſque ſepulti
Nocturnos perpeſſa dies oculatur imago,
Mortua pars hominis quoties pars vna iacebat,
Funera viua gerens viuax in morte cadauer:
Ac ſine morte tamen,vitali morte perempra
Et rediuiua ſalus reduci per membra vapore
Naſcitur,& calidus repetit vitalia ſenſus,
Oſſa tenens,venáſque ciens,ſudánſque medullas.
Phœnici exactam renouar Deus igne iuuentam,
Combuſtúſque ſenex tumulo procedit adultus,
Conſumens dat membra rogus, ſine ſorte ſepulchti:
Ignibus extinctis,iam mortua flamma reſurgit,
Redditur ignis edax rediuiuo lumine candens,
Et ſcintilla vorax incendia vaſta reduxit,
Er quod fumus erat,ſtridet iubar ignis anheli,
Igne vago rurilatur apex,fax cætera lambit,
Et cælum repetens erecto crina vagatur.
Mortua nox ſub luce cadit,perit aurea luna,
Atque per aſcenſus & cornua colligit ignes,
Et dum cæca larent reparato lumine fulget,
Mentitúrque diem lux frigida ſolis imago:
Lucifero redeunte polo moriuntur & aſtra,
Nuncius auroræ ſubductus morte diurna
Lucifer extinctas refecit per ſidera flammas.
Exhinc nocturnis iubar emicat igne coruſco,
Roſcida puniceum ſpargens aurora ruborem.
Ducit vbique diem periturum noctis ab vmbris:
Et tamen hæc de ſole petit quo miſſa rubebat.
Sol oculus cæli,famulus ſuper aſtra tonantis,
Cuius ab aſpectu langueſcunt ſidera cæli,
Ne gelidis animetur aquis pee cærula ponti.
Occidit ipſe dies ſuper æquora ſole cadente,
Et quo conuerſus,nouus æquore mane reſurgit:
Veſpere nocturno hac radiata luce rubentem
Purpureis abſcondit aquis,redditque diurnæ
Diſpoſitum natura ſuum ſub nocte ſepulrum,
Mane reſurgentem de fluctibus orbe recepro.
Tot ſimul exemplis moniti,defuncta renaſci
Credamus virtute Dei,qua cuncta creauit,
Et generata vigent ſub nutritore tonante.
Qui cùm regna poli teneat ſtellantis,& aptum
Aera concludit,terram leuat,æquora ſoluit,
Et totum capit vna manus,quod ſermo creauit.
Vnus vbique Deus,dum iuſſu rumpeter ima,
Qui tantum pius eſt,quantam decet omnipotentem,
Er nulla virtute minor niſi verberis ira:
Sed votis & ſponte bonus,pietate & amote:
Quem mens pura iuuat hominũ,nõ victima ſupplex,
Vt ſe pœniteant ſceleris mala vota reorum,
Et noua ſuccedant animorum vota piorum.
Hic etenim Deus eſt,quem nulla retardat origo,
Cuius ab aſpectu mentes & ſaxa fluiſcunt
In cineres,& puluis erit quod dura ligabant:

A Qui viſa tellure,ſimul mox pondera mundi
Concutit,& ſubito monſtrat vaga terra tremorem,
Ac formidatos oſtendit pendula motus.
Alueus expauit violato vertice turgens,
Dum reduces ſentiret aquas,& ſiſteret amnem
Viſa Dei facies,& marmora glauca fugaret
Gurgitis æquorei,quo mundus cingitur omnis,
Et pelago ſpatiante fretis ac littoris æſtu.
B Qui de theſauris ventorum flamina mittit,
Et frænat rapidas in tempeſtate procellas,
Grandinis atque niuis qui nouit quæ ſit origo,
Qui dat fulmineos c. lliſis nubibus ignes,
Qui laxas abſcondit aquas & continet imbres,
Qui ſcit quo nitidus cryſtallus ventre creatur,
Candida materies glacies imitatur hibernas.
Qui noctes hiemis producit ſole minore,
C Et ſolis protendit iter flammantibus horis:
Qui phœni ſaltus ſtatuit,lunæque labores:
Qui roſeis ſtellare nemus vel floribus agros
Imperat,autumni qui dulcia poma ſaporat,
Et fragiles hiemis variat ſub vitibus vuas,
Vt cibus & potus ſint vbera dulcia muſti:
Qui dat coruorum pullis alimenta,facitque
Nouerit vt vultur qua ſit regione cadauer,
D Dux rectórque ſagax,quem mox inuitat ad eſcam,
Præcipit aut aquilæ ſenio renouare iuuentam,
Quæ roſtro creſcente famem tolerabat ab vnco:
Qui paſcit quodcunque creat pietate parentis,
Vitæ certa ſalus,per mille pericula mortis,
Debilibus virtus,opulentia maior egenis,
Auxilium miſeris,ſpes & defenſio preſſis,
Feſſorum virtus,dans nutrimenta ſalutis:
E Qui facit æternam vt mortalia lege latenti
Membra tegant animam,vento ſpirante loquacis
Qui lunæ creſcente globo,iubet vt mare creſcat
Fluctibus adiectis,creſcant cum fontibus amnes,
Creſcat & incluſum capiti genus omne cerebri:
Et minuatur aqua luna minuente,minore
Ac decreſcenti decreſcant lege perenni:
Qui reges & regna domat ſternitque potentes,
F Deiicit elatos,& mergit ab arce ſuperbus,
Atque oppreſſores Deus opprimit,& pius vltor
Eleuat eliſos,& conſolatur adactos
Ictibus & damnis,& vulnera ſæua dolentes.
Tu nobis inuicte Deus,pietate medelam
Impendis,tu ſancta ſalus medicamine nullo,
Quod ſpecies terrena parat languoris adepti.
Spes hominum cernens,& vota precantia complens,
G Aſpice deiectum,deſpectum tolle parumper,
Confeſſúmque tua quem pœnitet eſſe nocentem,
Vt valeam narrare tuas hoc carmine laudes,
Quas potero:nam nemo valet narrare creatus,
Vel modicum facientis opus quod mente reclamet
Pectore contuſo lacrymans,& voce fideli,
Obſes ſermo tuus:noſtro nam corde tenetur,
Quo te promittis nimia pietate patentem.

Errata in ſecundo Choro ſic ſarci.

CAntus 1. *B. recubantis* 13. I. *venire* 58. *C. lucida* 20. *B. ferment* 53. *A. amandat* 62. *G. vincendi* 68. *H. Trina* 76. *H. ſalientum* 81. *H. alimoniam* 98. *G. tribubus* 100. *F. vota precantum* 106. *G. ſacerdos* 107. *B. clauſus* 108. *H. cruciamina* 112. *E. poiles* 117. *E. ingreditur* 129. *E. rogum* 137. *G. carpendum* 140. *A. dirarum* 26. D. *quin C. imperat* 16. *neſcit H. tingeret.* 141. *I. timebam* 147. I. *venenum* 147. I. *fiſtula fabuloſa* 161. *A.* D. *ſimplici* I *illam* 162. *G. veſtra ſinatis* 162. *C. indebilis H. cerneret* 164. *F. calumnioſis* 172. *C. imerare* 179. *C. fulsum* 180. B. *peccandi* 184. *C. domini H. diſſoluta* 188. *E. capit* 191. *E. prius* 192. *E. quod* 194. D. *texat* 219. A. *fingamus* 220. F. *annis* 224. I. *Hiſpana* 243. *B. verſa* 245. A. *celeſti* 268. G. *panis* 271. A. *diſcedere* 285. F. *pietate* 291. D. *transfundent* 298. *C. rupta* I. *documẽta* 295. *A. Euigilet.* 298. *H. vina.* 303. A. *Et cum* 306. *B. ferarum* 313. *E. ſanguine* 338. F. *Dei* 343. F. *caſtorum, omnes* 346. G. I. *interim.* 349. *G. augeret* 374. *H. nolendo* 378. *E. principiũ* 381. I. *venit* 16. *draconem* 400. *A. ſalute* 415. *A. teſte* 452. *E. linguam* 439. *G. nec ſequitur* 437. I. *cecinere* 462. *I. numero* 449. *G. ſaturam* 474. *A. leges* 456. *E. tres* 457. *H. fluxit ibid.* I. *pondera* 459. *H. vade* 461. *E. collegit* 458. I. *Præter hæc Præfatio Prudentij tranſlata eſt in finem libri errore Tipogr. quæ in numeris cecidere menda, nullo negotio emendis. famuiaa* 345. L.

A01 1464781